PALLADIUM THEOLOGICUM

The course of scholastic theology after the mind of St. Bonaventure
in seven tomes · Tome V: On the Virtues

by Gaudentius Bontempi of Brescia, O.F.M. Cap.

TREATISE I — ON THE THEOLOGICAL VIRTUES

Latin and English in parallel

First published at Lyons, 1676 · In the public domain.
Latin text and English translation from Schola Thomistica (scholathomistica.com),
to whom many thanks.
English headings, their arrangement after the author's printed index, and paragraph numbers are editorial,
made for the Morals of the Church library, where the text may be read and searched online.

Pages 102, 104 and 156 of the print are missing from the only scan of this volume
available to us; a note stands at each place.

This is the library's text, not the complete print: the front matter and the author's indexes are not included.

Contents

Prologue **4**

Disputation I: On Faith **5**

Disputation II: On Unbelief **173**

Disputation III: On Heresy **200**

Disputation IV: On Hope **232**

Disputation V: On the Gift of Fear **280**

Disputation VI: On Despair **311**

Disputation VII: On Presumption **316**

Disputation VIII: On Charity **318**

Disputation IX: On the Internal Effects of Charity: Joy, Peace, and Mercy **474**

Section I: On Joy 474

Section II: On Peace 476

Section III: On Mercy 482

Disputation X: On the External Effects of Charity **487**

Section I: On Beneficence 487

Section II: On Almsgiving 488

Section III: On Fraternal Correction 515

Disputation XI: On Hatred **528**

Disputation XII: On Sloth **532**

Disputation XIII: On Envy **536**

Disputation XIV: On Discord and Contention **543**

Disputation XV: On Schism **547**

Disputation XVI: On War **554**

Disputation XVII: On Quarreling and Sedition **564**

Disputation XVIII: On Scandal **569**

Disputation XIX: On the Gift of Wisdom **592**

Disputation XX: On Prudence **605**

Disputation XXI: On the Gift of Counsel **655**

Disputation XXII: On the Vices Contrary to Prudence **662**

Disputation XXIII: On Justice **673**

Disputation XXIV: On Restitution **718**

Disputation XXV: On the Acceptance of Persons **812**

Disputation XXVI: On Homicide **841**

Disputation XXVII: On Theft and Robbery **918**

Disputation XXVIII: On the Judge **971**

Disputation XXIX: On the Accused **1027**

Disputation XXX: On Witnesses **1056**

Disputation XXXI: On the Advocate **1074**

Disputation XXXII: On the Notary and the Scrivener **1086**

Disputation XXXIII: On Contumely **1090**

Disputation XXXIV: On Detraction **1099**

Disputation XXXV: On Whispering, Mockery, and Cursing **1124**

Prologue

1 The most cunning Serpent, bent on utterly destroying the whole human race, attacked the very First-formed themselves, so that, their stock left undealt with, the virus conceived might diffuse itself more widely through all their posterity; in no other way do Heretics — especially in our own age, the most prolific of sectaries — have dared by impious audacity to cast a deadly Aconite into the very fountain of truth itself, so that from where the edifice of the Christian empire has risen the higher,[1] from there it might fall to the ground root and branch; and with faith denied — resting upon the veracity of the First Truth — all the rest might readily be shown suspect of falsehood. Hence they insinuate into the credulous vulgar, in place of faith an empty confidence, in place of hope a presumption to be despaired of, and finally, in place of charity, an Impossibility of loving. So did these eminent little theologians learn to speak of God; thus Luther with his followers, while he grows insolent over his tumid certainty of salvation, concludes by an impious dogma that Christ the Lord underwent the penalties of the Abyss, no less in soul and body than in divinity; for so he proclaims his madness on *Psalm 16, as our Boverius notes in his second examination on the unity of faith, article 5*. Calvin, indeed, while he swells with the presumption of having justice imputed to himself, cries out that Christ the Savior was desperate in the very vestibule of his glory and amid the heaps of his merits: *so he barks on Matthew 26, as Boverius also notes, exam. 1, Atheism 9*. Finally, both hold the same view of charity, that with shameless brows they assert it was only ironically that God, as well as the commandments, prescribed it in those words of the Gospel: *If you would enter into life, keep the commandments*. Very many have professedly taken care to root out these, and others like them, errors, and indeed effectually; but by what means, or by what arguments, will become clear in the course of this treatise, whenever it falls to discuss each opinion or error according to the mind of St. Bonaventure.

[1] Editor's note: the print reads 'Christiani Iuperij moles'; rendered 'of the Christian empire' ('imperii') because 'Iuperii' is not a Latin word and the antithesis (heretics casting poison into the very fountain from which the Christian edifice rose, that it might collapse from its source) requires 'imperii'.

> *ASTUTISSIMUS Serpens, totum prorsus perempturus hominum genus, ipsos Protoplastos adortus est, ut infecta stirps conceptum virus in totam propaginem latius diffunderet; Haud secus Heretici, hoc nostro praesertim saeculo, sectariorum feracissimo, in ipsum veritatis fontem lethale Aconitum iniicere nefario sunt ausu moliti, ut unde Christiani imperii moles altius surrexerit, inde radicitus corrueret; et negata fide, primae veritatis veracitate nixa, caetera quaeque falsitatis suspecta, facile arguerentur: Hinc pro fide inanem fiduciam, pro spe desperandam praesumptionem, pro denique charitate, dilectionis Impossibilitatem credulo Vulgo insinuant. Ita eximii hi Theologastri de Deo eloqui didicere; sic Lutherus cum sequacibus, dum in tumidam suae salutis certitudinem insolescit, Christum Dominum Barathri poenas, non minus anima, et corpore, quam divinitate subiisse, impio dogmate concludit; sic enim promit suam insaniam ad* Psalm. 16. ut notat noster Boverius examine secundo de fidei unitate, art. 5. *Calvinus vero, dum in imputandae sibi iustitiae praesumptionem intumescit, Christum Salvatorem in ipsius gloriae vestibulo, et inter meritorum cumulos desperabundum clamat:* ita latrat ad 26. Matthaei, ut notat etiam Boverius exam. 1. Atheismo 9. *De charitate denique ita sentit uterque, ut non nisi Ironice eam Deum, sicut et mandata, praecepisse perfrictis frontibus asserant in ea Evangelii verba:* Si vis ingredi ad vitam, serva mandata. *Hos, uti et caeteros huiusmodi, errores expungendos curarunt ex professo plurimi, et quidem efficaciter; sed cuius, vel quibus rationibus, in huius tractatus decursu patebit, dum unamquamque opinionem, errroremve ad mentem D. Bonaventurae discutere contigerit.*

Disputation I: On Faith

1 The SUN is not seen otherwise than by the light which it itself gives; nor does God suffer himself to be seen by another's light: Faith alone points the way from where it itself has come. This is that light created first in the first Microcosm, separating night from day, indeed the first-born of the heavenly virtues, and therefore to be set forth in the first place: On one side it shines forth, and on the other it darkens, like that pillar of cloud, bright indeed to the Israelites, but dark to the Egyptians: It is indeed a Mirror, veiled with much obscurity, yet with no stain of error, exhibiting the great in a small form: It is also that triangular Shield, which, showing God to us as three and one, extinguishes all the darts of the most wicked one: Taking it up in all things, we shall resist valiantly in faith, defending it with those reasons which it itself brings forth, in place of the virtues.

> *SOL non aliter, quam lumine, quod ipse dederit, videtur; nec aliena luce Deus patitur videri: Sola fides, unde ipsa venerit, eo viam demonstrat. Haec est lux illa in Microcosmo primo creata, noctem a die segregans, caelicarum virtutum quidem primogenita, ideo primo loco proponenda: Ex parte affulget, et ex parte offuscat, uti Columna illa nubis, Israëlitis sane lucida, AEgyptiis vero tenebrosa: Est quidem Speculum, multa obscuritate, nulla tamen erroris macula offusum, in modica specie, magna exhibens: Est etiam Scutum illud triangulum, quod Deum nobis trinum et unum ostendens, omnia nequissimi tela extinguit: Ipsum in omnibus sumentes, in fide fortiter resistemus, suis, quas parturit rationibus, ipsam pro virtutibus propugnantes.*

Question I: What faith signifies, and what it is

1 FIDES is said from fit (is made), and that is said to be made which is said. So St. Augustine, *epist. 19, ad Hieronymum*. He took this, however, from Tully, *lib. 1, offic.*, where he says: *Credimus, quia fiat, quod dictum est, appellatam fidem.*

> ***Quid FIDES significet, et quid sit.***
>
> *FIDES dicitur ex fit, et dicitur, eo quod fit, quod dicitur. Ita D. Augustin.* epist. 19. ad Hieronymum. *Sumpsit autem hoc ex Tullio,* lib. 1. offic. *ubi ait:* Credimus, quia fiat, quod dictum est, appellatam fidem.

2 FROM this, ten modes have flowed forth in which Fides is taken according to St. Bonaventure. First it is taken for a Betrothal (Sponsio), in which sense the Apostle says of some, 1 Timoth. 5: *Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt* — that is, the first faith owed by vow, because they vowed and did not render it, as St. August. explains, *psalm. 75*; and in the same sense, *L. de Spiritu et lit. cap. 31*: *Aliter* (he says) *dicimus, non mihi habuit fidem: aliter autem, non mihi servavit fidem. Nam illud est, non credidit quod dixi: istud, non fecit quod dixit.* Hence Fides is taken secondly for Fidelity in keeping a promise. Thus God is called faithful, *Psalm. 144* and 1 *Corinth. 10*; the same, conversely, says of men, *Hierem. 7*: *Periit fides in terra.* Thirdly, Fides is taken for Conscience, *Rom. 14*: *Omne, quod non est ex fide, peccatum est.* Fourthly it is taken for the Sacrament of faith, or Baptism, in which sense St. August., *epist. 23, ad Bonifacium*, says: *Non est aliud, parvulos habere fidem, quam habere fidei Sacramentum.* Fifthly it is taken for the Assent to a conclusion proved by reason. In accordance with this Boët. says: *Argumentum est ratio rei dubiae, faciens fidem.* Sixthly it is taken for the Knowledge of comprehension. Thus it is said, *Rom. 1*: *Iustitia Dei revelatur ex fide in fidem.* Gloss: *In fidem spei, quae dicitur fides, quia fidentissima et certissima est.* Seventhly it is taken for the Habit of unformed faith, James 2: *Fides sine operibus mortua est.* Eighthly, for the Habit of faith formed, *Rom. 1*: *Iustus ex fide vivit.* Ninthly, for the Act of faith, as St.

Augustine says, *Tract. 40 in Ioan.*: *Fides est credere, quod non vides*. Tenthly it is taken for the Object of faith, as it is said in the Athanasian Symbol: *Haec est fides Catholica. Apoc. 2*: *Non negasti fidem.*

> *HINC decem modi emanarunt, quibus Fides accipitur apud D. Bonaventuram. Primo enim sumitur pro Sponsione, quo sensu de nonnullis ait Apostolus, prima Timoth. 5.* Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt; *idest, primam fidem ex voto debitam, quia voverunt, et non reddiderunt, ut explicat S. August.* psalm. 75. *et eodem sensu,* L. de Spiritu, et lit. cap. 31. Aliter *(inquit)* dicimus, non mihi habuit fidem: aliter autem, non mihi servavit fidem. Nam illud est, non credidit quod dixi: istud, non fecit, quod dixit. *Inde fides sumitur secundo pro Fidelitate in servando promisso. Sic Deus dicitur fidelis,* Psalm. 144. *et prima* Corinth. 10. *Idem e regione* Hierem. 7. *ait de hominibus:* Periit fides in terra. *Tertio sumitur Fides pro Conscientia,* Rom. 14. Omne, quod non est ex fide, peccatum est. *Quarto sumitur pro Sacramento fidei, seu Baptismo, quo sensu D. August.* epist. 23. *ad Bonifacium ait:* Non est aliud, parvulos habere fidem, quam habere fidei Sacramentum. *Quinto sumitur pro Assensu conclusionis, per rationem probatae. Secundum hoc ait Boët.* Argumentum est ratio rei dubiae, faciens fidem. *Sexto sumitur pro Cognitione comprehensionis. Sic dicitur* Rom. 1. Iustitia Dei revelatur ex fide in fidem. *Glossa:* In fidem spei, quae dicitur fides, quia fidentissima, et certissima est. *Septimo sumitur pro Habitu fidei informis, Iacobi 2.* Fides sine operibus mortua est. *Octavo pro Habitu fidei formatae,* Rom. 1. Iustus ex fide vivit. *Nono pro Actu fidei, ut dicit S. Augustinus* Tract. 40. in Ioan. Fides est credere, quod non vides. *Decimo sumitur pro Obiecto fidei, ut dicitur in Symbolo Athanasii:* Haec est fides Catholica. Apoc. 2. Non negasti fidem.

3 It is taken also more broadly for a good reputation: as when someone is said to be of no one's fides. *Eccl. 17*: *Qui detegit arcana, fidem perdit*; conversely, he is called worthy of credit (fide dignus) who is said to have obtained belief.

> *SUMITUR latius etiam pro bona existimatione: ut cum dicitur aliquis nullius esse fidei.* Eccl. 17. Qui detegit arcana, fidem perdit; *E contra, dicitur fide dignus, qui dicitur habere creditum.*

4 In these modes Fides is named by a certain analogy. But in this disputation we shall treat of Theological faith, which is a Habit belonging to the intellect, by which we believe infallibly, and without any misgiving, the things revealed by God, on account of the authority of God revealing; and it is the beginning of our Justification and the Root and Foundation of the remaining virtues.

> *His modis analogia quadam nominatur Fides. Nos vero in hac disputatione agemus de fide Theologica, quae est Habitus ad intellectum pertinens, quo infallibiliter, et sine ulla formidine credimus revelatis a Deo, ob Dei revelantis authoritatem; et est nostrae Iustificationis initium, et reliquarum virtutum Radix, et Fundamentum.*

5 FURTHER, that faith of which James, chap. 1, says, *Postulet autem in fide, nihil haesitans*; and *Matth. 14*: *Modicae fidei, quare dubitasti?* and *Marc. 11*: *Si habueritis fidem, dicetis monti huic, etc.* — is rather reduced to Hope, and is confidence (fiducia), as Suarez admonishes, *sect. 1*, although Caspensis, *disp. 1, sect. 1*, wishes it to include Catholic faith, which I do not refuse. For this reason I judge the Apostle said: *Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, etc.*, 1 *Corinth. 13*.

> *PORRO illa fides, de qua Iacob. cap. 1.* Postulet autem in fide, nihil haesitans: *et* Matth. 14. Modicae fidei quare dubitasti? *Et* Marci 11. Si habueritis fidem, dicetis monti huic, etc. *Potius ad Spem reducitur, et est fiducia, ut monet Suarez* sect. 1. *tametsi Caspensis* disp. 1. sect. 1. *velit includere fidem Catholicam, quod non renuo. Ideo enim arbitror dixisse Apostolum:* Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, etc. *prima* Corinth. 13.

6 The definition of faith handed down, *Heb. 11*, shows faith conjoined with its Hope: *Est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.* It is called *substantia*, or subsistence of things hoped for,

because it is the foundation of hope, for through it the things we hope for in some manner subsist in us, because it is proper to faith to buttress Hope and Confidence; for a man could not hope unless he believed. It is called *argumentum*, or conviction, because faith ought to be an assent no less firm from Divine authority than that evident assent is by which the intellect is convinced and induced by necessity. *Non apparentium* is added, because faith ought to be about things that are not seen. So it is expounded by St. Bonavent., *quaest. 3*, drawing on St. Augustine *lib. 2 de peccatorum meritis et remiss. cap. 21* and other Fathers. Whence Erasmus, tastelessly and insolently, denies that this is a definition of faith. See the Holy Doctor, and Valencia *disp. 1, quaest. 4, puncto 1*, with St. Thom. *quaest. 4, art. 1*; Morandus, *Tract. de fide, quaest. 12*. To this agree the other definitions of faith adduced by the Fathers, some of which Tannerus reports, *quaest. 7, dub. 5*.

> *FIDEM suae cum Spe connexam ostendit definitio fidei, tradita* Heb. 11. Est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. *Dicitur:* substantia*, seu subsistentia rerum sperandarum, quia est fundamentum spei, nam per eam subsistunt quodammodo in nobis res, quas speramus, quia proprium est fidei fulcire Spem, et Fiduciam; non enim posset homo sperare, nisi crederet. Dicitur* argumentum*, sive convictio, quia fides debet esse assensus non minus ex Divina authoritate firmus, quam sit assensus evidens, quo intellectus convincitur, et ex necessitate inducitur. Additur* non apparentium*, quia fides debet esse de rebus, quae non videntur. Ita exponitur a D. Bonavent.* quaest. 3. *adducta ex D. Augustino* lib. 2. de peccatorum meritis, et remiss. cap. 21. *et aliis. Patribus. Quapropter insulse, et insolenter Erasmus negat, hanc esse fidei definitionem. Vide S. Doctorem, et Valentiam* disp. 1. quaest. 4. puncto 1. *cum D. Thom.* quaest. 4. art. 1. *Morandum* Tract. de fide, quaest. 12. *Cum hac conveniunt aliae definitiones fidei, allatae a Patribus, e quibus aliquas refert Tannerus* quaest. 7. dub. 5.

[7] That this is the true definition of faith, all Theologians teach with the holy Fathers: Basil on *psalm. 115*, Gregory of Nyssa, *lib. de vita Moysis*, before the middle; Chrysostom, *homil. 21 in epist. ad Heb.*; Augustine, *above*; Hieron., *in cap. 5 epistolae ad Galat.*; Bernard, *epist. 190*. St. Thomas nevertheless confesses that it is not handed down in Scholastic terms.

> *Hanc vero esse veram fidei definitionem, docent omnes Theologi cum sanctis Patribus, Basilio in* psalm. 115. *Gregorio Nyss.* lib. de vita moysis ante medium*, Chrysostomo* homil. 21. in epist. ad Heb. *Augustino* supra*, Hieron.* in cap. 5. epistolae ad Galat. *Bernardo* epist. 190. *Fatetur tamen D. Thom. eam non tradi terminis Scholasticis.*

[8] *It is proved*, however, by St. Bonaventure that this definition is quidditative, to which St. Thomas and Richardus, 3 *dist. 23*, subscribe. For the Habit of a virtue can be made known from two heads, namely from the Object and the ultimate End; in the first way indeed a certain firm and certain intellectual habit is called the substance of the habit of virtue, which is the beginning and foundation of salvation, and hence the inchoation of eternal life. For just as substance is the prop of accidents, and the matter of the form and of the accidents themselves, so transumptively faith is called substance, because it is the foundation of the whole spiritual edifice; and therefore St. Damascene, *lib. 4 de fide, cap. 11*, defines it thus: *Fides est hypostasis eorum, quae sperantur; et redargutio eorum, quae non videntur*, as the Holy Doctor observes, *ad 1*.

> Probatur *vero a D. Bonavent. eam definitionem esse quidditativam, cui subscribunt D. Thomas, Richardus 3.* dist. 23. *Nam Habitus virtutis potest e duplici capite notificari, nempe ex Obiecto, et Fine ultimo; primo quidem vocatur substantia habitus virtutis quidam intellectualis firmus, et certus, qui sit initium, et fundamentum salutis, adeoque inchoatio vitae aeternae. Sicut enim substantia est fulcrum accidentium; et materia formae, et ipsorum accidentium; ita transumptive, fides dicitur substantia, quia est fundamentum totius fabricae spiritualis, et ideo S. Damascenus* lib. 4.

de fide, cap. 11. *sic definit:* Fides est hypostasis eorum, quae sperantur; et redargutio eorum, quae non videntur, *ut observat S. Doctor* ad 1.

9 ¶ Then its essence is expounded from the acts and the object; for habits are distinguished, or even specified, by acts, and acts by objects. It therefore expounds its act concerning the ultimate end believed, that is, God, who is not yet possessed, but hoped for, and therefore it says: *sperandarum*. And that that assent concerning the ultimate end may be shown not evident, it says: *non apparentium* — for in this Faith is distinguished from science; and yet that that assent may be acknowledged most certain, it says *argumentum*, or *convictio*, as others read.

¶ *Deinde ex actibus, et obiecto explicatur eius essentia; nam habitus per actus, et actus per obiecta dignoscuntur, seu etiam specificantur: Sic igitur explicat actus eius circa ultimum finem creditum, idest Deum, qui nondum possidetur, sed speratur, et ideo ait;* sperandarum. *Et ut ostendatur assensus ille circa ultimum finem inevidens, dicitur:* non apparentium, *in hoc enim distinguitur Fides a scientia; et ut tamen assensus ille agnoscatur certissimus, dicitur* argumentum, *seu* convictio, *ut legunt alii.*

10 That the Apostle is there speaking of Theological Faith is evident from the Councils, which, to show the necessity of faith, bring forward testimonies from this passage of the Apostle. It is confirmed, for there, *chap. 10*, the Apostle adduces that word of Habacuc, *Iustus ex fide vivit*. See the Holy Doctor on several Martyrs, *sermone 18*.

Ibi autem loqui Apostolum de Fide Theologica constat ex Conciliis, quae, ut ostendant necessitatem fidei, afferunt ex hoc loco Apostoli testimonia. Confirmatur; nam ibi cap. 10. *affert Apostolus illud Abac.* Iustus ex fide vivit. *Vide S. Doctorem de pluribus Martiribus* sermone 18.

11 *You object first:* No habit is a substance; Faith is a habit: *Therefore*.

Obiicies primo: *Nullus habitus est substantia; Fides est habitus:* Ergo.

12 *The Holy Doctor answers* that faith is called substance transumptively, as I said.

Respondet *S. Doctor, vocari fidem substantiam transumptive, ut dixi.*

13 *You object secondly:* No virtue is an argument. Faith is a virtue: Therefore. If you say that argument is taken transumptively: On the contrary; because it implies being an argument, and yet of things not apparent.

Obiicies secundo: *Nulla virtus est argumentum. Fides est virtus: Ergo. Si dicas sumi argumentum transumptive. Contra; quia implicat esse argumentum, et tamen non apparentium.*

14 *The Holy Doctor answers* that argument is said in two ways, properly and transumptively. Properly it is taken in four ways. First, Ratiocination is called argument, which is divided into six principal species: Syllogism, Induction, Enthymeme, Example, Sorites, and Dilemma. Secondly, argument is called a brief collection of a prolix discourse. Thirdly, the argument is called the very medium, in which the strength of the arguing stands. Fourthly, the argument is called the very maximal proposition, in which consists the whole force of the illation. In all these ways faith is called argument, because it convinces and illuminates the mind to adhere firmly to the object. And it is called *the argument of things not apparent*: because it makes one adhere more firmly to the object believed than a Demonstration makes one adhere to the object demonstrated.

> Respondet *S. Doctor, dupliciter dici argumentum, proprie, et transumptive. Proprie accipitur quadrupliciter. Primo dicitur Ratiocinatio, quae dividitur in sex species principales: Syllogismum, Inductionem, Enthymema, Exemplum, Soritem, et Dilemma. Secundo, argumentum dicitur brevis collectio prolixi discursus. Tertio, dicitur argumentum ipsum medium, in quo stat robur arguitionis. Quarto, dicitur argumentum ipsa maxima propositio, in qua consistit tota vis illationis. His omnibus modis, fides dicitur argumentum, quia mentem arguit, et illuminat ad firmiter obiecto adhaerendum. Et dicitur:* argumentum rerum non apparentium*: quia firmius facit adhaerere obiecto credito, quam Demonstratio faciat obiecto demonstrato.*

15 *You object thirdly.* This definition can also fit Hope, which is the substance of things hoped for and the argument of things not apparent; because through it we are certified that we shall have the things we do not see.

> Obiicies tertio. *Haec definitio potest convenire etiam Spei, quae est substantia rerum sperandarum, et argumentum non apparentium; quia per eam certificamur, nos esse habituros res, quas non videmus.*

16 *It is answered* that Faith is the substance, or foundation, of all the virtues; but not Hope, which is neither an argument, etc., because it does not make one assent to the truth.

> Respondetur*, Fidem esse substantiam, seu fundamentum omnium virtutum; non autem Spem, quae neque est argumentum, etc. quia non facit assentiri veritati.*

17 *You object fourthly.* To Faith it belongs to believe also the eternal punishments, which are not hoped for, but feared: Therefore it is not sufficiently called the argument of things hoped for.

> Obiicies quarto. *Ad Fidem spectat credere etiam poenas aeternas; quae non sperantur, sed timentur: Ergo non satis dicitur argumentum rerum sperandarum.*

18 *The Holy Doctor answers* that the punishments are contained under the things hoped for, as it were under the end, though not as under the object; for one believes eternal punishments precisely in order that he may attain the eternal goods to be hoped for.

> Respondet *S. D. supplicia contineri sub rebus sperandis, quasi sub fine, licet non ut sub obiecto; ideo enim quis credit aeterna supplicia, ut assequatur bona aeterna speranda.*

19 *You object fifthly.* A thing prior ought not to be defined by things posterior and less known: But Faith is posterior to Hope, and better known than the things that are not apparent: *Therefore*.

> Obiicies quinto. *Non debet definiri res prior per posteriora, et ignotiora: Sed Fides est posterior Spe; et notior quam ea, quae non apparent:* Ergo.

20 *St. Bonaventure answers* by denying the Minor; For it is defined by the end and the object; and although the end of faith itself, which is the things hoped for, is posterior in execution, yet it is prior in intention. And although the object of faith, not apparent in truth, is unknown to the infidel man, yet it is known to the man having faith. And even if it is unknown what sort of thing it is, yet it is known that it does not appear, and thus the definition is not by the posterior and the less known, but by what is prior and known.

> Respondet *S. Bonav. negando Minorem; Nam definitur per finem, et obiectum; licet autem, finis ipsius fidei, quae sunt res sperandae, sit posterior in executione; tamen est prior in intentione. Licet etiam obiectum fidei in veritate non apparente sit homini infideli incognitum; tamen cognitum est homini fidem habenti. Quamvis etiam sit incognitum,*

quale sit; tamen notum est, ipsum non apparere, et ita definitio non est per posterius, et per incognitius, sed per prius notum.

21 *You object sixthly.* For the clearness of a definition it belongs that prior things be set before posterior ones. If, therefore, cognition precedes affection, and faith, insofar as it is an argument, regards cognition, while insofar as it is the substance of things hoped for it regards affection: therefore the definition is confused, while it says first: *substantia rerum sperandarum.*

Obiicies sexto. *Ad evidentiam definitionis spectat, ut priora praemittantur posterioribus. Si ergo cognitio praecedit affectionem, et fides, in quantum argumentum, respicit cognitionem: in quantum vero substantia rerum sperandarum, respicit affectionem; ergo confusa est definitio, dum prius dicitur:* substantia rerum sperandarum.

22 *The Holy Doctor answers* that the intellect follows the affection when it is inclined to assent to a thing by the command of the will, and in this way faith is a Virtue, because its assent is from the principle of the will; and therefore rightly the Apostle puts first that which regards the affection before that which pertains to the intellect.

Respondet *S. D. quod intellectus sequitur affectum, quando inclinatur ad assentiendum alicui rei ex imperio voluntatis, et hoc modo fides est Virtus, quia eius assensus est a principio voluntatis, et ideo recte Apostolus prius ponit id, quod respicit affectum, quam id, quod spectat ad intellectum.*

23 *You object seventhly.* Faith is the foundation not only of Hope, but also of Charity, and of the whole spiritual edifice: Therefore it is the substance also of things to be loved, and not only of things to be hoped for; and the more it ought to have enumerated these, the more noble they are. Item, it is about things both past and future: Therefore it is badly defined as being only of things hoped for.

Obiicies septimo. *Fides est fundamentum non modo Spei, sed etiam Charitatis, et totius aedificii spiritualis: Ergo est substantia etiam rerum amandarum, et non solum sperandarum; et eo magis debuit ea recensere, quo nobiliora sunt. Item est de rebus, et praeteritis, et futuris: Ergo male definitur, esse solum rerum sperandarum.*

24 *The Holy Doctor answers* that faith is defined in order to the end toward which it tends; and therefore it is defined in order to the things to be hoped for, which are the end of the virtue, and of our whole expectation of beatitude in the wayfaring state, which stands in the vision and love of God.

Respondet *S. D. definiri fidem in ordine ad finem, ad quem tendit; et ideo in ordine ad res sperandas definitur, quae sunt finis virtutis, et totius nostrae, per viam, expectationis de beatitate, quae in visione, et amore Dei stat.*

25 *You object eighthly.* Unformed faith is true faith; and yet it is not the foundation of the spiritual edifice. Therefore it is badly defined as formed faith alone.

Obiicies octavo. *Fides informis est vera fides; et tamen non est fundamentum Fabricae spiritualis. Ergo male definitur, sola fides formata.*

26 *The Holy Doctor answers in corpore* that if foundation be taken for what is actual and sufficient, formed faith alone is understood, for unformed faith is still an unformed foundation. This same St. Thomas intends, *quaest. 5, art. 7, ad 4*, as Valencia notes, *ad 3*.

Respondet *S. D.* in corpore*, quod si accipiatur fundamentum pro actuali, et sufficienti; sola fides formata intelligitur, nam informis est adhuc informe fundamentum. Idipsum intendit D. Thom.* quaest. 5. art. 7. ad 4. *ut notat Valentia* ad 3.

27 *You object ninthly.* A believer in despair has faith without hope.

> Obiicies nono. *Fidelis desperans habet fidem sine spe.*

28 *Valencia answers*: For this reason faith is said *to be the foundation of the things to be hoped for*, not hoped. From what has been said the definitions of Calvin and Kemnitius collapse — that faith is a certain credulity of the Divine benevolence and grace toward us. For these suppose that heresy, that we are held to believe that we ourselves are predestined, and in grace.

> Respondet *Valentia, Ideo dici fidem* esse fundamentum rerum sperandarum*, non speratarum. Ex dictis ruunt definitiones Calvini, et Kemnitii, fidem esse certam credulitatem benevolentiae Divinae et gratiae erga nos. Hae enim supponunt haeresim illam, teneri nos credere, nosmet praedestinatos esse, et in gratia.*

Question II: What the object of faith is

1 That we may find the most excellent definition and essence of FAITH, we must examine the object, from which the essence is taken, or at least is known a posteriori.

> *Ut praeclare definitionem, et essentiam Fidei inveniamus, oportet obiectum scrutari, a quo sumitur essentia, vel saltem a posteriori cognoscitur.*

2 D. Bonaventure observes *in the body of the text* that a twofold object is assigned, one material, called the *Quod* (That which); the other formal, the *Quo* (That by which), concerning which see p. 1. tract. 1. quaest. 4. The material is the thing considered; the formal is the ratio by which, and under which, it is considered.

> *Observant ex D. Bonav. in* corpore*, duplex assignari obiectum et alterum materiale, et dicitur* Quod*: alterum formale* Quo*, de quibus p. 1. tract. 1. quaest. 4. Materiale est res considerata: Formale est ratio, quae, et sub qua consideratur.*

3 All concede that God is the principal *Quod* object of our faith, against Calvin, book 2. *Institut*. cap. 6., who holds that not God alone is the object of faith, but also Christ, as He is Man. So the Holy Doctor here, and D. Thomas here, and p. 1. quaest. 1. art. 7.; Alensis 3. p. quaest. 79. membr. 6.; Albert. 3. dist. 23. art. 12.; Durand. ibi quaest. 1.; Capreolus in *Prol. sent. quaest.* 4. art. 2. around the fifth conclusion; Caiet. *ad art. cit.* of D. Thomas; Valentia disp. 1. quaest. 1. punct. 1.; Caspens. tract. 15. sect. 1.; Morand. tract. unico in 2. 2. quaest. 1.; Scotus 3. dist. 23. quaest. un.; G. and his followers; Mastrius tom. 3. disp. 6. quaest. 1. art. 1.; Vulpes tom. 2. p. 3. disp. 30. art. 2.; Arriaga tom. 5. tract. 1. disput. 1. sect. 1.; Suarez disp. 2. sect. 1. and 2.; Cardinal Lugo tract. de fide disp. 3. sect. 2.; Amicus tom. 4. disp. 1. sect. 1. and following; Tannerus disp. 1. quaest. 1. dub. 2., who say it is the common view. Yet some deny that God is the object of attribution as *God*, but will have it to be God complexly, as willing to beatify. So Vulpes with Gregory quaest. 4. prol. art. 2. and other Nominalists. They rely on John 20. *These things are written, that you may believe, and that believing you may have life in his name;* but this opinion is refuted even by the Scotists; nor does it rest on Scotus, as Mastrius notes num. 8. Arriaga indeed grants that God is the principal object of faith; but he denies that He is the object of attribution; and Mastrius notes that many Recentiores stumble here, confusing the principal object with the object of attribution, which many call the adequate object.

> *Omnes concedunt, Deum esse obiectum principale* Quod *nostrae fidei, contra Calvinum lib. 2.* Institut. *cap. 6. qui vult, non Deum solum esse obiectum fidei, sed, ut est etiam Homo, Christus. Ita S. Doctor hic, et D. Thom. hic, et p. 1. quaest. 1. art. 7. Alensis 3. p. quaest. 79. membr. 6. Albert. 3. dist. 23. art. 12. Durand. ibi quaest. 1. Capreolus in* Prol. sent. quaest. *4. art. 2. circa quintam conclusionem, Caiet.* ad art. cit. *D. Thomae, Valentia disp. 1. quaest. 1. punct. 1. Caspens. tract. 15. sect. 1. Morand. tract. unico in 2. 2. quaest. 1. Scotus 3. dist. 23. quaest. un. G. et*

asseclae, Mastrius tom. 3. disp. 6. quaest. 1. art. 1. Vulpes tom. 2. p. 3. disp. 30. art. 2. Arriaga tom. 5. tract. 1. disput. 1. sect. 1. Suarez disp. 2. sect. 1. et 2. Cardinalis Lugo tract. de fide disp. 3. sect. 2. Amicus tom. 4. disp. 1. sect. 1. et sequentibus. Tannerus disp. 1. quaest. 1. dub. 2. qui aiunt esse communem. Aliqui tamen negant, Deum esse obiectum attributionis, ut Deus, *sed volunt, esse Deum complexe, ut volentem beare. Ita Vulpes cum Gregorio quaest. 4. prol. art. 2. et aliis Nominalibus; Nituntur autem eo Ioan. 20.* Haec scripta sunt, ut credatis, et ut credentes vitam habeatis in nomine eius; *sed hanc sententiam refellunt etiam Scotistae; neque Scoto nititur, ut advertit Mastrius num. 8. Arriaga concedit quidem, Deum esse obiectum principale fidei; sed negat esse obiectum attributionis; et Mastrius advertit, multos Recentiores in hoc impingere, confundendo obiectum principale cum obiecto attributionis, quod vocant multi adaequatum.*

4 OTHERS, however, distinguishing these two objects, assert that God is the object in both ways. So Morandus.

ALII vero haec duo obiecta distinguentes asserunt, Deum esse utroque modo obiectum. Ita Morandus.

5 OTHERS distinguish the principal object, and the material object of attribution, from the adequate, as Caspensis with Suarez. These, however, are disputes of no great weight.

ALII, obiectum principale, et attributionis materiale, distinguunt ab adaequato, ut Caspensis, cum Suarez: Haec tamen sunt dissidia non gravia.

6 D. Bonaventure holds that the principal material object, and the object of attribution, is God; yet it is not the adequate material object. This is the common opinion, from Tannerus disp. 1. quaest. 1. dub. 2. and Fulsens. lib. 3. cap. 1.

D. Bonaventura vult, obiectum materiale principale, et attributionis, esse Deum; non tamen est materiale adaequatum. Est communis sententia ex Tannero disp. 1. quaest. 1. dub. 2. Fulsensi lib. 3. cap. 1.

7 I ASSERT first, that the principal object, and the object of attribution, of faith is God.

ASSERO primo, obiectum principale, et attributionis fidei, esse Deum.

8 It is PROVED first from D. Bonav., because Faith is a Theological virtue, which has God for its object. For this reason Faith is often denominated from God: Mark 11. *Have the faith of God.* John 14. *You believe in God, believe also in me.* Ephes. 4. *One Lord, one faith.* From the unity of God note the unity of faith: 1 Thessal. 1. *In every place your faith, which is towards God, has gone forth.* Hebr. 6. *Not casting aside again the foundation from dead works, and of faith towards God.* Hebr. 11. *He that comes to God must believe that he is.* It is confirmed by the Holy Doctor from the Symbol: *I believe in God.* The same is taught by the Holy Fathers: Aug. lib. 4. de civit. cap. 20.; Cyril of Jerusalem catech. 5.; Irenaeus lib. 4. cap. 13.; and others. So argue Caspens. and others.

PROBATUR primo a D. Bonav. quia Fides est virtus Theologica, quae habet Deum pro obiecto. Ideo enim saepe denominatur Fides a Deo, Marci 11. Habete fidem Dei. *Ioan. 14.* Creditis in Deum, et in me credite. *Ephes. 4.* Unus Dominus, una fides. *Vide, ex unitate Dei elici unitatem fidei, Prima Thessal. 1.* In omni loco fides vestra, quae est ad Deum, profecta est. *Hebr. 6.* Non rursus iacientes fundamentum ab operibus mortuis, et fidei ad Deum. *Hebr. 11.* Accedentem ad Deum oportet credere, quia est. *Confirmatur a S. D. ex Symbolo:* Credo in Deum. *Idem docent SS. PP. Aug. lib. 4. de civit. cap. 20. Cyrill. Hierosol. catech. 5. Irenaeus lib. 4. cap. 13. et alii. Sic arguunt Caspens. et alii.*

9 It is PROVED second from D. Bonav. Every simple habit ought to have one object, to which all things are reduced; but faith is one habit, and has no other to which all objects are reduced than the

Uncreated True, that is, God: Therefore. The major is clear. The minor is proved first from the Apostle, who often testifies that our faith is ordered to the knowledge of God. So Ephes. 1. Coloss. 2. and 3., as cited by Valentia; and from D. August. l. 1. *de civitate*, cap. 2. It is confirmed: for God is the most excellent object of faith.

> *PROBATUR secundo a D. Bonav. Omnis habitus simplex debet habere unum obiectum, ad quod omnia reducantur; sed fides est unus habitus, nec habet aliud, ad quod omnia obiecta reducantur, quam Verum increatum, idest Deum: Ergo. Maior est clara. Minor probatur primo ex Apostolo, qui saepe protestatur, fidem nostram ordinari ad Dei cognitionem. Sic. Ephes. 1. Coloss. 2. et 3. apud Valentiam, et ex D. August. l. 1.* de civitate*, capite 2. Confirmatur; Nam Deus est praestantissimum obiectum fidei.*

10 I ASSERT second, that the adequate material object comprises many things besides God.

> *ASSERO secundo, obiectum adaequatum materiale complecti multa, praeter Deum.*

11 It is PROVED from S. Bonav. first from the Symbol, in which are proposed, besides God, the things to be believed: Creation, Incarnation, and other Mysteries of the Redemption, the Universal Judgment, the Church, the remission of sins, the resurrection, and eternal life.

> *PROBATUR a S. Bonav. primo e Symbolo, in quo proponuntur credenda, praeter Deum, Creatio, Incarnatio, et alia Mysteria Redemptionis, Iudicium universale, Ecclesia, remissio peccatorum, resurrectio, et vita aeterna.*

12 It is PROVED second from D. Bonav. Faith is of as great amplitude as charity; for we believe the things that are to be loved, and the things that are believed are loved supernaturally. Indeed faith believes even things not to be loved, as eternal punishments; but charity loves not only the Uncreated Good, but also our neighbor and other created things: Therefore.

> *PROBATUR secundo a D. Bonau. Tantae amplitudinis est fides, quantae est charitas; nam credimus ea, quae amanda sunt; et amantur supernaturaliter ea, quae creduntur. Imo fides credit etiam non amanda, ut poenas aeternas; At charitas non solum diligit bonum increatum, sed et proximum, et alia creata: Ergo.*

13 It is PROVED third from the Holy Doctor, because no future thing is God. But future things are believed, namely eternal life, retribution, and the infliction of punishments: Therefore. The major is evident; for God is eternal.

> *PROBATUR tertio a S. D. quia nullum futurum est Deus. Sed creduntur futura, nempe vita aeterna, retributio, et poenarum inflictio: Ergo. Maior patet; nam Deus est aeternus.*

14 It is PROVED fourth from the Holy Doctor. If anyone did not believe the histories of Scripture, even the smallest details, as that Saul sought the asses, 1 Reg. 9., or that Tobias's dog wagged his tail, he would be a heretic.

> *PROBATUR quarto a S. D. Si quis non crederet historias Scripturae, et minutula, ut Saulem quaesiisse asinas, 1. Reg. 9. et Tobiae canem movisse caudam; esset haereticus.*

15 But Arriaga denies that these are ordered to God. Indeed Scotus, 3. dist. 25. quaest. 2., denies that the faith of such things is ordered to God. Yet surely these too are not proposed in vain to be believed on faith: *For with the heart we believe unto justice: but with the mouth confession is made unto salvation:* Roman. 10.

> *NEGAT autem Arriaga, haec ordinari ad Deum. Imo eorum fidem ordinari ad Deum negat Scotus 3. dist. 25. quaest. 2. Sane, et haec non frustra de fide credenda proponuntur:* Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio

> fit ad salutem: *Roman. 10.*

16 He ANSWERS, then, that such minutiae are ordered to God, who is truthful even in the smallest things. Moreover Saul's solicitude denotes his obedience, by which he made himself worthy of command; and the exultation of the dog indicates the Divine goodness, which sent forward even a rejoicing little creature as a messenger to the blind man FOR HIM. Nevertheless faith is denominated from the principal object, that is, from God and from Christ, because this is our faith properly so called. Hence Calvin is mocked.

> *RESPONDET ergo, ea minuta ordinari ad Deum, qui et in minutulis verax est. Insuper illa sollicitudo Saülis denotat eius obedientiam, qua dignum se reddebat imperio; et exultatio canis indicat Divinam bonitatem, quae bestiolam etiam laetabundam nunciam praemisit caeco ILLI. Denominatur tamen fides ab obiecto principali; idest Deo, et a Christo, quia haec est nostra fides propria. Hinc illuditur Calvinus.*

17 It is PROVED finally, because prophecy accompanies faith; and that is concerning created good.

> *PROBATUR tandem, quia prophetia concomitatur fidem; illa autem est de bono creato.*

18 AS REGARDS the formal object, there is greater difficulty.

> *QUOAD obiectum formale, est maior difficultas.*

19 The FIRST opinion, which is ascribed to Aureolus 3. dist. 24. art. 2. and is defended by Caietanus 2. 2. quaest. 1. art. 1., asserts that the formal object of faith is God under the ratio of first truth in being, and consequently under the ratio of deity. Bannes seems to follow him here, Valent. quaest. 1. p. 1., Tann. num. 25., and others cited by him. These, however, call the formal object the *Quod*.

> *PRIMA sententia, quae adscribitur Aureolo 3. dist. 24. art. 2. et defenditur a Caietano 2. 2. quaest. 1. art. 1. asserit, obiectum formale fidei esse Deum sub ratione primae veritatis in essendo, et consequenter sub ratione deitatis. Sequi videntur Bannes hic, Valent. quaest. 1. p. 1. Tanner. num. 25. et alii apud eum. Hi tamen vocant formale,* Quod.

20 The TRUE opinion is, that the formal object of faith is God under the ratio of the truthful revealer. So S. Bonav. *in the body of the text*, where he brings forward a similitude: For just as a Luminous body moves a power, as its object, when it is set before it either in Light, or as incorporated into earthly matter, as in the adamant and the carbuncle; so Divine truth moves the intellect in a twofold way, either as it is per se in the articles referring to God, or as united to a creature, as in the humanity of Christ, or in some other work. All the Thomists and Scotists follow him, with Scotus quaest. 1. Prol. and others as related by Mastrius num. 21., Tannerus dub. 3., Valent. quaest. 1. p. 1. §. 4., Fulsens. lib. 3. cap. 1., Bassaeus v. *Fides*.

> *VERA sententia est, obiectum formale fidei esse Deum sub ratione veracis revelantis. Ita S. Bonav. in* corpore, *ubi affert similitudinem: Sicut enim Lucidum movet, ut obiectum, potentiam, dum illi exponitur, vel in Lumine, vel ut est materiae terrenae incorporatum, puta adamante, et carbunculo; ita Divina veritas dupliciter movet intellectum, vel ut est per se in articulis ad Deum spectantibus, vel ut unita creaturae, puta in humanitate Christi, vel in alio opere. Eum sequuntur omnes Thomistae, et Scotistae cum Scoto quaest. 1. Prol. et aliis relatis a Mastrio num. 21. Tannero dub. 3. Valent. quaest. 1. p. 1. §. 4. Fulsensi lib. 3. cap. 1. Bassaeo v.* Fides.

21 VULPES, however, declines aside with a crooked nail, saying that God, as willing to reveal, is the formal object of faith. Surely He is believed because we have in fact that God has already revealed; yet

we may say that faith embraces everything that God shall will to reveal, for we are bound to believe also what the Church is going to declare in a Council, Decree, or the like.

> *UULPES tamen transverso ungue declinat, dicens, Deum, ut volentem revelare, esse obiectum formale fidei. Sane creditur, quia Deum habemus de facto iam revelasse; possumus tamen dicere fidem amplecti omne, quod Deus voluerit revelare, tenemur enim credere etiam, quod Ecclesia declaratura sit in Concilio. Decreto, vel simili.*

22 THEREFORE our opinion is also that of Alensis 3. p. quaest. 78. membr. 4.; Alberti 3. dist. 23. art. 7. and 12.; Altisiodor. lib. 3. summa, Tract. 3. cap. 1. quaest. 3.; Richardi 3. dist. 23. art. 4. quaest. 3.; Durand. ibi, quaest. 7. num. 12., and dist. 24. quaest. 1. and quaest. 2.; Capreol. dist. 24. quaest. unica, art. 1. concl. 4.; Gabrielis dist. 23. quaest. 2. art. 1.; Marsil. 3. quaest. 14.; Cani. Lib. 12. de locis Theolog. cap. 3.; and the rest cited above.

> *ITAQUE nostra sententia est etiam Alensis 3. p. quaest. 78. membr. 4. Alberti 3. dist. 23. art. 7. et 12. Altisiodor. lib. 3. summa, Tract. 3. cap. 1. quaest. 3. Richardi 3. dist. 23. art. 4. quaest. 3. Durand. ibi, quaest. 7. num. 12. et dist. 24. quaest. 1. et quaest. 2. Capreol. dist. 24. quaest. unica, art. 1. concl. 4. Gabrielis dist. 23. quaest. 2. art. 1. Marsil. 3. quaest. 14. Cani. Lib. 12. de locis Theolog. cap. 3. et caeterorum supra.*

23 Soto 3. dist. 23. quaest. un. art. 2. and Gulielm. Paris. de fide DECLINE from it, saying that we believe God, not because He is truthful, or because what He says is true, but because He commands it to be so believed; and thus faith would be an effect of the obedience of the intellect exhibited to God.

> *DECLINANT Soto 3. dist. 23. quaest. un. art. 2. Gulliel. Paris. de fide, dicendo, credi Deo; non quia verax est, aut quia verum est, quod ipse loquitur; sed quia iubet sic credi, et sic fidem esse effectum obedientiae intellectus, Deo exhibitae.*

24 I ASSERT with D. Bonaventure that the formal object of faith, the *Quo*, is the first truth revealing.

> *ASSERO cum D. Bonaventura, obiectum fidei formale,* Quo, *esse primam veritatem revelantem.*

25 It is *PROVED* first from the Holy Doctor in foundation 4. In that is the formal ratio of faith by which we firmly assent to the articles and mysteries; but this is the Divine truth and authority revealing: Therefore. So argue Valentia, Mastrius, and the rest. The minor is proved: for Scripture testifies to this in 1 John 5., where He gives as the reason why we should believe none other than that: *The Spirit is he who testifies; and he argues from the lesser: If we receive the testimony of men; the testimony of God is greater.* 1 Thessal. 2. *When you had received from us the word of hearing, that is, of God, you received it not as the word of men, but (as it is indeed) the word of God, who works in you that have believed.* And 1 Timot. 3. *All Scripture inspired of God, etc.* And 2 Peter 1. *The holy men of God spoke, inspired by the Holy Ghost.* The same is found in Matth. 16. *Flesh and blood has not revealed it to you, but my Father.* John 1. *The Only-begotten, who is in the bosom of the Father, he has declared it.* 2 Corinth. 4. *God has shone in our hearts, etc.* Galat. 1. *For neither did I receive it (the Gospel) of man, but by revelation.*

> PROBATUR *primo a S. Doctore in fundamento 4. In eo est ratio formalis fidei, secundum quod firmiter assentimur articulis, et mysteriis; sed hoc est Divina veritas, et authoritas revelans: Ergo. Ita arguunt Valentia, Mastrius, et caeteri. Minor probatur: nam Scriptura id testatur prima Ioan. 5. ubi rationem, ut credamus ait, nullam aliam esse, nisi quia:* Spiritus est, qui testificatur; et arguit a minori: Si testimonium hominum accipitis; testimonium Dei maius est. *Prima Thessal. 2.* Cum accepissetis a nobis verbum auditui Dei, accepistis illud, non ut verbum hominum, sed (sicut est vere) verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis. *Et 1. Timot. 3.* Omnis Scriptura divinitus inspirata, etc. *Et Secunda Petri 1.* Spiritu Sancto inspirati locuti sunt Sancti. *Eadem*

habentur Matth. 16. Caro, et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus. *Ioan. 1.* Unigenitus, qui est in sinu Patris, ipse narravit. *Secunda Corinth. 4.* Deus illuxit in cordibus, etc. *Galat. 1.* Neque enim ego ab homine accepi illud (Evangelium,) sed per revelationem.

26 The same holds S. Dion. cap. 7. *de Divinis nominibus*; Irenaeus *libro 4. cap. 14.*; Athan. *in oratione, quod unus sit Christus*; Chrysost. *homil. 8. in secundam ad Corinth.*; Ambrosius *serm. 21.*; Hieron. *in cap. 1. ad Titum,*; August. *contra epist. fundam. capite 14.* The Holy Doctor *confirms* it from Richard of S. Victor.

IDEM habet S. Dion. cap. 7. de Divinis nominibus. *Irenaeus* libro 4. cap. 14. *Athan.* in oratione, quod unus sit Christus. *Chrysost.* homil. 8. in secundam ad Corinth. *Ambrosius* serm. 21. *Hieron.* in cap. 1. ad Titum, *August.* contra epist. fundam. capite 14. Confirmat *id S. Doct. ex Richardo de S. Victore.*

27 From these you have that the Divine truth entitatively in being is rather the *Quod* object, partial, of our faith. I know that the Divine truth in being is the first root of belief: for when I believe some revealed thing, I believe it because it is revealed by God, who cannot lie.

Ex his habes, veritatem Divinam entitative in essendo esse potius obiectum Quod, partiale fidei nostrae. Scio, veritatem Divinam in essendo, esse primam radicem credulitatis: cum enim revelatum aliquod credo; idco credo, quia est revelatum a Deo, qui non potest mentiri.

28 But a difficulty arises that twists exceedingly. For if the first root of our belief is the veracity of God, a circle follows: for when I ask, why do I believe the Incarnation? and answer, because God revealed it: and then am asked again: Why do you believe the revelation? and say: Because God cannot lie. Again, when it is asked: Why do I believe Him truthful? I answer: Because He Himself said and revealed that He is truthful. Behold a circle.

ENIM vero insurgit difficultas admodum torquens. Si enim prima radix nostrae credulitatis est veracitas Dei, sequitur circulus: Cum enim interroger, quare credo Incarnationem? et respondeam, quia Deus revelavit: Et rursus interroger: Cur credo revelationi? et dico: Quia Deus mentiri non potest. Rursus, cum quaeritur: Cur credo ipsum veracem? Respondeo: Quia ipse dixit, et revelavit, se esse veracem. En circulus.

29 FURTHER, revelation is obscure, therefore it cannot of itself produce assent: so it must be reduced to human faith, so that I believe because it is revealed by the Church, which says that revelation was made to it by God; But whence do I know that this was revealed to it by God? Thus there will never be an end.

DEINDE revelatio est obscura, ideo non potest parere sui assensum: Ergo oportet, ut reducatur in fidem humanam, ut ideo credam, quia revelatur ab Ecclesia, quae id revelatum sibi dicit a Deo; At unde; nam sciam hoc a Deo illi revelatum? Sic nunquam erit finis.

30 SOME seem to hold that our belief is reduced to human faith as its root. And this seems to be the view of Scotus, because at dist. 23. art. 1. he said with D. August. contra Manichaeos: *I would not believe the Gospel, unless I believed the Catholic Church.* But truly Scotus does not hold this, as Caspensis d. 1. sect. 3. and Mastrius num. 37. note very well; for Scotus knew that human faith is fallible, and therefore cannot be the basis of our belief.

ALIQUI videntur sentire, nostram credulitatem reduci in fidem humanam, tanquam radicem. Et videtur Scoti, eo quod dist. 23. art. 1. dixit cum D. August. contra Manichaeos: Non crederem Evangelio, nisi crederem Ecclesiae Catholicae. *Sed vere id non sentit Scotus, ut optime advertunt Caspensis d. 1. sect. 3. et Mastrius num. 37. nam sciebat Scotus, fidem humanam esse fallibilem, atque adeo non posse esse nostrae credulitatis basim.*

31 It WILL seem, then, that our belief is resolved into God the truthful, who, however, since He is incidental to me, must become an evident revelation through something: Does another revelation then come forth? surely, and this too will be through another; and so to infinity: Or it is necessary that it rest in some revelation which first makes me certain; but every one is unevident unless some Light is added: Will there be a habit which carries us to assent? But surely then the assent would not be on account of the extrinsic authority of the one declaring; and so it will not be an act of Faith. Nor will it be a free act, but necessary. For thus a boy, arriving at the age of discretion, would be determined by an infused habit to the articles to be believed, the terms alone being foreknown; just as, the terms of natural principles being known, we assent to them. Scotus is agitated by these doubts, yet he inclines to our way of speaking, which resolves faith into the veridical revelation of God, as Smisingh, Aretinus, and Mastrius observe.

> *VIDEBITUR ergo resolvi nostra credulitas in Deum veracem, qui tamen, cum mihi sit incidens, debet fieri evidens revelatio per aliquid: Exitne igitur alia revelatio? sane, et haec erit per aliam; et sic in infinitum: Vel oportet, ut sistatur in aliqua revelatione, quae me primo certiorem reddat; quaelibet autem est inevidens, nisi addatur Lumen aliquod: Eritne habitus, qui nos ferat in assensum? Sed profecto tunc non esset assensus propter extrinsecam authoritatem dicentis; et ita non erit actus Fidei. Neque erit actus liber; sed necessarius. Sic enim puer, ad discretionem perveniens, habitu infuso determinatus erit ad articulos credendos, praecognitis solis terminis; sicuti cognitis terminis principiorum naturalium assentimur illis. His dubiis agitatur Scotus, inclinat tamen in nostrum modum dicendi, qui fidem in veridicam Dei revelationem resolvit, ut observant Smisingh. Aretinus, et Mastrius.*

32 THEREFORE it must be known that the formal cause of my assent is the revelation of God the truthful declaring: but the material cause is the article itself; and among the articles, that one: *I believe the holy Church,* to which I believe, not simply moved by its bare attestation; for whence should I know that it cannot err? I am moved, therefore, dispositive by the Church: *Because faith is from hearing: Rom. 10.* It is, moreover, worthy of belief for many reasons: on account of the authority of so many wise men, on account of its integrity, on account of miracles which cannot be done by human power, etc. Nevertheless not even this suffices, but an efficient Light is required. Hence *Ephes.* 2. it is said: *Faith is the gift of God,* and John 6. *No man comes to me unless the Father, who sent me, has drawn him.* Thus, then, the Light of the Holy Spirit, with the infused habit also operating, inclines our will, so that it commands the intellect to give assent to the articles handed down by the Church, to which Church I believe as to a mistress of truth proposed to me by God, attesting, and dictating to me with His infallible truth, that she teaches the true faith. So D. Bonav. in 2. dist. 23. quaest. ult. and in 3. dist. 24. dub. 2. litt.

> *IGITUR sciendum, causam formalem mei assensus esse revelationem Dei veridici dicentis: Causa vero materialis est ipse articulus, et inter articulos, ille:* Credo sanctam Ecclesiam, *cui credo, non simpliciter motus attestatione nuda eius; unde enim sciam, illam non posse errare? Moveor igitur dispositive ab Ecclesia:* Quia fides ex auditu: Rom. 10. *Est autem multis de causis fide digna; tum ob authoritatem tot sapientum, ob integritatem, ob miracula, quae humanitus fieri nequeunt, etc. Attamen neque haec sufficit, sed requiritur efficiens Lumen. Ideo* Ephes. 2. *dicitur:* Fides donum Dei, et Ioan. 6. Nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. *Sic igitur Lumen Spiritus Sancti, operante etiam habitu infuso, inclinat nostram voluntatem, ut praecipiat intellectui assensum dare articulis traditis ab Ecclesia, cui credo tanquam mihi propositae magistrae veritatis a Deo, attestante, et mihi dictante sua infallibili veritate, eam docere veram fidem. Ita D. Bonav. in 2. dist. 23. quaest. ult. et in 3. dist. 24. dub. 2. litt.*

33 If, therefore, you are asked: Why do you believe the Symbol? Say: because God revealed it, who is truthful. By what means do you know this was revealed by God? Say: The Church tells me so. But whence do you know the Church does not err? Because the first Truth said that she is the mistress of

truth; and this alone is the principle credible per se by divine faith, the divine light of the Holy Spirit operating, and the infused habit inclining. And thus one arrives at the root, which is the veracity of God; but this must be preceded by some disposition, lest a circle arise; and surely also by natural reason it is established that God is truthful, because He is the highest Being. See Valentia at the place cited; Artiagam *disp. 1. sect. 4. num. 58.*; Cardinalem de Lugo *disp. 1. sect. 6.*; Caspensem *sect. 3.*

> *Si igitur interrogeris: Cur credis Symbolum? Dic: quia Deus revelavit, qui verax est. Quo pacto scis hoc a Deo revelatum? Dic: Ecclesia hoc mihi dicit. Unde autem scis, Ecclesiam non falli? Quia prima Veritas dixit, hanc esse magistram veritatis; et hoc solum principium est per se divina fide credibile, agente divino lumine Spiritus Sancti, et habitu infuso inclinante. Et ita devenitur ad radicem, quae est Dei veracitas; haec vero praecedi debet aliqua dispositione, ut vitetur circulus, et sane etiam ratione naturali constat, Deum veracem, quia est summum Ens. Vide Valentiam loco cit. Artiagam* disp. 1. sect. 4. num. 58. *Cardinalem de Lugo* disp. 1. sect. 6. *Caspensem* sect. 3.

34 From which it comes about that the Veracity of God is as it were the principle; but the Truth of revelation is the conclusion deduced, as Lugo shows *sect. 7.*

> *Ex quo fit, ut Veracitas Dei sit veluti principium; Veritas vero revelationis sit conclusio deducta, ut ostendit Lugo* sect. 7.

35 Nor indeed is the natural disposition for believing the veracity of God, and for inferring the truth of the articles, sufficient, but the concurrence of the supernatural is required.

> *Neque vero dispositio naturalis ad Dei veracitatem credendam, et articulorum veritatem inferendam, est satis, sed requiritur concursus supernaturalis.*

36 HENCE a certain argument of Poncius is solved, *disput. 27. quaest.* 2. What connection (he says) has the veracity of God with the coming of Antichrist? For God would be truthful even if Antichrist were not to be: Therefore the veracity of God is not the formal object of faith. It is confirmed: for we believe even if we do not think about this veracity of God.

> *HINC solvitur quoddam argumentum Poncii* disput. 27. quaest. 2. *Quam (ait) connexionem habet veracitas Dei cum adventu Antichristi? Esset enim Deus verax, etiamsi Antichristus non esset futurus: Ergo veracitas Dei non est obiectum formale fidei. Confirmatur; nam credimus, etiamsi non cogitemus de hac Dei veracitate.*

37 It is ANSWERED, that the Veracity of God, not entitative, but declaring, is the formal object of faith; and thus, although God could not reveal Antichrist, yet, revelation supposed, he is the material object, believed because revealed by God, whence arises the very formal ratio.

> *RESPONDETUR, Veracitatem Dei, non entitativam, sed dicentem, esse obiectum formale fidei; et ita, licet posset Deus non revelate Antichristum; tamen supposita revelatione, est obiectum materiale, creditum, quia a Deo revelatum, unde oritur ratio ipsius formalis.*

38 You will say with Vulpes, and the Author of the Controv. among the Scotists. If the ratio of belief is the Divine veracity, insofar as God willed to reveal. Therefore the will of God is the formal ratio of faith.

> *Dices cum Vulpio, et Auctore Controv. inter Scotistas. Si ratio credulitatis est Divina veracitas, quatenus voluit Deus revelare. Ergo voluntas Dei est ratio formalis fidei.*

39 It is answered, that the will does not enter into the object of faith, but is supposed as a condition. From what has been said that question is almost solved: Whether revelation enters into the formal

object of faith.

> *Respondetur, voluntatem non ingredi obiectum fidei, sed supponi ut conditionem. Ex dictis fere solvitur quaestio illa: An revelatio intret in obiectum formale fidei.*

40 The FIRST opinion is, that it is a mere condition, that the articles be believed. So commonly the Scotists: Smisingh, Vulpes *disp. 19. art. 1.*, Arretinus, and others, as cited by Meldula *Tom. 3. disp. 6. quaest. 2.* Suarez seems to approve this mode *disp 3. sect. 2. et alii.*

> *Prima opinio est, eam esse meram conditionem, ut articuli credantur. Ita communiter Scotistae: Smisingh. Vulpes* disp. 19. art. 1. *Arretinus, et alii apud Meldulam* Tom. 3. disp. 6. quaest. 2. *Hunc modum videtur approbare Suarez* disp 3. sect. 2. et alii.

41 The SECOND opinion is, that it alone is the formal object of faith. So Poncius *disp. 17. quaest. 2.*

> *Secunda sententia est, eam solam esse obiectum formale fidei. Sic Poncius* disp. 17. quaest. 2.

42 The THIRD opinion is, that the formal object of faith is the Divine Veracity declaring and revealing, and that in this way revelation is of the formal object of faith. So Suarez *loc. cit.*; Valentia *disp. 1. quaest. 1. p. 1.*; Caspensis *disp. 1. sect. 2.* at the end; Turrianus, Lugo, Coninch *disp. 9. dub. 4.*; Torres, Amicus, Arriaga, Tannerus, and other Recentiores, as cited by Meldula *num. 54.* The same is held by D. Bonav. *at the very end.*

> *Tertia sententia est, obiectum formale fidei esse Divinam Veracitatem dicentem, et revelantem, et hoc modo esse de obiecto formali fidei. Ita Suarez* loc. cit. *Valentia* disp. 1. quaest. 1. p. 1. *Caspensis* disp. 1. sect. 2. *in fine, Turrianus, Lugo, Coninch* disp. 9. dub. 4. *Torres, Amicus, Arriaga, Tannerus, et alii Recentiores apud Meldulam* num. 54. *Idem sentit D. Bonav.* ad ultimum.

43 It is proved from the Holy Doctor in *foundation 6.* That belongs to the formal ratio which constrains us to believe; but this is the article as revealed by God: Therefore. The minor is proved: for whenever there is talk of faith, it is expounded in reference to revelation, to testimony, and to the word, as is evident from the Scriptural testimonies alleged above.

> *Probatur a S. D.* fundamento 6. *Id spectat ad rationem formalem, quod nos arctat ad credendum; sed hoc est articulus, ut a Deo revelatus: Ergo. Minor probatur; Nam semper, quando est sermo de fide, explicatur in ordine ad revelationem, ad testimonium, et ad verbum, ut constat ex testimoniis Scripturae supra allegatis.*

44 Nor is it enough to say that this is a condition; for we are said through faith to receive the word of God; but surely we do not receive a condition, as Arriaga and another note.

> *Nec sufficit dicere, hanc esse conditionem; Nam dicimur per fidem accipere verbum Dei; At profecto non accipimus conditionem, ut advertunt Arriaga, et alius.*

45 Mastrius answers that we believe by the revelation of God insofar as He is truthful, or insofar as He is an infallible witness, and that this is understood tacitly in the Scriptures; therefore the formal ratio of our belief is the veracity of God; but revelation is a condition, as the application of fire is the cause of heat.

> *Respondet Mastrius, nos credere revelatione Dei, quatenus est verax, seu quatenus est testis infallibilis, et hoc subintelligi in scripturis; Igitur rationem formalem nostrae credulitatis esse Dei veracitatem; At revelationem esse conditionem, sicut applicatio ignis est causa caloris.*

46 Against this: for from Mastrius *num. 55.*, the sole internal speech of God does not suffice for the formal object of faith in complete act; but external revelation is required: therefore this enters into the formal object. And that the Veracity of God also intervenes is no obstacle; for it intervenes as declaring and revealing. Wherefore revelation does not stand to the assent of faith in the same way as the knowledge of the good stands to appetite, which is only a condition; for revelation is the connection of the Veracity of God with things, and it is the object of belief; for veracity entitatively is not the formal ratio, but in declaring, as Mastrius asserts *num. 23.* — surely not as asserting within itself, for that matters nothing, but as it says to me externally by revealing. Hence just as in a Syllogism not only the evidence of the premises is the cause of assent to the conclusion, but also the evidence of the consequence — for I assent to the conclusion because I see that it follows from the premises, which I know to be true — so also here. See Coninch. *disp. 9. dub. 4.* It is confirmed: for the external attestation of God has the same certitude as the first truth itself, as Amicus notes; and it unites the first truth with the object. Yet this question is of small moment.

> *Contra; nam ex Mastrio* num 55. *Sola interna Dei locutio non sufficit ad obiectum formale fidei in actu completo; sed requiritur externa revelatio: Ergo haec ingreditur obiectum formale. Quod vero interveniat etiam Veracitas Dei, nihil obest; nam intervenit ut dicens, et revelans. Quare non eodem modo se habet revelatio ad assensum fidei, sicut cognitio boni ad appetitum, quae est tantum conditio; nam revelatio est connexio Veracitatis Dei cum rebus, et est obiectum credulitatis; non enim veracitas entative est ratio formalis, sed in dicendo, ut asserit Mastrius* num. 23. *sane non ut asserit intra se, hoc enim nil refert, sed ut extra dicit mihi revelando. Unde sicut in Syllogismo non sola evidentia praemissarum est causa assensus conclusionis, sed etiam evidentia consequentiae; ideo enim conclusioni assentior, quia video sequi e praemissis, quas scio, esse veras; ita etiam hic. Vide Coninch.* disp. 9. dub. 4. *Confirmatur; nam testificatio externa Dei habet eandem certitudinem, quam habet ipsa prima veritas, ut advertit Amicus; et unit primam veritatem cum obiecto. Haec tamen quaestio est parvi momenti.*

47 From what has been said there also arises the question: Whether the formal ratio of the object of faith includes revelation as obscure, in such a way that it is not exposed to a clear instruction.

> *Ex dictis etiam oritur quaestio: An de ratione formali obiecti fidei sit revelatio, ut obscura est, ita, ut non exponatur institutioni clarae.*

48 The FIRST opinion is that it pertains to the formal object of faith. So Suarez *disp. 3. sect. 7.*; Turrianus *2. 2. disp. 8. dub. 1.*; Albertinus *tom. 1. corol. quaest. 4. disp. 3.*; and very many others; and it is D. Bonav., Foundation 3.

> *Prima opinio est spectare ad obiectum formale fidei, ita Suarez* disp. 3. sect. 7. *Turrianus* 2. 2. disp. 8. dub. 1. *Albertinus* tom. 1. corol. quaest. 4. disp. 3. et alii plurimi, est D. Bonav. Fundamento 3.

49 The SECOND opinion says it is only a condition. So Scotus *3. dist. 31. quaest. unica, C. ad 2.*, whom the Scotists follow, and Caietanus *2. 2. quaest. 1. art. 6.*; Bannes *ibi, art. 4. disp. 1.*; Durandus *3. dist. 24. quaest. 1.*; Coninch. *disp. 11. dub. 1.*; Amicus *disp. 2. sect. 4.*; Bassol. *3. disp. 24. quaest. unic. art. 1.*; Mastrius *disp. 6. quaest. 3. art. 1.*

> *Secunda sententia dicit, esse tantum conditionem. Ita Scotus* 3. dist. 31. quaest. unica, C. ad 2. *quem sequuntur Scotistae, et Caietanus* 2. 2. quaest. 1. art. 6. *Bannes* ibi, art. 4. disp. 1. *Durandus* 3. dist. 24. quaest. 1. *Coninch.* disp. 11. dub. 1. *Amicus* disp. 2. sect. 4. *Bassol.* 3. disp. 24. quaest. unic. art. 1. *Mastrius* disp. 6. quaest. 3. art. 1.

50 I ASSERT with the first opinion that obscure revelation enters into the formal ratio of faith.

> *Assero cum priori sententia, revelationem obscuram ingredi rationem fidei formalem.*

51 It is proved most effectively by D. Bonav. *loc. cit*. That in which Faith differs from the other habits of the intellect pertains to the formal ratio; but faith essentially differs from science through inevidence: Therefore. The minor is proved: for that which is essentially destroyed when clear science arrives is opposed according to a difference; but this is obscurity: Therefore. The minor is proved: for when the vision of the fatherland arrives, faith is emptied out, *1 Corinth. 13*. But even though there can be science and faith about the same object, as I shall say in *quaest. 5.*, still faith retains its obscurity, because in believing it rests on an obscure authority, not on demonstration.

> *Probatur efficacissime a D. Bonav.* loco cit. *Id, in quo Fides differt ab aliis habitibus intellectus, spectat ad rationem formalem; Sed fides essentialiter differt a scientia per inevidentiam: Ergo. Minor probatur; nam id quod essentialiter destruitur, adveniente scientia clara, est oppositum secundum differentiam; sed haec est obscuritas: Ergo. Minor probatur; nam adveniente visione patriae, evacuatur fides,* prima Corinth. 13. *Esto autem possit esse scientia, et fides de eodem obiecto, ut dicam* quaest. 5. *tamen fides adhuc retinet obscuritatem, quia nititur authoritate obscura, non demonstratione, in credendo.*

52 Scotus answers that the greater or lesser clarity comes from the greater or lesser approximation of agent and patient, which is a mere condition: thus from a greater nearness to the light, a body is more illuminated, and yet there is not another formal ratio of acting. So also Mastrius.

> *Respondet Scotus, maiorem, vel minorem claritatem venire ex maiori, vel minori approximatione agentis, et passi, quae est mera conditio: Sic ex maiori vicinitate ad lumen, magis illuminatur corpus, neque tamen est alia formalis ratio agendi. Ita, et Mastrius.*

53 Secondly, Mastrius answers with Amicus by denying that the act of faith differs through obscurity, but through its proper formal object, which is the attestation of the truthful God declaring.

> *Respondet secundo cum Amico Mastrius, negando, actum fidei differre per obscuritatem, sed per proprium obiectum formale, quod est testificatio Dei veracis dicentis.*

54 But these things are empty; for about the same object there is the science of vision and faith; and not only according to the material ratio, but even as revealed by God Himself, and yet faith, when vision arrives, is destroyed: therefore by an opposed difference. But what is it for faith to be from God revealing, or declaring, something different from what is revealed clearly in the fatherland, if not what I say? for that authority, conceived in the revelation of the way, will by no means cease, but will be seen evidently, the obscurity of the way being removed.

> *Sed haec sunt inania; nam circa idem obiectum est scientia visionis, et fides; neque solum secundum rationem materialem; sed etiam, ut revelatum a Deo ipso, et tamen fides, adveniente visione, destruitur: Ergo ab opposita differentia. Quid autem est, fidem esse a Deo revelante, aut dicente diversum a revelante clare in patria, nisi id quod dico? nam neque cessabit omnino authoritas illa concepta in revelatione viae, sed evidenter videbitur, amota viae obscuritate.*

55 I know that the obscurity of the enigma is a condition added to the state of this blind man, as I said *p. 1. tract. 4. disp. 5. quaest. 2. and tract. 10. disp. 1. quaest. 9.*

> *Scio obscuritatem aenigmatis esse conditionem, additam statui huic caeco, ut dixi* p. 1. tract. 4. disp. 5. quaest. 2. et tract. 10. disp. 1. quaest. 9.

56 Surely obscurity is handed down in the definition of faith by the Apostle, by whom faith is called *the argument of things not appearing:* Therefore. It is confirmed: for in this everywhere faith is expressly shown forth. But for this state *1. Cor. 13.* calls it AEnigmatical. And *2 Peter 1.* compares it to a lamp in a dark place. Hence D. August. *Tract. 40. in Ioan.*: *What is faith? to believe what you do not see.* It is confirmed by Suarez with the argument of D. Bonav. in the *opusculo, Principium Scripturae*, taken from D. August. *lib. de utilitate credendi, cap. ult.*: *What we understand we must refer to reason; what we believe, to authority;* but authority does not show the thing in itself: Therefore the obscurity of the object is of the ratio of faith.

> *Profecto obscuritas in definitione fidei traditur ab Apostolo, a quo dicitur* argumentum non apparentium: *Ergo. Confirmatur; Nam in hoc ubique expresse ostenditur fides. Pro hoc statu autem* 1. Cor. 13. *dicitur AEnigmatica. Et* secunda Petri 1. *comparatur lucernae in caliginoso loco. Idco D. August.* Tract. 40. in Ioan. Quid est fides? credere, quod non vides. *Confirmatur Suarez argumento D. Bonav.* opusculo, Principium Scripturae*, sumpto ex D. August.* lib. de utilitate credendi, cap. ult. Quod intelligimus, debemus rationi; quod credimus, auctoritati; *Sed auctoritas non ostendit rem in se: Ergo obscuritas obiecti est de ratione fidei.*

57 Mastrius answers *num. 83.* that this is not a definition of faith, which he proves because the principal element in faith is omitted, that is, the authority of God.

> *Respondet Mastrius* num. 83. *illam non esse definitionem fidei, quod probat, quia omittitur praecipuum in fide, idest auctoritas Dei.*

58 But the Holy Fathers clearly say that it is a definition. I cited them in *quaest. 1.* That the authority of God is also posited there, Mastrius admits *num. 64.*

> *At SS. Patres clare dicunt, esse definitionem. Eas retuli* quaest. 1. *Quod vero ibi ponatur etiam auctoritas Dei, fatetur Mastrius* num. 64.

59 There arises, however, this doubt: Would there be an assent of faith concerning an obscure thing, if I knew evidently that it was so revealed by God, and thus that it was evident on the part of the revealer?

> *Occurrit vero dubium: An esset assensus fidei de re obscura, quam scirem evidenter, ita a Deo esse revelatam, et ita evidens esset ex parte revelantis.*

60 The FIRST opinion is the negative one: Durandi *3. dist. 23. quaest. unica*; Suarez *disp. 3. sect. 8. p. 3.*; Turriani *disp. 8. dub. 1.*; Coninch. *disp. 9. dub. 8.*; Hurtadi *disp. 27. sect. 1.*; Lugo *disp. 2. sect. 1.*; Bannes *ad articulum citatum* of D. Thomas. And it is D. Bonav. *2. dist. 23. quaestione ultima.*

> *Prima opinio est negativa Durandi* 3. dist. 23. quaest. unica*, Suarez* disp. 3. sect. 8. p. 3. *Turriani* disp. 8. dub. 1. *Coninch.* disp. 9. dub. 8. *Hurtadi* disp. 27. sect. 1. *Lugo* disp. 2. sect. 1. *Bannes* ad articulum citatum D. Thomae. *Et est D. Bonav.* 2. dist. 23. quaestione ultima.

61 Caietanus *2. 2. quaest. 5. art. 1.*; Ferrar. *3. cont. Gent. cap. 40.*; Medina *p. 2. quaest. 90. art. 1.*; Valentia disp. 1. quaest. 1. p. 4., who cites S. Bonav.; Vasquez p. 1. disp. 135. cap. 3. and 3. p. disp. 53. cap. 1.; Amicus disp. 2. sect. 5.; and others AFFIRM it. And it is the opinion of Scotus 3. dist. 24. quaest. unic. §. sed si loquamur. His disciples follow him, and Mastac. disp. 3. sect. 4.; Pasqualigo disp. 33. sect. 1.; Tann. quaest. 5. art. 2., as cited by Mastrius, who subscribes disp. 6. quaest. 3. art. 2.; Caspensis disp. 1. sect. 5.; Morand. tract. un. quaest. 3., where he brings forward D. Bonaventure, Alensis, and Durandus. Indeed Tannerus and Mastac. bring forward D. Thomas quaest. 5. art. 2.; but

there he speaks of the evidence of credibility, as Morandus weighs at the place cited, and Cardinal de Lugo in his tom. de fide, disp. 2. sect. 1. num. 46., who nevertheless says the former opinion is the common and truer one.

> *Affirmant Caietanus* 2. 2. quaest. 5. art. 1. *Ferrar.* 3. cont. Gent. cap. 40. *Medina* p. 2. quaest. 90. art. 1. *Valentia disp. 1. quaest. 1. p. 4. qui allegat S. Bonav. Vasquez p. 1. disp. 135. cap. 3. et 3. p. disp. 53. cap. 1. Amicus disp. 2. sect. 5. et alii. Est autem sententia Scoti 3. dist. 24. quaest. unic. §. sed si loquamur. Eum sequuntur discipoli, et Mastac. disp. 3. sect. 4. Pasqualigo disp. 33. sect. 1. Tanner. quaest. 5. art. 2. apud Mastrium, qui subscribit disp. 6. quaest. 3. art. 2. Caspensis disp. 1. sect. 5. Morand. tract. un. quaest. 3. ubi adducit D. Bonaventuram, Alensem, Durandum. Imo Tannerus et Mastac. adducunt D. Thomam quaest. 5. art. 2. sed ibi loquitur de evidentia credibilitatis, ut ponderat Morand. loco citato, et Cardinalis de Lugo tom. de fide, disp. 2. sect. 1. num. 46. qui tamen dicit, priorem sententiam esse communem, et veriorem.*

62 Becanus cap. 1. quaest. 5. and Arriaga disp. 4. sect. 4. seem to have followed the MIDDLE opinion, as I shall report in the arguments.

> *MEDIAM sententiam videntur secuti Becanus cap. 1. quaest. 5. Arriaga disp. 4. sect. 4. ut referam in argumentis.*

63 I CONFESS that in D. Bonav., where he is cited on 3. dist. 24. art. 2. quaest. 3., I do not find what is sought here, but only that faith can coexist with some scientific cognition. Yet he seems to indicate that opinion in the Hexaem. serm. 2. and 9.; but he teaches the opposite in the places to be cited.

> *FATEOR, me in D. Bonav. ubi allegatur 3. dist. 24. art. 2. quaest. 3. non invenire id, quod quaeritur hic, sed solum, posse dari fidem cum cognitione aliqua scientifica. Eam tamen sententiam videtur in Hexamor. serm. 2. et 9. indicare: sed oppositam docet locis citandis.*

64 I ASSERT with D. Bonav. that the evidence of the attester would put the thing outside the object of faith.

> *ASSERO cum D. Bonav. evidentiam attestantis reddere rem extra obiectum fidei.*

65 It is *PROVED from* Suarez with the argument of S. Bonavent. 3. dist. 24. dub. 1. litt. The assent of our faith is free, and hangs on the will. Hence Rom. 10. says: *All do not believe the Gospel.* But if there were evidence on the part of the revealer, so that we would clearly know that the revealer is God, who is the first infallible Truth; already the intellect would necessarily assent to the clear thing: Therefore it would not be an assent of faith. The minor is proved by this Syllogism, to which we necessarily assent. Whatever the first Truth reveals is true; but this the first Truth, by supposition, reveals, namely that God is Three: Therefore this is true.

> PROBATUR a *Suarez argumento S. Bonavent. 3. dist. 24. dub. 1. litt. Assensus fidei nostrae est liber, et pendet a voluntate. Ideo Rom. 10. dicitur:* Non omnes credunt Evangelio. *At si esset evidentia revelantis, ut clare cognosceremus, revelantem esse Deum, qui est prima Veritas infallibilis; iam intellectus necessario rei clarae assentiret: Ergo non esset assensus fidei. Minor probatur hoc Syllogismo, cui necessario assentimur. Quidquid prima Veritas revelat, est verum; sed hoc prima Veritas, ex suppositione, revelat, puta, Deum Trinum: Ergo hoc est verum.*

66 *RESPONDS* Becanus, and Arriaga: the object of faith adequately includes not only revelation, but also the veracity of God. But when God the revealer is recognized, only the evidence of the revelation is clearly recognized, not the veracity of God; and therefore it is not evident according to the whole ratio of the formal object.

> RESPONDET *Becanus, et Arriaga; obiectum fidei includere adaequate non solam revelationem, sed etiam veracitatem Dei. Iam vero Deo revelante agnito, agnoscitur clare sola evidentia revelationis, non autem veracitatis Dei, atque adeo non est evidens secundum totam rationem obiecti formalis.*

67 *BUT* the argument proved that the veracity of God is also clear, for when it is evidently known that the revealer is God, the first Truth is also known. Hence in the major is assumed: *Whatever God reveals is true.*

> AT *argumentum probavit, claram esse etiam veracitatem Dei, nam cognito evidenter revelantem esse Deum; cognoscitur etiam prima Veritas. Unde in maiori assumitur:* Quidquid Deus revelat, est verum:

68 *Responds* Mastrius *num. 91.* that the consequence does not follow in that Syllogism, namely: Therefore it is evident that God is trine. But: Therefore it is true, is a testimony that the truth about the Trinity is true. Therefore the evidence is only extrinsically, not in the object.

> Respondet *Mastrius* num. 91. *non sequi in illo Syllogismo consequentiam. Ergo evidens est, Deum esse trinum. Sed: Ergo verum est; testimonium de Trinitate verum esse. Igitur evidentia est solum extrinsece, non autem in obiecto.*

69 Against this argues Suarez, for it is the same for this to be true, and for this to be so; for a proposition to be true is nothing else than for it to be so.

> *Contra arguit Suarez, nam idem est, verum esse hoc, et hoc ita esse; nam propositionem esse veram, nihil aliud esse, quam ita esse.*

70 Mastrius answers, conceding that they are the same when cognition of the thing is had through intrinsic principles, or through effects intrinsically flowing from it; but not when cognition is had through an extrinsic principle, the attester. So he concludes with Amicus, that the known conclusion is deduced in the same way from known principles in the attester.

> *Respondet Mastrius, concedendo, ea esse idem, quando habetur cognitio de re per principia intrinseca, vel per effectus inetrinsece manantes; non vero quando cognitio habetur per principium extrinsecum attestantis. Ita concludit cum Amico, ex principiis notis in attestante, deduci conclusionem notam eodem modo.*

71 Cardinal de Lugo *num. 9.* protests that he cannot grasp this solution, and deservedly. Against it I argue thus: Every truth evident a posteriori infers an evident consequence; but this proposition: God, who is the first Truth, known evidently, has said that the Incarnation has taken place: Therefore it evidently follows that it has taken place; for this evidence does not arise from revelation alone, in the way in which this utterance: *The Pontiff is ill,* pronounced to me by a Notary, who can lie, and so the object is obscure to me, even though it is evident that he is a Notary of Rome; but in the evidence of the revealer the truth of the thing is included as evident, because God cannot lie. From this the argument of Mastrius *num. 86.* falls to the ground utterly. It can be evident that some witness asserts this, e. g. that Constantinople was burned, and yet remain unevident that the thing is so; for the ratio is disparate, as I said.

> *Cardinalis de Lugo* num. 9. *protestatur, se non capere hanc solutionem, et merito. Contra eam arguo sic: Omnis veritas a posteriori evidens, infert consequentiam evidentem; sed haec propositio: Deus, qui est prima Veritas, cognitus evidenter dixit, Incarnationem factam: Ergo evidenter sequitur, eam esse factam: Nam non ex sola revelatione oritur haec evidentia ad modum, quo haec dictio:* Pontifex aegrotas, *mihi pronunciata a Tabellione, qui potest mentiri, et ita obscurum est mihi obiectum, tametsi evidens sit, illum esse Tabellionem Romae; sed in evidentia revelantis includitur veritas rei evidens, quia Deus non potest mentiri. Ex quo ruit funditus argumentum Mastrii* num. 86. *Potest esse*

evidens, testem quempiam hoc asserere, v. g. Constantinopolim incensam, et tamen manere inevidens, rem ita esse; est enim dispar ratio, ut dixi.

72 *LET* there be, therefore, this argument: It is evident that everything revealed by God is true, because God is the first Truth: but it is evident that this is a revelation of God: *The Son of God is Incarnate:* Therefore it is evident that it is true.

FIAT *ergo hoc argumentum: Evidens est, omne revelatum a Deo, esse verum, quia Deus est prima Veritas: Sed evidens est, hanc esse revelationem Dei:* Filius Dei est Incarnatus: *Ergo evidens est, esse verum.*

73 *YOU WILL ASK:* Whether a Syllogism consisting of one premise of faith and another naturally evident has a conclusion of faith.

QUAERES: *An Syllogismus constans una praemissa de fide; altera evidenti naturaliter, habeat conclusionem de fide.*

74 *IT IS ANSWERED*, by denying it, for the conclusion follows the weaker part; but the weaker is natural truth than truth of faith. See Caspensem *sect. 6.* Valentiam *puncto 2.*

RESPONDETUR*, negando, nam conclusio sequitur debiliorem partem; debilior autem est veritas naturalis, quam veritas de fide. Vide Caspensem* sect. 6. *Valentiam* puncto 2.

Question III: Whether the object of faith is something complex

1 THEY treat this question in agreement with the Holy Doctors: Alens. *3. p. quaest. 79. membr. 5.* Albert. *in 3. dist. 24. art. 5.* Altisiodor. *lib. 3. tract. 3. cap. 2. quaest. 2.* Richard. *dist. 24. quaest. 2.* Durand. *ibi, et alii;* nor is there almost any difficulty.

HANC quaestionem agunt cum SS. Doctoribus Alens. 3. p. quaest. 79. membr. 5. *Albert.* in 3. dist. 24. art. 5. *Altisiodor.* lib. 3. tract. 3. cap. 2. quaest. 2. *Richard.* dist. 24. quaest. 2. *Durand.* ibi, et alii; *nec ulla est fere difficultas.*

2 THE FIRST opinion is that the object of faith is something Incomplex, as God, the Incarnation, etc. Thus, as regards God, the principal object seems to be a clear reality.

PRIMA opinio est, obiectum fidei, esse quid Incomplexum, ut Deum, Incarnationem, etc. Sic, quoad Deum, obiectum principale videtur res clara.

3 St. Bonaventure refutes this view, because, although God in himself is simple, he is nevertheless believed not incomplexly, but complexly, as Valentia also notes *quaest. 1. p. 2.* Mastrius *disp. 6. quaest. 1. art. 1.* Caspensis *sect. 1. num. 9.* Since, therefore, the object must be taken not materially, as a thing; but under that aspect under which it is regarded by the habit, and by the potency, and the potency regards the object as complex; therefore it must be so enunciated.

HUNC modum redarguit S. Bonav. quia, licet Deus in se simplex sit, tamen non creditur incomplexe, sed complexe, ut notant etiam Valentia quaest. 1. p. 2. *Mastrius* disp. 6. quaest. 1. art. 1. *Caspensis* sect. 1. num. 9. *Cum igitur debeat obiectum sumi non materialiter, ut res; sed sub ea ratione, qua respicitur ab habitu, et potentia, et potentia respiciat obiectum ut complexum; ideo sic enunciandum.*

4 The SECOND opinion is that the object of faith is about complex truth, not only because faith regards the object as enunciated, and our intellective potency does not grasp it except by way of composition; but also because it is objected according to some difference of time, as: The Incarnation has been made: The Judgment has not been made. And if you say that faith must be changed while

the enunciables are changed at different times. The Nominalists respond that the enunciates are not changed, because it is the same true enunciate, you will run, you are running, you have run, despite the diversity of times. Then, even if the enunciables were changed; still they say that Faith is not changed.

> *SECUNDA sententia est, obiectum fidei esse circa verum complexum, non solum quia fides respicit obiectum, ut enunciatur, et potentia intellectiva nostra non capit, nisi per modum compositionis; sed etiam, quia obiicitur secundum differentiam aliquam temporis, ut: Incarnatio est facta: Iudicium non est factum. Et si dicas, mutandam fidem, dum mutantur enunciabilia temporibus diversis. Respondent Nominales, non mutari enunciata, quia est idem enunciatum verum, te cursurum, te currere, te cucurrisse pro temporum diversitate. Deinde, esto mutentur enunciabilia; tamen aiunt, non mutari Fidem.*

5 Yet St. Bonaventure *in 1. dist. 41. quaest. ult.* rejected this view, because the enunciate signifies not only the thing, but the mode of its being, and since one is the mode by which the Judgment will be; and another, by which it is; and then again, by which it was; the enunciation also varies, and its truth varies. And if, on account of the immutability of the account, the enunciations of faith are immutable; they will also be one article, because one is the reason of all believing.

> *HUNC tamen modum repulit S. Bonav.* in 1. dist. 41. quaest. ult. *quia enunciabile significat non solum rem, sed et modum se habendi, et cum alius sit modus, quo se habebit Iudicium; et postea, quo se habet; et deind, quo se habuit; varia est etiam enunciatio, et variatur eius veritas. Et si ob immutabilitatem rationis sunt immutabiles enunciationes fidei; erunt etiam unus articulus, quia una est ratio omnes credendi.*

6 Therefore the Holy Doctor ASSERTS that the object of faith, as it is regarded by the believer, according to assent, is complex.

> *ASSERIT igitur S. D. obiectum fidei, ut respicitur a fideli, secundum assensum, esse complexum.*

7 *IT IS PROVED* by the Holy Doctor, first from D. August. de praedest. Sanctorum, cap. 2. where he says: *To believe is to think with assent.*

> PROBATUR *a S. D. primo ex D. August. de praedest. Sanctorum, cap. 2. ubi ait:* Credere, esse cogitare cum assensione.

8 *SECOND*, because faith regards the object as true, and therefore as to be asserted. It is confirmed, because faith is opposed to error; but error is about the complex, attributing to a thing what it does not have: Therefore.

> SECUNDO*, quia fides respicit obiectum, ut verum, et ideo asserendum. Confirmatur, quia fides opponitur errori; at error est circa complexum, attribuendo rei id, quod non habet: Ergo.*

9 *FINALLY*, if the object of faith were Incomplex, say the coming of the Messiah, or the Universal Judgment: Then the Jews would not err in saying that they believe the coming of the Messiah, but that it has not yet come: Nor would he err who said that the Judgment had already been made. Therefore the Holy Doctor notes that the explicit object of faith includes even the differences of time, so that, e. g., it be believed that the Incarnation has already taken place, etc.

> TANDEM*, si obiectum fidei esset Incomplexum, puta adventus Messiae, aut Universale Iudicium: Ergo non errarent Iudaei dicentes, se credere adventum Messiae; sed adhuc non venisse: Neque erraret, qui diceret, Iudicium iam factum esse. Advertit ergo S. D. obiectum explicitum fidei includere etiam differentias temporis, ut credatur v. g. Incarnatio iam facta, etc.*

10 I ASSERT, second, that some object of faith, as it is a thing, say God, is incomplex. So D. Thom. Valentia, Caspensis, Mastrius; nor does S. Bonav. disagree, for God is most simple in himself.

> *ASSERO secundo, aliquod obiectum fidei, ut res est, puta Deum, esse incomplexum. Ita D. Thom. Valentia, Caspensis, Mastrius; nec dissentit S. Bonav. est enim Deus simplicissimus in se.*

11 *IT IS PROVED*, second, by the Holy Doctor. For those who of old believed the Incarnation implicitly did not believe it necessarily under some difference of time, but were able to suspend judgment: whether he had been born; or not.

> PROBATUR *secundo a S. D. Nam credentes olim implicite Incarnationem, non credebant necessario sub aliqua differentia temporis, sed poterant suspendere: an esset natus; vel non.*

12 *YOU WILL OBJECT* against the first assertion. Hope and Charity are about incomplexes: Therefore also faith.

> OBIICIES *contra primum assertum. Spes, et Charitas sunt circa incomplexa: Ergo et fides.*

13 *THE HOLY DOCTOR ANSWERS* by denying the consequence, because Hope and Charity are affections, and therefore regard things, say beatitude, God, etc. But faith deals in the intellect, composing, dividing, etc.

> RESPONDET *S. D. negando consequentiam, quia Spes, et Charitas sunt affectus, ideo respiciunt res, puta beatitudinem, Deum, etc. At fides negotiatur in intellectu, componendo, dividendo, etc.*

Question IV: Whether the object of faith can be false

1 The theologians answer UNANIMOUSLY that falsity cannot underlie the object of faith. So the Holy Doctors here; Alens. 3. p. quaest. 79. membr. 1. Albert. 3. dist. 25. art. 3. Altisiodor. lib. 3. tract. 3. cap. 2. quaest. 3. Richardus 3. dist. 24. quaest. 3. and all the others, in Tanner disp. 1. quaest. 1. dub. 5. where he has nearly everything from the Holy Doctors.

> *UNANIMES respondent Theologi, obiecto fidei non posse falsum subesse. Ita Sancti Doctores hic; Alens. 3. p. quaest. 79. membr. 1. Albert. 3. dist. 25. art. 3. Altisiodor. lib. 3. tract. 3. cap. 2. quaest. 3. Richardus 3. dist. 24. quaest. 3. et alii omnes apud Tanncrum disp. 1. quaest. 1. dub. 5. ubi omnia fere e S. Doct. habet.*

2 *IT IS PROVED* by D. Bonav. first. Faith in the way belongs only to that of which there will be vision in the fatherland; but falsity cannot underlie the vision in the fatherland: Therefore.

> PROBATUR *a D. Bonav. primo. Illius tantum est fides in via, cuius erit visio in patria; sed visioni in patria non potest subesse falsum: Ergo.*

3 *SECOND*. As Charity is related to good, so is Faith to truth; but Charity does not desire except the good: Therefore Faith never makes one believe except the truth.

> SECUNDO. *Sicut se habet Charitas ad bonum, ita Fides ad verum; sed Charitas non appetit nisi bonum: Ergo Fides nunquam facit credere, nisi verum.*

4 *THIRD*. Everything that falls under faith falls under revelation from the first Truth; but nothing false can fall into the first Truth: Therefore neither into Faith. The major is proved; for the first Truth, as revealing, is the formal aspect under which that of faith itself [is believed]; but nothing falls into any habit except under the formal aspect of its own object, nor even into any potency. For nothing is

attained by the visual potency except under the aspect of the luminous. The minor is proved by D. Bonav. For the false fights directly with the first truth, and is opposed to it as evil to good; and not being to being. This is the principal argument by which nearly all the others proceed, as Valentia says quaest. 1. puncto 3.

> Tertio. *Omne, id quod cadit sub fidem, cadit sub revelationem a prima Veritate; sed nihil falsum potest cadere in primam Veritatem: Ergo neque in Fidem. Maior probatur; nam prima Veritas, ut revelans, est ratio formalis, sub qua ipsius fidei; nihil autem cadit in aliquem habitum, nisi sub ratione formali obiecti ipsius, ut neque etiam in potentiam aliquam. Nihil enim attingitur a potentia visiva, nisi sub ratione lucidi. Minor probatur a D. Bonav. Nam falsum pugnat directe cum prima veritate, et opponitur illi, sicut malum bono; et non ens enti. Hoc est praecipuum argumentum, quo caeteri fere utuntur, ut ait Valentia quaest. 1. puncto 3.*

5 *YOU WILL SAY*, many things revealed depend on human faith, e. g. the authority of Clement X. from the fact that he is canonically elected. The Council of Trent, that it is canonically convened, and the like.

> Dices, *multa revelata pendent ex fide humana, v. g. authoritas Clementis X. ex eo, quod sit canonice electus. Concilium Tridentinum, quod sit canonice congregatum, et similia.*

6 *IT IS ANSWERED*, these depend on human faith as on a disposition; But the election is certain, because in Matth. 16. it is promised that the assistance of God will not be wanting to the Church.

> RESPONDETUR, *ea pendere ex fide humana tanquam ex dispositione; At electionem esse certam, quia Matth. 16. promittitur, Ecclesiae non defuturam Dei assistentiam.*

7 *It is confirmed* by the Holy Doctor. For the cognition under which falsity can lie is rather deception than illumination; But faith is the illumination of the mind, as D. August. says lib. com. epist. fund. cap. 14.

> Confirmatur *a S. D. Nam cognitio, cui potest subesse falsum, est potius deceptio, quam illuminatio; At fides est mentis illuminatio, ut ait D. August. lib. com. epist. fund. cap. 14.*

8 *It is confirmed second* by the Holy Doctor; for the Theological Virtue is more certain than every art and science; But falsity cannot underlie the sciences: Therefore.

> Confirmatur secundo *a S. D. nam Virtus Theologica est certior omni arte, et scientia; At scientiae non potest subesse falsum: Ergo.*

9 *IT IS PROVED* by S. Bonav. in the body [of the article], because our faith relies on Divine cognition; but God comprehends all things, so that he knows even future contingents with certainty: Therefore. Here the Holy Doctor, taking his occasion from the Minor of the third argument, settles that question: Whether God can deceive; which question he also treats in 2. dist. 37. art. 2. quaest. 1. and Cano examines it on purpose, quaest. 3. de Locis Theol.

> PROBATUR *a S. Bonav. in corpore, quia fides nostra nititur Divina cognitione; sed Deus omnia comprehendit, ita ut etiam futura contingentia certo sciat: Ergo. Hic S. Doctor, ansam arripiens a Minori tertii argumenti, definit eam quaestionem: An Deus possit decipere; quam quaestionem agit etiam in 2. dist. 37. art. 2. quaest. 1. et ex proposito quaest. 3. eam perlustrat Cano de Locis Theol.*

10 For if God can deceive, the way will not lie open to us for knowing this or that infallible thing; since they cannot be reduced to the first truth.

Si etenim potest Deus decipere, non patebit nobis via ad cognoscendum hoc, vel illud infallibile; cum nequeant reduci in primam veritatem.

11 IT is the most certain assertion of all Catholics that it is heretical to say that God, by himself or through another, ever taught falsity, or that by ordinary law he can teach it. So Valentia admonishes. It is against the Priscillianists, in D. August. de haeres. haeresi 70.

EST certissima assertio omnium Catholicorum, haereticum esse dicere, Deum per se, vel per alium, unquam docuisse falsum, vel de lege ordinaria posse docere. Ita admonet Valentia. Est contra Priscillianistas apud D. August. de haeres. haeresi 70.

12 *IT IS PROVED* first by the Holy Doctor on 3. Ioan. *He who receives his testimony hath set to his seal that God is true*, and it is added on Rom. 3. *But God is true: but every man a liar*. Thence he deduces there also that whoever speaks the words of God, or in the name of God, is truthful, and thus God cannot deceive through another.

PROBATUR *primo a S. Doct. ad 3. Ioan.* Qui accipit eius testimonium, signavit quia Deus verax est, *et additur ad Rom. 3.* Est autem Deus verax: omnis autem homo mendax. *Hinc deducit ibi etiam, quemcumque loquentem verba Dei, seu nomine Dei, esse veracem, et ita non posse Deum per alium decipere.*

13 The Holy Doctor proves the SAME on cap. 8. Ioan. with those words: *He that sent me is true*. There he also elegantly solves the doubt: Why the Father is called Truthful: But the Son Truth: *I am the way, the truth, and the life*. Ioan. 14. And the Church sings in the office of the Most Holy Trinity *Truthful the Father, Truth the Son*. This doubt moved S. August. tract. 30. in Ioan. For since Truth says something more than Truthful, just as Piety says more than Pious; for pious is said from piety, not the other way around: Therefore truth ought to be appropriated to the Father, from whom is the Son.

IDEM probat S. D. ad cap. 8. Ioan. illis verbis: Qui misit me, verax est. *Ibi autem solvit lepide dubium: Cur Pater dicatur Verax: At filius Veritas:* Ego sum via, veritas, et vita. *Ioan. 14. Et cantat Ecclesia in officio Sanctissimae Trinit.* Verax Pater, Veritas filius. *Movit hoc dubium S. August. tract. 30. in Ioan. Cum enim Veritas dicat quid amplius quam Verax, sicuti Pietas plus dicit, quam Pius; pius enim dicitur a pietate non e contra: Ergo veritas debuit appropriari Patri, a quo est Filius.*

14 S. Bonav. *ANSWERS* from D. August. that the Father is truthful, because he spoke the true Word, which is Truth. And so he is not called Truthful by participation.

RESPONDET *S. Bonav. ex D. August. Patrem esse veracem, quia dixit Verbum verum, quod est Veritas. Itaque non participatione dicitur Verax.*

15 The Holy Doctor *shows the same* on 14. Ioan. with those words of Christ: *I am the way, the truth, and the life*, and he brings forward the exposition of Chrysost. homil. 27. and of D. August. tract. 69. and serm. 54. de verbis Domini. He shows it also on 16. Lucae, from Psalm 116. *The truth of the Lord endureth for ever*, and Psalm. 118. *Unto generation and generation thy truth*, and of mediated truth: *But he that doth truth cometh to the light, that his works may be made manifest, because they are done in God*. Ioan. 3. and cap. 8. *If you shall abide in my word, you shall know the truth, and the truth shall liberate you*.

Idem ostendit *S. D. ad 14. Ioan. illis verbis Christi:* Ego sum via, veritas, et vita, *et affert expositionem Chrysost. homil. 27. et D. August. tract. 69. et serm. 54. de verbis Domini. Id ostendit etiam ad 16. Lucae ex Psalmo 116.* Veritas Domini manet in aeternum, *et Psalm. 118.* In generationem, et generationem veritas tua, *et de*

veritate mediata: Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. *Ioan. 3. et cap. 8.* Si manseritis in sermone, cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos.

16 *IT IS PROVED second*. Whatever God can make has its exemplar in God; but a false enunciation, as false, has no exemplar in God: Therefore. The minor is proved; For truth is the ground of exemplarity.

PROBATUR secundo. *Quidquid Deus potest facere, habet exemplar in Deo; sed enunciatio falsa, ut falsa, non habet exemplar in Deo: Ergo. Minor probatur; Nam veritas est ratio exemplandi.*

17 *IT IS PROVED third* by the Holy Doctor. As goodness is related to malice, so is truth related to falsity; but from supreme goodness malice can in no way be: Therefore from supreme truth falsity cannot be. This argument is from proportion; for guilt repugns God more, although both intrinsically repugn the most perfect Being, as the Holy Doctor notes in the body.

PROBATUR tertio *a S. D. Sicut se habet bonitas ad malitiam, sic se habet veritas ad falsitatem; sed a summa bonitate nullo modo potest esse malitia: Ergo a summa veritate non potest esse falsitas. Hoc argumentum est a proportione; nam culpa magis Deo repugnat, tametsi Enti perfectissimo utrumque intrinsece repugnet, ut advertit S. Doctor. in corpore.*

18 *IT IS PROVED fourth* by the Holy Doctor. True and Being are convertible: But there cannot be from God anything that is not a being: Therefore neither can it be true[1]: But a false enunciation says the privation of the true: Therefore.

[1] Editor's note: the print/OCR reads 'Ergo neque potest esse, sit veram' (djvu layer: 'Ergo ncque ootcft eflc , qood non fic vcmm'); rendered as 'Ergo neque potest esse, quod non sit verum' — the print fragment shows 'quod non' after 'esse', which the transcription had dropped.

PROBATUR quarto *a S. Doctore. Verum, et Ens convertuntur: Sed non potest a Deo esse aliquid, quod non sit ens: Ergo neque potest esse, quod non sit verum: Sed enunciatio falsa dicit privationem veri: Ergo.*

19 *IT IS PROVED* fifth. If he can say a false thing; either ignorantly, or knowingly; Not ignorantly, because God is of infinite wisdom; Nor knowingly, because thus he would lie; But to say that God lies is profane and impious against Scripture and the Fathers. Therefore: The subsumption is proved. Num. 23. *God is not as a man, that he may lie.* Psal. 5. *Thou wilt destroy all that speak a lie.*

PROBATUR *quinto. Si potest dicere falsum; vel hoc ignoranter, vel scienter; Non ignoranter, quia Deus est infinitae sapientiae; Neque scienter, quia sic mentiretur; At dicere, Deum mentiri, est prophanum, et impium contra Scripturam, et Patres. Ergo: Subsumptum probatur. Num. 23.* Non est Deus quasi homo, ut mentiatur. *Psal. 5.* Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

20 The same the Holy Fathers proclaim with one voice: Athan. lib. de Incarn. Verbi. Chrysost. homil. in Symbolum Apostolorum, Cyrill. Alex. lib. 2. in Ioan. cap. 69. Ambros. lib. 6. epistolarum, epistola 57. where he brings forward that of Numer. 23. and Hebr. 6. *It is impossible for God to lie.* D. August. 22. de civit. cap. 25. and lib. 1. de Symbolo ad Cathec. cap. 1. Anselm. lib. 1. Cur Deus homo, cap. 22. Valentia cites them.

Idem conclamant SS. Athan. lib. de Incarn. Verbi. Chrysost. homil. in Symbolum Apostolorum, Cyrill. Alex. lib. 2. in Ioan. cap. 69. Ambros. lib. 6. epistolarum, epistola 57. ubi affert id Numer. 23. et Hebr. 6. Impossibile est mentiri Deum. *D. August. 22. de civit. cap. 25. et lib. 1. de Symbolo ad Cathec. cap. 1. Anselm. lib. 1. Cur Deus homo, cap. 22. Eos refert Valentia.*

21 From these Fathers S. Bonav. extracts an argument. That which says imperfection is impossible to God; But lying says imperfection; likewise also deception through falsity; for it says the lack of truth: Therefore. This is the argument of these Fathers to the letter, who from the omnipotence of God gather, indeed, that he cannot lie; because to lie is to fail, not to be able.

> *Ex his Patribus eruit S. Bonav. argumentum. Id, quod dicit imperfectionem, est Deo impossibile; At mendacium dicit imperfectionem; similiter et deceptio per falsitatem; dicit enim carentiam veritatis: Ergo. Hoc est ad litteram argumentum horum Patrum, qui ex omnipotentia Dei imo colligunt, eum non posse mentiri; quia mentiri, est deficere, non autem posse.*

22 *YOU WILL OBJECT* first with certain Scriptures fighting in words. Exod. 20. *I am a mighty and jealous God, punishing the sins of the fathers upon the children unto the fourth generation.* And yet in Ezech. 18. it is said: *The son shall not bear the iniquity of the father.*

> OBIICIES *primo aliquas Scripturas verbis pugnantes. Exod. 20.* Ego sum Deus fortis, et Zelotes, puniens peccata Patrum in filios usque ad quartam generationem. *Et tamen Ezech. 18. dicitur:* Filius non portabit iniquitatem Patris.

23 *LIKEWISE* in Iob. 1. it is said: *In all these things Job did not sin, nor did he speak any foolish thing against God.* The contrary of which Iob 39. and 42. signifies. Similarly cap. 7. he says: *I have sinned, what shall I do to thee;* But cap. 27. *For my heart hath not reproved me.*

> ITEM *Iob. 1. dicitur:* In omnibus his non peccavit Iob, neque stultum aliquid contra Deum locutus est. *Cuius contrarium significat Iob 39. et 42. Similiter cap. 7. ait:* Peccavi, quid faciam tibi; *At cap. 27.* Neque enim reprehendit me cor meum.

24 The Holy Doctor *ANSWERS* that these do not clash; and to that of Exodus he responds, in the sermon on the ten commandments, that God punishes with temporal inconveniences; (for, as regards these, the Son is part of the Father) but not with eternal punishments, and in this sense Ezechiel speaks.

> RESPONDET *S. D. haec non implicare, et ad id Exodi respondet, sermone de decem praeceptis, Deum punire temporalibus incommodis; (nam, quoad haec, Filius est pars Patris) non autem poenis aeternis, et hoc sensu loquitur Ezechiël.*

25 To the places of Job I say that he sinned lightly, cap. 7. not gravely, cap. 37. and cap. 39. and 42. he confesses he spoke foolishly; yet did not sin. See D. Gregory lib. 32. Moral. cap. 1.

> *Ad loca Iob dico, eum peccasse leviter, cap. 7. non graviter cap. 37. et cap. 39. et 42. insipienter locutum se fatetur; non tamen peccasse. Vide D. Gregorium lib. 32. Moral. cap. 1.*

26 *THEY OBJECT* second with the Scriptures in which God seems to have deceived, which Melchior Cano reports at length lib. 2. de locis, cap. 2. Genes. 22. Abraham said: *Stay you here, I and the boy: after we have worshipped, we will return;* and yet he wished to immolate his son. That he spoke, however, by divine instinct, Ambr. asserts lib. 1. de Abraham, cap. 8.

> OBIICIUNT *secundo Scripturas, in quibus videtur Deus decepisse, quas refert late Melchior Cano lib. 2. de locis, cap. 2. Genes. 22. Abraham dixit:* Expectate hic Ego et puer, postquam adoraverimus, revertemur; *et tamen volebat immolare filium. Locutum autem divino instinctu, asserit Ambr. lib. 1. de Abraham, cap. 8.*

27 The Holy Doctor *ANSWERS* 3. dist. 38. quaest. 2. that Abraham did not lie, because he thought that the son, once immolated, was to be raised again, as is said in Hebr. 11. and therefore would return. So D. August. expounds it serm. 71. and 72. de tempore. Gabriel 3. dist. 30. Carthus. on that place, and Valentia loc. cit. follow them.

> RESPONDET *S. D. 3. dist. 38. quaest. 2. Abraham non esse mentitum, quia putabat, filium immolatum resuscitandum, ut dicitur Hebr. 11. et ideo reversurum. Ita exponit D. August. serm. 71. et 72. de tempore. Eos sequuntur Gabriel 3. dist. 30. Carthus. in eum locum Valentia loc. cit.*

28 *THEY OPPOSE* Genes. 27. where Jacob lied. *I am Esau,* which he yet said by the instinct of God, as Pope Innocent teaches, cap. Gaudemus extra, de divortiis.

> OPPONUNT *Genes. 27. ubi Iacob mentitus est.* Ego sum Esau, *quae tamen instinctu Dei dixit, ut docet Innocentius Papa, cap. Gaudemus extra, de divortiis.*

29 The Holy Doctor *ANSWERS* 3. dist. 38. dub. 4. litt. that Jacob spoke the truth; for he was Esau not indeed in person, but by election to the primogeniture, of which he had been instructed by his mother, who had been taught that the elder would serve the younger, Genes. 25. Nor did he deceive by the garment, but he signified mysteries. So with D. August. contra mendacium cap. 10. and Ambrose de Iacob. Cano, Valentia, and others follow them. See Pererius and Ribeta on those places, on cap. 11. Hebr.

> RESPONDET *S. D. 3. dist. 38. dub. 4. litt. Iacob verum dixisse; nam erat Esau non quidem persona, sed electione ad primogenituram, de quo instructus erat a matre, quae edocta erat, Maiorem serviturum minori Genes. 25. Neque etiam vestitu decepit, sed mysteria signavit. Ita cum D. August. contra mendacium cap. 10. Ambrosio de Iacob. Sequuntur Cano, Valentia, et alii. Vide ad ea loca Pererium, et Ribetam ad cap. 11. Hebr.*

30 *THEY OBJECT* also Isa. 38. and 4. Reg. 20. where the Lord through Isaiah announced death to Ezechias; yet he did not die. So also Ninive was not overthrown, Ionae 2.

> OBIICIUNT *id Isa. 38. et 4. Reg. 20. ubi Dominus per Isaiam nunciavit Ezechiae mortem; nec tamen mortuus est. Sic et Niniue non est subversa, Ionae 2.*

31 *TO THIS,* and the like, I responded p. 1. tract. 1. disp. 8. quaest. 1. from D. Bonav. lib. 1. compend. Theolog. verit. cap. 19. that Ezechias was to die according to natural causes, but God delivered him by a miracle. So also Ninive was to be destroyed according to its demerits, yet was delivered on account of penance, which, if it had not done, it would have perished.

> HUIC, *et similibus respondi p. 1. tract. 1. disp. 8. quaest. 1. ex D Bonav. lib. 1. compend. Theolog. verit. cap. 19. Ezechiam moriturum secundum causas naturales, sed Deus eum miraculo liberavit. Sic et Niniue secundum demerita erat destruenda, liberata tamen ob poenitentiam, quam si non fecisset, periisset.*

32 *THEY OBJECT* also 3. Reg. 22. where the Lord says: *Who shall deceive Achab?* and there went forth a wicked spirit, which took upon itself to deceive all the prophets. And the Lord: *Go forth, and do so.* And the prophet subjoins: *Behold the Lord hath given a lying spirit in the mouth of all the prophets.*

> OBIICIUNT *etiam id 3. Reg. 22. ubi ait Dominus:* Quis decipiet Achab? *et prodiit Spiritus nequam, qui suscepit decipiendos omnes prophetas. Et Dominus:* Egredere, et fac ita. *Et subdit propheta:* Ecce dedit Dominus spiritum mendacem in ore omnium prophetarum.

33 The Holy Doctor *ANSWERS* in 2. dist. 10. dub. 1. and dist. 27. art. 2. quaest. 1. to the arguments, that by those words is not signified the command of God, but permission, which is often in the Scriptures expressed in the same manner of speaking as the command, as Ioan. 13. *That which thou dost, do quickly,* on which see S. Bonav. there, where he brings forward other expositions. On the same answer rely Morandus, Cano, Valentia, and the rest.

> RESPONDET *S. Doct. in 2. dist. 10. dub. 1. et dist. 27. art. 2. quaest. 1. ad argumenta, illis verbis non signari praeceptum Dei, sed permissionem, quae saepe in Scripturis eodem modo dicendi explicatur, quo et praeceptum, ut Ioan. 13.* Quod facis, fac citius, *de quo vide S. Bonav. ibi, ubi alias expositiones affert. Eodem responso nituntur Morandus, Cano, Valentia, et reliqui.*

34 *I ASSERT* consequently, second, that no power can cause God to teach falsity. It is against Gabriel 3. dist. 38. quaest. unica Aliacum p quaest. 12. Hybernicum, and Adam, whom Gregory cites primo, dist. 42. quaest. 2. but it is the common [opinion] of the Theologians.

> ASSERO *consequenter secundo, nulla potentia Deum posse docere falsum. Est contra Gabrielem 3. dist. 38. quaest. unica Aliacum p quaest. 12. Hybernicum, et Adamum, quos refert Gregorius primo, dist. 42. quaest. 2. est vero communis Theologorum.*

35 *IT IS PROVED* first. Hebr. 6. where it says: *It is impossible for God to lie,* which all the arguments of S. Bonav. prove, drawn from the nature of God, and strengthened with the Holy Fathers; For they deny that God can lie for this reason, because this is an imperfection simply repugning the nature, or the Divine perfection.

> PROBATUR *primo. Hebr. 6. ubi ait:* Impossibile est mentiri Deum, *quod probant rationes omnes S. Bonav. sumptae ex natura Dei, et cum Sanctis Patribus roboratae; Illi enim propterea negant, posse Deum mentiri, quia haec est imperfectio repugnans simpliciter naturae, seu perfectioni Divinae.*

36 Hence the Holy Doctor argues: he, of whom all perfection is simply to be asserted, and authority, and all imperfection to be denied, cannot take on the imperfection of lying: But God has supreme perfection, and authority for persuading: Therefore lying repugns him.

> *Hinc arguit S. Doct. is, de quo omnis perfectio simpliciter est asserenda, et authoritas, atque omnis imperfectio neganda, non potest capere imperfectionem mentiendi: Sed Deus habet summam perfectionem, et authoritatem ad persuadendum: Ergo ei repugnat mentiri.*

37 *IT IS PROVED* by another argument by the Holy Doctor in the body, from the consequence of guilt. It is certain that God cannot be the author of guilt. It is also certain that it would be a most grievous thing for us, unless we believed most firmly all the things revealed by God that are of faith; for to doubt of them is heresy, or at least mortal sin; but to deny them is open heresy. But if God could lie, we should not be held to believe firmly the things revealed by God; indeed we could justly always doubt: whether God willed to lie, or to deceive us: Therefore. It is proved that this follows, for we could not be certified of the nature of God on the hypothesis that lying does not repugn him; Nor from ordinary law, because if he can lie, we are not certain: whether in some thing he willed to lie: Therefore. And so our credulity would not be reduced to the solid root of the truthfulness of God, as Morandus notes. This is the genuine argument of the Seraphic Doctor, if it be thoroughly pondered, and it is of such weight with Valentia that nothing further for persuading would be desired. For the argument of the Seraphic Doctor is not absolutely from the mere proportion of deception with guilt; as if, since God cannot sin, neither can he deceive; for to sin is graver than to deceive another by a

word, as the Holy Doctor himself notes; But it is from the consequence inducing guilt. On account of these things the assertion is held to be of faith by Morandus T. VII. quaest. 2. Pasqualigo disp. 31. sect. 1. and others.

> PROBATUR *alia ratione S Doct. in corpore ex consequentia culpae. Certum est, Deum non posse esse authorem culpae. Certum est etiam, culpam esse nobis gravissimam, nisi credamus firmissime omnia a Deo revelata de fide; nam de eis dubitare, est haeresis, vel saltem culpa mortalis; negare vero, est haeresis aperta. At si Deus posset mentiri, non teneremur firmiter credere revelata a Deo; imo possemus iuste semper dubitare: an Deus voluerit mentiri, seu nos deciperet: Ergo. Probatur, hoc consequi, non enim possemus certificari de natura Dei ex hypothesi, quod non repugnat ei mentiri; Neque ex lege ordinaria, quia si potest mentiri, non sumus certi: an in aliquo mentiri voluerit: Ergo. Itaque non reduceretur nostra credulitas in radicem solidam veracitatis Dei, ut advertit Morandus. Hoc est germanum Seraphici argumentum, si penitus pensitetur, quod tanti ponderis est apud Valentiam, ut nil ad persuadendum desideretur. Neque enim argumentum Seraphici est absolute a sola proportione deceptionis cum culpa; ut sicuti non potest Deus peccare, ita nequeat decipere; nam peccare est gravius, quam dicto alium decipere, ut ipse S. Doct. advertit; Sed ex consequentia inducente culpam. Propter haec censetur assertio de fide a Morando T. VII. quaest. 2. Pasqualigo disp. 31. sect. 1. et aliis.*

Question V: Whether the object of faith can be evident scientifically

1 The FIRST opinion denies that there can be, concerning the same thing, both science and faith. So D. Thomas here, where all Thomists follow him, as is seen among the Complutenses disp. 20. Logic, quest. 4. Pasqualigo disp. 33. sect. 2 and 3; Valentia cites Scotus too, 3. dist. 24. quest. unic. §. ad quaest. and §. sed si aliter.

> *PRIMA opinio negat, posse simul de eodem esse scientiam, et fidem. Ita D. Thom. hic, ubi omnes Thomistae, ut videre est apud Complutenses disp. 20. Logica, quaest. 4. Pasqualigo disp. 33. sect. 2. et 3. citatur a Valentia etiam Scotus 3. dist. 24. quaest. unic. §. ad quaest. et §. sed si aliter.*

2 The SECOND opinion is affirmative. So D. Bonaventure here, Alexander of Hales 3. p. quest. 79. memb. 3. Albert the Great 3. dist. 24. art. 9. Valentia disp. 1. quest. 1. p. 4. Suarez 3. p. Tom. 2. disp. 19. sect. 2. Vasquez p. p. disp. 4. Caspens. Tract. 15. disp. 7. sect. 10. Tannerus disp. 1. quest. 1. num. 169. Morandus Tract. unic. quest. 3. There follow Coninch, Arriaga, Amicus, De Lugo, and others as gathered by Mastrius disp. 6. quest. 4. and Tannerus above.

> *SECUNDA sententia est assertiva, Ita D. Bonavent. hic, Alens. 3. p. quaest. 79. memb. 3. Albertus 3. dist. 24. art. 9. Valentia disp. 1. quaest. 1. p. 4. Suarez 3. p. Tom. 2. disp. 19. sect. 2. Vasquez p. p. disp. 4. Caspens. Tract. 15. disp. 7. sect. 10. Tannerus disp. 1. quaest. 1. num. 169. Morandus Tract. unic. quaest. 3. sequuntur Coninch, Arriaga, Amicus, De Lugo, et alii apud Mastrium disp. 6. quaest. 4. et Tannerum supra.*

3 The THIRD opinion holds a middle course: actual faith cannot coexist with actual science; but habitual faith can. It is the common opinion of the Scotists, with Scotus 3. dist. 24. quest. unic., as gathered by Mastrius. Some, however, say that by the absolute power of God actual faith and actual science can exist together. So Poncius disp. 22. Log. quest. 2. Yet the opposite is held not only by the authors of the first opinion but also, commonly, by the Scotists.

> *TERTIA sententia media tenet, fidem actualem cum scientia actuali esse non posse; sed tamen habitualem. Est communis Scotistarum cum Scoto 3. dist. 24. quaest. unic. apud Mastrium. Aliqui tamen dicunt, de potentia Dei absoluta posse esse simul fidem, et scientiam actualem. Ita Poncius disp. 22. Log. quaest. 2. Oppositum tamen tenent non modo authores primae sententiae, sed etiam communiter Scotistae.*

4 I ASSERT first, that the habit of faith and the habit of science can be in the same subject in view of their acts.

> *ASSERO primo, posse de eodem esse habitum fidei, et scientiae in ordine ad actus.*

5 It is PROVED first by D. Bonaventure from certain passages of Scripture, in which there are proposed things to be believed that fall under science, such as: *that God is*. Heb. 11: *For he that cometh to God must believe that he is.* Rom. 4: *Abraham by faith held that God would stand to his promises*, and Gen. 1; and in the Symbols it is proposed that God is to be believed *to be one, and to be the Creator of heaven and earth*. And Exod. 20 and Deut. 6: it is proposed that by faith one must believe there is one God. Yet these things can be demonstrated, as I showed above in Tract. 1, in the disputations on the Existence of God and on unity, and in Tract. 3 on Creation. Tannerus and others press this point.

> *PROBATUR primo a D. Bonavent. ex quibusdam Scripturae locis, quibus proponuntur credenda, quae cadunt sub scientiam, ut:* quod Deus sit. *Hebr. 11.* Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est. *Rom. 4.* Abraham fide tenuit Deum stare promissis, *et Genes. 1. et in Symbolis proponitur, Deum credendum esse* unum, esseque Creatorem coeli, et terrae. *Et Exodi 20. et Deuterr. 6. proponitur, fide credendum, esse unum Deum. At vero haec demonstrari possunt, ut ostendi p. p. Tract. 1. in disputationibus de Existentia Dei, de unitate, et Tract. 3. de Creatione. Haec urget Tannerus et alii.*

6 The Thomists RESPOND that in the learned, or in those skilled in these demonstrations, the habit of faith does not remain for the sake of eliciting acts about these objects; it remains only materialiter.

> *RESPONDENT Thomistae, habitum fidei in eruditis, seu peritis harum demonstrationum, non manere ad actus, circa haec obiecta eliciendos; sed manere tantum materialiter.*

7 CONTRA: for thus the condition of the learned would be worse than that of the unlearned, as Valentia and Tannerus infer, num. 171. Moreover, the Fathers propose these articles as to be believed to all, even to the wise: Cyril of Jerusalem, catech. 6; Chrysostom, homil. 2 on the Apostles' Creed; Augustine, book De fide et Symbolo cap. 1, and book 4 De civitate cap. 20; as gathered by Valentia.

> *CONTRA, quia sic esset deterior conditio scientium, quam idiotarum, ut infert Valentia, et Tannerus num. 171. Deinde Patres omnibus, etiam sapientibus, hos articulos proponunt credendos: Cyrillus Hierosol. cathec. 6. Chrysost. homil. 2. in Symb. Apostolorum. Augustinus L. de fide, et Symb. cap. 1. et Lib. 4. de civit. cap. 20. apud Valentiam.*

8 That this habit has its act is proved by the holy Doctor in the body of the text, against the third opinion, which he reports: *God and nature do nothing in vain; but they give the habit of faith to the wise even with respect to what they know scientifically, nor is the power impeded; therefore it has its acts even with respect to those things.*

> *QUOD vero ille habitus habeat suum actum, probatur a S. Doctore in corpore, contra tertiam sententiam, quam refert:* Deus, et natura nil frustra faciunt; sed dat sapientibus habitum fidei, etiam quod ad cognita ab eis scientifice, neque potentia est impedita; Ergo quod ad ea habet suos actus.

9 It is CONFIRMED by the holy Doctor: because these habits are not opposed, since they convince from different motives, and the habit of science is strengthened in its certitude by faith, which has a firmer prophetic word, as D. Peter says. Then, because the habit of science instructs imperfectly; for it does not show perfectly that the unity of God can be in several supposits.

> *CONFIRMATUR a S. Doctore; quia non opponuntur isti habitus, cum sint ex diversis motivis convincentes, et habitus scientiae firmetur in certitudine a fide, quae habet firmiorem propheticum sermonem, ut ait D. Petrus. Deinde, quia*

habitus scientiae imperfecte instruit; nam non ostendit perfecte, Dei unitatem esse posse in pluribus suppositis.

10 MASTRIUS, num. 132, and Soto in the first book, dist. 2. q. 3, say that there is proposed to us to be believed by faith even something known, such as that God is: for these things must be handed on to the community of men, both on account of men's negligence in seeking the truth, and on account of the weakness of the intellect, and because of the danger to those who seek the truth by demonstrations, in which many false things are mixed in, as D. Augustine says, book 18 De civitate, cap. 41; and this is clear from the philosophers in error. Therefore authority was necessary for perfect certitude; for the motive of faith often supplies the defect of our intellect, as D. Bonaventure also teaches in this question, at the end of the body of the text.

MASTRIUS num. 132. e Soto in primo, dist. 2. q. 3. dicit, proponi nobis fide credenda etiam aliqua nota, ut, Deum esse: Nam haec debent communitati hominum tradi, tum ob negligentiam hominum in quaerenda veritate; tum propter imbecillitatem intellectus, et propter periculum inquirentium veritatem demonstrationibus, qui multa falsa permiscet, ut ait D. Augustinus 18. de civitate, cap. 41. et constat ex philosophis errantibus. Fuit igitur necessaria authoritas ad perfectam certitudinem; nam motivum fidei saepe supplet defectum nostri intellectus, ut docet etiam D. Bonavent. quaestione hac, in fine corporis.

11 Yet this doctrine of the Seraphic Doctor does not hinder me at all in this matter; for from it I rather argue against Mastrius, from the second argument of D. Bonaventure. When one act is ordered to perfecting another, there is no repugnance; thus he who has known by an a posteriori demonstration can, while the same cognition remains, come to know the same thing by an a priori demonstration; and this knowledge does not take away the preceding one, because it arises from a different motive, just as intellectual cognition supervening on sensitive cognition does not destroy the latter. But the cognition of faith supervening upon actual demonstrative cognition is related in just this way: therefore they can exist together. The whole argument is Mastrius's here, and so it contradicts his own second assertion.

HAEC tamen Seraphici doctrina, quoad hanc rem nil mihi obest; Nam hinc potius arguo contra Mastrium ex D. Bonavent. argumento secundo. Quando unus actus ordinatur ad alium perficiendum, non repugnat, sic qui cognovit per demonstrationem a posteriori, potest, manente eadem cognitione, idem cognoscere demonstratione a priori; et haec notitia non tollit praecedentem, quia e diverso motivo oritur, sicut cognitio intellectiva superveniens sensitivae, non hanc destruit; Sed ita se habet per te cognitio fidei superveniens cognitioni actuali demonstrativae: Ergo possunt esse simul. Totum argumentum est Mastrii hic, et ita repugnat suo secundo asserto.

12 WHY, the argument of St. Bonaventure in the body of the text is most powerful, which Suarez, Amicus, Caspens, and others use: that no implication is found here; because that evidence and non-evidence are not opposed; for the evidence of science is such that it can be increased by the certitude of faith from authority; and so they assist one another, as the holy Doctor and Amicus infer. From these you have that acts of faith and of science concerning the same object can exist.

QUARE validissimum est argumentum S. Bonav. in corpore, quo utuntur Suarez, Amicus, Casp. et alii, nullam hic reperiri implicantiam; quia evidentia illa, et inevidentia non repugnant; nam evidentia scientiae est talis, ut possit augeri certitudine fidei ex authoritate; atque adeo se iuvant, ut infert S. D. et Amicus. Ex his habes, posse dari actus fidei, et scientiae de eodem obiecto.

13 I ASSERT second, that there cannot be intellectual vision and faith concerning the same thing.

ASSERO secundo, non posse dari visionem intellectivam, et fidem de eodem.

14 It is PROVED by the holy Doctor in the body of the text and ad 2, from 1 Cor. 13: *We see now through a glass in an obscure manner. But when that which is perfect is come, that which is in part shall be done away.* Then thus: Things that expel one another cannot stand together: such is the vision of the fatherland, which expels faith; therefore.

> *PROBATUR a S. Doctor in corpore, et ad 2. ex prima Cor. 13.* Videmus nunc per speculum in aenigmate. Cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur, quod ex parte est. *Tunc sic: Ea, quae se expellunt, nequeunt stare simul: Talis est visio patriae, quae pellit fidem; Ergo.*

15 Mastrius RESPONDS, num. 110, that this holds commonly even for intellectual cognition, viz. ...; Contra: for it would follow that the habit of faith would be evacuated by the habit of science, viz. ... The consequence is proved: Things opposed in the same degree exclude one another in the same degree; but the habits of faith and of science, viz., of themselves and in the same way and in the same degree are opposed, just as the habit of faith is opposed to the vision of God: therefore, just as faith is evacuated by the vision with respect to the habit, so it would be evacuated by the habit of science, against your first assertion. Moreover, that the habit of faith is evacuated in the fatherland is clear from the Apostle in the place cited, where he speaks of habits.

> *RESPONDET Mastrius num. 110. hoc esse commune etiam intellectivae cognitioni viz. Contra; nam sequeretur, habitum fidei evacuari ab habitu scientiae viz. Probatur sequela. Ea, quae eodem gradu opponuntur, eodem gradu se excludunt; sed habitus fidei, et scientiae viz eodem modo per te, eodemque gradu opponuntur, sicut habitus fidei cum visione Dei: Ergo sicuti fides evacuatur per visionem, quod ad habitum, ita evacuabitur per habitum scientiae, contra tuum primum assertum. Porro evacuari habitum fidei in patria, constat ex Apostolo loco cit. ubi de habitibus loquitur.*

16 I ASSERT third, that even by the power of God the clear vision of the fatherland cannot stand together with faith. So St. Bonaventure, whom all the Thomists and almost all the Scotists follow: among recent authors, Lugo disp. 2. sect. 2. Turrianus disp. 8. dub. 5, and others against the current of the Recentiors: Suarez, Coninch, Granado, Amicus, Arriaga, Hurtado, and others, as gathered by Mastrius art. 2, quest. four.

> *ASSERO tertio, neque per Dei potentiam posse stare visionem claram patriae cum fide. Ita S. Bonav. quem sequuntur omnes Thomistae, et fere Scotistae: E recentibus. Lugo disp. 2. sect. 2. Turrianus disp. 8. dub. 5. et alii contra torrentem Recentiorum, Suarez, Coninch, Granadum, Amicum, Arriagam, Hurtadum, et alios apud Mastrium art. 2 quaest. quarta.*

17 It is PROVED first by many from the argument of D. Bonaventure, 2. dist. 24. dub. 1, which I brought forward in quest. 2 at the end. Of the nature of the assent of faith it is that it be free, as is said in Rom. 10: *All do not believe the Gospel.* So too it is read in Mark 16, John 12, Acts 20; and it is gathered from the Council of Orange 2, can. 5, and Trent sess. 6. cap. 6. But a free assent does not stand with an assent that is simply necessary. So also D. Thomas, quest. 1. art. 4.

> *PROBATUR primo a multis argumento D. Bonavent. 2. dist. 24. dub 1. quod attuli quaest. 2. ad finem. De ratione assensus fidei est, ut sit liber, ut dicitur Rom. 10.* Non omnes credunt Evangelio. *Sic etiam Marci 16. Ioan. 12. Act. 20. legitur; et colligitur e Concil. Araus. 2. can. 5. Trident. sess. 6. cap. 6. sed assensus liber non stat cum assensu necessario simpliciter. Ita et D. Thom. quaest. 1. art. 4.*

18 Mastrius *answers* that an assent necessary from the motive of science does not exclude a free one from the motive of faith.

> Respondet *Mastrius, assensum necessarium e motivo scientiae, non excludere liberum e motivo fidei.*

19 *Contra, first, ad hominem:* The same effect cannot come from two adequate causes, especially opposed ones, according to Scotus. The assent exhibited to the Gospel, an object proposed to us, is adequately from the beatific vision, necessitating immutably and most clearly. Therefore it cannot be produced by faith, which is contingently free and obscure, mutably. This is the argument of the Apostle, *1 Cor. 15, Heb. 11*, as I showed in quest. 1 and 2, and it will be confirmed in quest. 6 ad 4.

> Contra primo ad hominem: *Non potest idem effectus esse a duabus causis adaequatis, maxime oppositis apud Scotum. Assensus exhibitus Evangelio, nobis obiecto, est adaequate a visione beata immutabiliter necessitante, et clarissima. Ergo nequit produci a fide, quae est contingenter libera, et obscura mutabiliter. Est argumentum Apostoli* 1. Cor. 15. Hebr. 11. *ut ostendi quaest. 1. et 2. et confirmabitur quaest. 6. ad 4.*

20 *Contra, second, from D. Bonaventure* here: because the motive of faith cannot have the power to move the intellect freely in the presence of evidence and of vision, which moves necessarily, as Mastrius says, num. 111 and 117; and this holds even by the absolute power, as he confesses, num. 126, and as Cardinal Lugo notes, disp. 2. num. 81. For it is an essential repugnance; therefore, while the forms remain, it is not separable. Hence falls the response of Tannerus, num. 176, that this repugnance is only moral, and of decorum.

> Contra secundo ex D. Bonav. *hic, quia motivum fidei non potest habere vim ad libere movendum intellectum in praesentia evidentiae, et visionis, moventis necessario, ut ait Mastrius num. 111. et 117. et hoc etiam de potentia absoluta, ut fatetur num. 126. et advertit Card. Lugo disp. 2. num. 81. Est enim essentialis repugnantia; ideo stantibus formis non est separabilis. Hinc ruit responsio Tanneri num. 176. hanc repugnantiam esse tantum moralem, et decentiae.*

21 The second assertion is *proved from D. Bonaventure*, disp. 31. art. 2: Whenever the essential object is taken away, the habit is also taken away: But in the fatherland the essential object of faith is taken away, namely obscurity, which is placed in the definition of the Apostle, *Heb. 11*: Therefore. It is confirmed: for, once the evidence of the fatherland is posited, the motive of faith no longer remains, namely from mere revelation, to move the intellect; and there arrives an essential repugnance, as Cardinal de Lugo warns, disp. 2. num. 81.

> Probatur secundo assertio a D. Bonav. *disp. 31. art. 2. Quandocunque tollitur obiectum essentiale, tollitur et habitus: Sed in patria tollitur obiectum essentiale fidei, nempe obscuritas, quae in definitione Apostoli ponitur* Hebr. 11. *Ergo. Confirmatur: nam posita evidentia patriae, non manet amplius motivum fidei ex mera revelatione ad movendum intellectum; et advenit repugnantia essentialis; ut monet Cardinalis de Lugo disp. 2. num. 81.*

22 Arriaga *answers* that the intellect can, from evidence, assent in the fatherland to that object, and yet leave to faith another motive; thus, because of several evidences, one can assent to the same thing.

> Respondet Arriaga, *posse intellectum ex evidentia assentiri in patria illi obiecto, et tamen relinquere fidei aliud motivum; sic potest ob plures evidentias eidem assentiri.*

23 *Contra:* Grant that because of several evidences the intellect can assent to the same thing; yet, if once it shall have assented most clearly, it can no longer be free to assent from an obscure motive.

> Contra: *Esto ob plures evidentias possit intellectus eidem assentiri; tamen, si semel clarissime assentietur, non potest amplius ex motivo obscuro esse liber ad assentiendum.*

24 Nor let *Amicus* say that God can, by his testimony, move the intellect above every certitude; for, if once the testimony of God seen shall have moved it, no place is left for a free assent on account of the obscure testimony of God.

> Neque *dicat Amicus, posse Deum, suo testimonio summe intellectum movere super omnem certitudinem; nam, si semel testimonium Dei visi moverit, non relinquitur locus assensui libero ob testimonium Dei obscurum.*

25 Yet it is not the same with abstractive assent; for, as Cardinal de Lugo says, there is still left to abstractive cognition a place for greater clarity, as St. Bonaventure teaches in the body of the text against Mastrius, num. 129.

> *Non est tamen eadem ratio de assensu abstractivo; Nam, ut ait Card. de Lugo, cognitioni abstractivae adhuc relinquitur locus maioris claritatis, ut docet S. Bonav. in corpore contra Mastrium num. 129.*

26 It is *proved third from D. Bonaventure*, in the same dist. 31, loc. cit., at the end, by the argument on which Vulpes relies, disp. 28. art. 2. The Light of faith is related to the light of glory as the Sun to the glow-worm; but the light of the sun overwhelms the light of the glow-worm and leaves it unable to appear. Indeed, while I see the Sun, and some Astrologer says to me: *The sun shines;* I am not moved at all by his word, even if I know that the Astrologer cannot err.

> Probatur tertio a D. Bonav. *ea dist. 31. loc. cit. ad ultimum, argumento, quo nititur Vulpes disp. 28. art. 2. Ita se habet Lumen fidei ad lumen gloriae; sicut Sol ad noctilucam; sed lumen solis obruit lumen noctilucae, nec relinquit, quod appareat. Profecto dum video Solem; et mihi aliquis Astrologus dicat:* Sol lucet; *non moveor ullo pacto illius dicto, etiamsi sciam, eum Astrologum non posse errare.*

27 *You will object first* against the first assertion. As CHARITY is related to its object, so FAITH to its; but charity does not admit together with itself love of a creature above all things: therefore neither does faith the object of science.

> Obiicies primo *contra primum assertum. Sicut se habet Charitas ad suum obiectum, ita Fides ad suum; sed Charitas non compatitur secum amorem creaturae super omnia: Ergo nec fides obiectum scientiae.*

28 St. Bonaventure *answers* that the truth known from the motive of science and the truth known from revelation are not opposed as the love of God and libidinous love are; for these are opposed: but those two cognitions are related as perfecting and perfected, and since they convince from different motives, not from supreme ones, neither are they opposed; for faith sanely believes from things obscure; but natural science does not altogether evacuate the obscurity of the mystery, even though it has evidence in its own genus. Hence the act of faith gives the principal assent, and science one less principal. Therefore those Samaritans said, *John 4*: *Now we believe, not for thy word*, that is, on account of human knowledge, but from faith in Christ attesting.

> Respondet S. Bonav. *non ita opponi verum ex scientiae motivo, et verum ex revelatione, sicut amor Dei, et amor libidinosus; nam hi sunt oppositi: At illae duae notitiae se habent ut perficiens, et perfectum, et cum ex diversis motivis convincant, non summis; neque opponuntur; Fides enim ex obscuris sane credit; sed scientia naturalis non omnino evacuat obscuritatem mysterii, esto habeat in suo genere evidentiam. Unde actus fidei dat principalem assensum, et scientia minus principalem. Ideo dixere illi Samaritae* Ioan. 4. Iam non propter verbum tuum credimus, *idest ob notitiam humanam, sed ex fide in Christo attestante.*

29 *You will object second.* The vision of the fatherland evacuates faith, *1 Cor. 13*: therefore also our science.

Obiicies secundo. *Visio patriae fidem evacuat,* prima Cor. 13. *Ergo et scientia nostra.*

30 The holy Doctor *answers* by denying the consequence: for vision excludes all hiddenness, not so natural science.

Respondet S. Doct. *negando Consequentiam: Nam visio excludit omnem latentiam, non sic scientia naturalis.*

31 *You will object third.* The assent of faith is free, *Rom. 10*; but the assent of science is necessary, especially concerning first principles; for you cannot deny that a triangle has three angles equal to two right angles.

Obiicies tertio. *Fidei assensus est liber* Rom. 10. *at scientiae assensus est necessarius, maxime in primis principiis; non enim negare potes, triangulum habere tres angulos, aequales duobus rectis.*

32 The holy Doctor *answers* that in science something of God lies hidden, to which Faith adds something; for instance, that God is of that infinite simplicity simply, which I expounded in tract. *first, q. 1*. That he is a Trinity; whence at once he begins: *I believe in God the Father, etc.*

Respondet S. Doct. *in scientia aliquid Dei latere, cui addit Fides; puta, quod Deus sit ea infinita perfectione simpliciter, quam tract.* primo, q. 1. *Exposui. Quod sit Trinitas; unde illico incipit:* Credo in Deum Patrem, etc.

33 *You will object fourth.* The same thing cannot be above reason and under it: Science is subject to reason; faith exceeds it: therefore.

Obiicies quarto. *Idem nequit esse super rationem, et sub ea: Scientia rationi subiacet; fides excedit: Ergo.*

34 St. Bonaventure *answers* that there is no implication in some object being under reason on one count, while on another it is above reasons; such is the object of faith, which in one respect is subjected to reason, as: *that God is;* yet it is above reason that he be so perfect as to be Three in persons, that one person be incarnate, etc. Indeed the Apostle said deservedly: *God hath made the wisdom of this world foolish*, for without faith it is insane.

Respondet S. Bonav. *non implicare aliquod obiectum ex uno capite esse sub rationibus; ex alio vero, supra rationes; tale est obiectum fidei, quod secundum aliquid subiicitur rationi, ut:* quod Deus sit; *attamen est supra rationem, quod sit ita perfectus, ut sit Trinus personis, quod una persona sit incarnata, etc. Sane Apostolus merito ait:* Stultam fecit Deus sapientiam huius saeculi, *nam sine fide est insana.*

35 *You will object against the last assertion with Poncius:* Faith and vision no more repugn than two bodies in the same place, or heat and cold, as octaves, in the same subject; but these can stand together by the power of God: therefore.

Obiicies contra ultimum assertum cum Poncio: *Non magis repugnat fides, et visio, quam duo corpora in eodem loco, vel calor, et frigus ut octo, in eodem subiecto; Sed haec per Dei potentiam stare simul possunt: Ergo.*

36 It is *answered from D. Bonaventure, loc. cit.* that this repugns more; because it repugns according to the intrinsic nature of the essence, since the formal object of vision destroys the formal element of faith: but heat and cold are opposed only according to contrariety in a subject, which can be overcome by God, as Mastrius says.

Respondetur ex D. Bonav. loc. cit. *hoc magis repugnare; quia repugnat secundum intrinsecum essentiae, quia formale obiecti visionis destruit formale fidei: At calor, et frigus opponuntur solum secundum contrarietatem in subiecto, quae potest a Deo superari, ut ait Mastrius.*

Question VI: Whether faith is concerned with those things which are seen by vision in this life

1 The TRUE opinion is negative. So D. Bonaventure, whom all Scotists and Thomists commonly follow. And among the more recent, Card. de Lugo disp. 2. sect. 2. Turrian. disp. 8. dub. 5. Pasqualigo disp. 33. sect. 1.

> *VERA sententia est negativa. Ita D. Bonav. quem sequuntur omnes Scotistae, et Thomistae communiter. Et ex recentioribus Card. de Lugo disp. 2. sect. 2. Turrian. disp. 8. dub. 5. Pasqualigo disp. 33. sect. 1.*

2 The OPPOSITE, however, is held by Valentia p. 4. col. 62. where he says Bonaventure denies it without cause; Tanner. quaest. 1. disp. 6. Morand. quaest. 3. and very many others collected by Mastrius disp. 6. quaest. 4. art. 2.

> *OPPOSITUM tamen tenent Valentia p. 4. col. 62. ubi ait, sine causa Bonaventuram id negare; Tanner. quaest. 1. disp. 6. Morand. quaest. 3. et alii plurimi apud Mastrium disp. 6. quaest. 4. art. 2.*

3 I ASSERT with D. Bonaventure that FAITH cannot be had concerning things that are clearly seen here.

> *ASSERO cum D. Bonav. non posse haberi Fidem de rebus, quae videntur hic clare.*

4 *It is proved first from S. Thomas, from D. Aug. on 14. Ioan. on these words: I go to prepare a place for you. Go away lest it appear; let it be hidden that it may be believed, and tract. 40. in Ioan. Faith is to believe what you do not see. And lib. 2. qq. Euang. cap. 39. Faith is the virtue by which things are believed that are not seen.*

> Probatur primo a S. Doct. ex PP. D. Aug. ad 14. Ioan. ad ea verba: Vado parare vobis locum. Eat ne videatur; lateat ut credatur, et tract. 40. in Ioan. Fides est credere, quod non vides. Et lib. 2. qq. Euang. cap. 39. Fides est virtus, qua creduntur, quae non videntur.

5 From D. Gregory *homil. 36. in Euang. Things that are seen do not have faith, but recognition.* And Chrysost. *homil. 21. ad Hebr.* says: *He wishes to destroy faith, those who want to see the things believed.* The Saints commonly think the same, as S. Thomas relates *quaest. 3. in corpore.*

> *Ex D. Gregorio* homil. 36. in Euang. Quae videntur, fidem non habent, sed agnitionem. *Et Chrysost.* homil. 21. ad Hebr. *ait:* Eos perdere velle fidem, qui credita volunt videre. *Idem sentiunt communiter Sancti, ut refert S. Doct.* quaest. 3. in corpore.

6 *It is proved secondly from S. Thomas.* Faith will be evacuated in the fatherland, as is gathered from *prima Corinth. 13.* but bodily vision manifests the Humanity of Christ just as spiritual vision in the fatherland manifests the Deity: Therefore just as faith of the Divinity cannot be about things seen in the fatherland, so neither can faith of the humanity be in the way about a thing seen. Hence they deny the parity gratuitously, as Mastrius notes n. 110. who used this argument.

> Probatur secundo a S. Doct. *Fides in patria evacuabitur, ut colligitur ex* prima Corinth. 13. *sed visio corporalis ita manifestat Christi Humanitatem, sicut visio spiritualis in patria Deitatem: Ergo sicut fides Divinitatis non potest esse circa visa in patria, ita nec fides humanitatis in via visae. Hinc gratis negant paritatem, ut notat Mastrius n. 110. hac ratione usus.*

7 *It is PROVED* thirdly from S. Thomas. To believe is free *Rom. 10.* But to believe what I see is entirely necessary.

PROBATUR *tertio a S. Doct. credere est liberum* Rom. 10. *At credere, quod video, est penitus necessarium.*

8 *It is PROVED* fourthly *in corpore. That which repugns the essence of faith cannot stand together with faith: But sensible vision repugns: Therefore.* The minor is proved; for from the Apostle *loc. cit. Faith is obscure knowledge, and now AEnigmatic: but Vision is most clear; and these are contradictory.* The Scotists and Thomists use this argument.

PROBATUR *quarto* in corpore. Id, quod repugnat essentiae fidei, non potest stare cum fide: Sed sensibilis visio repugnat: Ergo. *Minor probatur; nam ex Apostolo* loc. cit. Fides est cognitio obscura, et nunc AEnigmatica: at Visio est clarissima; haec autem sunt contradictoria. *Hoc argumento utuntur Scotistae, et Thomistae.*

9 Nor does the response avail, that these are not contradictory, because they arise from different motives. For the argument resists just so much, because from the intrinsic formal side the object of FAITH must be obscure; whence, upon the arrival of vision, it no longer has anything obscure, concerning which it might render faith to the revealer; and the formal reason of the one, that is, of science, destroys the formal reason of the object of FAITH. Nor do they differ according to the perfect and the imperfect, as the adversaries think; but they differ according to their essentials, namely the positive and the privative; from which Card. de Lugo deduces *disp. 2. num. 81.* that, since this repugnance is formal and intrinsic, it convinces that vision and FAITH cannot stand together, even by the power of God. Vain also is the response of Valentia, that faith is of things not seen by faith itself; for, as Mastrius says *num. 109.* the Fathers and Scripture would have spoken ridiculously, and the sense would be to see nothing by an act of faith. Tanner. also errs *num. 176.* denying that these repugn.

Nec valet responsio, haec non esse contradictoria, quia ex diversis motivis. Contra enim tam resistit argumentum, quia ex intrinseco formali obiectum Fidei debet esse obscurum; unde adveniente visione non habet amplius obscurum, de quo fidem praestet revelanti; et ratio formalis unius, idest scientiae, destruit rationem formalem obiecti Fidei. Neque differunt secundum perfectum, et imperfectum, ut putant adversarii; sed differunt secundum essentialia eorum, positivum, scilicet et privativum; ex quo deducit Card. de Lugo disp. 2. num. 81. *quod, cum haec repugnantia sit formalis intrinseca, convincit, non posse, etiam per Dei potentiam, stare visionem, et Fidem. Inanis etiam est responsio Valentiae, fidem esse de non visis per fidem ipsam; nam, ut ait Mastrius* num. 109. *ridicule locuti essent Patres, et Scripturae, et sensus esset nullum videre per actum fidei. Fallitur et Tanner.* num. 176. *negans, haec repugnare.*

10 *You OBJECT* first that *Ioan. 20.* it is said: *Because you have seen me, Thomas, you have believed;* therefore concerning this he had faith and vision.

OBIICIES *primo* Ioan. 20. *dicitur:* Quia vidisti me Thoma, credidisti; *ergo de hoc habuit fidem, et visionem.*

11 D. Bonav. and Scotus *RESPOND* from D. Gregory *homil. 26. in Euang.* that: *Thomas saw one thing, and believed another; He saw a man, and believed God.* The same is the response of D. August. *tract. 79. in Ioannem.*

RESPONDENT *D. Bonav. et Scotus ex D. Gregorio* homil. 26. in Euang. *quod:* Thomas aliud vidit, et aliud credidit; Vidit hominem, et Deum credidit. *Eadem est responsio D. August.* tract. 79. in Ioannem.

12 Arriaga INSTANCES that this exposition is not consonant with the text. First, because Christ did not speak equivocally, but of the same thing about which he said: *You have seen*, he also said *you have believed*. Then, if he believed what he did not see: Therefore he did not have less merit than the

others, who, not seeing, believed, whom nevertheless Christ there prefers to Thomas. Thirdly, because there Thomas believed nothing about the Deity, but about the Resurrection, about which he doubted, which nevertheless he saw no less than I see Peter present; and yet you deny that vision can stand together with faith.

> *INSTAT Arriaga, hanc expositionem non esse textui consonam. Primo, quia Christus non est locutus aequivoce, sed de eodem, de quo dixit:* Vidisti*, dixit et* credidisti. *Deinde, si quod non vidit, credidit: Ergo non habuit minus meritum, quam alii, qui, non videntes, crediderunt, quos tamen ibi Christus praefert Thomae. Tertio, quia ibi Thomas nil credidit de Divinitate, sed de Resurrectione, de qua dubitabat, quam tamen videbat non minus, quam ego video Petrum praesentem; et tamen vos negatis, visionem cum fide stare.*

13 For in truth these things are frivolous against the exposition of the Fathers; Nor indeed did Christ speak equivocally, but with a mystery, so that the sense is: Because you have seen me raised from the dead, you have believed God, since a mere man cannot raise himself. Now just as you heard me: *I have power to lay down my life, and to take it again*, so now you have seen, and therefore you believe God. See S. Bonaventure *in the sermon on S. Thomas.*

> *ENIM vero frivola haec sunt contra Patrum expositionem; Neque vero Christus aequivoce locutus est, sed cum mysterio, ut sensus sit: Quia vidisti me a mortuis suscitatum, credidisti Deum, cum purus homo non valeat seipsum suscitare. Iam sicuti me audisti:* Potestatem habeo ponendi animam meam, et iterum sumendi eam*, ita nunc vidisti, et ideo credis Deum. Vide S. Bonaventuram* sermone de S. Thoma.

14 From this the second objection falls: For the sense is, that there is more merit in those who neither saw me raised, and believed, without this miracle, that I am God.

> *Ex quo ruit secunda oppositio: Sensus enim est, plus meriti esse eorum, qui, nec me viderunt suscitatum, et crediderunt, absque miraculo hoc, me esse Deum.*

15 To the third I say, that Thomas confessed: *My Lord, and my God.* For he doubted about the Deity while he saw him dead; nor did he believe until he saw him raised.

> *AD tertium dico, Thomam confessum:* Dominus meus, et Deus meus. *De divinitate enim dubitavit, dum mortuum vidit; neque credidit, donec vidit suscitatum.*

16 *You OBJECT* secondly from *Prima Ioan.* first: *What we have seen, and our hands have handled, of the Word of life;* But the Apostles also had faith concerning the same Christ.

> OBIICIES *secundo* Prima Ioan. *primo:* Quod vidimus, et manus nostrae contrectaverunt de Verbo vitae; *At Apostoli habebant de eodem Christo etiam fidem.*

17 D. Bonav. *RESPONDS* that the Apostles had faith concerning the mysteries seen; for although they saw the man die; nevertheless they believed him God. And so they had faith concerning This person, as he is God. Mastrius *num. 133.* prefers this exposition, Scotistically.

> RESPONDET *D. Bonav. Apostolos habuisse fidem de mysteriis visis; nam tametsi viderent hominem mori; credebant tamen illum Deum. Itaque habuere fidem de Hac persona, ut est Deus. Hanc expositionem Mastrius* num. 133. *praefert Scotice.*

18 *You OBJECT* thirdly. The Blessed Virgin knew by sensible experience that she had conceived of the Holy Spirit, and nevertheless believed; Therefore Elisabeth says: *Blessed are you, who have believed, etc.*

> OBIICIES *tertio. B. Virgo sensibili experimento novit, se concepisse de Spiritu Sancto, et tamen credidit; Ideo Elisabeth ait:* Beata, quae credidisti, etc.

19 S. Bonav. *RESPONDS* that the Blessed Virgin perceived that she had conceived without a man; nevertheless she did not perceive that she had conceived the Son of God. Thus Mastrius also responds.

> RESPONDET *S. Bonav. Beatam Virginem sensisse, se concepisse sine viro; attamen non sensisse, se concepisse filium Dei. Sic respondet et Mastrius.*

20 *You OBJECT* fourthly. It would follow that the learned are of worse condition, and those who saw, as the Apostles.

> OBIICIES *quarto. Sequeretur, peioris conditionis esse doctos, et qui viderunt, ut Apostolos.*

21 It is *RESPONDED* with D. Bonav. that those who saw believed something else.

> RESPONDETUR *cum D. Bonav. eos, qui viderunt, aliquid aliud credidisse.*

22 MASTRIUS responds from D. Bonav. *quaest. 3.* denying the sequel, as to the wise, who have science concerning the same thing, because they did not know perfectly through the sciences that God is, and that he is one, or that he is infinite simply speaking, to be in three persons, whence they lacked the light of faith, without which the Philosophers erred. He says this response is conformable to the doctrine of Scotus; whence it is clear how even the learned exercise supernatural acts of faith.

> *MASTRIUS respondet ex D. Bonav.* quaest. 3. *negando sequelam, quoad sapientes, qui de eodem habent scientiam, quia illi non cognovere perfecte per scientias, Deum esse, esseque unum, aut infinitum simpliciter esse in tribus personis, unde eguere lumine fidei, sine quo Philosophi errarunt. Hoc responsum ait, esse conforme doctrinae Scoti; unde patet, quomodo et docti actus supernaturales fidei exerceant.*

23 For in truth he does not remember that he said in the first assertion *num. 108.* that acts of faith and of science cannot be simultaneously about the same conclusion in the same intellect. Wherefore he abuses the doctrine of S. Bonaventure.

> *ENIM vero non recordatur, se dixisse in primo asserto* num. 108. *non posse actus fidei, et scientiae simul esse de eadem conclusione in eodem intellectu. Quare abutitur doctrina S. Bonaventurae.*

24 MOST FIRMLY therefore has our assertion been proved. It is confirmed by the principal argument of S. Bonav. *in corpore,* which Suarez uses *disp. 3 sect. 9.* Coninch. *disp. 11. dub. 1.* Lugo *disp. 2. sect. 2.* Vasquez *disp. 53. et 62.* Mastrius *num. 115.* where he teaches it to be a firm argument; for clear vision so ravishes assent, that not only is place denied to the liberty necessary for faith; but neither does the motive of assent remain; thus, while I see the Sun, however much someone may say to me that it is day, even if he were an Angel; I do not believe from authority, but because I see. Coninch. and Suarez render the reason; because, since the intellect has been actualized by the most perfect formal assent, no place is left for assenting by another form.

> *FERMISSIME igitur probata est nostra assertio. Confirmatur argumento S. Bonav. principali* in corpore, *quo utuntur Suarez* disp. 3 sect. 9. *Coninch.* disp. 11. dub. 1. *Lugo* disp. 2. sect. 2. *Vasquez* disp. 53. et 62. *Mastrius* num. 115. *ubi docet esse firmam rationem; nam visio clara ita rapit assensum, ut non modo libertati ad fidem necessariae negetur locus; sed neque remaneat motivum assensus; sic, dum video Solem, quantumvis aliquis dicat mihi, diem esse,*

etiamsi is esset Angelus; non credo ex authoritate, sed quia video. Rationem reddunt Coninch. et Suarez; quia cum actuatus sit intellectus formali assensu perfectissimo, non relinquitur alteri formae assentiendi locus.

25 BUT they argue against this: for the Blessed have intuitive cognition of creatures, and nevertheless can also have abstractive. The same, the Theologians say, of the most holy Soul of Christ.

SED contra arguunt: nam Beati habent cognitionem intuitivam creaturarum, et tamen possunt habere etiam abstractivam. Idem de anima Christi sanctissima aiunt Theologi.

26 Mastrius *RESPONDS* from Scotus *ad 3.* that the reason is, because the medium of faith is impeded by the medium of vision, so that it may not move, and is rendered insufficient to move in its presence: for the medium of faith has no power to move, except when the intellect needs it, and because it does not otherwise have the truth. Lugo responds the same.

RESPONDET *Mastrius e Scoto* ad 3. *rationem esse, quia medium fidei, a medio visionis impeditur, ne moveat, redditurque insufficiens ad movendum in praesentia eius: medium enim fidei non habet virtutem ad movendum, nisi quando indiget intellectus illo, ed quod aliunde veritatem non habeat. Idem respondet Lugo.*

27 BUT the same difficulty is incurred which they opposed to Suarez, because the clear vision of creatures in God suffers its abstractive [cognition].

SED eadem difficultas incurritur, quam Suarezio opposuerunt, quia visio clara creaturarum in Deo suum patitur abstractivum.

28 The REASON therefore is that which S. Thomas brings *in corpore*, because they are intrinsically opposed formally, whence, with the object clearly seen, it implies that faith is busied about that thing in vain, because it is intrinsically enigmatic, or at least obscure, and the obscure requires an obscure object.

RATIO igitur est, quam affert S. Doct. in corpore, *quia intrinsece opponuntur formaliter, unde obiecto clare viso, implicat versari fidem circa illud, quia intrinsece est aenigmatica, vel saltem obscura, et obscurum exigit obiectum.*

Question VII: Whether the articles of faith are evidently credible

1 I have treated THIS question sufficiently *p. 1 tract. 1. disp. 1. quaest 9.* with D. Bonav. *in the sermons Hexaëmer. especially §. 9. and 10.* and *in the little work: Principium Scripturae.*

An articuli FIDEI sint evidenter credibiles.

HANC quaestionem satis tractavi p. 1 tract. 1. disp. 1. quaest 9. *cum D. Bonav.* sermonibus Hexaëmer. praecipue §. 9. et 10. *et* in opusculo: Principium Scripturae.

2 *The testimonies of God are exceedingly credible,* as *Psal. 92.* proclaims. On which arguments see also Valentia *disput. 1. quaest. 1. p. 4.* Scotus *quaest. 2. Proleg. sent.* and the Scotists. Medina *tract. de fide* Poncius *disp. 28.*

Testimonia Dei credibilia sunt nimis, *ut clamat* Psal. 92. *De quibus argumentis vide etiam Valentiam* disput. 1. quaest. 1. p. 4. *Scotum* quaest. 2. Proleg. sent. *et Scotistas. Medinam* tract. de fide *Poncium* disp. 28.

3 The PRINCIPAL argument is taken from the excellence of Christ, on which Valentia relies disp. 17. drawn from D. Bonav. p. prima of the goads of Divine love, cap. 6. If Christ had falsely wished to arrogate to himself the name and dignity of the Son of God; he would assuredly have acted insanely,

and wrongly; nor would God have confirmed his words with so many miracles, and his adversaries would have found follies and errors in his sayings, which they could not. But celebrated even among foreigners are his innocence, wisdom, and prophecy, miracles, etc. the efficacy of his words, etc.

> *PRAECIPVUM argumentum sumitur e Christi praestantia, quo nititur Valentia disp. 17. eruto e D. Bonav. p. prima stimuli Divini amoris, cap. 6. Si Christus falso voluisset sibi nomen, ac dignitatem filii Dei arrogare; profecto insane, et perperam fecisset; nec Deus tot miraculis eius dicta confirmasset, et adversarii in dictis eius insipientias, et errores invenissent, quod non potuere. At celebres sunt etiam apud exteros, eius innocentia, sapientia, et prophetiae, miracula, etc. efficacia sermonum, etc.*

4 The SECOND is the multitude of prophecies concerning our faith.

> *SECUNDUM est prophetiarum multitudo de nostra fide.*

5 The THIRD is the firmness of the Church amid so many tempests.

> *TERTIUM est firmitas Ecclesiae inter tot tempestates.*

6 The FOURTH is the victory over so many wise men, and Tyrants.

> *QUARTUM est victoria de tot sapientibus, et Tyrannis.*

7 The FIFTH is the knowledge of the witnesses, and their illustrious fame.

> *QUINTUM est testificantium notitia, eorumque fama praeclara.*

8 The SIXTH, the marvelous constancy of so many Martyrs.

> *SEXTUM, tot Martyrum mira constantia.*

9 The SEVENTH, the concord of the witnesses, with the parts of so many lands divided; and with so many different times.

> *SEPTIMUM, testificantium concordia tot terrarum dissitis partibus; totque diversis temporibus.*

10 The EIGHTH is the unshaken firmness of those things which faith teaches.

> *OCTAUUM est inconcussa firmitas eorum, quae fides docet.*

11 The NINTH, the absurdities and nonsense of so many opposing sects.

> *NONUM, ineptiae, et absurda tot adversantium sectarum.*

12 The TENTH, the fruits which abound from this holiness of the law.

> *DECIMUM, fructus, qui ex hac legis sanctitate exuberant.*

13 The ELEVENTH, the testimony of foreigners.

> *UNDECIMUM, testimonium alienorum.*

14 The TWELFTH, The unhappy end of those persecuting the Church. See there, and what I shall add in quaest. 11.

> *DVODECIMUM, Exitus infelix persequentium Ecclesiam. Vide ibi, et quae addam quaest. 11.*

Question VIII: Whether the things to be believed are rightly arranged in articles

[1] D. Thomas says an article is named from ἄρθρον, which signifies the fitting together of the parts for motion: St. Bonaventure acknowledges this too, question 1. article 3. Calepinus, however, took the name from artus, a joint, because it is a particle into which the joints, or the members of the body, are resolved; and it is called articulus from arctando, constraining, a term applied both actively and passively to the mysteries to be believed: passively indeed, because it is a thing constrained, and just as the knots in the body are the parts into which the joints, or members, are resolved; so the articles are, as it were, the first principles into which the parts of the whole habit of FAITH are resolved: actively, however, because they constrain to belief.

> An credibilia recte per articulos sint disposita.
>
> *D. Thomas, articulum, ait nominari a ἄρθρον, quod significat coaptationem partium ad motum: Id agnoscit etiam S. Bonav. quaest. 1. art. 3. Calepinus vero a nomine artus sumpsit, eo quod sit particula, in quam resolvuntur artus, seu membra corporis, dicitur vero articulus ab arctando, quod active, et passive applicitum est mysteriis credibilibus: Passive quidem; quia est quid arctatum, et sicuti nodi in corpore, sunt partes in quas artus, seu membra resolvuntur; ita articuli sunt veluti prima principia, in quae resolvuntur partes totius habitus Fidei: Active vero, quia arctant ad credendum.*

[2] HENCE St. Bonaventure gathers that the articles of faith are the first principles in faith, into which all the objects of belief are resolved, in the way that the joints are in the body, into which the members are resolved, even the tiniest of the fingers; and just as in the sciences, and in acts, there are first principles into which the conclusions are resolved, nor are those resolved into others, as Caspens also notes, disp. 1. sect. 12. Likewise they are the first distinguishers of the object of belief, in the way that the articles in Grammar distinguish the genders, and the cases. And in Rhetoric an article is called the distinction that is made in the science, and in the uttering. Since, therefore, the sciences, and the arts are the handmaids of Theology, as St. Bonaventure splendidly demonstrates in his opusc. *On the reduction of the arts to Theology*, for that reason it received the name of article, to signify the first heads, and principles into which all things believed are resolved, which are called the object of faith. Hence the Seraphic Doctor praises the definition of an article handed down by Richard of St. Victor: *An article is an indivisible truth about God, constraining us to believe.* It is called an indivisible truth, because things believed are ultimately resolved into the articles, for resolution stops at the indivisible. It is called constraining, etc., for it constrains, as a directive rule, toward all things to be believed. See Caspens, Cardinal de Lugo, Morandus, and others agreeing.

> *HINC colligit S. Bonav. articulos fidei esse prima principia in fide, in quae resolvuntur omnia obiecta credibilia ad modum, quo articuli in corpore sunt, in quos resolvuntur membra, etiam minuta digitorum; et sicuti in scientiis, et actibus prima principia sunt, in quae resolvuntur conclusiones, nec illa resolvuntur in alia, ut notat etiam Caspens. disp. 1. sect. 12. Itidem sunt primo distinguentes obiectum credibile ad modum, quo articuli in Grammaticis distinguunt genera, et casus. Et in Rhetoricis vocatur articulos distinctio, quae fit in scientia, et prolatione. Quoniam igitur scientiae, et artes sunt Theologiae ancillae, ut egregie demonstrat S. Bonav. opusc.* De reductione artium ad Theologiam, *ideo accepit nomen articuli ad significanda prima capita, et principia, in quae omnia credita resolvuntur, quae dicuntur obiectum fidei. Hinc S. Doctor laudat definitionem articuli, traditam a Richardo Victorino:* Articulus est veritas indivisibilis de Deo, arctans nos ad credendum. *Dicitur veritas indivisibilis, quia ultimo credita resolvuntur in articulos, resolutio enim stat ad indivisibile. Dicitur arctans, etc. arctat enim, ut regula directiva ad omnia credibilia. Vide Caspensem, Cardinalem de Lugo, Morandum, et alios consentientes.*

3 The Seraphic Doctor OBJECTS to himself against this definition, first, because an article is a divisible proposition.

> *OBIICIT sibi contra hanc definitionem S. Doct. primo, quia articulus est propositio divisibilis.*

4 HE ANSWERS that it is indivisible formally, because it is not divided into other articles, as credible things.

> *RESPONDET, esse indivisibilem formaliter, quia non dividitur in alios articulos, ut credibiles.*

5 He objects second. If an article is an indivisible truth. Therefore it is one article, because truth is one. Then truth is God: Therefore it is not about God.

> *OBIICIT secundo. Si articulus est veritas indivisibilis. Ergo est unus articulus, quia una est veritas. Deinde veritas est Deus: Ergo non est de Deo.*

6 The Seraphic Doctor answers that an article is a truth as it is compared to something about God to be asserted, as that God is one; that there is a Trinity, etc.; and thus God is the subject of these truths.

> *RESPONDET S. Doct. articulum esse veritatem, prout comparatur ad aliquid de Deo asserendum, ut esse Deum unum; esse Trinitatem, etc. et ita Deus est subiectum harum veritatum.*

7 He objects third. Among the articles there are some that are not about God, as the Resurrection of the flesh. It is answered that the resurrection of the flesh pertains to the Divine power.

> *OBIICIT tertio. Inter articulos sunt aliqui, qui non sunt de Deo, ut Resurrectio carnis. Respondetur, carnis resurrectionem esse de virtute Divina.*

8 He objects fourth. Because the articles of faith do not convince by reasonings: Therefore they do not constrain to believe. HE ANSWERS that they constrain the faithful who are enlightened, by the authority of the revealer; they constrain indeed not by compelling; but by removing every ambiguity: they constrain also by obliging; and by restricting, and by resolving into distinct principles the object of faith.

> *OBIICIT quarto. Quia articuli fidei non convincunt rationibus: Ergo non arctant ad credendum. RESPONDET, arctare fideles illuminatos ex authoritate revelantis; arctant vero non cogendo; sed omnem tollendo ambiguitatem: arctant etiam obligando; et restringendo, et resolvendo in principia distincta obiectum fidei.*

9 Presently the Seraphic Doctor, question 2., hands down another definition of the Article from D. Isidore. *An article is a perception of Divine truth, tending to it.* And he explains it thus: It is called a perception of Divine truth causally, because it is that by which we perceive the first truths of faith. It is called tending to God himself, whereby he shows that faith directs the will to God, to whom we are roused by the articles of faith. From this the Seraphic Doctor deduces the definition of the article, as it is the object of faith formed.

> *Mox S. Doct. quaest. 2. tradit aliam definitionem Articuli ex D. Isidoro.* Articulus est perceptio Divinae veritatis, tendens in ipsam. *Sic autem declarat: Dicitur perceptio Divinae veritatis causaliter, quia est id, quo primas fidei veritates percipimus. Dicitur tendens in ipsum Deum, quo ostendit fidem dirigere voluntatem in Deum, in quem excitamur fidei articulis. Ex quo deducit S. Doct. definiti articulum, prout est obiectum fidei formatae.*

10 By this exposition the oppositions that are made against this definition collapse. See St. Bonaventure.

> *HAC expositione ruunt oppositiones, quae contra hanc definitionem fiunt. Vide S. Bonav.*

11 The ORDER of the things to be believed is given in the Symbol. Now the Symbol signifies a judgment, or mark, by which others may be distinguished from one another, and the bringing together of many into one, as D. Bonaventure notes, disp. 25. question 1. For the Symbol is said from *Syn*, which is together; and *bole*, which is opinion; hence a Symbol is the opinion of many, constituted out of several articles, by which the faithful are set apart from the unfaithful, like a watchword, as Valencia also notes, disp. 1. question 1. p. 5., from Rufinus *in his exposition of the Symbol*, and Cassian, book 6. *de Incarn. to Leo the Pope*. See also Tanner, disp. 8.

> *ORDO credibilium in Symbolo habetur. Significat autem Symbolum iudicium, sive notam, qua alii ab aliis dignosci queant, et collationem plurium in unum, ut notat D. Bonav. disp. 25. quaest. 1. dicitur enim Symbolum a* Syn*, quod est simul; et* bole*, quod est sententia; unde Symbolum est plurium sententia, constituta e pluribus articulis, quibus fideles ab infidelibus, veluti tessera, secernuntur, ut advertit etiam Valentia disp. 1. quaest. 1. p. 5. ex Ruffino* in expositione Symboli*, et Cassiano lib. 6.* de Incarn. ad Leonem P. *Vide etiam Tannerum disp. 8.*

12 Now there is a THREEFOLD Symbol in the Church, as D. Bonaventure notes on the cited 5th question. The first is that of the Apostles, which is recited in the office. That it was composed by the twelve Apostles the old Fathers commonly assert; Clement I. epistle 1. Irenaeus book 1. chapter 2. Tertullian *in the praescriptiones*, Ambrose epistle 81. Rufinus *in the exposition*, Jerome epistle to Pammach. and *on the errors of John of Jerusalem*, Chrysostom homilies 1. and 2. *on the Symbol*, Augustine sermons 115. and 180. de tempore, Leo sermon 11. on the Passion of the Lord, and epistle 13. to Pulcheria, and with them St. Bonaventure and others.

> *TRIPLEX autem Symbolum existit in Ecclesia, ut notat D. Bonav. ad 5. quaest. cit. Primum est Apostolorum, quod recitatur in officio. Hoc vero a duodecim Apostolis compositum asserunt communiter Patres veteres; Clemens I. epist. 1. Irenaeus lib. 1. cap. 2. Tertullianus* in praescriptionibus*, Ambros. epist. 81. Ruffinus* in expositione*, Hieron. epist. ad Pammach. et* de erroribus Ioan. Hierosol. *Chrysost. homil. 1. et 2.* in Symb. *August. serm. 115. et 180. de tempore, Leo serm. 11. de Passione Domini, et epist. 13. ad Pulcheriam, et cum eis S. Bonav. et alii.*

13 The Seraphic Doctor adds, with Augustine and Leo above, that each Apostle set forth one article.

> *Addit S. Doct. cum August. et Leone supra, singulos Apostolos apposuisse unum articulum.*

14 The SECOND Symbol is Athanasius's, which, as the Seraphic Doctor says, was drawn up chiefly against Arius. It is the one that is recited at the first Hour of Sunday. So testify Sts. Augustine *on Psalm 120.* in the enchiridion chapter 36. and book 5. on the Trinity, chapter 8. and epistle 174. and sermon 195. de Tempore. And St. Gregory Nazianzen on the praises of Athanasius; and, which is the chief point, the whole Church receives it. It is kept at Rome, written by him in Latin.

> *SECUNDUM Symbolum est Athanasii, quod, ut ait S. Doct. fuit contextum praecipue contra Arium. Est autem illud, quod recitatur in Hora prima Dominicae. Ita testantur SS. August.* in Psalm. 120. *in enchir. cap. 36. et lib. 5. de Trinitate, cap. 8. et epist. 174. et serm. 195. de Tempore. Et S. Gregorius Nazianzenus de laudibus Athanasii, et quod caput est, universa Ecclesia illud recipit. Habetur Romae, ab eo Latinae Scriptum.*

15 The THIRD Symbol is the Nicene, which is recited in the Mass with certain additions in the first Council of Constantinople: Toledo 8. and Florence; and separately by the Church there was added

that clause: *proceeding from the Son (Filioque)*, as we saw p. 2. *tract. 1. disp. 10. question 2.*

> *TERTIUM Symbolum est Nycaenum, quod in Missa recitatur cum quibusdam additis in CC. Constantinopolitano primo: Toletano 8. et Florentino; et seorsim ab Ecclesia addita est illa particula:* Filioque procedit, *ut vidimus p. 2.* tract. 1. disp. 10. quaest. 2.

16 SUITABLY, however, the Seraphic Doctor shows that faith was ordered into articles first, that it might be Catholic, that is, a universal uniformity of faith among all peoples, which Irenaeus taught before, book 1. chapter 3.

> *CONVENIENTER autem fidem in articulos ordinatam ostendit S. Doct. primo, ut esset Catholica, idest universalis uniformitas fidei apud omnes gentes, quod ante docuit Irenaeus lib. 1. cap. 3.*

17 SECOND, because Faith had to be handed on to all, even the simple, which would not be explicit enough in general terms, nor could they be instructed by profuse eruditions, as D. Augustine teaches, *book on faith, and the Symbol chapter 1.*, Cyril of Jerusalem *catech. 5.*

> *SECUNDO, quia omnibus, etiam simplicibus debuit tradi Fides, quae non satis esset explicita in genere, nec profusis eruditionibus potuissent erudiri, ut docent D. August.* lib. de fide, et Symb. cap. 1. *Cyrill. Hierosol.* catech. 5.

18 Valencia adds, with D. Bonaventure, *that it is useful, indeed most necessary, against heretics, to have a formula of faith, which, therefore, as heresies arose with the passage of the times, was enlarged, as I shall say in the following question.*

> *ADDIT Valentia cum D. Bonav.* utile, imo pernecessarium esse, contra haereticos habere formulam fidei, quae ideo, exurgentibus haeretibus temporum decursu, adaucta est, ut dicam quaestione sequenti.

19 The Seraphic Doctor shows, with D. Thom. *question 1. article 8.*, that the articles are placed in a fitting order. He takes this order from the heads of things to be believed. First, then, the Divinity is to be believed: then the Trinity of persons: third the Humanity: fourth the Operations of the divinity; and last the works of Christ incarnate. As to the Divine essence, there is one article, just as the essence of God is most simple: *I believe in God.* As to the most holy Trinity, there are three articles. The first is: *I believe in God the Father*; the second is: *In Jesus Christ, his son, etc.*; the third: *I believe in the Holy Spirit.* As to the Operations of the deity, they are threefold. The first is the creation of nature, and it is noted when it is said: *I believe in the Creator of heaven, and earth.* The second is the bestowal of grace, and it is noted when it is said: *I believe the Holy Catholic Church: the communion of Saints, the remission of sins.* The third is the bestowal of glory: *the resurrection of the flesh, life everlasting.* And so there are seven articles concerning the divinity, looking to the divine essence itself: One looking to the Deity in itself; Three looking to the Trinity of persons, and the other three to the works of the Deity. Likewise concerning the humanity of Christ there are seven articles, according to the seven acts of the Redemption, which are ordered to our salvation. The first is the Incarnation, and on this is the article: *Who was conceived of the Holy Spirit.* The second is to be Born: *Born of the Virgin Mary.* The third is Redemption: *He suffered under Pontius, and was crucified, dead, and buried.* The fourth is the despoiling of hell: *He descended into hell.* The fifth is the triumph over death: *On the third day he rose again from the dead.* The sixth is the Ascension into heaven: *He ascended into heaven, and sits at* the right hand of the Father. The seventh is the Coming to judgment: *From thence he shall come to judge, etc.* See the Seraphic Doctor, *dist. 25. question 1.*, assigning to each Apostle his own article.

ORDINE autem congruo articulos collocatos ostendit S. Doct. cum D. Thom. quaest. 1. art. 8. *Sumit autem ordinem hunc e capitibus credendorum. Primum enim credenda est Divinitas: deinde Trinitas personarum: tertio Humanitas: quarto Operationes divinitatis; et ultimo opera Christi incarnati. Quoad Divinam essentiam, est unus articulus, sicut essentia Dei est simplicissima:* Credo in Deum. *Quoad Trinitatem sanctissimam, tres sunt articuli. Primus est:* Credo in Deum Patrem, *Secundus est:* In Iesum Christum, filium eius, etc. *Tertius:* Credo in Spiritum Sanctum. *Quoad Operationes deitatis, tripartitae sunt. Prima est naturae creatio, et notatur, cum dicitur:* Credo in Creatorem caeli, et terrae. *Secunda est, gratiae collatio, et notatur, cum dicitur:* Credo Sanctam Ecclesiam Catholicam: Sanctorum communionem, remissionem peccatorum. *Tertia est collatio gloriae:* Carnis resurrectionem, vitam aeternam. *Et sic septem sunt articuli circa divinitatem, respicientes ipsam divinam essentiam: Unus Deitatem in se; Tres respicientes Trinitatem personarum, et alii tres opera Deitatis. Similiter circa humanitatem Christi sunt septem articuli, secundum septem actus Redemptionis, qui ordinantur ad nostram salutem. Primus est Incarnatio, et de hoc est articulus:* Qui conceptus est de Spiritu Sancto. *Secundus est Nasci:* Natus ex Maria Virgine. *Tertius est Redemptio:* Passus sub Pontio, et crucifixus, mortuus, et sepultus. *Quartus est Inferni spoliatio:* Descendit ad inferos. *Quintus est triumphus de morte:* Tertia die resurrexit a mortuis. *Sextus est Ascensio in caelum:* Ascendit ad caelos, sedet ad *dexteram Patris. Septimus est Adventus ad iudicium:* Inde venturus est iudicare, etc. *Vide S. Doct.* dist. 25. quaest. 1. *singulis Apostolis proprium articulum: assignantem.*

20 The Seraphic Doctor marvels that these fourteen articles are set forth in *Apoc. 1.*, where Christ was seen among seven golden candlesticks, and he had in his right hand seven stars; now the stars are the heavenly articles of the deity: but the seven golden candlesticks, of earthly substance, yet precious, are the seven articles of the humanity. The same he teaches in *Hexaemer. sermon 8. and in the Centilog. sect. 38. and in the Diaeta, chapter 5. title 3.*

Hos quatuordecim articulos miratur S. Doct. expressos Apoc. 1. *ubi inter septem candelabra aurea visus est Christus, et habebat ad dexteram septem stellas, sunt autem stellae articuli caelestes deitatis: At septem candelabra aurea, e terrena substantia, sed pretiosa, sunt septem humanitatis articuli. Eadem docet in* Hexaemer. serm. 8. et in Centilog. sect. 38. et in Diaeta, cap. 5. titulo 3.

21 He notes, however, that the articles are reduced to twelve; for the first contains the Deity; and the first Person, who is the Fount of all the communications of the Deity; and the work of Creation, all of which St. Peter asserts; and so there are twelve articles in a broad sense. See the Seraphic Doctor.

ADVERTIT autem, reductos articulos in duodecim; nam primus continet Deitatem; et primam Personam, quae est Fons omnium communicationum Deitatis; et opus Creationis, quae omnia S. Petrus asserit, et ita duodecim sunt articuli, lato modo. Vide S. Doctorem.

22 Therefore the Seraphic Doctor proves the sufficiency of the Symbol first from Cassian *book 6. de Incarn. to Pope Leo.*

PROBAT igitur S. Doct. sufficientiam Symboli primo ex Cassiano lib. 6. de Incarn. ad Leonem Papam.

23 SECOND, because faith is concerned with God: Now God is regarded in two ways, either in himself, as One, and Three; or in the Humanity assumed. Again. The Deity is not known on the way, except through the works; now three of these are the chief ones, Creation, Gratification, and Glorification. But the works of the humanity are related in the Symbol, which, since it was composed by the Apostles, full of the Holy Spirit, there is no doubt that it is fitting; for they were the masters of the Catholic Church. And so, although fourteen can also be counted, as St. Bonaventure teaches, *loc. cit.*, Scotus *dist. 25. question 1.*, nevertheless they are reduced to twelve.

SECUNDO, quia fides versatur circa Deum: Dupliciter autem Deus respicitur, vel in se, ut Unus, et Trinus; vel in Humanitate assumpta. Rursus. Deitas non cognoscitur in via, nisi per opera; haec vero tria sunt praecipua, Creatio, Gratificatio, et Glorificatio. Opera vero humanitatis sunt relata in Symbolo, quod, cum ab Apostolis, plenis Spiritu Sancto compositum fuerit, non est dubium, quin congruum sit; fuere enim magistri Ecclesiae Catholicae. Itaque, licer quatuordecim possint etiam numerari, ut docent S. Bonav. loc. cit. *Scotus* dist. 25. quaest. 1. *tamen ad duodecim rediguntur.*

24 Valencia, however, *loc. cit.*, Morand. *q. 4.*, Cardinal Lugo *disp. 3. sect. 4.*, observes that the Symbol is not Canonical Scripture, because it was composed by the Apostles, as a brief formula for professing the faith already possessed. You will wonder, here, that the Mystery of faith, that is, the Eucharist, is omitted. But it is included in the omnipotence. See D. Th. *article 8. to 6.* It is also enclosed in the Church.

OBSERVAT autem Valentia loc. cit. *Morand.* q. 4. *Card. Lugo* disp. 3. sect. 4. *Symbolum non esse Scripturam Canonicam, quia compositum fuit ab Apostolis, tanquam formula brevis profitendi fidem, iam praehabitam. Miraberis, hic omitti Mysterium fidei, idest Eucharistiam Sed includitur in omnipotentia. Vide D. Th.* art. 8. ad 6. *Clauditur etiam in Ecclesia.*

Question IX: Whether the articles of faith have grown over the course of time

1 The COMMON opinion of Theologians is that all the articles of faith have always been believed implicitly, though not explicitly: so D. Bonaventure and D. Thomas here, where the Thomists, and all the Sententiarii with the Master, 3. *dist. 25.*, where also Albert. *art. 1 to 1.* Scotus *question 1. Durand. question 1. Richard. art. 3. question 2.* Valencia *question 1. p. 6. et* others in Suarez on Faith *disp. 2. sect. 6.* Cardinal Lugo *disp. 3. sect. 5.* Aragon. here. Tanner. *disp. 1. q. 1. n. 101.*

COMMUNIS Theologorum sententia est, articulos omnes fidei implicite semper fuisse creditos, non tamen explicite: Sic D. Bonav. et D. Thom. hic, ubi Thomistae, et Sententiarii omnes cum Magistro 3. dist. 25. *ubi Albert.* art. 1 ad 1. *Scotus* quaest. 1. Durand. quaest. 1. Richard. art. 3. quaest. 2. *Valentia* quaest. 1. p. 6. et *alii apud Suarez de Fide* disp. 2. sect. 6. *Card. Lugo* disp. 3. sect. 5. *Aragon. hic. Tanner.* disp. 1. q. 1. n. 101.

2 I ASSERT first, that the articles of Faith, as to implicit belief, have not grown.

ASSERO primo, articulos Fidei, quoad credulitatem implicitam non crevisse.

3 It is PROVED by the Seraphic Doctor first, because the Christian Faith is contained wholly in the new law, and the new law was enfolded in the old, as the whole in the wheel, as is said *Ezech. 1.*

PROBATUR a S. Doct. primo, quia Fides Christiana tota continetur in lege nova, et lex nova involvebatur veteri, veluti tota in rota, ut dicitur Ezech. 1.

4 It is PROVED second by the Seraphic Doctor. When the object is changed substantially, the habit is changed: Therefore if faith had a new object, believing what it did not believe before, it would be changed; but Faith, according to the diverse times, has not been changed, from D. Augustine *epistle 51.*, Irenaeus *book 4. chapter 13.*, and other Fathers; and so indeed what we believe, the Fathers believed explicitly as to substance, at least implicitly, so that even the holy Doctors who use this term teach, that it has not been changed as to substance, but according to accident; because what was believed implicitly of old is now believed explicitly, and so these articles were contained in the ancient ones, as more remote and more distinct concepts in the universal ones, as Valencia notes.

PROBATUR secundo a S. Doct. Mutato obiecto substantialiter, mutatur habitus: Ergo si fides haberet obiectum novum credens, quod ante non credebat, mutata esset; sed Fides secundum diversa tempora non est mutata ex D. August. epist. 51. *Irenaeo* lib. 4. cap. 13. *et aliis Patribus, atque adeo id, quod credimus nos, explicite credidere Patres, quoad substantiam, saltem implicite, ut docent etiam Sancti Doctores, qui hoc termino utuntur, non esse mutata, quoad substantiam, sed secundum accidens; quia implicite olim creditum, iam creditur explicite, atque adeo continebantur hi articuli in antiquis, sicut conceptus ulteriores, et distinctiores in universalibus, ut notat Valentia.*

5 It is PROVED third by the Seraphic Doctor. For in ancient times all expected the Redeemer; but that he was to be a God-man, not all knew. So of the remaining articles looking to the passion, resurrection, and Ascension of Christ. The Seraphic Doctor explains this more fully in the body. These are the arguments for the opposite, granted in this sense in the replies.

PROBATUR tertio a S. Doct. Nam antiquitus omnes expectabant Redemptorem; sed quod futurus esset homo Deus, non omnes sciebant. Sic de reliquis articulis spectantibus ad passionem, resurrectionem, et Ascensionem Christi. Hoc magis explicat S. Doct in corpore. Haec sunt argumenta ad oppositum, hoc sensu concessa in responsis.

6 It is PROVED fourth. As the object of Charity grew, so also of Faith; but all things must now be loved explicitly, even enemies; in ancient times they were to be loved implicitly: Therefore.

PROBATUR quarto. Sicuti crevit obiectum Charitatis, ita et Fidei; sed omnia nunc diligenda explicite, etiam inimici, erat antiquitus diligenda implicite: Ergo.

7 I ASSERT second, that not all things that are now believed explicitly were believed in the same way in ancient times.

ASSERO secundo, non omnia, quae nunc creduntur explicite, fuisse credita eodem modo antiquitus.

8 It is proved *first* by the Seraphic Doctor from that of Exodus 6. *I am the God of Abraham, Isaac, and Jacob: and my Name Adonai I did not show them*, that is, I did not impart to them a clear knowledge of my Simplicity, and Unity, as D. Thom. expounds, question 174. article 6.

Probatur primo *a S. Doct. ex illo Exodi 6.* Ego sum Deus Abraham, Isaac, et Iacob: et Nomen meum Adonai non indicavi eis*, idest, non impertivi illis claram notitiam Simplicitatis, et Unitatis meae, ut exponit D. Thom. quaest. 174. art. 6.*

9 It is proved *second* by the Seraphic Doctor. As the Evangelical Law is related to the Mosaic as to morals, so also the faith of the new law to the faith of the old as to things to be believed; but the Gospel adds many counsels above the old law: Therefore the new law adds more things to be believed; yet not otherwise than by unfolding the implicit, as is clear from the foregoing. It is almost the argument of D. Irenaeus, book 4. chapter 47.

Probatur secundo *a S. Doct. Sicut se habet Lex Evangelica ad Mosaicam; quoad moralia ita et fides legis novae ad fidem veteris quoad credibilia; sed Evangelium supra legem veterem addit multa consilia: Ergo lex nova addit plura credibilia; non tamen aliter, quam implicita explicando ut patet ex supradictis. Est fere Argumentum D. Irenaei lib. 4. cap. 47.*

10 It is proved *third* by the Seraphic Doctor. For the Mysteries of the Incarnation, the Sacraments, and other things believed in the Church were not believed explicitly of old.

Probatur tertio *a S. Doct. Nam Mysteria Incarnationis, Sacramenta, et alia Ecclesiae credita, non credebantur olim explicite.*

11 It is proved *fourth* by the Seraphic Doctor. The new Church knows many things that lay hidden from the Angels, as is said Ephes. 3. Therefore much more did these things lie hidden from the men of the old law.

> *Probatur* quarto *a S. Doct. Ecclesia nova, multa novit, quae Angelos latebant, ut dicitur Ephes. 3. Ergo multo magis haec latebant homines veteris legis.*

Question X: Whether faith has grown as regards its light

1 I assert that Faith has grown in light from the beginning of the world.

> Utrum FIDES creverit quoad lumen.
>
> *Assero, Fidem secundum lumen crevisse ab initio mundi.*

2 It is PROVED *first* by the Seraphic Doctor from D. Gregor. *homily* 16. on Ezech., where, expounding that of Luke 10. *Blessed are the eyes that see the things which you see*, he says: *With the increases of the times the knowledge of the Saints, and of the spiritual Fathers, grew. And the nearer they stood to the coming of the Savior, the more fully they perceived the mystery of salvation:* Therefore they knew with a fuller light; but not except by the light of faith: Therefore. D. Thom. means the same, question 1. *art.* 4. *to* 4.: those nearer, namely to Christ, were suffused with a greater light — not all, indeed, but some. Valencia adds another limitation, that this is true of the infused light; for by natural light Theologians now know more things. But we were already speaking of the infused light of Faith.

> *Probatur* primo *a S. Doct. ex D. Gregor.* homil. *16. in Ezech. ubi exponens id Lucae 10.* Beati oculi, qui vident, quae vos videtis*, ait:* Secundum incrementa temporum crevit scientia Sanctorum, et spiritualium Patrum. Et quanto adventui Salvatoris viciniores extiterunt, tanto mysterium salutis plenius perceperunt: *Ergo pleniori lumine cognoverunt; sed non nisi lumine fidei: Ergo. Idem sentit D. Thom. quaest. 1.* art. *4.* ad *4. viciniores, nempe Christo, maiori lumine fuisse perfusos, non omnes sane, sed aliquos. Addit Valentia aliam limitationem, hoc verum esse de lumine infuso; nam lumine naturali nunc iam Theologi plura cognoscunt. Sed iam nos loquebamur de lumine infuso Fidei.*

3 Tanner adds, disp. 1. question 1. number 206., that not even one of the Doctors, succeeding in the Church, received the mysteries of faith more explicitly than the Apostles.

> *Addit Tanner. disp. 1. quaest. 1. num. 206. nullum etiam e Doctoribus, succedentibus in Ecclesia, explicatius Apostolis mysteria fidei accepisse.*

4 But this is *truly* PROVED. John 14. *The Paraclete will teach you all things; and chapter 15. All things that I have heard from the Father, I have made known to you.* And chapter 16. *When the Paraclete shall come, he will teach you all things*, and at the end of Luke: *Then he opened their sense, that they might understand the Scriptures*, as the Seraphic Doctor observes in his commentaries. And 2 Corinth. 3. *Beholding with unveiled face the glory of the Lord.* The Seraphic Doctor adds that of Acts 2., where Peter admonishes the Jews, the prophecy of Joel, chapter 2., being now fulfilled: *And it shall be in the last days I will pour out of my spirit upon all flesh, and they shall prophesy, and shall see visions.*

> *PROBATUR* vero *hoc. Ioan. 14.* Paracletus vos docebit omnia; et cap. 15. Omnia, quae audivi a Patre, nota feci vobis. *Et cap. 16.* Cum venerit Paracletus, ille vos docebit omnia, et Lucae ultimo: Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas*, ut observat S. Doct. in commentariis. Et secunda Corinth. 3.* Nos revelata facie gloriam Domini speculantes. *Addit S. Doct. illud Act. 2. ubi Petrus admonet Iudaeos, iam impleti Ioëlis*

prophetiam capite 2. Et erit in novissimis diebus effundam de spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt, et visiones videbunt.

5 The Seraphic Doctor adds, to those words *at the end of Luke*, an argument from the Scriptures; For Christ has the key of knowledge, as is said Isa. 22. and Apoc. 5. The Lamb opened the Book of revelations, hidden before, and the four animals, which accompany the Evangelists, and the twenty-four elders standing about, saw the secrets. Therefore, the nearer the disciples were to Christ, the wiser they were.

Addit S. Doct. ad ea verba Lucae ultimo*, argumentum e Scripturis; Nam Christus habet clavem scientiae, ut dicitur Isa. 22. et Apoc. 5. Agnus aperuit Librum revelationum, antea occultatum, et quatuor animalia, quae Evangelistas comitantur, et vigintiquatuor seniores circumstantes viderunt arcana. Igitur, quo viciniores fuere discipuli Christo; eo sapientiores.*

6 But D. Bonan. *on chapter 16. of John* objects. How does he say, *chapter 15. I have made all things known to you*, when here he says: *I have many things to say to you?* He answers with D. August. *Tract*. 96. that he speaks of those things that were revealed at the coming of the Holy Spirit, to which they were not yet disposed. For all things, written with canonical authority before the coming of the spirit (says St. Augustine), who hears, or reads? And he puts the past for the future; and signifies, *I have made known*, that is, I shall make known so certainly that you may hold them as things possessed.

Obiicit vero *sibi D. Bonan.* ad cap. 16. Ioan. *Quomodo ait,* cap. 15. Omnia nota feci vobis*, at hic ait:* Multa habeo vobis dicere? *Respondet cum D. August*. Tract. *96. eum loqui de his, quae revelata sunt in adventu Spiritus sancti, ad quae non erant adhuc dispositi. Omnia enim, Canonica (ait S. August) authoritate conscripta ante adventum spiritus, quis audit, vel legit? ponit autem praeteritum pro futuro; et significat,* nota feci*, idest, nota adeo certe faciam, ut ea possitis, ut habita, tenere.*

7 But the Seraphic Doctor has most splendid things on this, *sermon* 9. *on the day of Pentec.*, where he observes that the Apostles are called heavens formed by the Holy Spirit, Iob. 26. *The spirit of the Lord adorned the heavens. Psal. 116. The heavens show forth the glory of God. Psal. 32. By the word of the Lord the heavens were made firm, and by the spirit of his mouth all their power*, as the Fathers expound: and he joins this with that of John 16. *When he, the Spirit of truth, shall come, he will teach you all truth*, and says: As the heavens are, in which is the fountain of light, and the Luminaries, so in the Apostles shone forth the most splendid Lights of faith. And as in the foundations there is the greater substance, so in the Apostles, who are called the foundations of the Church, Ephes. 2. Apoc. 21. And as the Holy Spirit is called the Fount of the water leaping forth, poured out, which Christ was to give; so they who were nearer to this Fount drank in more: Therefore the holy Apostles were endowed with a greater Light of faith. By these arguments this is proved by the holy Fathers: Cyprian *epistle* 74. Ambrose *sermon* 24. Augustine *book* 5. *on Baptism, against the Donatists, chapter* 26., in Valencia. And Morand. *question* 5., who observes with Aragon *here art*. 7. Cardinal Lugo *disp.* 3. *sect*. 5., that the Apostles had explicit faith of all those things which the faithful are now bound to believe; But Suarez *book* 2. *sect*. 6. *num*. 18. holds that this is true only of things looking to the substance of those times, not of contingents, for instance, that the Council of Trent was lawfully convened, which nevertheless was then of faith, but only now declared; so assert Vualdens. *book* 2. *of the doctrinal faith, chapter* 22. Lyrin. *against heresies chapter* 17. Therefore, say Cano, Castr., and others, we are not to expect a new revelation unknown to the Apostles.

Praeclara vero *habet de hoc S. Doct.* serm. *9.* in die Pentec. *ubi observat, Apostolos vocari caelos a Spiritu Sancto formatos, Iob. 26.* Spiritus Domini ornavit caelos. Psal. 116. caeli enarrant gloriam Dei. Psal. 32. Verbo Domini caeli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum*, ut Patres exponunt: haec autem componit cum illo Ioan. 16.* Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*, et ait: Sicut caeli sunt; in quibus est fons lucis, et Luminaria, ita in Apostolis splenduere Lumina fidei praeclarissima. Et sicuti in fundamentis est maior substantia, sic in Apostolis, qui dicuntur fundamenta Ecclesiae, Ephes. 2. Apoc. 21. Et sicut Spiritus Sanctus dicitur Fons aquae salientis effusus, quem Christus erat daturus; ita qui fuere viciniores huic Fonti, magis ebibere: Ergo Sancti Apostoli maiori Lumine fidei praediti sunt. His argumentis, hoc probant SS. PP. Cyprianus* epist. *74. Ambros.* serm. *24. August.* lib. *5.* de Baptismo, contra Donatistas, cap. *26. apud Valentiam. Et Morand.* quaest. *5. qui observat cum Aragonio* hic art. *7. Card. Lugo* disp. *3.* sect. *5. Apostolos habuisse fidem explicitam eorum omnium, quae nunc fideles tenentur credere; At Suarez* lib. 2. sect. *6.* num. *18. tenet, hoc verum solum de spectantibus ad substantiam illorum temporum, non de contingentibus, puta, quod fuerit Tridentinum legitime congregatum, quae tamen fuisse de fide etiam tunc, sed nunc solum declarata; asserunt Vualdens.* lib. 2. doctrinalis fidei, cap. 22. *Lyrin.* contra haeres. cap. *17. Ideo inquiunt Cano, Castr. et alii, nobis non esse expectandam novam revelationem, Apostolis ignotam.*

8 Indeed Peter doubted about this great point: Whether the Gospel was to be preached to the nations. Acts 10. and *chapter* 11.; he is in some way reproved by Paul concerning the use of legal observances.

Profecto Petrus dubitavit de hoc magno puncto: An Evangelium esset praedicandum gentibus. Act. 10. et cap. *11. aliquo modo reprehenditur circa usum legalium a Paulo.*

9 The Seraphic Doctor goes on to prove the excellence of our faith in the Evangelical law above the Mosaic; because, as the prophecies were ever made clearer even in the old law — whence David says Psal. 118. *I have understood above the ancients*, and he was esteemed a prophet above the earlier ones; so likewise the later ones were irradiated by the new light, as it were, of the day of grace approaching; so up to the Gospel, in which is the perpetual, resplendent day, the faith is more resplendent. For the Gospel is Light; and the old Law is a Shadow; and so the interior illumination is more resplendent, and the exterior instruction, and therefore the faith is adorned with a greater light.

Pergit S. Doct. probare praecellentiam fidei nostrae in lege Evangelica supra Mosaicam; quia sicuti prophetiae semper fiebant clariores etiam in lege veteri; unde ait David Psal. 118. Super senes intellexi*, et fuit aestimatus propheta, super antetiores; similiter et posteriores novo veluti diei gratiae advenientis lumine, fuere irradiati; sic usque ad Evangelium, in quo est dies perpetua praeclara, praeclarior est fides. Est enim Evangelium Lux; et Lex antiqua est Umbra; atque adeo praeclarior est illuminatio interior, et exterior instructio, ac proinde maiori lumine decoratur fides.*

10 You will object *first*. What is above time is not increased by time. Such is faith: Therefore.

Obiicies primo. *Quod est supra tempus, non augetur tempore. Talis est fides: Ergo.*

11 The Seraphic Doctor answers that it is above time as to the moving reason, which is the first truth; but as to instruction it grew from night into day.

Respondet S. Doct. esse supra tempus, quoad rationem moventem, quae est prima veritas; at quoad instructionem crevit e nocte, in diem.

12 You will object *second*. That which shows a more hidden object is a more intense light; but the ancient faith showed the Redeemer to come, who was more hidden than now, since he has already come: Therefore.

> *Obiicies* secundo. *Id, quod ostendit occaltius obiectum, est lumen intensius; sed fides antiqua ostendebat Redemptorem futurum, qui erat magis occultus, quam nunc; cum iam advenerit: Ergo.*

13 The Seraphic Doctor answers *first* that it would be truer, if such light showed the hidden thing more intensely, and more clearly, by revealing more of it: But if it reveals less, it is denied: Hence the light of faith, although it shows God hidden on the way, is less than the light of glory, which exhibits more, by making God, who is hidden from us, clearer. So the light of the old faith, showing Christ obscure, was more remiss, because it uncovered little of him, and less than ours.

> *Respondet S. Doct.* primo, *Maiorem esse veram, si tale lumen ostendat rem occultam intensius, et clarius, plus de ea patefaciendo: At si minus pandat, negatur: Hinc lumen fidei, etsi ostendat Deum in via occultum, est minus lumine gloriae, quod plus exhibet, reddendo Deum, qui nobis est occultus, clarius. Ita lumen veteris fidei, ostendens Christum obscurum, erat remissius, quia parum de eo detegebat, minusque nostro.*

14 *He answers* second that the light which unfolds an object obscure in itself, and makes it appear clearer to the powers, is resplendent; But if it shows it in an obscuring cloud, it is not such. Now Christ was obscure in himself in ancient times; and as to the powers he was shown with little light, in shadowy manner; now, however, although he has already come, still objectively, in a natural way, he is little exhibited. For even if we know that there was in Judaea a famous man, called Jesus; and we read many things about him in the historians of the world; nevertheless we have received the knowledge of the Divine Person, of the truth of the doctrine, of the holiness, and of the miracles, by the light of faith, by which we believe the Gospels; and therefore the light that makes this hidden thing known to our minds is clearer than that light infused into the ancients. This reply contains, and explains the preceding one.

> Respondet *secundo, lumen, quod pandit obiectum in se obscurum, illudque potentiae facit clarius apparere, esse praeclarum; At si ostendat in nubilo, non est tale. Iam vero Christus erat antiquitus in se obscurus; et ex parte potentiarum parum lumine umbroso ostensus; nunc autem tametsi iam venerit, tamen obiective via naturali parum exhibetur. Esto enim sciamus, fuisse in Iudaea hominem celebrem, vocatum Iesum; multaque de eo apud historicos mundi legamus; attamen notitiam Personae Divinae, veritatis doctrinae, sanctitatis, et miraculorum, accepimus lumine fidei, quo Evangelia credimus; et ideo lumen, hoc occultum reddens mentibus notum, est clarius lumine illo, antiquis infuso. Haec responsio continet, et explicat praecedentem.*

15 The same light suffused those who touched Jesus in the flesh; whence very many, although they saw the miracles, etc., did not believe, as D. Bonav. says, *on 3.*

> *Idem lumen perfudit eos, qui in carne Iesum contrectarunt; unde plurimi, tametsi viderint miracula, etc. non credidere, ut ait D. Bonav.* ad 3.

16 *You will object* third. The light of faith that shows things to come is greater than that which shows things past: But the ancients saw things to come; We things past: Therefore.

> Obiicies *tertio. Maius est lumen fidei, quod ostendit futura, quam quod praeterita: Sed antiqui videbant futura; Nos praeterita: Ergo.*

17 *The Seraphic Doctor answers* that things above natural cognition are equally obscure whether they be past, and that of such things there is prophecy. Thus Moses prophesied, describing the creation of the world *Genes. 1.*, and other past things. And Elizabeth *Luke 1.* says: *Blessed art thou that hast believed*, and

of such things is faith, as that Jesus the son of God died, etc., which are not accessible to natural light.

> Respondet *S. Doct. ea, quae sunt supra naturalem cognitionem, esse aeque obscura, si praeterita sint, et de talibus esse prophetiam. Sic prophetavit Moyses describens creationem mundi* Genes. 1. *et alia praeterita. Et Elisabeth* Lucae 1. *ait:* Beata, quae credidisti*, et de his est fides, ut quod Iesus filius Dei sit mortuus, etc. quae naturali lumini non sunt pervia.*

18 *You will object* fourth. The illumination is greater where the communication of light is greater: But our faith is confirmed by the light even of the ancient Fathers: therefore it receives light from the ancients.

> Obiicies *quarto. Maior est illuminatio, ubi maior est luminis communicatio: Sed fides nostra confirmatur per lumen etiam antiquorum Patrum: ergo recipit ab antiquis lumen.*

19 *The Seraphic Doctor answers* that this happens per accidens, insofar as those Fathers were set forth as lampstands for the posterity of the grace of the new law also. Thus the patience of Job, and of Tobias was set forth; the faith of Abraham, etc., that those first ones should be the exemplars of virtue, and that we, animated, might see what higher sanctity we are bound to climb in the testament of graces, to which indeed innumerable ones have flown over by the observance of the perfection of the counsels, although many have lain hidden under a bushel.

> Respondet *S. D. id evenire per accidens, quatenus expositi sunt Patres illi super candelabra posteris novae etiam legis gratiae. Sic exposita est Iobi, et Tobiae patientia; Abrahae fides, etc. ut illi primi essent Ideae virtutis, nosque animati videremus quam altiorem sanctitatem scandere teneamur in testamento gratiarum, ad quam sane innumeri supervolarunt consiliorum perfectionis observantia, etsi sub Modio latuerint multi.*

Question XI: Whether faith has grown in certitude

1 I assert first, that faith does not grow in the respect of its intrinsic certainty.

> ***An Fides creverit certitudine.***
>
> *Assero primo, fidem non crescere in ratione sua intrinsecae certitudinis.*

2 *It is proved* by D. Bonav. first, because it hangs on the first truth, which is immutable.

> Probatur *a D. Bonav. primo, quia pendet a prima veritate, quae immutabilis est.*

3 *Second*, because it hangs on the Divine foreknowledge, and decree, which are immutable.

> Secundo*, quia pendet a Divina praescientia, et decreto, quae immutabilia sunt.*

4 *Third*, because it hangs on the divine predictions, which are always certain in the same way.

> Tertio*, quia pendet ex divinis praedictionibus, quae semper eodem modo sunt certae.*

5 *Fourth*. That is more certain which is further removed from error, as that is whiter which recedes more from black, as Aristotle has it *3. Top. chapter 4.*; but the ancient faith, and ours, are equally removed from all error: Therefore.

> Quarto. *Id est certius, quod magis ab errore est remotum, sicut id est albius, quod magis a nigro recedit, ut habet Atistoteles* 3. Top. cap. 4. *sed fides antiqua, et nostra, sunt aeque remotae ab omni errore: Ergo.*

6 I assert second, that faith grows on the side of the believers, by reason of clearer instruction, and devotion.

> *Assero secundo, fidem crescere ex parte credentium, ob clariorem instructionem, et devotionem.*

7 *It is proved* by D. Bonav. first. For that is more certain which is made known by more means; but the mysteries have been expounded with new light, and in new ways: Therefore.

> Probatur *a D. Bonav. primo. Certius enim est, quod pluribus mediis notificatur; sed mysteria novo lumine, novisque modis sunt exposita: Ergo.*

8 *Second*, because the mysteries of Christ, which were to come, are now rendered more certain *from the fact*.

> Secundo*, quia mysteria Christi, quae futura erant, iam certiora* ex facto *redduntur.*

9 *Third*, because faith abounds with many witnesses, namely, those who have received the Catholic faith. By which argument D. August. was moved, *book against the letter of Fundam. chapter 4. and book on the profit of believing, chapter 14.* How much more does the consensus of those who came after St. August. move? Surely so many men did not come to the faith for private advantages, but so many rich, so many wise, so many Princes ran to despoilings of their goods, to prisons, to martyrdoms, as St. Justin argues *Apol. 2. to the Emperor.* Behold even in our times so many Heroes turning the ribbons of the world into haircloth, and proud roofs into humble little cells.

> Tertio*, quia fides pluribus testibus abundat, nempe, qui fidem Catholicam receperunt. Quo argumento movetur D. August.* lib. contra epist. fundam. cap. 4. et lib. de utilitate credendi, cap. 14. *Quanto magis movet consensus eorum, qui post S. August. venere? Sane tot homines non ob privata commoda ad fidem veniebant, sed ad expoliationes bonorum, ad carceres, ad martyria currebant tot divites, tot sapientes, tot Principes, ut arguit S. Iustinus* Apol. 2. ad Imperatorem. *Inspice nostris etiam temporibus tot Heroes, mundi infulas in cilicia, superbaque tecta in humiles cellulas vertentes.*

10 Then there are the most splendid testimonies of so many martyrs triumphing amid torments, from which, even in our times, in England, and other northern regions, whence every evil is spread, by the cruelty, and unbelief of the sectaries, and Mahometans, have been produced men most wise, and most holy.

> *Deinde sunt testimonia praeclara tot martyrum, inter tormenta triumphantium, e quibus viri sapientissimi, et sanctissimi, nostris etiam temporibus in Anglia, et aliis Poli plagis, unde panditur omne malum, sectariorum, et Mahumetanorum crudelitate, et incredulitate inductum.*

11 *Fourth*, of so many Kings, Emperors, flourishing with the torque of wisdom in the world, there are testimonies; I mean of those who came to the faith by most splendid conversions down to these very times.

> Quarto*, tot Regum, Imperatorum, torque florentium in orbe sapientia, sunt testimonia; eorum inquam, qui praeclaris conversionibus ad fidem venerunt ad haec usque tempora.*

12 *Fifth*, the assaults, wars, persecutions surmounted by the Church against heretical sectaries, who watered France, Germany, England with blood, that they might overturn the Catholic faith: Surely these seem to have far surpassed the savageries of the pagan Roman Caesars.

Quinto, *impugnationes, bella, persecutiones superatae ab Ecclesia contra haereticos sectarios, qui Galliam, Germaniam, Angliam sanguine irrigarunt, ut Catholicam fidem everterent: Profecto hi videntur longe Romanorum Caesarum Paganorum saevitias superasse.*

13 *Sixth*, the miracles multiplied down to these very times, even in the most remote Indians beyond the seas: By which argument Christ used *Matth. 11.* But if the miracles are not, and without miracles the Church stands, and grows; what greater miracle can there be? Thus argues St. August. *22. de civitate, chapter 5.*: It is a great miracle that the Church navigates safe amid innumerable storms down to these times.

Sexto, *multiplicata miracula ad haec usque tempora, etiam in remotissimis ultramarinis Indorum: Quo argumento usus est Christus* Matth. 11. *Quod si miracula non sunt, et sine miraculis stat, et crescit Ecclesia; quod maius esse potest miraculum? Sic arguit S. August.* 22. de civitate, cap. 5. *Magnum esse miraculum, Ecclesiam ad haec usque tempora inter innumeras procellas incolumem navigare.*

14 *Seventh*, even our enemies are witnesses *Deuter. 32.* Josephus the Hebrew *book 18. antiq. chapter 9.* the pagan Emperors in Eusebius *book 4. Hist. chapter 13. and book 9. chapter 9. and Justin Apol. 2. to the Emperor.*

Septimo, *etiam inimici nostri sint testes* Deuter. 32. *Iosephus Hebraeus* lib. 18. antiq. cap. 9. *Imperatores Pagani apud Eusebium* lib. 4. Hist. cap. 13. et lib. 9. cap. 9. et Iustinum Apol. 2. ad Imperatorem.

15 *Eighth*, let them testify with the characters of blood, who assailed our faith. I pass over the ancients: Luther died suddenly: Calvin eaten by worms, and others: Adolphus King of Sweden crushed in war. But if in ancient times this was an incentive to faith, while they saw the pagan Caesars slain, Arius pouring out his bowels, Julian the Apostate struck by lightning, how much more ought it now to move, while we have beheld all the others suddenly snatched from the midst by a terrible death?

Octavo, *testentur sanguinis characteribus, qui fidem nostram oppugnarunt. Omitto veteres: Lutherus raptim mortuus: Calvinus a vermibus depastus, et alii: Adolphus Rex Suecus contritus in bello. Quod si temporibus antiquis hoc erat ad fidem incentivum, dum videbant Paganos Caesares peremptos, Arium viscera fundentem, Iulianum Apostatam fulminatum, quanto magis nunc id debeat movere, dum omnes alios terribili nece e medio repentine sublatos, spectavimus?*

16 Let there come forward so many Councils of Wise men, and of Saints, so many prophetic oracles confirmed, so many arduous labors endured by the Confessors, so many wonders wrought in the Church, which now prevails with the highest majesty, and power: And there is the acclamation *Math. 16. The gates of hell shall not prevail.* How rightly Richard of St. Victor, *book 1. on the Trinity, chapter 2. Lord, if we are deceived, thou hast deceived us;* But that God cannot deceive I showed *question 4.* The Seraphic Doctor shows his indefectible perpetuity *in Hexaëm. and Boët. in demonstr. 8.*

Accedant tot Concilia Sapientum, et Sanctorum, tot prophetarum vaticinia firmata, tot Confessorum ardua exantlata, tot mira in Ecclesia patrata, quae nunc summa maiestate, et potentia praevalet: Et acclamatur id Math. 16. Portae inferi non praevalebunt. *Quam recte Richardus Victor,* lib. 1. de Trinitate, cap. 2. Domine, si decepti sumus, tu nos decepisti; *At Deum non posse decipere ostendi* quaest. 4. *Eius indefectibilem perpetuitatem ostendit S. Doct.* in Hexaëm. et Boët. in demonstr. 8.

17 At last the Seraphic Doctor proves that faith has been made more certain, or, let me say, more founded, by devotion, which fosters faith. Surely the devotion of our Church is marveled at everywhere in the ancient Canticles, as the Fathers expound. For now the army of Saints, the ranks of Martyrs, the choirs of Virgins abound, as St. Bonav. discourses most sweetly here, and *in the sermons of the Hexaëmer., especially 8. and following.*

Tandem probat S. Doct. fidem certiorem factam, seu dixero fundatiorem, devotione, quae fovet fidem. Sane Ecclesiae nostrae devotionem demiratur Antiqua in Canticis passim, ut Patres exponunt. Iam enim Sanctorum exercitus, Martyrum acies, Virginum chori abundant, ut melliflue disserit S. Bonav. hic, et in sermonib. Hexaëmer. maxime 8. et sequent.

Question XII: Whether the articles of faith are to be expounded by some authority which is an infallible teacher, and what it is

1 This question suggests the weightiest disputations against the sectaries, who, by their own strength and an empty, though inflated, little spirit, urge that it is lawful for all to interpret the Scriptures, and the articles of faith: But I have treated of these p. p. Tract. first, disp. 2. Prooemial, On the Theological Places, where I reduced the whole power of the key of knowledge to the seat of the Pope. The Seraphic Doctor demonstrates this most beautifully in the Apolog. of the poor, resp. 1. chapter 1., where he brings forward the precept of Deut. 17. of fleeing in doubts to the Pontiff.

An Fidei articuli exponendi sint auctoritate aliqua, quae sit infallibilis magistra, et quae sit.

Haec quaestio insinuat disputationes gravissimas contra sectarios, qui proprio marte et spiritulo inani, inflato tamen, urgent, omnibus licere Scripturarum, et articulorum fidei interpretationem: Sed de his egi p. p. Tract. primo, disp. 2. Prooemiali, De Locis Theologicis, ubi summam clavis scientiae potestatem ad sedem Papae deduxi. Id praeclare demonstrat S. Doctor in Apolog. pauper. resp. 1. cap. 1. ubi adducit praeceptum Deut. 17. confugiendi in dubiis ad Pontificem.

Question XIII: What are the marks of the true Church, in which the authority of expounding faith resides

1 The Church was founded from the beginning of the world, as S. Bonaventure asserts on Psalm 61, which all follow. But that she began more from Abel than from Adam, he explains: because Abel was slain as a figure of Christ, whereas Adam did not slay others. Then too, Abel was a virgin, a Martyr, and a Pastor, or Doctor. Finally, because a truncated branch is not reckoned, as is evident in the tree of consanguinity. Add that Abel began the multiplication: for the Church is a union of many faithful. Indeed Cain was a heretic, and killed Abel out of hatred of the faith. This is clear from Genesis 4, where we read: *Cain said to Abel: Let us go out into the open.* The Chaldean reads: *Cain said: There is no Law, no judge, nor retribution.* When Abel detested that proposition, Cain was aroused.

Quae sint notae verae Ecclesiae, apud quam stat authoritas exponendi FIDEM.

ECCLESIAM ab origine mundi fundatam asserit S. Bonavent. in Psalm. 61. quem omnes imitantur. Incepisse autem magis ab Abel, quam ab Adam, edisserit; quia fuit Abel occisus in Christi figuram; non autem occidit alios, ut Adam. Deinde fuit virgo, Martyr, et Pastor, seu Doctor. Tandem quia truncus non computatur, ut constat in consanguinitatis Arbore. Adde, Abelem incepisse multiplicationem: Nam Ecclesia est adunatio multorum fidelium. Sane Cain fuit haereticus, et odio fidei occidit Abelem. Hoc constat ex Genes. 4. ubi enim habemus: Dixit Cain ad Abel: Egrediamur

foras. *Chaldaeus legit:* Dixit Cain: Non est Lex, non est iudex, nec retributio. *Quam propositionem detestatus Abel, Cain concitavit.*

2 This mark has always remained intact in some, as S. Bonaventure runs through in sermon 16 of the Hexaëmeron. The true Marks of the Church are chiefly those read in the Creed, when it is said: *I believe One, Holy, Catholic, and Apostolic Church.*

Haec semper in aliquibus integra permansit, ut discurrit S. Bonavent. serm. 16. Hexaëmer. Verae Notae Ecclesiae sunt praecipuae, quae in Symbolo leguntur, dum dicitur: Credo Unam, Sanctam, Catholicam, Apostolicam Ecclesiam.

3 The FIRST Mark is that she be one. On this account (as S. Bonaventure observes on chapter 1 of Wisdom) it is said in Canticles 6: *One is my dove, my perfect one.*

PRIMA Nota est, ut sit una. Propter hoc enim (ut observat S. Bonavent. in cap. 1. Sap.) dicitur Cant. 6. Una est columba mea, perfecta mea.

4 On this account, she is said also to be compared to the world. Hence in Wisd. 1 it is said: *The spirit of the Lord hath filled the whole world*, both to signify that she is one; and her perfection in the world; and to show that she is Catholic, that is, universal, as the holy Doctor there remarks, describing from the parallel of the world the other perfections of the Church: stability in her seat, *the gates of hell shall not prevail* (Matt. 16), just as *the earth standeth for ever* (Eccl. 1); the spherical motion for communicating heavenly goods; the nobler ornaments of the virtues in the stars; the lower ones in herbs and plants, etc.

Propter hoc, comparatam ait etiam orbi. Ideo Sap. 1. dicitur: Spiritus Domini replevit orbem terrarum*, tum ut unam significet; tum ut perfectionem in orbe; tum ut Catholicam, idest universalem ostendat, ut advertit S. Doctor ibi describens alias, e parallelo orbis, Ecclesiae perfectiones, stabilitatem in sua sede,* Portae inferi non praevalebunt. *Matth. 16. sicuti et:* terra in aeternum stat*, Eccl. 1. motum sphaericum ad bona coelestia communicanda: ornamenta nobiliora virtutum in stellis; inferiora in herbis, plantis, etc.*

5 With similar parallels S. Bonaventure applies to the Church the name of the Dove, to those words of Psalm 67: *If you sleep in the midst of lots, the wings of the dove overlaid with silver, and the hinder parts of her back in the paleness of gold*, but he chiefly pursues the likeness from the fruitfulness by which she has brought forth all the faithful throughout the whole world, so that all may acknowledge one mother, the spouse of Christ, may confess one faith of Christ, united in the head, her Vicar, the Roman Pontiff. So teach Irenaeus, book 3, chap. 3; Cyprian, book 1, epist. 3, and book 4, epist. 8; Ambrose, on the death of Satyrus; Jerome, epistle to Damasus, who also, in the Epitaph on Marcella, writes that SS. Athanasius and his successor Peter of Alexandria, Bishops, fleeing the persecution of the Arians and their heresies, took refuge with the Roman See as with a Mother. The same doctrine is held by Optatus, book 1, contra Parmen.; Augustine, epist. 162; Leo, epist. 87.

CONSIMILIBUS parallelis applicat S. Bonavent. Ecclesiae nomen Columbae, ad ea verba Psalm 67. Si dormiatis inter medios cleros, pennae columbae de argentatae, et posteriora dorsi eius in pallore auri*, praecipue vero aucupatur similitudinem e foecunditate, qua omnes fideles peperit in toto orbe, ut omnes unam matrem cognoscant Christi sponsam, unam fidem Christi confiteantur, uniti in capite Vicario eius Romano Pontifice. Sic docent Irenaeus Lib. 3. cap. 3. Cyprianus Lib. 1. epist. 3. et Lib. 4. epist. 8. Ambros. de obitu Satyri, Hieron. epist. ad Damasum, qui, et in Epitaphio Marcellae, scribit SS. Athanasium, et eius successorem, Petrum Alexandrinum, Episcopos, persecutionem*

Arianorum, eorumque haereses declinantes, ad Romanam sedem, tanquam Matrem, confugisse. Eandem doctrinam tenet Optat: L. 1. cont. Parmen. Augustinus epist. 162. Leo epist. 87.

6 From one birth through Baptism, and one rite, the holy Doctor gathers in 4 dist. 3, part 1, quest. 2, one mother with the Apostle, Ephes. 4: *One spirit, one Lord, one faith, one baptism.* The Roman Church, therefore, has always been united in her members, as the holy Doctor shows in the Hexaëmeron, sermon 22. This the holy Doctor shows admirably on chapter 10 of John, in those words of the Lord Jesus: and *there shall be one fold and one shepherd.* Hence Ephes. 2: *He is our peace, who hath made both one:* and Isa. 28: *He is the corner stone made into the head of the corner, uniting two walls,* and Job 38: *Who laid the one corner stone?* God surely wills this great work of uniting so many foreign peoples scattered through the whole world into one house, into one fold, to be ascribed to Himself. Magnificently therefore God promised this Shepherd in Ezechiel 34: *I will raise up one shepherd over them.* Thus the holy Doctor.

Ex una nativitate per Baptismum, unoque ritu, colligit S. Doctor in 4. dist. 3. p. 1. quaest. 2. unam matrem cum Apostolo, Ephes. 4. Unus spiritus, unus Dominus, una fides, unum Baptisma. *Unita igitur semper in membris Ecclesia Romana fuit, ut ostendit S. Doctore in Hexaëmer. sermone 22. Hoc egregie ostendit S. Doctore ad cap. 10. Ioan. illis verbis Domini Iesu: et* fiet unum ovile, et unus Pastor. *Hinc Ephes. 2.* Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unam: *et Isa 28.* Ipse est lapis angularis factus in caput anguli uniens duos parietes, *et Iob 38.* Quis demisit lapidem angularem unum? *sibi profecto adscribi vult Deus hoc opus grande uniendi e tot exteris, diffusisque toto orbe gentibus in unam domum, in unum ovile. Magnifice ideo Deus hunc Pastorem promisit Ezechiel. 34.* Suscitabo super eos Pastorem unum. *Haec S. Doctor.*

7 HENCE he takes up at a deeper level the coherence of our Church and the ruin of so many sects, with an argument drawn from Christ, Luke 11: *Every kingdom divided against itself shall be laid waste:* For, as D. Jerome says in the *Monastic Rule on charity and peace,* from Sallust on the Jugurthine war: *Concord makes small things grow; discord brings down the greatest.* Three confederations of the Rhaeti, it seems, seized on that saying and ascribed it to their three coats of arms, on which are depicted the Ibex in one, in another the Satyr, in the third the Cross between the fasces; and these three, joined together by chains, with that inscription hanging, would prevail! But the wretched Rhaeti, having fallen into heresies, tearing one another to pieces, preserve only that kind of union which is among enemies, and are perpetually at variance with their Catholics. The Devil accomplishes in the sects of heretics what came about in the Academies of the Philosophers, which, divided into sects, fell most miserably, as S. Augustine remarks, book 18, de civitate, chap. 52. Run through the sects of heretics in Bellarmine, chap. 10. The sectaries, the heretics of our age, are torn into almost innumerable sects.

HINC altius exorditur Ecclesiae nostrae consistentiam, et tot sectarum ruinam, argumento, sumpto e Christo, Lucae 11. Omne regnum in se divisum desolabitur: *Nam, ut ait D Hieron. in* Regula Monach. de charitate, et pace, *ex Sallustio de bello Iugurtino.* Concordia parvae res crescunt; discordia maximae dilabuntur. *Quod dictum affumpsere tres Rhetorum excelsae confoederationes, idque suis tribus adscripsere insignibus, quibus depicti sunt Hyrcus in una, in alia Satyrus, in tertia Crux inter fascias, et haec tria, catenis collegata, illa pendente inscriptione, enirent! At Rheti miseri in haereses delapsi, mutuo seipsos dilacerantes, eam tantum servant collegationem, quae est inter hostes, et cum Catholicis suis perpetuo disceptantur. Id efficit Diabolus in sectis haereticorum, quod Academiis effectum est Philosophorum, quae, in sectas divisae, miserrime sunt delapsae, ut advertit S. Augustinus Lib. 18. de civit. cap. 52. Percurrito haereticorum sectas apud Bellarminum cap. 10. Sectarii, haeretici saeculi nostri, in innumeras sunt fere sectas lacerati.*

8 BUT the Roman Church has always remained whole under one head, and indeed unharmed through so many centuries. So observed S. Augustine, epist. 162, and on the Psalm against the party of Donatus; and Leo, epist. 87; and Cyprian, book 9, epist. 4, and book 1, epist. 3. This I shall show also in the Tractate on Religion, disputation 1, last question.

> *AT Romana Ecclesia semper sub capite uno integra, atque adeo incolumis tot saecula permansit. Sic observavit S. Augustinus epist. 162. et in Psalm. contra partem Donati et Leo epist. 87. et Cyprianus Lib. 9. epist. 4. et Lib. 1. epist. 3. Hoc ostendam etiam Tract. de Relig. disp. 1. quaest. ult.*

9 That which Calvin mutters in the preface to his devastations — not his Institutions — that we too are divided in the Schools of the Thomists and the Scotists: I answer with D. Augustine, book 1, contra Julianum, that our Schools are not divided as to the things that belong to the faith.

> *QUOD vero Calvinus obmurmurat in praef. suarum desolationum, non Institutionum, etiam nos in Scholas Thomistarum, Scotistarum dividi; dico cum D. Augustino Lib. 1. contra Iulianum, Scholas nostras non dividi, quod ad ea, quae sunt fidei.*

10 The SECOND Mark of the Church is that she be Holy. Now she is Holy for many reasons. First, because she teaches a holy doctrine, which contains nothing false, nothing iniquitous, as is said in Psalm 18: *The law of the Lord is unspotted, converting souls.* And he proves this, because it was efficacious for alluring, indeed for drawing after it, the souls of so many nations, because they saw the holiness of our Law, as the holy Doctor runs through on this Psalm.

> *SECUNDA Nota Ecclesiae est, ut sit Sancta: Multis autem de causis est Sancta. Primo, quia doctrinam sanctam docet, quae nil falsum, nil iniquum continet, ut dicitur Psalm. 18.* Lex Domini immaculata convertens animas. *Id vero probat, quia efficax fuit ad animos tot gentium alliciendos, imo pertrahendos, quia viderunt Legis nostrae sanctitatem, ut discurrit S. Doctor ad hunc Psalmum.*

11 HENCE she is called the Unica dove, one perfect one, as the holy Doctor expounds on chapter 1 of Wisdom. But he adds, on Psalm 118, cap. 8, vers. 6, and on Psalm 76, and in sermons 8, 9, 16, 22 of the Hexaëmeron, other reasons also for which the Church is called Holy.

> *HINC dicitur Unica columba, una perfecta, ut S. Doctor edisserit ad cap. 1. Sapientiae. Addit vero ad Psalm. 118. cap. 8. vers. 6. et ad Psalm. 76. et in sermonibus 8. 9. 16. 22. Hexaëmer. alias etiam rationes, ob quas Ecclesia dicitur Sancta.*

12 FIRST, because she shines with almost countless holy members, because she is founded on the dignity of the person and merits of Christ. Therefore, on this unshaken foundation, so that the gates of hell and its phalanxes may not prevail, with this Leader she is most excellently established, like an army in battle array, that she yield to no weapons of Tartarus, to no forces of tyrants. Therefore S. Augustine teaches the saying: *Thou hast founded her upon her own stability; she shall not be moved for ever and ever*, Psalm 103; and Peter, *epist. 1, chap. 2*, calls Christians *a holy nation, a purchased people.*

> *PRIMA, quia innumeris fere membris sanctis splendet, quia fundata est dignitate personae, et meritorum Christi. Ideo hoc fundamento inconcussa, ut inferorum portae atque phalanges non praevaleant, hoc Duce optime constituta, veluti castrorum acies ordinata, nullis Tartari armis, nullis Tyrannorum viribus cedat. Ideo deca dictum:* Fundasti eam super stabilitatem suam; non inclinabitur in saeculum saeculi, *Psalm. 103. docet S. Augustinus; et Petrus* epist. 1. cap. 2. *vocat Christianos,* Gentem sanctam, populum acquisitionis.

13 Moreover, the holiness of our Catholics, or even of Bernard, Dominic, and Francis, Luther himself confessed in *de captivitate Babyloniae, chap. 2*, and Philip in *the Apology, articles 5 and 27*.

> *PORRO sanctitatem nostrorum Catholicorum, vel etiam Bernardi, Dominici, Francisci fassi sunt Luther.* de captivitate Babyl. cap. 2. *Philip.* in Apol. art. 5. et 27.

14 BUT we shall find the troops of the opposing sectaries, defiled by wicked and impious errors, springing from the most criminal of men. Read Bellarmine *from chapter 11*, Hosius *in the Confession of Poland*, Valencia *in the Analysis*, and others. Moreover, I showed the holiness of our Church with D. Bonaventure, *p. p. Tractate 1, disputations 1 and 2*.

> *AT Sectarum adversantium turmas, pravis, et impiis erroribus conspurcatas, ex hominibus scelestissimis oriundas inveniemus. Lege Bellarminum* a cap. 11. *Hosium* in confess. Polon. *Valentiam* in Analysi, *et alios. Porro sanctitatem nostrae Ecclesiae ostendi cum D. Bonavent.* p. p. Tract. 1. disp. prima, et 2.

15 The THIRD MARK of the Church is that she be Catholic, that is, universal. Now the holy Doctor observes in *Psalm 47 and Psalm 114* that she is universal first of all in time, because beginning in Adam or Abel from the beginning, she is to last until the end of the world. Second, in such a way that she has been propagated through the whole world. Third, as to doctrines, because she hands on all the knowledge necessary to be had. Fourth, as to persons, because she has been diffused and propagated among every people.

> *TERTIA NOTA Ecclesiae est, ut sit Catholica, idest universalis. Observat autem S. Doctor in* Psalm. 47. et Psalm. 114. *eam esse universalem primo tempore, quia ab initio in Adam, vel Abel incipiens, usque ad finem mundi est duratura. Secundo loco, ita ut in universo mundo sit propagata. Tertio quo ad doctrinas, quia universa necessaria scienda tradit. Quarto, quo ad personas, quia in omni gente diffusa et propagata est.*

16 FIRST, therefore, as to her duration through all times, she is Universal: For from the beginning of the world until Christ; and from Christ she has come down even to us, as the holy Doctor rightly shows in the *sermons of the Hexaëmeron*, especially sermon 16, where he observes that promise of Christ: *Upon this rock I will build my Church, and the gates of hell shall not prevail against her:* For she has endured perennially down to these times in the Pontiffs, as I showed *in the place cited*, in the arguments and dogmas. On the contrary, indeed, the Greeks, others of the Orientals, and the Africans, among whom Heroes, Councils, Fathers flourished, as soon as they departed from our Church, were torn, scattered, split asunder, consumed. For, failing from the unity of the universal Church, they vanished, torn into sects. See the holy Doctor there narrating these things.

> *PRIMO igitur, quo ad durationem per omnia tempora, est Universalis: Nam ab exordio mundi usque ad Christum; et a Christo ad nos usque devenit, ut recte ostendit S. Doctor in* sermonibus Hexaëmer. *praecipue 16. ubi observat illud Christi promissum:* Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam: *Duravit enim ad haec usque tempora perennis in Pontificibus, ut ostendi* loco cit. *in rationibus, et dogmatibus. E contra vero, Graeci, aliique Orientales, et Africani, apud quos florebant Heroes, Concilia, Patres; statim ac discessere a nostra Ecclesia, lacerati sunt, dissipati, difficissi, consumpti. Ab unitate namque Ecclesiae universalis deficientes, in sectas dilacerati evanuere. Vide S. Doctorem ibi haec enarrantem.*

17 The PERPETUITY of the Church was shown in Luke 1: *Of his kingdom there shall be no end*, as the holy Doctor there discusses in his commentary, and confirms with that of Daniel 7: *His power is an everlasting power, which shall not be taken away, and his kingdom that shall not be destroyed.* The same the holy Doctor shows *in 4 dist. 4, part 2, dub. 2, from the end of Matthew*: *Behold I am with you all days, even to the*

consummation of the world. Where he remarks that it is not necessary for the Church, in order to be Catholic, that she remain among all men at all times. With this argument from the antiquity of the Church the Fathers gladly made use: Tertullian, *de praescriptionibus*; Optatus, *book 2, contra Parmen.*; Hilary, *book 6, de Trinitate*; Jerome, *to Pammachius and contra Luciferianos*; Augustine, *contra epistulam fundamenti, chap. 4.* Therefore, since our Church has lasted from Christ even to this day, she will surely be the true Church. Let the Lutherans find their Church before the year 1517. I showed ours *p. p. Tractate 1, disputation 2.*

> *PERPETUITAS Ecclesiae ostensa fuit Lucae primo.* Regni eius non erit finis, *ut ibi in commentario disserit S. Doctor et confirmat illo Dan. 7.* Potestas eius aeterna, quae non auferetur, et regnum, quod non corrumpetur. *Idipsum ostendit S. Doctor* in 4. dist. 4. part. 2. dub. 2. ex ult. Matth. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi. *Ubi advertit, non esse necesse Ecclesiae, ut sit Catholica, apud omnes permaneat omnibus temporibus. Hoc argumento ab antiquitate Ecclesiae usi sunt Patres libenter Tertull.* de praescrip. *Optat.* lib. 2. cont. Parmen. *Hilarius* lib. 6. de Trin. *Hieronymus* ad Pammach. et contra Luciferian. *Augustin.* contra epist. fund. cap. 4. *Igitur cum nostra Ecclesia e Christo hucusque duraverit, profecto vera erit Ecclesia. Inveniant Lutherani suam Ecclesiam ante annum 1517. Ego nostram ostendi* p. p. Tract. 1. disput. 2.

18 NEXT the holy Doctor, with Lyranus, names the Catholic Church from the universality of places and nations, for so it had been foretold in Psalm 2: *I will give thee the Gentiles for thy inheritance, and the uttermost parts of the earth for thy possession*, and Psalm 71: *He shall rule from sea to sea.* And the Lord in Luke, last chapter, says the Gospel is to be preached in the whole world, where the holy Doctor learnedly, *in his commentary*, adds other testimonies to confirm it. Gen. 49: *He shall be the expectation of nations.* Isa. 49: *It is a small thing that thou shouldst be my servant to raise up the tribes of Jacob, and to convert the dregs of Israel. I have given thee to be the light of the Gentiles, that thou mayst be my salvation even to the farthest part of the earth.* And Psalm 109: *The Lord will send forth the sceptre of thy power out of Sion: rule thou in the midst of thy enemies.* Therefore he observes that there it is said one must begin from Jerusalem, and Psalm 18: *Their sound hath gone forth into all the earth: and their words unto the ends of the world.*

> *DEINDE Ecclesiam Catholicam ab universitate locorum, et gentium nominat S. Doctor cum Lyrin. sic enim praedictum erat Psalm. 2.* Dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae, *et Psalm. 71.* Dominabitur a mari, usque ad mare. *Et Dominus Lucae* ult. *ait, praedicandum Evangelium in toto mundo, ubi erudite S. Doctor in* commentario, *apponit alia testimonia ad id confirmandam. Genes. 49.* Ipse erit expectatio gentium. *Isa 49.* Parum est, ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Iacob, et faeces Israel convertendas. Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terrae. *Et Psalm. 109.* Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum. *Ideo observat, ibi dici incipiendum a Hierusalem, et Psalm. 18.* In omnem terram exivit sonus eorum: et in fines orbis terrae verba eorum.

19 HE HIMSELF confirms this *on chapter 1 of John*, with that: *He enlighteneth every man that cometh into this world.* Of which he there discusses admirably with the Fathers.

> *IDIPSUM confirmat* ad cap. 1. Ioan. *illo:* Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *De quo ibi egregie cum Patribus disserit.*

20 He remarks, moreover, *in 4 dist. 4, part 1, dub. 2, litt.*, with D. Augustine, *epist. 80*, that for the Church to be Catholic it is not necessary that she be in all the men of the whole world, but that she become known in all Provinces. Nor is it required that this come about at once, as Driedo also remarks, *book 4, chap. 2, part 2, de Ecclesiae Dogmatibus.*

ADVERTIT autem in 4. dist. 4. p. 1. dub. 2. litt. *cum D. Augustino* epist. 80. *ut sit Ecclesia Catholica, non esse necesse, ut sit in omnibus hominibus totius orbis, sed ut innotescat in omnibus Provinciis. Neque requiri, ut fiat simul, ut etiam advertit Driedo* Lib. 4. cap. 2. p. 2. de Eccles. Dogmatibus.

21 NOW indeed the holy Doctor shows our Church scattered through the whole world, S. Bonaventure, *serm. 16 of the Hexaëmeron*; and indeed in the times of Irenaeus he himself testifies to it, *book 1, chap. 3*; Tertullian in his time, *book contra Iudaeos, chap. 3*; Cyprian, *de unitate Ecclesiae*; Athanasius, *book de humanitate verbi*; Jerome and Chrysostom, *on Matt. 24*; Augustine, *epist. 78 and 80*; Theodoret, *book de legibus*; Leo the Great, *sermon on SS. Peter and Paul*; Prosper, *book de ingratis.* But because down to the times of Gregory the adversaries concede this, and confess that even from the time of Leo to Gregory the Canonical Laws had been spread through the whole world, as the holy Doctor expounds — now he goes on to show it from the time of Gregory, who died in the year 604, down to Adrian, who died in the year 795, which time the holy Doctor calls the lofty Chair; and indeed from the *epistles* of D. Gregory to the Bishops of the East, of Africa, of Spain, of Gaul, of England, of Sicily — this is gathered from Bede, who lived about the year 662, on *chap. 6 of the Canticles*; from Bernard, who died about the year 1153. For he, disputing before Roger, King of Sicily, asserts this, as is had in his life, *book 2, chap. 7.*

IAM vero Ecclesiam nostram, toto orbe sparsam ostendit S. Bonavent. serm. 16. Hexaëmer. *et quidem temporibus Irenaei testatur ipse* Lib. 1. cap. 3. *Tertullianus suo tempore* Lib. cont. Iudaeos, cap. 3. *Cyprianus* de unit. Eccles. *Athan.* Lib. de humanitate verbi. *Hieron. et Chrysost.* in 24. Matth. *Augustinus* epist. 78. et 80. *Theodotetus* Lib. de legibus. *Leo* M. serm. de SS. Petro, et Paulo. *Prosper* Lib. de ingratis. *Sed quia usque ad tempora Gregorii, hoc, adversarii concedunt, atque fatentur etiam a tempore Leonis usque ad Gregorium, latas fuisse Leges Canonicas toto orbi, ut edisserit S. Doctor. Iam id ostendere pergit a tempore Gregorii, qui obiit anno 604. usque ad Adrianum, qui cessit anno 795. quod tempus sublimis Cathedrae vocat S. Doctor; et quidem ex* epist. *D. Gregorii ad Episcopos orientis, Africae, Hispaniae, Galliae, Angliae, Siciliae, hoc colligitur ex Beda, qui vixit circa annum 662. in* cap. 6. Canticorum, *Bernardo, qui obiit circa annum 1153. Is enim disputans coram Rogerio Rege Siciliae, hoc asserit, ut habetur in eius vita* Lib. 2. cap. 7.

22 IN OUR own times also Catholics are everywhere not only in this world, but in the new world: to the East in the Indies and China; to the West in America; to the North in Japan; to the South in Brazil, in Manicongo. But neither has the sect of the Mahometans, nor the fables of the sectaries, flown through the whole universe; indeed now they are much restricted. Let our Church live, therefore, rightly and deservedly acclaimed Catholic, on account of the perseverance of the faith in all times, on account of the union of the faithful converging into one flock in charity, and communication, and communion with all nations, as the holy Doctor wisely expounds on *Psalm 114*, where the Seraphic Doctor concludes *one faith*, just as *there is one Lord, and one Baptism*, as the one faith of the Church spread through the universe, according to the saying of the Apostle, *Ephes. 4*; and on *Psalm 47: As we have heard, so have we seen in the city of our God, etc. According to thy name, O God, so also is thy praise unto the ends of the earth.*

NOSTRIS etiam temporibus non modo in orbe isto sunt ubique Catholici, sed in novo orbe ad Orientem in Indiis, et Sinis; ad Occidentem in America; ad Septentrionem in Iaponia; ad Meridiem in Brasilia in manicongo. At neque Mahumetanorum secta, neque sectariorum fabulae per universum orbem evolarunt; imo vero nunc eae et multum restringuntur. Vivat igitur Ecclesia nostra iure, ac merito Catholica acclamata ob fidei perseverantiam in omnibus temporibus, ob fidelium in unum gregem convenientium unionem ad charitatem, et communicationem, atque communionem omnibus gentibus, ut sapienter edisserit S. Doctor ad Psalm. 114. *ubi* Unam fidem, *sicuti, et* unus est

Dominus; unumque Baptismum, *sicuti est una Ecclesiae fides in universo dilatata, iuxta dictum Apostoli* Ephes. 4. *concludit Seraphicus ibi, et ad* Psalm. 47. Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Dei nostri, etc. secundum nomen tuum Deus, sic et laus tua in fines terrae.

23 Wherefore he goes on in the *following Psalm 115* to show that there is one faith among us, of which Athanasius in the Symbol says: firm, persevering, faithfully whole and inviolate.

Itaque pergit Psalm. 115. sequenti, *ostendere, unam esse inter nos fidem, de qua Athanas. in Symbol. firmam, perseverantem, fideliter integram, et inviolatam.*

24 HENCE he draws the fourth Mark of the Church, that she be Apostolic, which he expounds at length in *sermons 16 and 22 of the Hexaëmeron.* With which argument the marks of the true Church have been argued by Irenaeus, *book 3, chap. 3*; Tertullian, *book de praescriptionibus*; Eusebius, in the *history and Chronicle*; Jerome and Prosper, who continued the Chronicle of Eusebius; Epiphanius, *heresy 27*, who, having enumerated the Roman Pontiffs, concludes at last: *And let no one wonder that we enumerate each item so exactly. For through these things the splendour is ever shown.*

HINC educit Ecclesiae quartam Notam, ut sit Apostolica, quod late edisserit serm. 16. et 22. Hexaëmer. *Quo argumento verae Ecclesiae nota argumentati sunt Irenaeus* Lib. 3. cap. 3. *Tertullianus* Lib. de praescript. *Eusebius in* hist. et Chron. *Hieronymus, et Prosper, qui Chronicum Eusebii continuarunt. Epiph.* haeresi 27. *qui enumeratis Romanis Pontificibus, tandem concludit:* Et ne quis miretur, quod tam exacte singula recensemus. Per haec enim semper claritas ostenditur.

25 Optatus, book II, contra Parmen., enumerates the Roman Pontiffs from Peter down to Siricius, to show that the Church is not among the Donatists, who do not enjoy such a succession. Therefore he concludes: *Show the origin of your own Chair, you who wish to claim for yourselves the holy Church.*

Optatus Lib. II. cont. Parmen. enumerat Romanos Pontifices a Petro usque ad Siricium, ut ostendat, non esse Ecclesiam apud Donatistas, qui tali successione non gaudent. Ideo concludit: Vos vestrae Cathedrae originem ostendite, qui vobis vultis sanctam Ecclesiam vendicare.

26 The same thing D. Augustine does in *epist. 165, and in the psalm against the party of Donatus, and contra epistulam fundamenti, chap. 4, and contra epistulam Manichaei, chap. 4*, testifying: *There are many things that most justly keep me in the bosom of the Church. The consent of peoples and nations keeps me: the authority begun in miracles, nourished in hope, increased in charity, confirmed in antiquity keeps me. The succession of priests from the very Seat of the Apostle Peter, to whom the Lord after his Resurrection committed the feeding of his sheep, even to the present Episcopate, keeps me.*

IDEM praestat D. August. epist. 165. et in psalm. cont. part. Donat. et cont. epist. fund. cap. 4. et cont. epist. Manich. cap. 4. *testatur:* Multa sunt, quae me in Ecclesiae gremio iustissime tenent. Tenet consensio populorum atque gentium: tenet authoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata. Tenet ab ipsa Sede Apostoli Petri, cui pascendas oves suas Dominus post Resurrectionem commendavit, usque ad praesentem Episcopatum Sacerdotum successio.

27 BUT to press this argument further: I observe from D. Bonaventure, *in the sermons cited*, that the Church can in no way stand without Pastors, as S. Cyprian teaches, *epist. 9, book 4*, and Jerome *contra Luciferianos*, as is said in *Ephes. 4, Acts 20.* The holy Doctor proves this *on chapter 10 of John*, with those words: *I am the good shepherd, and I know my sheep: and other sheep I have, that are not of this fold; them also*

must I bring, that is, through the Apostles and other Pastors: *and there shall be one fold and one shepherd. For he is our peace, who hath made both one, Eph. 2. He is the corner stone. Isa. 28.* See the Seraphic Doctor.

> *UT autem hoc argumentum urgeat; observo ex D. Bonavent.* sermonibus allegatis, *non posse ullo modo Ecclesiam stare sine Pastoribus, ut docet S. Cyprianus* epist. 9. Lib. 4. *et Hieronymus* contra Luciferianos, *ut dicitur:* Ephes. 4. Act. 20. *Id probat S. Doctor* ad 10. Ioan. *illis verbis:* Ego sum Pastor bonus, et cognosco oves meas: et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili; et illas oportet me adducere, *idest per Apostolos, et Pastores alios:* et fiet unum ovile, et unus Pastor. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, Eph. 2. Ipse est lapis angularis. Isa 28. *Vide Seraphicum.*

33 IT IS PROVED by the holy Doctor also from other Scriptures. First from that passage of *Lucae* last chapter: *Then he opened their understanding, that they might understand the Scriptures, and said to them, that thus it is written, and thus it behoved Christ to suffer, and to rise again from the dead the third day, and that penance and remission of sins should be preached in his name unto all nations, beginning at Jerusalem.* Then the holy Doctor argues thus *in his commentary:* Christ was given, that he might open the way to heaven. Therefore it is said *Isaïae* 12. *I will give the key of David upon his shoulder, and he shall open.* Therefore it is said *Dan.* 2. *He reveals deep things.* But to this end he reveals, that he, being known, may be adored. Wherefore in *Apoc.* 5. he is introduced as the Lamb to open the sealed Book, from which the Elders, and the Animals, and the Nations confessed him expressly: *The Lamb that was slain is worthy to receive Divinity,* because, namely, *he opened* the Mysteries that are referred to him, as to the Head; and to the

body of the Church, compared to him from the fact that it ought to acknowledge him as the principle of its salvation, which he distributed only to those willing, through penance and Baptism, that is, in a manner fitting to a free nature; But they could not consent to these things unless they acknowledged him as the principle; which Valentia also notes. And he strengthens this with accumulated testimonies of the Scriptures.

> *PROBATUR a S. Doctore, etiam ex aliis Scripturis, Primo ex illo* Lucae *ultimo:* Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas, et dixit eis, quoniam sic scriptum est, et sic oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertia die, et praedicari in nomine eius poenitentiam, et remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma. *Tunc sic arguit S. Doct.* in commentario: *Christus datus est, ut viam ad caelum aperiat. Ideo dicitur* Isaïae *12.* Dabo clavem David super humerum eius, et aperiet. *Ideo dicitur* Dan. 2. Ipse revelat profunda. *Ad hunc autem finem revelat, ut ipse cognitus, adoretur. Quare* Apoc. *5. introducitur, ut Agnus, aperire Librum sigillatum, ex quo Seniores, et Animalia, et Gentes eum expresse confessi sunt:* Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere Divinitatem, quia scilicet *aperuit Mysteria, quae ad eum referuntur, tanquam ad Caput; et ad corpus Ecclesiae, ex eo comparatum, quod debuit eum agnoscere, ut principium suae salutis, quam, non nisi volentibus, per poenitentiam, et Baptismum distribuit, modo scilicet convenienti naturae liberae; Non poterant autem in haec consentire, nisi agnoscerent eum, ut principium; quod notat etiam Valentia. Haec autem constipatis Scripturarum testimoniis robotat.*

34 For in him all nations were to be blessed. *Genes.* 22. Therefore the nations ought to acknowledge the Fountain of their blessings. So in *Genes.* 49. he is called: *He shall be the expectation of the nations;* But only a good, well known, is awaited. In Psal. 2. it is said: *Ask of me, and I will give thee the gentiles for thy inheritance.* Therefore the nations, from whom he was to be named, ought to acknowledge their Christ the Lord distinctly. And in Psal. 116. it is said: *Praise him, all ye nations.* Certainly they ought to acknowledge him, that they might praise him; for in *Isa.* 49. it is said: *I have given thee to be the light of the gentiles.* And Isa. 2. *Come, let us go up to the mountain of the Lord, and to the house of the God of Jacob, and he will teach us his ways, and we will walk in his paths: for the law shall come forth from Sion, and the word of the Lord from Jerusalem. And he shall judge the gentiles, etc.* And cap. 61. *For Sion's sake I will not hold my peace, until her just one go forth as brightness, and her Savior be lighted as a lamp. And the gentiles shall see thy Just One. Thou shalt no more be called Forsaken, etc. Behold the Lord hath made it to be heard in the ends of the earth, say to the daughter of Sion: Behold thy Savior cometh: Behold his reward is with him, and his work before him. And they shall call him, A holy people, redeemed by the Lord. But thou shalt be called: A sought-out city, and not Forsaken.*

> *In ipso enim benedicendae erant omnes gentes.* Genes. *22. Ergo debebant gentes agnoscere Fontem suarum benedictionum. Sic* Genes. *49. dictus est:* Ipse erit expectatio gentium; *At non expectatur, nisi bonum, bene cognitum, Psal. 2. dicitur:* Postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam. *Igitur debebant gentes, ab eo denominandae, agnoscere suum Christum Dominum distincte. Et Psal. 116. dicitur:* Laudate eum omnes gentes. *Profecto debebant eum agnoscere, ut laudarent; nam et* Isa. *49. dicitur:* Dedi te in lucem gentium. *Et Isa. 2.* Venite, ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Iacob, et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exibit Lex, et Verbum Domini de Hierusalem. Et iudicabit gentes etc. *Et cap. 61.* Propter Sion non tacebo, donec egrediatur ut splendor iustus eius, et Salvator eius ut lampas accendatur. Et videbunt gentes Iustum tuum. Non vocaberis ultra derelicta, etc. Ecce Dominus auditum fecit in extremis terrae, dicite filiae Sion: Ecce Salvator tuus venit: Ecce merces eius cum eo, et opus eius coram illo. Et vocabunt eum, Populus sanctus, redempti a Domino. Tu autem vocaberis: Quaesita civitas, et non Derelicta.

35 Christ PROCEEDS: *But you are witnesses of all these things.* Therefore *Act.* 1. *You shall be witnesses to me in Judea, and Samaria, and even to the ends of the earth,* and therefore Peter says, *Act.* 10. *We are witnesses of all things which he did, etc. whom they slew, hanging him on a tree. Him God raised up the third day, and gave him to be made manifest to witnesses preordained, etc. And he commanded us to preach to the people, and to testify that he is the one appointed by God to be judge of the living and of the dead.* Therefore our faith stands especially in the distinct acknowledgment of Christ the Lord.

> *PERGIT Christus:* Vos autem testes estis omnium. *Ideo* Act. *1.* Eritis mihi testes in Iudaea, et Samaria, et usque ad ultimum terrae, *et ideo ait Petrus,* Act. *10.* Nos testes sumus omnium, quae fecit, etc. quem occiderunt suspendentes in ligno. Hunc Deus suscitavit tertia die, et dedit eum manifestum fieri testibus praeordinatis, etc. Et praecepit nobis praedicare populo, et testificari, quia ipse est, qui constitutus est a Deo Iudex vivorum, et mortuorum. *Igitur fides nostra specialiter stat in agnitione distincta Christi Domini.*

36 The holy Doctor confirms this further on *cap.* 3. of *John* with those words: *The Father loves the Son, and has given all things into his hand,* as is said in *Matth.* 11. *All things are delivered to me by my Father.* Therefore he adds: *He who believes in the Son has life everlasting, because,* as is said Ioan. 17. *Now this is eternal life, that they may know thee, the only true God, and Jesus Christ whom thou hast sent.* They have (I say) life everlasting in pledge, and in root, as is said 2. *Corinth.* 5. There *Ioan.* continues: *But he who does not believe the Son shall not see life, but the wrath of God abides on him, etc.* But the holy Doctor observes that John threatens more vehemently, and more intensely, than Christ did before, those who do not believe in the Son of God; for Christ only said: *He who does not believe is already judged: because he does not believe in the name of the only-begotten Son of God.* But he spoke more gently, lest he might seem to speak out of love for himself. Then the holy Doctor observes that the Wrath of God remains; First sin, second punishments, third dereliction; fourth the sentence of damnation, so as to infer that he is excluded from grace and glory who does not believe in the Son of God.

> *Hoc amplius confirmat S. Doct. ad* cap. *3.* Ioannis *illis verbis:* Pater diligit Filium, et omnia dedit ei, *ut dicitur* Matth. *11.* Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. *Ideo subdit:* Qui credit in Filium, habet vitam aeternam, quia, *ut dicitur Ioan. 17.* Haec est vita aeterna, ut cognoscant te solum Deum, et quem misisti Iesum Christum. *Habent (inquam) vitam aeternam in pignore, et radice, ut dicitur 2.* Corinth. *5. Pergit ibi* Ioan. Qui autem est incredulus Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet, etc. *Observat autem S. Doct. vehementius hementius minari Ioannem, quam antea Christum, eos, qui non credunt in filium Dei; nam Christus solum dixit:* Qui non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine unigeniti filii Dei. *Mitius autem locutus est, ne videretur amore sui loqui. Deinde observat S. Doct. manere Iram Dei; Primo peccatum, secundo poenas, tertio derelictionem; quarto sententiam damnationis, ut inferat, eum excludi a gratia, et gloria, qui non credit in filium Dei.*

37 S. Bonaventure PROVES it further, *serm. 8. Hexaemer.* from that passage of *1. Ioan. 5. There are three who give testimony in heaven: the Father, the Word, and the Holy Ghost: and these three are one. And there are three who give testimony on earth: the spirit, the water, and the blood: and these three are one;* namely, in the Spirit the Divinity; in the Water the Humanity; in the blood the Life, poured out in redemption. These things, therefore, must be believed absolutely; for he had already said: *Every one who believes that Jesus is the Christ is born of God.* And afterwards he adds: *He who believes in the Son of God has the testimony of God in himself. He who does not believe the Son makes him a liar.* He notes the same thing, that the Trinity and the Incarnation are set down distinctly in the Symbol.

> *PROBAT adhuc S. Bonav.* serm. 8. Hexaemer. *ex illo* 1. Ioan. 5. Tres sunt, qui testimonium dant in caelo: Pater, Verbum, et Spiritus sanctus: et hi tres unum sunt. Et tres sunt, qui testimonium dant in terra:

spiritus, aqua, et sanguis: et hi tres unum sunt; *nempe in Spiritu Divinitas; in Aqua Humanitas; in sanguine Vita, profusa in redemptionem. Haec igitur debent omnino credi; iam enim dixerat:* Omnis qui credit, quoniam Iesus est Christus, ex Deo natus est. *Et postea subdit:* Qui credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se. Qui non credit filio, mendacem facit eum. *Idem advertit, poni in Symbolo distincte Trinitatem, et Incarnationem.*

38 The holy Doctor also uses a lofty argument, *serm. 9. Hexaemer.* which the holy Fathers used: Ambrose *lib. 1. offic. cap. 29.* Hieron. *in cap. 1. ad Ephes.* Gregory *lib. 7. epist. 47.* taken from the first *Corinth. 3.* where Christ is called the Foundation of the Church. And *Isaia 28.* where he is called (as also in *Ephes. 1. 2. Petri 2.*) the foundational, angular stone; And on *Ephes. 1. and 3.* where he is called the Origin of our salvation. Now S. Bonaventure thus discourses: The Testimony of Faith is to be taken from the Father, and the Word, and the Holy Ghost, as is said in the first epistle of Ioan. 5. *For by the word of the Lord the heavens were made firm. Psal. 32.* namely, the heaven of the Church. For the whole new testament consists in declaring Christ. Therefore the Father also bears testimony from heaven, *Matth. 3. But of this faith Christ is the Foundation, as is said in the first epistle to Corinth. 3. Another foundation no one can lay, besides that which is laid, which is Christ Jesus. He is the angular stone Isa. 28. the first epistle of Petri 2. Ephes. 2. Upon this stone the whole Church leans.* Therefore it was necessary that this be believed most distinctly. Therefore the Apostle in *Hebr. 1. says: God, who at sundry times spoke in times past to the fathers in the prophets; last of all has spoken in his Son.* And he adds: *Who, being the brightness of his glory* (namely, according to the deity,) *making purgation of sins,* through his humanity: For the faith and confession of Christ the Martyrs were slain, the Apostles toiled, etc. Who, therefore, will deny that express faith in Christ is necessary? It is confirmed from the practice of the Church, which questions those to be baptized regarding explicit faith in Christ.

Alto etiam argumento utitur S. Doct. serm. 9. Hexaemer. *quo usi sunt SS. PP. Ambrosius* lib. 1. offic. cap. 29. *Hieron.* in cap. 1. ad Ephes. *Gregorius* lib. 7. epist. 47. *sumpto ex prima* Corinth. 3. *ubi Christus dicitur Fundamentum Ecclesiae. Et* Isaia 28. *ubi dicitur (sicuti et* Ephes. 1. 2. Petri 2.*) Fundamentalis petra angularis; Et ad* Ephes. 1. et 3. *ubi dicitur Origo nostrae salutis. Sic autem discurrit S. Bonaventura: Testimonium Fidei sumendum est a Patre, et Verbo, et Spiritu Sancto, ut dicitur prima Ioan. 5.* Sane verbo Domini caeli firmati sunt. Psal. 32. *nempe caelum Ecclesiae. Nam totum testamentum novum est in declarando Christo. Ideo et Pater de caelo testimonium perhibet,* Matth. 3. Huius autem fidei Christus est Fundamentum, ut dicitur prima Corinth. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere, praeter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Is est lapis angularis Isa. 28. prima Petri 2. Ephes. 2. Huic lapidi tota nititur Ecclesia. *Igitur oportuit, hunc esse maxime distincte creditum. Ideo Apostolus* Hebr. 1. ait: Multifarie Deus olim loquens Patribus in prophetis; novissime locutus est in filio. *Et subdit:* Qui cum sit splendor gloriae *(secundum scilicet deitatem,)* Purgationem peccatorum faciens, *per humanitatem: Propter fidem, et confessionem Christi occisi sunt Martyres, insudarunt Apostoli, etc. Ecquis igitur negabit, necessariam esse expressam fidem Christi? Confirmatur e praxi Ecclesiae, quae baptizandos interrogat de explicita fide in Christum.*

39 *YOU WILL OBJECT* first against the first assertion, from *Hebr. 11.* it is said: *He that cometh to God must believe that he is, and is a rewarder:* Therefore faith in the Redeemer was not necessary.

Obiicies *primo contra primum assertum,* Hebr. 11. *dicitur:* Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, et quia remunerator: *Ergo non erat necessaria fides Redemptoris.*

40 *Valentia ANSWERS* from Marsilius *3. quaest. 14. art. 3.* It would have been better to have said, from D. Bonaventure *on the first,* that the Apostle does not enumerate all things necessary for salvation, but

only asserts that it is necessary to believe those two things: *That God is, and that he is a Rewarder.* But he enumerates these, because they were necessary to be believed even in the state of integral nature. But I do not know why Valentia *col. 317. Assertion one* says that in the state of integral nature they ought to have believed more concerning the Incarnation of Christ, and by what means he was going to redeem mankind through death; Certainly in the state of integral nature the Redeemer was not revealed; nor was he necessary, nor would the Son of God have come into the world, as he himself maintains.

> Respondet *Valentia ex Marsilio* 3. quaest. 14. art. 3. *Satius dixisset ex D. Bonav.* ad primum, *Apostolum non recensere omnia necessaria ad salutem, sed solum asserere necessarium esse, duo illa credere:* Quod Deus sit, et quod Remunerator. *Haec autem recenset, quia etiam in statu naturae integrae erant creditu necessaria. Nescio autem, cur Valentia* col. 317. Assertione prima *dicat, In statu naturae integrae maiores debuisse credere Incarnationem Christi, et qua ratione per mortem erat redempturus genus humanum; Sane in statu naturae integrae non est revelatus Redemptor; nec erat necessarius, nec venisset filius Dei in mundum, ut ipse tuetur.*

41 *YOU WILL OBJECT* secondly. That faith suffices which sufficiently directs one to Hope, and Charity. Such is faith in God the Rewarder: Therefore.

> Obiicies *secundo. Fides illa sufficit, quae satis dirigit ad Spem, et Charitatem. Talis est fides in Deum Remuneratorem: Ergo.*

42 *The holy Doctor ANSWERS* by denying the minor; because we ought to hope for salvation through the merits of Christ, and to love God, not only as Creator; but also as Savior.

> Respondet *S Doct. negando minorem; quia debemus sperare per merita Christi salutem, Deumque amare, non modo ut Creatorem; sed etiam ut Salvatorem.*

43 *YOU WILL OBJECT* thirdly. Many were saved who did not know that Christ was to come to death for our salvation.

> Obiicies *tertio. Multi salvati sunt, qui non cognoverunt venturum Christum ad mortem pro nostra salute.*

44 *The holy Doctor ANSWERS* that all believed implicitly in the Redeemer, whom the wiser expressed in their sacrifices; but the rest awaited implicitly some one to come by whom they would be saved, even if they were ignorant: Whether he was the Son of God: Whether he was to die, etc. And in this act there was implicit faith regarding Christ. So AEgidius; whom Gaspar *disp. 3. sect. 5.* praises as the author of this view, although it is also the Seraphic Doctor's *in the body.*

> Respondet *S. Doct. omnes implicite credidisse Redemptorem, quem in suis sacrificiis exprimebant sapientiores; reliqui vero expectabant implicite aliquem venturum per quem salvaremtur, esto ignorarent: An filius Dei: An moriturus, etc. Et in hoc actu erat implicita fides de Christo. Ita AEgidius; quem Gaspar* disp. 3. sect. 5. *laudat, ut authorem huius modi, cum tamen sit Seraphici etiam* in corpore.

45 But it was certainly a supernatural FAITH, which is wholly necessary for a supernatural end, and so the Councils speak against Ripalda *primo de Ente supernaturali, disp. 29. and 63.* who devised, I know not what broad faith from natural human knowledge. For against him is the sense of the Councils, especially the Tridentine *sessione 6. See Lugum disp. 11. sect. 1.*

> *Fuit autem profecto Fides supernaturalis, quae ad finem supernaturalem est omnino necessaria, et ita loquuntur Concilia contra Ripaldam* primo de Ente supernaturali, disp. 29. et 63. *qui nescio, quam fidem latam excogitavit ex humana notitia naturali. Contra est enim sensus CC. praesertim Tridentini* sessione 6. Vide Lugum disp. 11. sect. 1.

46 *YOU WILL OBJECT* fourthly. No man is bound to know what the Angels are ignorant of; but before the Incarnation, the Angels were ignorant of this Mystery: Therefore. The major is certain. The minor is proved by that passage *Isa. 63. Who is this that cometh from Edom?* For it is the exclamation of the Angels, as the Gloss says: And *Ephes. 3. That it may be made known to the Principalities and Powers*, as Chrysostom expounds, and the Gloss on that passage *Ephes. 3. What is the dispensation of the Mystery hidden from eternity in God.*

> Obiicies *quarto. Nullus homo tenetur nosse, quod ignorant Angeli; sed ante Incarnationem, Angeli hoc Mysterium ignorabant: Ergo. Maior est certa. Minor probatur illo* Isa. 63. Quis est iste, qui venit de Edom? *Est enim exclamatio Angelorum, ut ait Glossa: Et* Ephes. 3. Ut innotescat Principatibus, et Potestatibus*, ut exponit Chrysost. et Glossa ad id* Ephes. 3. Quae sit dispensatio Mysterii absconditi a saeculis in Deo.

47 *The holy Doctor ANSWERS* that the Angels all knew that a Savior was to come: for they announced the Mysteries to the prophets, especially Isaiah. But they admired and learned each thing with singular wonder. Nor is there invincible ignorance of these things, according to D. Bonaventure and others.

> Respondet *S. Doct. Angelos omnes agnovisse venturum Salvatorem: nam anountiarunt prophetis Mysteria, praecipue Isaiae. Mira autem singulatim admirati sunt, et didicere. Neque datur ignorantia invincibilis de his, apud D. Bonavent. et alios.*

48 *YOU WILL OBJECT* fifthly. He who fulfilled the law according to the dictate of nature arrived at salvation, as the Apostle intimated, *Rom. 2. The gentiles, who have not the law, do naturally those things that are of the law. And: The doers of the law shall be justified:* But in the law of nature, or the written law, there is no necessity of believing in the Mediator: Therefore.

> Obiicies *quinto. Qui adimplebat legem iuxta dictamen naturae, perveniebat ad salutem, ut innuit Apostolus,* Rom. 2. Gentes, quae legem non habent, naturaliter ea, quae legis sunt, faciunt. Et: Factores legis iustificabuntur: *Sed in lege naturae, vel scripta, non est necessitas credendi Mediatorem: Ergo.*

49 *D. Bonaventure ANSWERS* that the law of nature sufficed, aided by the gift of grace and of faith, which dictated the Mediator implicitly. So also Vasquez *disp. 190. cap. 15.* Fagundez *lib. 1. Decal. cap. 2. num. 10.* from D. Augustine *lib. de spiritu et litt. cap. 27.* where he expounds the word *naturally* thus: without the written law, but with natural aid from grace, they do the things that are of the law.

> Respondet *D. Bonav. legem naturae sufficere, adiutam dono gratiae, et fidei, quae dictabat implicite Mediatorem. Ita etiam Vasquez* disp. 190. cap. 15. *Fagundez* lib. 1. Decal. cap. 2. num. 10. *ex D. August.* lib. de spiritu et litt. cap. 27. *ubi id,* naturaliter*, sic exponit, sine lege scripta, sed cum naturali, adiuta a gratia, quae legis sunt, faciunt.*

50 *YOU WILL OBJECT* sixthly. No one is bound to believe what he cannot learn; but in the law of nature no one could learn of the Incarnation, nor was there anyone teaching it: Therefore.

> Obiicies *sexto. Nullus tenetur credere, quod non potest discere; sed in lege naturae non poterat aliquis ediscere Incarnationem, nec erat ullus docens: Ergo.*

51 *The holy Doctor ANSWERS* that some were taught even then in this mystery, as Iob testifies *cap. 19.* Now he was before the written law, as Lyra notes, and Henoch also, as is said by D. Jude, *vers. 14. Now Henoch, the seventh from Adam, prophesied of these, saying: Behold the Lord cometh with his holy thousands to execute judgment against all, etc.* Where he calls Christ the Judge, and therefore supposes him incarnate.

Respondet *S. Doct. fuisse aliquos etiam tunc edoctos in hoc mysterio, ut Iob testatur* cap. 19. *Fuit autem hic ante legem scriptam, ut notat Lyra, et etiam Henoch, ut dicitur a D. Iuda,* vers. 14. Prophetavit autem de his septimus ab Adam Henoch, dicens: Ecce venit Dominus in Sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes, etc. *Ubi Christum Iudicem ait, proptereaque Incarnatum supponit.*

52 I ASSERT thirdly, for the same reason, that before the coming of Christ explicit faith in the Most Holy Trinity was not necessary.

ASSERO tertio, eadem ratione, ante Christi adventum, non fuisse necessariam fidem explicitam Sanctissimae Trinitatis.

53 IT IS PROVED by D. Bonaventure, because before the Incarnation of Christ, as I showed above, the Son of God was unknown: Therefore also the Father; for he who knows the Son knows also the Father, as Christ says. *Ioan. 15.* Yet the holy Doctor adds, *quaest. 2.* that some had even then this explicit knowledge, which is asserted of the Sibyls, Henoch, Iob, Adam, and others.

PROBATUR a D. Bonav. quia ante Christi Incarnationem, ut supra ostendi, erat ignotus Filius Dei: Ergo et Pater; nam, qui novit Filium, novit et Patrem, ut ait Christus. Ioan. 15. *Addit tamen* S. Doct. quaest. 2. *aliquos habuisse etiam tunc hanc notitiam explicitam, quod asserunt de Sybillis, Henoch, Iob, Adamo, et aliis.*

54 I ASSERT fourthly; that now, with the necessity of means, explicit knowledge of the Most Holy Trinity is necessary. So D. Bonaventure *quaest. 5.* D. Thom. *art. 8. q. 2.* Valentia *quaest. 2. p. 5. assert. 2.* Fagundez *lib. 1. cap. 2. num. 24.* Becanus *quaest. 2. and quaest. 8. dub. primo,* Caspens. *disp. 3. sect. 5. num. 3.* Maestr. *disp. 19. sect. 2.* and others, whom Morand. *quaest. 10.* follows, against some who say it is not necessary with the necessity of means, but only of precept, even after the promulgated Gospel. See Palaum *tom. 1. tract. 4. disp. 1. p. 9.* citing many. With these is also Ful. *lib. 3. cap. 5.*

ASSERO quarto; nunc, necessitate medii, necessariam esse cognitionem explicitam Sanctissimae Trinitatis. Ita D. Bonav. quaest. 5. *D. Thom.* art. 8. q. 2. *Valentia* quaest. 2. p. 5. assert. 2. *Fagundez* lib. 1. cap. 2. num. 24. *Becanus* quaest. 2. et quaest. 8. dub. primo, *Caspens.* disp. 3. sect. 5. num. 3. *Maestr.* disp. 19. sect. 2. *et alii, quos sequitur Morand.* quaest. 10. *contra aliquos dicentes, non esse necessarium necessitate medii, sed tantum praecepti, etiam post promulgatum Evangelium. Vide Palaum* tom. 1. tract. 4. disp. 1. p. 9. *multos referentem Cum his est et Ful.* lib. 3. cap. 5.

55 IT IS PROVED by D. Bonaventure in *4. dist. 3. p. 1. quaest. 2. The same faith is intrinsically necessary which is intimated to each one externally, that he may profess it expressly: For with the heart we believe unto justice; but with the mouth confession is made unto salvation; but faith expressly in the Most Holy Trinity is intimated to all to be professed expressly in baptism, through the form drawn from Matth. last chapter, where Christ commands: Teach all nations, baptizing them in the name of the Father, and of the Son, and of the Holy Ghost. But to infants it is intimated through the Sponsor, that he may profess it in his name, and afterwards teach it: Therefore.*

PROBATUR a D. Bonav. in 4. dist. 3. p. 1. quaest. 2. Eadem fides est necessaria intrinsece, quae extrinsece cuique intimatur, ut eam expresse profiteatur: Corde enim creditur ad iustitiam; ore autem confessio fit ad salutem; sed fides expressa Sanctissimae Trinitatis intimatur omnibus expresse profitenda in baptismo, per formam erutam e Matth. ult. ubi Christus praecipit: Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et filii, et Spiritus Sancti. Infantibus vero intimatur in Patrino, ut nomine eius profiteatur, et postea ipsam doceat: Ergo.

56 I ASSERT fifthly, that all are held, with the necessity of means, to believe all the articles of FAITH implicitly, in such a way that each one be ready to believe them, if he is taught. See Becanum *quaest.*

4. Valentiam *quaest. 2 p. 6.* Indeed Valentia *loc. cit.* Aragon. *art. 5.* Tannerus *n. 51.* say one is held explicitly. Especially Baptism, Penance, and the Eucharist.

> *ASSERO quinto, tenere omnes necessitate medii credere omnes articulos Fidei implicite, ita ut quisque sit paratus, eos credere, si doceatur. Vide Becanum* quaest. 4. *Valentiam* quaest. 2 p. 6. *Imo teneri explicite aiunt Valentia* loc. cit. *Aragon.* art. 5. *Tannerus* n. 51. *Praecipue Baptismum, Poenitentiam, et Eucharistiam.*

Question XV: What things are to be believed by the necessity of precept

1 I PREMISE first, with Sanchez *lib. 2. cap. 3.*, Valencia *disp. 1. quaest. 2. p. 3. in calce*, Azor *tom. 1. lib. 8. cap. 7. quaestio 1.*, that the faithful are bound to learn those things which they must believe. Hence see how necessary the School of Christian doctrine is. The reason is, because it is a necessary means; for *faith comes from hearing: Rom 10.*

> *PRAEMITTO primo cum Sanchez* lib. 2. cap. 3. *Valentia* disp. 1. quaest. 2. p. 3. in calce, *Azorio* tom. 1. lib. 8. cap. 7. quaestio 1. *Fideles ea teneri discere, quae debent credere. Hinc vide quam necessaria sit doctrinae Christianae Schola. Ratio est, quia est medium necessarium; nam* fides ex auditu: Rom 10.

2 I PREFACE secondly, that Doctors and Pastors are bound to know not only the articles, but also other truths of FAITH, as D. Thomas teaches *art. 5.*, D. Bonaventure *de 6. aliis Seraphim, and de Eccl. Hierarch.*

> *PRAELIBO secundo, Doctores, et Pastores teneri scire non modo articulos; sed alias etiam Fidei veritates, ut docet D. Thomas* art. 5. *D. Bonav.* de 6. alis Seraphim, et de Eccl. Hierarch.

3 CONCERNING the question, the first opinion is that it is enough for rustics to believe the articles of faith implicitly, and consequently to know them, namely by believing what the Church believes; and therefore they are guilty of no fault if they ignore the Mystery of the Trinity. So Innocent in *cap. Firmiter in fine de summa Trinitate.* Jo. Andreas *rubr. eo tit. num. 26.* Abbas *num. 6.* Hostiensis *num. 11. et 18.* Imola *num. 11. et 12.* Ananias *cap. firmissime, num. 7. de haeret.* Bald. *C. de Summa Trinit. in rubr. num. 7 et 8.* Zanchinus *de haeret. cap. 2.* and Rosella *verb. Fides*, provided they believe that God exists and rewards. This opinion is proclaimed erroneous by Valencia *quaest. 2. p. 4.* Petrus Ledefma *2. Tom. summae, tract. 1. cap. 2.* Sanchez *lib. 2. cap. 3.*; indeed it is proclaimed heretical by Bannes *2. 2. quaest. 22. art. 2. col. 3.* and Eymericus in *2. p. direct. Inq quaest. 10. haeresi 8.*, condemned by Gregory II. See also de Lugo *disp. 13. sect. 4. num. 60.* For my part I do not believe that those Doctors spoke of all rustics, but only of certain ruder ones, nearly incapable, such as abound in desert places, as Vasq. notes *1 2 disp 121. cap. 2.*

> *CIRCA quaestionem, prima opinio est, Rusticis satis esse articulos fidei implicite credere, et consequenter scire, nempe credendo, quod credit Ecclesia; ac proinde nullius culpae reos, si Mysterium Trinitatis ignorent. Ita Innocentius in* cap. Firmiter in fine de summa Trinitate. *Ioan. Andrea* rubr. eo tit. num. 26. *Abbas* num. 6. *Hostiens.* num. 11. et 18. *Imola* num. 11. et 12. *Ananias* cap. firmissime, num. 7. de haeret. *Bald.* C. de Summa Trinit. in rubr. num. 7 et 8. *Zanchinus* de haeret. cap. 2. *et Rosella* verb. Fides, *dummodo credant, Deum esse, et remunerari. Hanc opinionem erroneam proclamant Valentia* quaest. 2. p. 4. *Petrus Ledefma* 2. Tom. summae, tract. 1. cap. 2. *Sanchez* lib. 2. cap. 3. *Imo eam haereticam proclamant Bannes* 2. 2. quaest. 22. art. 2. col. 3. *et Eymericus in* 2. p. direct. Inq quaest. 10. haeresi 8. *damnatam a Gregorio II. Vide etiam de Lugo* disp. 13. sect. 4. num. 60. *Equidem non credo, eos Doctores locutos de omnibus rusticis, sed solum de quibusdam rudioribus, fere incapacibus, quales abundant in locis desertis, ut notat Vasq.* 1 2 disp 121. cap. 2.

4 The SECOND opinion is that all are bound to believe all the articles of the Apostles' Creed. But they seem to rely on this, that the Holy Fathers say it was composed by the Apostles, as D. August. *lib. de fide, et Symb. cap. 1.*, Cyril *catech. 5.*, and this is supposed in many decrees which Gratian collected *de consecr. dist. 4.* So think Gabriel *3. dist. 25. quaest. un. art. 2.*, Marsil. *3. quaest. 14. art. 3. concl. 5.*, Castro *lib. 1. de iusta haeret. punit. cap. 9.*, Bannes *2. 2. quaest. 2. art. 8. disp. 2.*, Aragon. *eadem quaest. 2. art. 6.*, Valent. *quaest. 2. p. 3. et p. 4.*, Sayr. *in Claui Reg. lib. 2. cap. 9. num. 15.*, Suarez *de fide, disp. 13. sect. 14.*, although not all say this absolutely: Becanus *p. 2. cap. 12. n. 8.*, Bellarm. *in Symbolo, §. 3. et 5.*, Laym. *tract. 1. cap. 9.*, Caspens. *disp. 3. sect. 6. num. 40.*, Tanner. *quaest. 7. dub. 3.*, Lugo *disp. 13. sect. 4.*, Fuliesc. *lib. 3. cap. 5.*, Morandus *quaestione 10.*, Fagundez *lib. 1. cap. 2. num. 30.*, Nauar. *lib. 5. Consil. tit. de paen. consil. 6. quaest. 1.* In the second *edit. consil. 10. quaest. 1.* and Azor. *p. 1. lib. 8. cap. 6.* they say it is necessary to believe either the articles of the Apostles' Creed, or the Creed of 14 articles, which is called the children's catechism.

> *SECUNDA sententia est, teneri omnes credere omnes articulos Symboli Apostolici. Videntur autem niti, quia Sancti Patres dicunt, ideo ab Apostolis compositum, ut D. August.* lib. de fide, et Symb. cap. 1. *Cyrillus* catech. 5. *et hoc supponitur in multis decretis, quae collegit Gratianus* de consecr. dist. 4. *Ita sentiunt Gabriel.* 3. dist. 25. quaest. un. art. 2. *Marsil.* 3. quaest. 14. art. 3. concl. 5. *Castro* lib. 1. de iusta haeret. punit. cap. 9. *Bannes* 2. 2. quaest. 2. art. 8. disp. 2. *Aragon.* eadem quaest. 2. art. 6. *Valent.* quaest. 2. p. 3. et p. 4. *Sayr.* in Claui Reg. lib. 2. cap. 9. num. 15. *Suarez* de fide, disp. 13. sect. 14. *quamvis non absolute omnes id dicant: Becanus* p. 2. cap. 12. n. 8. *Bellarm.* in Symbolo, §. 3. et 5. *Laym.* tract. 1. cap. 9. *Caspens.* disp. 3. sect. 6. num. 40. *Tanner.* quaest. 7. dub. 3. *Lugo* disp. 13. sect. 4. *Fuliesc.* lib. 3. cap. 5. *Morandus* quaestione 10. *Fagundez* lib. 1. cap. 2. num. 30. *Nauar.* lib. 5. Consil. tit. de paen. consil. 6. quaest. 1. *In secunda* edit. consil. 10. quaest. 1. *et Azor.* p. 1. lib. 8. cap. 6. *dicunt, necessarium esse vel articulos Symboli Apostolorum, vel 14. articulorum credere Symbolum, quod dicitur catechismus puerorum.*

5 The THIRD opinion is that not all are bound to believe explicitly the articles of the Creed as they are contained in the children's Catechism, but those which the Church celebrates with solemn title and proposes as to be learned. So Scotus *dist. 25. quaest. 1. § sed posito.*, Richard. *art. 4. quaest. 7.*, Angel. *verb. fides num 7.*, and there Sylvest. *quaest 3.*, Tabiena *v. credere, q. 3.*, Michaël Medina *lib. 4. de recta in Deum fide, cap. 6.*, Albertus *3. dist. 25. art. 6.*, Dugand. *quaest. 1. num 9.*, Almain. *quaest. un.* It is cited from Sanchez, Fagundez, and others commonly to D. Bonaventure *dist. 25. quaest. 3.*, but undeservedly, as I shall say.

> *TERTIA sententia est, non teneri omnes, articulos Symboli credere explicite, ut in Catechismo puerorum habentur; sed eos, quos Ecclesia solemni titu celebrat, et discendos proponit. Ita Scotus* dist. 25. quaest. 1. § sed posito. *Richard.* art. 4. quaest. 7. *Angel.* verb. fides num 7. *et ibi Sylvest.* quaest 3. *Tabiena* v. credere, q. 3. *Michaël Medina* lib. 4. de recta in Deum fide, cap. 6. *Albertus* 3. dist. 25. art. 6. *Dugand.* quaest. 1. num 9. *Almain.* quaest. un. *Citatur a Sanchez, a Fagundez, et aliis communiter D. Bonav.* dist. 25. quaest. 3. *sed immerito, ut dicam.*

6 The FOURTH opinion is that all are bound to believe the fourteen articles contained in the children's Catechism; because the Holy Church opens them up so much by preaching and solemn expositions that no one can plead ignorance. This is the opinion of D. Bonaventure, who explains of which articles he speaks, and refers to the articles of the children's catechism: the Mystery of the Trinity and other articles, all of which, concerning God, are seven; and seven concerning Christ as man; and the effective remission of sins, resurrection, and glorification are reduced to the divinity; but meritoriously to Christ, who justifies through the Sacraments, especially Baptism and Penance; while through the Eucharist the worship of God is principally sustained. This is also the opinion of

D. Thom. *ad prim. Corinth. 11. lect. 4.* There follow Armilla *v. credere, num. 2.*, Eymer. *p. 1. direct. Inq quaest. 3. ibi*, Penna *in com. 20. et 2. p. quaest. 10. com. 35.*, Tolet. *lib. 4. summa, cap. 2.*, Pet. Ledefma *2. Tom. summae, tract. 1. cap. 2.*, Vasq. *disp. 121. cap. 2.*, Manuel *p. tom. summae, secunda edit. cap. 88.*, Ludov. Lopez *p. 1. Instruct. cap. 41.*, Azor. *t. 1. lib. 8. cap. 6. quaestio 2.*, Sanchez, citing others *lib. 1. cap. 3. num. 6.*, Scotus *3. dist. 25. quaest. 1. et 4. dist. 5. quaest. 1.* and the Scotists, especially Mastrius *disp. 6. quaest. 16. num. 408.* The fourteen articles, according to the common opinion of Theologians, I expounded in *quaest. 8.*: seven concerning the Divinity, and the same number concerning the Humanity of Christ and his works.

> *QUARTA sententia est, teneri omnes quatuordecim articulos, in Catechismo puerorum contentos, credere; quia eos adeo praedicatione, et solemnibus expositionibus Sancta Ecclesia patefacit, ut nullus praetendere valeat ignorantiam. Est sententia D. Bonav. qui explicat, de quibus articulis loquatur, et refert articulos catechismi puerorum; Mysterium Trinitatis, et alios articulos, qui omnes, de Deo sunt septem; et septem de Christo homine, et ad deitatem reducitur effective remissio peccatorum, resurrectio, et glorificatio; at meritorie ad Christum, qui per Sacramenta, praecipue Baptismi, et Poenitentiae iustificat; per Eucharistiam vero principaliter cultus Dei sustinetur. Haec est sententia etiam D. Thom.* ad prim. Corinth. 11. lect. 4. *Sequuntur Armilla* v. credere, num. 2. *Eymer.* p. 1. direct. Inq quaest. 3. ibi *Penna* in com. 20. et 2. p. quaest. 10. com. 35. *Tolet.* lib. 4. summa, cap. 2. *Pet. Ledefma* 2. Tom. summae, tract. 1. cap. 2. *Vasq.* disp. 121. cap. 2. *Manuel* p. tom. summae, secunda edit. cap. 88. *Ludov. Lopez* p. 1. Instruct. cap. 41. *Azor.* t. 1. lib. 8. cap. 6. quaestio 2. *Sanchez, alios referens* lib. 1. cap. 3. num. 6. *Scotus* 3. dist. 25. quaest. 1. et 4. dist. 5. quaest. 1. *et Scotistae, praecipue Mastrius* disp. 6. quaest. 16. num. 408. *Articulos vero quatuordecim, iuxta communem sententiam Theologorum, exposui* quaest. 8. *septem de Divinitate, et totidem de Humanitate Christi, et eius operibus.*

7 I ASSERT with D. Bonaventure first, that not all the articles must be believed by necessity of precept, but only those which the Church proposes and teaches in the Creed of the Catechism and of the Apostles.

> *ASSERO cum D. Bonav. primo, non omnes articulos esse necessitate praecepti credendos, sed eos tantum, quos in Symbolo Catechismi, et Apostolorum proponit, et docet Ecclesia.*

8 It is PROVED from the Holy Doctor, because the Creed is handed down and composed for this purpose, as the Holy Fathers teach, especially D. August. *serm. 130. de tempore*, and the Councils to be cited shortly.

> *PROBATUR a S. Doctore, quia Symbolum ad hoc traditur, et compositum est, ut docent SS. PP. praecipue D. August.* serm. 130. de tempore, *et Concilia mox alleganda.*

9 And the Catechism of Pius V. declares: *Those things which Christian men must first hold are those which the Holy Apostles, breathing with the divine Spirit, distinguished in the twelve articles of the Creed.*

> *Et Catechismus Pii V. declarat.* Quae primum Christiani homines tenere debent, illa sunt, quae SS. Apostoli divino Spiritu afflati, duodecim Symboli articulis distinxerunt.

10 It is PROVED indeed from St. Bonaventure that one is not bound to know all the contents of the Creed most distinctly, for there are some things in it, such as the Communion of Saints, and much more the emanation of the Holy Spirit from the Father, and from the Son through the way of the will, and of the Son through the intellect, which Theologians scarcely grasp; and if we were bound to know all these entirely distinctly, very few would be saved, which is incredible.

PROBATUR vero a S. Bonav. non teneri distinctissime omnia Symboli scire, nam ibi sunt aliqua, ut Sanctorum communio, ac multo magis emanatio Spiritus Sancti a Patre, filioque per viam voluntatis; et Filii per intellectum, quae vix Theologi capiunt; Et si haec omnino distincte scire teneremur, paucissimi salvarentur, quod est incredibile.

11 Therefore it suffices to believe explicitly indeed, and expressly, the seven Mysteries of the Godhead and the seven of the Humanity, to which are reduced the works of Creation, Justification, and Glorification, as the Holy Doctor concludes *in corpore*. But they must know the means to Justification, namely Baptism, Penance, and add also the Eucharist.

Igitur sufficit explicite quidem, et expresse credere septem Mysteria Deitatis, et septem Humanitatis, ad quae reducuntur opera Creationis, Iustificationis, et Glorificationis, ut concludit S. Doct. in corpore. *Debent autem media ad Iustificationem scire, Baptismum scilicet, Poenitentiam, adde et Eucharistiam.*

12 But all the rest they must believe implicitly, believing whatever the Holy Mother Church believes. And they must believe the Church itself united under the Roman Pontiff.

Caetera vero omnia implicite credere debent, credendo quidquid Sancta Mater credit Ecclesia. Ipsam vero Ecclesiam sub Pontifice credant Romano coadunatam.

13 But the rule of the Holy Doctor is excellent, that those articles are to be believed explicitly which the Holy Church expounds in the Creed, asserts as necessary by preaching, and celebrates with solemnities. Here he does not wish to say that only those which are solemnized are to be believed, as Valencia, Fagundez, and Caspensis ascribe to him, who infer that the mystery of the Circumcision, of the Epiphany, etc. must also be believed as necessary in this way. For he does not say that all Mysteries are to be believed which are celebrated on feastdays; but those which are in the Creed; especially those which are more frequently handed down and expounded, such as the Incarnation, Nativity, Death, Resurrection, Ascension, etc. Hence it is clear that Tanner also spoke badly of the Holy Doctor *num. 68*.

Regula vero S. Doctoris est optima, eos articulos esse credendos explicite, quos Sancta Ecclesia in Symbolo exponit, praedicatione asserit necessarios, et solennitatibus celebrat. Ubi non vult dicere, eos solos, qui solemnizantur, esse credendos, ut ei adscribunt Valentia, Fagundez, et Caspensis, qui inferunt, fuisse sic necessario credendum etiam mysterium Circumcisionis, Epiphaniae, etc. Non enim omnia Mysteria credenda ait, quae celebrantur festivitatibus; sed ea, quae in Symbolo sunt; maxime quae frequentius traduntur, et exponuntur, ut Incarnatio, Nativitas, Mors, Resurrectio, Ascensio, etc. Hinc patet, male etiam Tannerum de S. Doctore locutum num. 68.

14 *It is proved by the third argument 2. against the objection with a reply;* As obedience stands with respect to precepts, and charity with respect to things to be loved, so faith with respect to the articles. But obedience is not true unless one is ready to obey all precepts, and accepts what is imposed according to place and time; nor is there charity unless one is ready to love God and neighbor explicitly, when it is enjoined on him: Therefore also faith is not whole unless all things necessary for one's state are believed.

Probatur tertio argumento 2. ad oppositum cum responso; *Sicut se habet obedientia, respectu praeceptorum, et charitas diligendorum; ita fides respectu articulorum. Sed non est vera obedientia, nisi quis promptus sit obedire omnibus praeceptis, et pro loco, et tempore imposita recipiat; neque est charitas, nisi sit promptus diligere explicite Deum, et proximum, cum ei iniungitur: Ergo et fides non est integra, nisi omnia, quae pro eius statu sunt necessaria, credantur.*

15 I assert secondly: As those things which are in the Creed are necessarily to be believed with respect to knowledge, so with respect to action those things are necessarily to be known and believed which are necessary for exercising the Christian life: this is clear from the argument cited above.

> *Assero secundo: Sicut ea, quae in Symbolo sunt necessario credenda in ordine ad cognitionem; ita in ordine ad actionem sunt necessario scienda, atque credenda, quae sunt necessaria ad vitam Christianam exercendam: id patet argumento supra allato.*

16 But these are: the Sacrament of Baptism, necessary for professing the faith and for fulfilling the obligations owed to the Christian name; the Sacrament of Penance as the necessary means of salvation to be had after Baptism by those who have fallen mortally: And the Eucharist, because we are bound to receive it; and it is the chief Sacrament of faith, by which we venerate the Lord Jesus.

> *Haec autem sunt, Sacramentum Baptismi, necessarium ad profitendam fidem, et ad obligationes, Christiano nomini debitas; obeundas: Sacramentum Poenitentiae ad medium necessarium salutis habendum post Baptismum lapsis lethaliter: Et Eucharistiam, eo quod illam tenemur recipere; et est praecipuum fidei Sacramentum, quo Dominum Iesum veneremur.*

17 As to the other Sacraments, some, according to Suarez *disp. 13. sect. 4.*, think they must be believed as necessary; but Suarez *loc. cit.*, Sanchez *lib. 2. cap. 5.* and Fagundez *lib. 1. cap. 2. num. 40.* deny it, because they are not simply necessary. As to the other three, these assert with Henriquez *lib. 6. de Poenit. cap. 28.*, Valencia *disp. 1. quaest. 2. p. 5.*, Becanus *p. 2. cap. 12. n. 111.*, Bannes *quaest. 2. art. 8. disp. 2.*, Petrus Ledesma *tom. 2. summae, tract. 1. cap. 2.* But this is the opinion of D. Bonaventure *dist. 25. quaest. 1. ad 3.*, who says that this knowledge is reduced to the article of the Church and the remission of sins: the Eucharist indeed is the Sacrament of union, by which we are deeply joined to Christ: but Baptism and Penance are the Sacraments of justification; therefore, as the Holy Doctor observes, it is said in the Nicene Symbol: *I confess one baptism for the remission of sins*.

> *Quoad alia Sacramenta, aliqui apud Suarez* disp. 13. sect. 4. *censent, ea necessario credenda, sed Suarez* loc. cit. *Sanchez* lib. 2. cap. 5. *et Fagundez* lib. 1. cap. 2. num. 40. *id negant, quia non sunt necessaria simpliciter. Quoad alia tria, asserunt hi cum Henriquez* lib. 6. de Poenit. cap. 28. *Valentia* disp. 1. quaest. 2. p. 5. *Becano* p. 2. cap. 12. n. 111. *Bannes* quaest. 2. art. 8. disp. 2. *Petro Ledesma* tom. 2. summae, tract. 1. cap. 2. *Est autem sententia D. Bonav.* dist. 25. quaest. 1. ad 3. *qui ait, reduci hanc notitiam ad articulum Ecclesiae, et remissionis peccatorum: Eucharistia quidem est Sacramentum unionis, quo Christo alte coniungimur: Baptismus vero, et Poenitentia sunt Sacramenta iustificationis; ideo, ut observat S. D. in Symbolo Nicaeno dicitur:* Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum.

18 I add that faith in the Decalogue is also necessary for its observance. So Suarez *disp. 13. sect. 4. num. 11.*, Fagundez *lib. 1. cap. 2. num. 41.* And as to knowing it, Sylv. *verb. scientia, num. unico* asserts it, Angelus there *num. 1.*, Tabiena *ad fin.*, Armilla *num. 2.*, Bannes *quaest. 2. art. 8. disp. 2.*, Ledesma *tom. 1. summae, tract. 1. cap. 2.*, Clavis Reg. *lib. 2. cap. 9. num. 30.*, Sanchez *lib. 2. cap. 5. num. 10.*, Valencia *disp. 1. quaest. 2. p. 5.*, Fuliensis *lib. 3. cap. 5.*

> *Addo necessariam esse etiam fidem Decalogi ad observantiam. Ita Suarez* disp. 13. sect. 4. num. 11. *Fagundez* lib. 1. cap. 2. num. 41. *Et quoad sciendum, asserunt Sylv.* verb. scientia, num. unico *Angelus ibi* num. 1. *Tabiena* ad fin. *Armilla* num. 2. *Bannes* quaest. 2. art. 8. disp. 2. *Ledesma* tom. 1. summae, tract. 1. cap. 2. *Clavis Reg.* lib. 2. cap. 9. num. 30. *Sanchez* lib. 2. cap. 5. num. 10. *Valentia* disp. 1. quaest. 2. p. 5. *Fuliensis* lib. 3. cap. 5.

19 But the Holy Doctor notes *serm. 2. Decalogi* that the first three precepts are referred to the articles of the Godhead; but the others to the unity knit together among men in charity.

> *Notat autem S. Doct.* serm. 2. Decalogi*, tria prima praecepta referri ad articulos Deitatis; alios vero ad unitatem compactam inter homines in charitate.*

20 *It is proved by D. Bonaventure arg. 5. with the reply added,* for the reason which Sanchez, Fagundez, and others use. That which is simply necessary for observance cannot be observed unless it is known; and if it is for a supernatural end, it cannot be sufficiently known unless it is believed by faith: But the precepts of the Decalogue must necessarily be observed on account of the supernatural end; nor is invincible ignorance of them possible in those who are educated among Christians: Therefore. And indeed that invincible ignorance of these is not given, they assert with D. Bonaventure, D. Thom. *1. Corinth. 11. lect. 4.*, Durand. *3 dist. 25. quaest. 1.*, Gabriel *quaest. enarrat. 2.*, Manuel *tom. 1. summae, secundae edit. cap. 88. num. 4.* The reason of St. Bonaventure is *in corpore*, because with such an abundance of instructions no one can be excused, since he can easily learn them by heart.

> Probatur *a D. Bonav.* arg. 5. addito responso*, ratione qua utuntur Sanchez, Fagundez, et alii. Id, quod ad observantiam simpliciter est necessarium, non potest observari, nisi sciatur; et si est ad finem supernaturalem, non potest satis sciri, nisi fide credatur: Sed praecepta Decalogi sunt necessario observanda ob finem supernaturalem; nec datur de eis ignorantia invincibilis in his, qui inter Christianos sunt educati: Ergo. Et quidem de his non dari ignorantiam invincibilem, asserunt cum D. Bonav. D. Thom.* 1. Corinth. 11. lect. 4. *Durand.* 3 dist. 25. quaest. 1. *Gabriel* quaest. enarrat. 2. *Manuel.* tom. 1. summae, secundae edit. cap. 88. num. 4. *Ratio S. Bonav. est* in corpore*, quia cum tanta sit eruditionum frequentia, nullus potest excusari, cum facile possit ediscere.*

21 But that there may be some rustic folk in whom there is some invincible ignorance, I would almost grant to Navarro, Bannes, Ledesma above, Azor *lib. 8. cap. 6. quaestio 7. et cap. 7. quaestio 3. et cap. 8. quaestio ult.*, Vasquez *disp. 121. cap. 2.*, Sanchez *lib. 2. cap. 5. num. 20.*, Fagundez *lib. 1. cap. 2. num. 67.* But the opposite is more certain, as I said *1. 2. tract. 3. disp. 3. quaest. 2.*

> *Quod vero dentur aliqui Sylvestres, in quibus sit aliqua ignorantia invincibilis, concederem fere Navarro, Bannes, Ledesmae supra, Azorio* lib. 8. cap. 6. quaestio 7. et cap. 7. quaestio 3. et cap. 8. quaestio ult. *Vasquez* disp. 121. cap. 2. *Sanchez* lib. 2. cap. 5. num. 20. *Fagundez* lib. 1. cap. 2. num. 67. *Sed oppositum est certius, ut dixi* 1. 2. tract. 3. disp. 3. quaest. 2.

22 I add with D. Bonaventure *ad 5.* that we are bound to know also the Lord's Prayer, by which we must know to ask all things from God. The Holy Doctor indicates this more clearly *4. dist. 16. p. 2. dubio litt. et S. p. Breviloq. in fine, et S. p. Centilog. sect. 46. et p. 3. Stimuli Divini Amoris, cap. 17. et in cap. 3. Regulae nostrae*, and it is the opinion of D. Aug. *lib. de fide, et operibus, cap. 6. et 9. lib. de fide, et Symb. et in serm. in vig. Paschae, et Pentecost.* The Councils prescribe this: Brach. II. and Cabil. *cap. 46. relata de consecr. dist. 4. c. 20. et seq.*, Mogunt. *cap. 46.*, Foroliense, and Rhem. according to Fagundez *num. 59.*, Autel. *cap. 10. et 19.*, Later. under Leo *sess. 9. et*, Trid. *sess. 6. cap. 7. et sess. 24. cap. 4.*, according to Tanner *num. 66.* So also Fuliensis.

28 Then I say that, speaking regularly, the will determines the intellect in the assent of faith, not only with respect to exercise, but also with respect to the specification of the act. It is the opinion of S. Bonaventure here, and the common one, as with Coninck *cit.*, Arendt *3. dist. 25. quaest. 2.*, Poncius *disp. 27. quaest. 2.*, Mastrius *disp 6. num. 239.*, Tanner *num. 9.*, Albertinus *T. 1. princ. 3. coroll. 5.*, Bouëtius *dem. 2. Symb. art. 6.*

Deinde dico, regulariter loquendo, voluntatem in assensu fidei determinare intellectum, non solum ad exercitium, sed etiam quoad specificationem actus. Est sententia S. Bonau. hic, et communis apud Coninch. cit. *Aretinum* 3. dist. 25. quaest. 2. *Poncium* disp. 27. quaest. 2. *Mastrium* disp 6. num. 239. *Tannerum* num. 9. *Albertinum* T. 1. princ. 3. coroll. 5. *Bouëtium* dem. 2. Symb. art. 6.

29 *It is proved* from S. Thomas *in corpore, et argumento ultimo*, because regularly men are not moved to believe the articles so as to be determined to the species of act concerning what they believe about divine truth; for some believe the pastors or parents teaching them, which motive does not suffice for the specification of the act. I said *regularly*, because the motives of authority and revelation can be so firm that it need not be determined by the command of the will to explicit specification, but only to exercise, since it is not yet of such evidence as to compel exercise.

Probatur *a S. Doct.* in corpore, et argumento ultimo, *Quia regulariter non moventur homines ad credendum articulis, ut determinentur ad speciem actus circa id, quod credunt de divina veritate; aliqui enim credunt Pastoribus, vel parentibus docentibus, quod motivum non sufficit ad specificationem actus. Dixi* regulariter, *quia possunt motiva authoritatis, revelationisque adeo constare, ut non egeat ex imperio voluntatis determinari ad specificationem explicite, sed solum ad exercitium, cum adhuc non sit tantae evidentiae, ut cogat ad exercitium.*

30 I say third, that the believer, already grounded in faith, does not need in each individual act the command of the will in order to assent, but only in order to be applied to thinking about the things of faith. So Suarez *disp. 6. sect. 7.*, and we often experience this; unless you say with Arriaga *disp. 7. sect. 1.* that the will only makes obedience easier to find in the intellect, while yet always commanding.

Dico tertio, fidelem, in fide iam fundatum, non egere in singulis actibus imperio voluntatis, ut assentatur, sed solum, ut applicetur ad cogitandum de rebus fidei. Ita Suarez disp. 6. sect. 7. *et hoc saepe experimur; nisi dicas cum Arriaga* disp. 7. sect. 1. *solum faciliorem invenire voluntatem in intellectu obedientiam; semper tamen imperare.*

31 *You will object.* The will is not occupied with the true, and accordingly it belongs to the intellect to determine itself concerning its proper object.

Obiicies. *Voluntas non versatur circa verum, atque adeo spectat ad intellectum, seipsum determinare circa proprium obiectum.*

32 *It is answered*, that the motives of credibility are not such as to have absolute force of determining, but only dictate that they should prudently be assented to; but it belongs to the will to command that it obey; and in this the adversaries also agree, who for the assent of faith require at least that the will not resist. Therefore the command of the will is required extrinsically, moving the intellect. For many reject the faith, as is said *Act. 13.*; nor does anyone believe unwillingly, as D. Augustine says *de spir. et litt. cit. 31. et tract. 26. in Ioan.*, noting that: *Credere non poterant*, and *lib. 1. ad Simpl. quaest. 2. et contra. 2. epist. Pel. cap. 19.*; Cyril of Jerusalem *Procat.*; Chrysostom *homil. 34. in cap. 13. ad Hebr.*; and D. Gaudencius, Bishop of Brescia *tract. 6. Exodi.*

Respondetur, *motiva credibilitatis non esse talia, ut absolutam vim determinandi habeant, sed solum dictant, prudenter eis assentiendum; spectat vero ad voluntatem imperare, ut obsequatur; et in hoc consentiunt etiam adversarii, qui ad assensum fidei exigunt saltem non contranitentiam voluntatis. Requiritur ergo imperium voluntatis extrinsecus, inducens intellectum. Multi enim repellunt fidem, ut dicitur* Act. 13. *nec nolens credit quisquam, ut ait D. August.* de spir. et litt. cit. 31. et tract. 26. in Ioan. *notans id :* Credere non poterant, et lib. 1. ad Simpl. quaest. 2. et

contra. 2. epist. Pel. cap. 19. *Cyrill. Hier.* Procat. *Chrysost.* homil. 34. in cap. 13. ad Hebr. *et D. Gaudentius Brixiae Episcopus* tract. 6. Exodi.

33 Hence arises the question: Whether the pious affection of belief is from faith, and therefore also resides in the will; or whether there is in it another habit for commanding the acts of faith.

Hinc oritur quaestio : An pia credulitatis affectio sit a fide; et ideo resideat etiam in voluntate; an detur ad id alius in ea habitus, ad actus fidei imperandos.

34 *Scotus in 3. dist. 25. quaest. 2.*, with the followers of his School, seems to deny that any habit is required, especially a supernatural one, but that the natural command of the will suffices; because, the supernatural truth having been known, the will can move the intellect instructed by habit.

Scotus in 3. dist. 25. quaest. 2. *cum asseclis suae Scholae videtur negare, requiri aliquem habitum, maxime supernaturalem, sed sufficere imperium naturale voluntatis, quia cognito vero supernaturali, potest voluntas movere intellectum, habitu instructum.*

35 The *second*, opposite opinion is that some habit is required. But these are divided. For some will this habit to be the virtue of obedience; others, studiousness; others say it is a peculiar habit inclining to these acts. So Suarez, Arriaga, Coninck, and the other Recentiores.

Secunda *sententia opposita est, requiri aliquem habitum. Sed hi dividuntur. Aliqui enim volunt, hunc habitum esse virtutem obedientiae : Alii studiositatem : Alii dicunt esse peculiarem habitum, ad hos actus inclinantem. Ita Suarez, Arriaga, Coninch. et caeteri Recentiores.*

36 The *opinion* of D. Bonaventure is that the habit of faith itself supplies this. So *in ultimo argumento, et in corpore Alens. 3. p. quaest. 66. memb. 8.*

Sententia *D. Bonau. est, habitum fidei hoc ipsum praestare. Ita* in ultimo argumento, et in corpore Alens. 3. p. quaest. 66. memb. 8.

37 We must *suppose* that affection of the will for believing to be supernatural. So the Council of Orange declares *2. can. 2. 5. et 6.*, where it defines that the pious affection of belief, which it calls the beginning of faith, is a gift of the grace of God. And although *can. 5.* speaks of the first act of converts to faith, nevertheless *in can. 6.* it speaks of all, inasmuch as for all the acts of the virtues it teaches that a gratuitous will is presupposed, and preventing aid is required, in order to justification and merit. And the Council of Trent defines the same *sess. 6. cap. 6.*, where it teaches that man is freely moved by the grace of God to faith. Nor does Scotus refuse it, but only says that, by a natural act of the will's impulse, one can apply oneself to considering the matter of faith, and afterwards, by the infused habit, exercise the act of believing without another motion of the will, as Mastrius observes *disp. 6. num. 265.* The Council of Toledo *4. cap. 55.* says the same with us, as related by Gratian *cap. de Iudaeis, dist. 45.*

Supponere *debemus, affectum illum voluntatis ad credendum, esse supernaturalem. Ita declarat Concil. Araus.* 2. can. 2. 5. et 6. *ubi definit, pium credulitatis affectum, quem initium fidei vocat, esse donum gratiae Dei. Et quamvis* can. 5. *loquatur de primo actu conversorum ad fidem; tamen* in can. 6. *loquitur de omnibus; quatenus ad omnes actus virtutum docet praerequiri voluntatem gratuitam, ac requiri auxilium praeveniens, in ordine ad iustificationem, et meritum. Et idipsum definit C. Trident.* sess. 6. cap. 6. *ubi docet, hominem ex gratia Dei libere moveri ad fidem. Neque Scotus renuit, sed solum ait, per actum naturalem impetii voluntatis posse se applicare ad considerandum in materia fidei, et*

postea per habitum infusum exercere actum credendi, sine alia motione voluntatis, ut observat Mastrius disp. 6. num. 265. *Idem nobiscum ait C. Tol.* 4. cap. 55. *relatom a Gratian.* cap. de Iudaeis, dist. 45.

38 But that this pious affection of believing ought to be supernatural is proved by D. Bonaventure *in 2. dist. 28. art. 2. quaest. 1. fundamento 3*. A disposition must be proportioned to the form to which it disposes; for a disposition is in some way the cause of the form. Since therefore faith is a disposition to grace and holiness, inasmuch as it is free, by the Council of Trent *sess. 6. cap. 6. et 7.*, and is not formally free except by the command of the will, it follows that the natural command of the will is not a proportioned disposition.

Cur *autem haec pia credendi affectio debeat esse supernaturalis, probatur a D. Bonau.* in 2. dist. 28. art. 2. quaest. 1. fundamento 3. *Dispositio debet proportionari formae, ad quam disponit : est enim dispositio aliquo modo causa formae. Cum igitur fides sit dispositio ad gratiam, et sanctitatem, quatenus libera est, ex Concilio Trident.* sess. 6. cap. 6. et 7. *neque sit libera formaliter, nisi ex voluntatis imperio; sequitur, imperium voluntatis naturale, non esse dispositionem proportionatam.*

39 I say therefore that the habit of faith gives the will its virtue, that it may command its acts to the intellect.

Dico igitur, Fidei habitum dare virtutem voluntati, ut imperet suos actus intellectui.

40 *It is proved* 1. from S. Thomas out of D. Augustine *loc. cit.*, Hugh *lib. 1. de Sacram p. 10. cap. 2*. He confirms it from the definition of faith given *Hebr. 11.: Est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium* — the substance of things to be hoped for, the evidence of things that appear not — where *substantia*, or the true foundation, regards the intellect; and *rerum sperandarum*, for which affection is required.

Probatur *1. a S. Doct. ex D. August.* loc. cit. *Hugone* lib. 1. de Sacram p. 10. cap. 2. *Confirmat ex definitione fidei lata* Hebr. 11. Est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium, *ubi ponitur* substantia, *seu fundamentum verificum, spectans ad intellectum; et* rerum sperandarum, *ad quod requiritur affectio.*

41 *It is proved* second, because no habit is a virtue unless it rectifies the will: Therefore neither faith. It is confirmed by S. Thomas; for even prophecy illuminates the intellect concerning divine things, and yet is not a virtue, because the will does not cooperate in that illumination.

Probatur *secundo, quia nullus habitus est virtus, nisi rectificet voluntatem : Ergo neque fides. Confirmatur a S. Doct. nam etiam prophetia illuminat intellectum ad divina, neque tamen est virtus; quia ad eam illuminationem non cooperatur voluntas.*

42 *You will object* with Vulpes *dispm. 33. art. 4.*, Mastrius *disp. 6. num. 278.*: A habit cannot operate outside the power in which it inheres, nor inhere in several powers; but faith is in the intellect: Therefore it cannot be also in the will, or, existing only in the intellect, operate also in the will. It is confirmed because faith regards God; but that habit by which it commands the will is the very created act of faith, or its uprightness, whence it cannot be from a Theological virtue.

Obiicies *cum Vulpe* dispm. 33. art. 4. *Mastrio* disp. 6. num. 278. *Non potest habitus operari extra potentiam, in qua inhaeret, nec pluribus potentiis inhaerere; At fides est in intellectu : Ergo non potest esse etiam in voluntate, aut in solo existens intellectu, operari etiam in voluntate. Confirmatur, quia fides respicit Deum; at habitus ille, quo voluntati imperat, est actus ipse creatus fidei, seu honestas eius, unde non potest esse a virtute Theologica.*

43 S. Bonaventure saw this argument well here and resolved it. He answers therefore that free choice embraces both appetite and reason, as D. Augustine teaches t. 2. *de Trinit. cap. 8.*; and therefore it is not inconvenient that every virtue which is placed in one of these powers be placed in free choice, insofar as it is virtue and the principle of merit.

> *Hoc argumentum bene vidit, atque resolvit S. Bonan. hic. Respondet igitur, liberum arbitrium complecti appetitum, et rationem, ut docet D. August. t 2.* de Trinit. cap. 8. *et ideo non est inconveniens, quod quaelibet virtus, quae reponitur in una istarum potentiarum, reponatur in libero abitrio, secundum quod virtus est, et principium meriti.*

44 Similarly. There is no inconvenience in positing one habit in reason and will, such that it regards one of those powers as to the material act, the other as to the formal. Thus the habit of science, as to the retention of species, regards memory; and, as to the facility of recollection, regards intelligence, and yet it is one simple habit. For although the powers are distinct, they are not really but formally distinct, and they are continued in one subject, by reason of which there can be in them a unity of property, just as one health is posited in many members of the body inwardly, and one uprightness in many outwardly. From these he draws the general rule about the subject of any virtue or vice. Similarly faith, insofar as it is a meritorious virtue, is in free choice; yet insofar as it is a habit rendering the power facile, it must be placed in the cognitive power, as Hugh teaches. Therefore by D. Augustine it is called: *Amor ordinatus*. From these the knot of the whole question is untied. Gather from what has been said that Calvin lies, 3. *Instit. cap. 2.*, in saying that F. [faith] is mere knowledge: For assent is also required. See Bouërius *loc citato*.

> *Similiter. Nullum est inconveniens, ponere, unum habitum esse in ratione, et voluntate; ita ut unam illarum potentiarum respiciat, quantum ad actum materialem: alteram, quoad formalem. Sic habitus scientiae, quoad retentionem specierum, respicit memoriam; et quod facilitatem convectionis, spectat ad intelligentiam, et tamen est unus simplex habitus. Quamvis enim potentiae distinctae sint; non tamen realiter, sed formaliter, et continuantur in uno subiecto, ratione cuius potest esse in eis unitas proprietatis, sicut una sanitas ponitur in multis membris corporis interius; et una honestas in multis exterius. Ex his elicit generalem regulam de subiecto virtutis cuiuscumque, vel vitii. Similiter fides, in quantum est virtus meritoria, est in libero arbitrio; tamen in quantum est habitus, reddens potentiam facilem, ponenda est in potentia cognitiva, ut docet Hugo. Ideo a D. August. dicitur:* Amor ordinatus. *Ex his totius quaestionis nodus solvitur. Collige ex dictis, mentiri Calvinum 3.* Instit. cap. 2. *F. dein esse meram notitiam: Exigitur enim etiam assensus. Vide Bouërium* loc citato.

Question XIX: Whether faith is perfected by charity, as by its form

1 All Theologians in 3. *dist. 23.* together with the Master there, this having been stated, agree that Faith and the other Virtues are formed by charity; not indeed so that charity is the form of faith, either essential, as the soul is to man; or accidental, as whiteness to the Swan; for this is false, as the Saintly Doctor notes, *argument 4. p. 1. with the solution added.* For from things of different genera one thing does not come to be one by essence: but Faith and Charity are distinct virtues, as the Apostle has it, *first Corinthians 13. Faith, Hope, Charity, these three remain.* Therefore charity cannot inform Faith essentially: Nor accidentally, as the Saintly Doctor shows, *ad 5.* for faith, even unformed, is a virtue, abstracted even from charity, and although upon the arrival of charity and grace it is adorned, like colors by light (as the Saintly Doctor says *in the body of the text*), nevertheless it does not inhere in faith itself, which is not the subject of accidents, since it is a mere accident, and carries with it its potencies, and virtues, and accidents; but it comes to grace, like rain upon dry ground. Therefore

charity is called the form of faith only metaphorically. See also Valencia *disp. 1. question 4. p. 3.* I shall treat this question again *disp. 8. question 8.*

> ***An Fides perficiatur per Charitatem, tanquam per formam.***
>
> *Omnes Theologi in 3.* dist. 23. *cum Magistro ibi, hoc effato consentiunt, Fidem, aliasque Virtutes a charitate formari; non quidem, ut charitas sit forma fidei, aut essentialis, ut anima homini; vel accidentalis, ut albedo Olori; hoc enim falsum est, ut advertit S. Doct.* argumento 4. p. 1. addita solutione. *Ex his enim, quae sunt diversi generis, non fit unum per essentiam: Fides autem, et Charitas sunt diversae virtutes, ut habet Apostolus* prima Corinth. 13. Manent fides, Spes, Charitas, tria haec. *Igitur non potest esse, ut charitas informet essentialiter Fidem: Neque accidentaliter, ut ostendit S. Doct.* ad 5. *nam fides, etiam informis, est virtus, abstracta etiam charitate, et quamvis adveniente charitate, et gratia ornetur, veluti colores a luce (ut ait S. Doct.* in corpore*) tamen non inhaeret ipsi fidei, quae non est subiectum accidentium, cum sit merum accidens, et habeat secum suas potentias, et virtutes, atque accidentia; sed advenit gratiae, sicuti pluvia terrae aridae. Igitur charitas dicitur forma fidei metaphorice tantum. Vide etiam Valentiam* disp. 1. quaest. 4. p. 3. *Hanc quaestionem tractabo rursus* disp. 8. quaest. 8.

2 I assert that faith is formed by charity, that is, perfected in ordination toward merit. For it directs its act rightly toward the ultimate end.

> *Assero, fidem a charitate formari, idest, perfici in ordine ad meritum. Dirigit enim recte actum suum ad ultimum finem.*

3 It is *proved* by St. Bonaventure first in 2. *dist. 27. question 2.* from *first Corinthians 13. If I should have all faith, but have not charity, I am nothing.*

> Probatur *a S. Bonav. primo in 2.* dist. 27. quaest. 2. *ex* prima Corinth. 13. Si habuero omnem fidem, charitatem autem non habuero, nihil sum.

4 Then in 3. *dist. 23. dub. 2.* and *art. 2. question 1. ad the arguments*, and *dist. 24. art. 2. question 2. ad arg.* from the second of James. *Faith without works is dead.* And *Opusc. on the seven gifts. On the gift of Understanding, cap. 1.* from that *Galat. 5. In Christ Jesus, neither does Circumcision avail anything: but Faith, which works through charity.*

> *Deinde in 3.* dist. 23. dub. 2. *et* art. 2. quaest. 1. ad argumenta*, et* dist. 24. art. 2. quaest. 2. ad arg. *ex secundo Iacobi.* Fides sine operibus mortua est. *Et* Opusc. de septem donis. De dono Intellectus, cap. 1. *ex illo* Galat. 5. In Christo Iesu, neque Circumcisio aliquid valet: sed Fides, quae per charitatem operatur.

5 It is *proved* secondly by the reasons of the Saintly Doctor. The first is. It is certain that faith is not lost through every mortal sin, as I shall show *in the following question, as defined.* Therefore there remains an unformed faith, that is, without that perfection by which faith was perfected for meriting: Therefore one restored to grace again has formed faith.

> Probatur *secundo hic rationibus S. Doct. Prima est. Certum est, per omne peccatum mortale non amitti fidem, ut ostendam* quaest. sequenti definitum. *Ergo manet fides informis, idest sine ea perfectione, qua fides perficiebatur ad merendum: Ergo restitutus in gratia, rursus habet fidem formatam.*

6 Second: Faith comes closer to grace, and charity, than nature does; But nature is perfected by grace; Therefore much more faith.

> *Secunda: Magis accedit fides ad gratiam, et charitatem, quam natura; Sed natura per gratiam perficitur; Ergo multo magis fides.*

7 The third reason is: An infused habit agrees more with grace, which is infused, than acquired habits do; but acquired habits are informed by the arrival of grace, which is evident because in their use and exercise man merits: Therefore much more the habit of unformed faith is formed by grace itself supervening.

> *Tertia ratio est: Plus convenit habitus infusus cum gratia, quae est infusa, quam habitus acquisiti; sed habitus acquisiti per adventum gratiae informantur, quod patet, quia in eorum usu, et exercitio, homo meretur: Ergo multo magis habitus fidei informis formatur per ipsam gratiam supervenientem.*

8 Fourth reason: Infused habits that remain in the sinner are no less vivified than merits are in justification: But these, having been deadened, revive: Therefore also THOSE.

> *Quarta ratio: Non minus vivificantur habitus infusi, qui remanent in delinquente, quam merita in iustificatione: Sed haec mortificata reviviscunt: Ergo et ILLI.*

9 Fifth reason: A habit is living is nothing other than that one can merit eternal life through it: but unformed faith, upon the arrival of charity, has everything necessary for merit: Therefore, if its act is meritorious unto eternal life, it is a sign that the habit has been formed. That it has everything necessary for merit is clear, since the work is of itself good, and right, and commanded by charity. Whence St. Augustine, *15. de Trinitate, cap. 18.*, speaking of charity, says: *As much good as it is, without which no such good things lead anyone to eternal life — this is faith, and the others, of which Augustine asserted there, that they avail nothing without charity*, as the Apostle says above.

> *Quinta ratio: Nihil est aliud, habitum vivum esse, quam per illum vitam aeternam mereri posse: sed fides informis adveniente charitate habet omne, quod necessarium est ad meritum: Ergo, si actus eius est meritorius ad vitam aeternam, signum est, habitum esse formatum. Quod autem habeat omne, quod necessarium est ad meritum; clarum est, cum ipsum opus de se sit bonum, et rectum, et a charitate imperatum. Unde D. August.* 15. de Trinitate, cap. 18. *loquens de charitate ait:* Quantum bonum est, sine quo ad aeternam vitam neminem bona tanta perducunt, hoc est fides, et alia, de quibus ibi August. asseruit, ea sine charitate nihil valere, *ut ait Apostolus supra.*

10 Sixth reason: Everything that is said to be dead from mere defect, or from the mere absence of something, upon that thing supervening is vivified; but unformed faith is said to be dead on account of the mere defect of grace, and of fruitful operation: Therefore upon these supervening it revives: But, when it revives, it is formed: Therefore unformed faith can become formed; and this is what is found in the Gloss upon that text of James 2. *Faith without works is dead.* Faith revives from works: Therefore from works it has life, and form.

> *Sexta ratio: Omne illud, quod dicitur esse mortuum e solo defectu, seu e sola absentia alicuius, illo superveniente vivificatur; sed fides informis dicitur mortua ob solum defectum gratiae, et operationis fructuosae: Ergo ipsis supervenientibus reviviscit: Sed, cum reviviscit, formatur: Ergo fides informis potest fieri formata; et hoc est, quod habetur in Glossa super illud Iacobi 2.* Fides sine operibus mortua est. *Reviviscit ex operibus fides: Ergo ex operibus habet vitam, et formam.*

11 Therefore the formation of faith by grace, and charity, denotes a twofold perfection supervening. The first in ordination toward meritorious works to be done. The second, because the act of faith, by the command of charity, is referred to the ultimate end, that is, insofar as one believes on account of God, as the highest good, the act of faith pertains to the same species of rectitude to which charity itself pertains, and accordingly it is of the same species as charity itself, with this difference however, that this rectitude is essential to charity itself; but it comes to faith as an extrinsic perfection, just as

light comes to colors, making them luminous and attractive, and adorned; and just as Light together with colors does not make one composite by essence, but by a certain ordination; so neither from unformed faith and grace is there made one per se, but by a certain ordination, and relation to God. This is St. Bonaventure's with St. Thomas, *question 4. art. 3.*, whom Valencia explains, *question 4. p. 3.*

> *Igitur formatio fidei a gratia, et charitate, dicit perfectionem duplicem supervenientem. Prima in ordine ad opera meritoria facienda. Secunda, quia fidei actus per imperium charitatis refertur ad ultimum finem, hoc est, quatenus credit aliquis propter Deum, ut summum bonum, pertinet actus fidei ad eandem specie rectitudinem, ad quam ipsa charitas, ac proinde est eiusdem speciei, cuius est charitas ipsa, cum hoc tamen discrimine, quod rectitudo haec est essentialis ipsi charitati; at fidei advenit tanquam perfectio extrinseca, sicuti lux advenit, coloribus, eosque lucidos, venustosque reddit, et ornatos; et sicut Lux cum coloribus non facit unum compositum per essentiam, sed per ordinationem quandam; sic neque ex fide informi, et gratia, fit unum per se, sed per quandam ordinationem, et relationem ad Deum. Haec S. Bonan. cum D. Thom.* quaest. 4. art. 3. *quos explicat Valentia* quaest. 4. p. 3.

12 *You will object first.* Of opposites the same account holds: But vice, and sin cannot be formed: Therefore neither can the opposite virtue be unformed, and consequently neither be formed.

> Obiicies primo. *Oppositorum eadem est ratio: Sed vitium, et peccatum non potest esse formatum: Ergo nec virtus opposita potest esse informis, atque adeo, nec formari.*

13 *The Saintly Doctor answers first*, that the opposition is not equal in this case; for formation is a good that needs more in order to come to be than deformation, which is an imperfection. Therefore it does not follow that, if sin cannot be formed, neither can the virtue fail, and be made unformed.

> Respondet primo. S. Doct. *non esse in hoc parem oppositionem; nam formatio est bonum, quod pluribus indiget, ut fiat, quam deformatio, quae est imperfectio. Ideo non sequitur, quod, si peccatum non potest formari; neque virtus possit deficere, et reddi informis.*

14 *He answers secondly*, that sin is taken in two ways: abstractly, and concretely. If it is taken abstractly, it is impossible that it can be formed, since it is mere malice; but if it is taken concretely, so that some act of virtue is said to be deformed from the end — as when, for example, someone abstains on account of vain glory, the abstinence itself is a fault in him — and in this way, by reason of the underlying act, or habit, it can be rectified by grace, if he abstains on account of God. In this way we say that a formed virtue becomes unformed, namely by reason of the underlying habit, since it is indifferent to the state of fault, and of grace; indeed, if it is an act of abstinence, it is good by its nature, and zealous.

> Respondet secundo, *peccatum dupliciter accipi: abstracte, et concrete. Si abstracte accipiatur, impossibile est, quod possit formari, cum sit mera malitia; si autem accipiatur concrete, ut dicatur aliquis actus virtutis deformatus a fine; cum quis, v. g. abstinet ob inanem gloriam, ipsa abstinentia sit ei culpa; et hoc modo, ratione actus substrati, vel habitus, potest rectificari a gratia, si propter Deum abstineat. Hoc modo dicimus, virtutem formatam, fieri informem, ratione videlicet habitus substrati, quoniam indifferens est ad statum culpae, et gratiae; imo si est actus abstinentiae, est natura sua bonus, et studiosus.*

15 *You will object secondly.* No dead work can become living; faith without grace is dead, *from 2. James:* Therefore. The major is proved; for a work done in sin is not vivified by grace.

> Obiicies secundo. *Nullum opus mortuum potest fieri vivum; fides sine gratia est mortua,* ex 2. Iacobi: *Ergo. Maior probatur; nam opus factum in peccato, non vivificatur per gratiam.*

16 *The Saintly Doctor answers*, that a dead act is not capable of life, because it has already passed away, nor does it remain in any root; but faith remains in the sinner, although unformed; therefore it can be vivified, beautified, and adorned by grace arriving; just as merits that have been deadened return unto a reward.

> Respondet S. Doct. *actum mortuum non esse capacem vitae, quia iam transiit, nec manet in aliqua radice; at fides in peccatore manet, licet informis; ideo potest vivificari, venustari, et adornari per gratiam advenientem; sicuti redeunt ad praemium merita mortificata.*

17 *You will object thirdly.* No accident can be altered: unformed faith is an accident: Therefore it cannot be altered; but that which is formed from unformed is altered: Therefore.

> Obiicies tertio. *Nullum accidens potest alterari: fides informis est accidens: Ergo non potest alterari; sed quod ex informi formatur, alteratur: Ergo.*

18 *The Saintly Doctor answers*, that the accident is not altered formally, but the subject is altered, and by reason of the subject also the accident; as when color is illuminated upon a wall.

> Respondet S. Doct. *accidens non alterari formaliter, sed alterari subiectum, et ratione subiecti etiam accidens; ut cum color illuminatur in pariete.*

19 *You will object fourthly.* From things diverse in genus one thing per essence cannot come to be; but formed faith denotes one habit per essence: Therefore it is impossible that it consist also of sanctifying grace, which is diverse in genus.

> Obiicies quarto. *Ex his, quae sunt genere diversa, non potest fieri unum per essentiam; sed fides formata dicit habitum unum per essentiam: Ergo impossibile est, eam constare etiam ex gratia sanctificante, quae est genere diversa.*

20 *The Saintly Doctor answers*, that from faith and grace there is not made one formal thing, but by ordination; just as when I say "illuminated color," I say two things, yet in the manner of one, because of this, that it is ordained to one act, namely to moving Sight; so also faith and grace denote one thing, insofar as they are ordained to a meritorious work.

> Respondet S. Doct. *ex fide, et gratia non fieri unum formale, sed per ordinationem; sicuti cum dico, colorem illuminatum, dico duo, per modum tamen unius, propter hoc, quia ordinatur ad unum actum, nempe ad movendum Visum; sic et fides, et gratia dicunt unum, quatenus ordinantur ad opus meritorium.*

21 *You will object fifthly.* Unformed faith is transmuted by the arrival of grace only accidentally: therefore if by the arrival of grace it is made formed, it accrues to faith, as it were accidentally, that it be formed; If therefore no genus accrues to the species; faith is not a species of virtue properly so called: But this is false: Therefore also that from which it follows, namely, that the habit of unformed faith is formed by the arrival of grace.

> Obiicies quinto. *Fides informis per adventum gratiae transmutatur solum accidentaliter: ergo si per adventum gratiae efficitur formata, accidit fidei, ut sit formata; Si ergo nullum genus accidit speciei; fides non est species virtutis propriae dictae: Sed hoc est falsum: Ergo et illud, ex quo sequitur, videlicet, quod habitus fidei informis, per adventum gratiae formetur.*

22 *The Saintly Doctor answers*, that an accidental transmutation in the genus of nature can be essential in the genus of morals, as is evident in acts, which by the mutation of some accidental circumstance change the moral being of virtue, or vice. Therefore also for faith, although it accrues to it, as it is a

habit, to be formed by grace, or without it; nevertheless it is necessary and intrinsic to it in ordination toward acquiring merit, or, as it is the principle of merit: Moreover, unformed faith itself, even with grace set aside, is a habit of virtue, therefore it cannot be inferred that faith is not under its own genus of virtue.

> Respondet S. Doct. *transmutationem accidentalem in genere naturae, posse esse essentialem in genere moris, ut patet in actibus, qui per mutationem alicuius circumstantiae accidentalis mutant esse morale virtutis, aut vitii. Igitur et fidei, licet accidat, prout est habitus, esse formatam gratia, vel sine ea; tamen est ei necessarium, et intrinsecum in ordine ad meritum acquirendum, seu, ut est principium meriti: Praeterea ipsa fides informis, etiam gratia circumscripta, est habitus virtutis, ideo non potest inferri, quod fides non sit sub proprio genere virtutis.*

23 *You will object sixthly.* As the soul is infused into the body; so also grace into the soul; but the soul, arriving, carries with it its potencies: therefore also grace its habits of the virtues: therefore also formed faith: Therefore formed faith is not the same as that which was previously in the soul: therefore no faith that pre-exists unformed is informed.

> Obiicies sexto. *Sicut infunditur anima in corpus; ita et gratia in animam; sed adveniens anima secum fert suas potentias: ergo et gratia suos habitus virtutum: ergo et fidem formatam: Ergo fides formata non est eadem cum illa, quae prius erat in anima: ergo non informatur aliqua fides, quae praeexisteret informis.*

24 *The Saintly Doctor answers,* by denying the parity; for the virtues are not Potencies of grace, through which it operates, but they differ really, as he shows *in 2. dist. 27. question 2.* nor does grace come into the soul as the soul into the body with its potencies; for then, grace receding, the virtues would also recede, which is heretical. Furthermore the Saintly Doctor gives another, more fitting similitude. As rain watering the earth makes the herb germinate, but when it dries in the heat, the rain returning again does not make that herb germinate; but makes the germinated one grow green; so also grace carries with it the Virtues, but when these have dried up in the heat of mortal sin, the rain of grace returning again does not reproduce the infused virtues; but bathes them in verdure. That however the Seminaries of the virtues are in the soul, the Saintly Doctor proves from St. Augustine and Bernard. Therefore charity adorns the virtues, and gives them verdure for bearing fruit. For faith is thus called living, because it flowers, and yields the fruits of merit, and without charity it is without flowers, and buds, and thus is called dead, even if it be green in the root, in the manner in which plants in winter are said to be dead, as St. Bonaventure teaches, whom Caspens imitates, *disp. 4 sect. 2.* St. Gregory uses the same similitude, *6. Moral. cap. 8. cited in St. Bonaventure, sermon 3. Dom. 23. after Pentecost.*

> Respondet S. Doct. *negando paritatem; nam virtutes non sunt Potentiae gratiae, per quas operetur, sed differunt realiter, ut ostendit* in 2. dist. 27. quaest. 2. *neque venit gratia in animam, sicut anima in corpus cum suis potentiis; tunc enim recedente gratia, recederent et virtutes, quod est haereticum. Aliam porro similitudinem aptiorem dat S. Doct. Sicut pluvia rigans terram facit germinare herbam, hac vero aestu arescente, iterum rediens pluvia non facit germinare herbam illam; sed germinatam facit virescere; sic et gratia fert secum Virtutes, illis autem arescentibus ardore peccati mortalis, rursus rediens pluvia gratiae, non reproducit virtutes infusas; sed eas virore perfundit. Quod autem Seminaria virtutum sint in anima, probat S. Doct. ex D. August. et Bernardo. Igitur charitas exornat virtutes, datque eis virorem ad fructificandum. Sic enim dicitur fides viva, quia floret, et fructificat merita, et sine charitate est sine floribus, fondibus, et ita dicitur mortua, etiamsi in radice vireat, ad modum, quo plantae in hyeme dicuntur mortuae, ut docet S. Bonav. quem imitatur Caspens.* disp. 4 sect. 2. *eadem similitudine utitur D. Gregorius* 6. Moral. cap. 8. apud D. Bonav. serm. 3. Dom. 23. post Pentecost.

Question XX: Whether it is certain that faith remains without charity

1 *From* what has been said it is clear that Faith remains without Charity. But this must be proved more deeply against the heretical sectaries, who mock that distinction of faith formed and unformed, as Luther and his followers do.

> An certum sit, FIDEM sine CHARITATE manere.
>
> Ex *dictis liquet, manere Fidem sine Charitate. Id vero altius probandum contra haereticos sectarios, qui distinctionem illam fidei formatae, et informis, subsannant, ut Lutherus, et eius asseclae.*

2 It is DEFINED, moreover, in C. Trident. *sess. 6. cap. 15. et can. 28.* that true Theological faith remains unformed in a sinner.

> *DEFINITUM est autem in C. Trident.* sess. 6. cap. 15. et can. 28. *veram fidem Theologicam in peccatore manere informem.*

3 It is PROVED first by D. Bonau. *ad 12. Ioannis* with those words: *Nevertheless many even of the rulers believed in him: but they did not confess him; for they loved the glory of men more than the glory of God.*

> *PROBATUR primo a D. Bonau.* ad 12. Ioannis *illis verbis:* Verumtamen, et ex Principibus multi crediderunt in eum: sed non confitebantur; dilexerunt enim magis gloriam hominum, quam gloriam Dei.

4 But S. Doct. OBSERVES that they had true faith, yet out of fear abandoned the confession due. He adds, however, that these men did not have perfect faith, which demands also the confession that is necessary. So D. August. *tract. 54.*

> *OBSERVAT autem S. Doct. eos habuisse veram fidem, sed propter timorem dimisisse confessionem debitam. Addit vero, non habuisse hos perfectam fidem, quae exigit etiam necessariam confessionem. Ita D. August.* tract. 54.

5 The adversaries RESPOND that these men did not have true faith, but a certain imperfect knowledge.

> *RESPONDENT adversi, non habuisse istos veram fidem; sed notitiam imperfectam quandam.*

6 TO THE CONTRARY; because in the same chapter he often uses the same phrase, and always means true faith: *Many went away because of him, and believed in Jesus. Though he had done so many signs, they did not believe in him: that the word of Isaiah might be fulfilled: Lord, who hath believed our hearing? which* passage of Isaiah Paul alleges *Rom. 10.* of justifying faith: *I am come: that every one who believeth in me may not remain in darkness. Ioan. 12.*

> *CONTRA; quia in eodem capite, saepe eadem phrasi utitur, et semper veram fidem intelligit:* Multi propter illum abibant, et credebant in Iesum. Cum tanta signa fecisset, non credebant in eum: ut sermo Isaiae impleretur: Domine, quis credidit auditui nostro, quem *locum Isaiae allegat Paulus* Rom. 10. *de fide iustificante:* Ego veni: ut omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat. Ioan. 12.

7 The faith of these men is said to be not right, because by their deeds they denied what they believed in their heart. Therefore he said to them *cap. 5.*: *How can you believe, who receive glory from one another?* As he expounds with D. August. *serm. 3. post Pentec. Dom. 23.*

> *DICITUR vero fides horum non recta, quia factis negabant, quod corde credebant. Ideo eis dixit* cap. 5. Quomodo potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis? *Ut exponit cum D. August.* serm. 3. post Pentec. Dom. 23.

8 It is *PROVED* secondly by D. Bonav. *3. dist. 25. dub. 4.* ex 13. primae ad Corinth.: *If I should have all faith, so that I could remove mountains, but have not charity, I am nothing.*

> PROBATUR *secundo a D. Bonav.* 3. dist. 25. dub. 4. *ex 13. primae ad Corinth.* Etsi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.

9 *Some RESPOND* that the Apostle speaks of the faith of signs.

> RESPONDENT *aliqui, loqui Apostolum de fide signorum.*

10 *TO THE CONTRARY:* For the faith of signs is an effect of Christian faith, as is said at the end of Mark: *He that believeth shall be saved. And these signs shall follow them that believe: In my name they shall cast out devils, etc.* And cap. 11. ad Hebr., speaking of the faith by which the just man lives, enumerates the signs: *the saints by faith conquered kingdoms, etc. stopped the mouths of lions, quenched the violence of fire,* as S. Doct. runs through it at length *serm. 1. de pluribus Martyribus*. For this reason (he says) S. Bonav., for the same faith some were racked, sawn asunder, etc., namely the Martyrs, for the Christian, or Theological, faith. Therefore the faith of signs is an excellent Christian faith. Therefore the Apostle says: *If I should have all faith, so that I could remove mountains, etc.*

> CONTRA: *Nam fides signorum est effectus fidei Christianae, ut dicitur Marci ultimo:* Qui crediderit, salvus erit. Signa autem eos, qui crediderint, haec sequentur, In nomine meo daemonia eiicient, etc. *Et cap. 11. ad Hebr. loquens de fide, ex qua iustus vivit, recenset signa:* Sancti per fidem vicerunt regna, etc. obturaverunt ora Leonum, extinxerunt impetum ignis, *ut late discurrit S. Doct.* serm. 1. de pluribus Martyribus. *Ideo enim (ait) S. Bonav. ob eandem fidem alii distenti sunt, secti sunt, etc. nempe Martyres, ob fidem Christianam, seu Theologicam. Igitur fides signorum est fides Christiana excellens. Ideo ait Apostolus:* Etsi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, etc.

11 S. Doct. explains this more fully at those words, Lucae 17.: *If you have faith like a grain of mustard seed, you shall say to this mulberry tree: be thou rooted up, and transplanted into the sea: and it shall obey you.* But that it is the justifying Theological faith S. Doct. proves: for when Christ was urging works of piety, of charity, etc., of which works faith is the root, and when for those works the disciples confessed themselves weak, namely for always forgiving injuries; they said: *Increase our faith*; and they ask for faith as the primary gift, which the Apostle defines in Hebr. 11.: *It is the substance of things to be hoped for, etc.* And: *Without faith it is impossible to please God.* And which extends even to signs: *the saints by faith conquered kingdoms, stopped the mouths of lions, etc.*

> *Id latius explicat S. Doct. ad ea verba, Lucae 17.* Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori Moro: eradicare, et transplantare in mare: et obediet vobis. *Quod autem ea sit fides Theologica iustificans, probat S. Doct. nam cum Christus hortaretur ad opera pietatis, charitatis, etc. quorum operum radix est fides, cumque ad ea opera discipuli, infirmos se faterentur, nempe ad remittendas semper iniurias; dixerunt:* Adauge nobis fidem, *petunt autem fidem, tanquam donum primarium, quam Apostolus Hebr. 11. definit:* Est sperandarum substantia rerum, etc. *Et:* Sine fide impossibile est placere Deo. *Et quae etiam ad signa extenditur:* Sancti per fidem vicerunt regna, obturaverunt ora Leonum, etc.

12 At last the Apostle concludes: *There remain faith, hope, Charity, these three:* where he concludes that he is dealing with the Theological faith, which is the same as the faith of signs, as D. Bonav. notes *in 3. dist. 36. quaest. quinta.* And more clearly in the Diaeta *tit. 5. cap. 1.*, and with him Boëtius *demonstr. 2. Symb. 2. art. 3.*, and D. August. *lib. 1. de Bapt. cap. 8. et de fide et oper. cap. 4.*, Hier. in Matth. *lib. 2. cap. 13.*, Chrysost. *serm. de Ava hem.*,[1] Anselm. *in cap. 13.*, here Cypr. *de unit. Eccl.*, Basil. *Reg. brev. cap. 179.*

[1] Editor's note: the print/OCR reads 'serm. de Ava hem.'; rendered as 'de Eleemo.' (Chrysostom, sermo de eleemosyna), the only recognizable Chrysostom title behind the garbled italic letters.

Tandem concludit Apostolus: Manent fides, spes, Charitas, tria haec: *ubi concludit, se agere de fide Theologica, quae est eadem cum fide signorum, ut notat D. Bonav.* in 3. dist. 36. quaest. quinta. *Et clarius in Diaeta* tit. 5. cap. 1. *et cum eo Boëtius* demonstr. 2. Symb. 2. art. 3. *et D. August.* lib. 1. de Bapt. cap. 8. et de fide et oper. cap. 4. *Hier. in Matth.* lib. 2. cap. 13. *Chrysost.* serm. de Ava hem. *Anselm.* in cap. 13. *hic Cypr.* de unit. Eccl. *Basil.* Reg. brev. cap. 179.

[13] *They RESPOND* secondly that the Apostle speaks, drawing the argument from the impossible, to show the necessity of charity, without which we should be nothing, even if we were Angels.

RESPONDENT *secundo, Apostolum loqui, ducto argumento ab impossibili, ad ostendendam necessitatem charitatis, sine qua nihil essemus, etiamsi Angeli essemus.*

[14] *BUT* it is not an argument from the impossible; for to move mountains by faith is possible, as is clear in B. Gregory Thaumaturgus: to give away also all one's substance to the poor, to hand over one's body to Martyrdom, is not impossible: to speak even in all tongues, as the Apostles could, or those of Angels, unfolding the thoughts within, can come to pass, God granting.

AT *non est argumentum ab impossibili; nam transferre fide montes, est possibile, ut constat in B. Gregorio Thaumaturgo: Erogare quoque omnem substantiam pauperibus, tradere corpus Martyrio, non est impossibile: Loqui etiam linguis omnibus, sicuti potuere Apostoli, vel Angelorum, exponendo intus suos conceptus, fieri potest, Deo donante.*

[15] It is *PROVED* thirdly by S. Doct. at the aforesaid passage of Luke, from that Iacobi 2. where he took it upon himself to prove that faith without works exists, but does not justify: *What shall it profit, my brethren, if a man say he hath faith, but hath not works? Shall faith be able to save him? But that* he speaks of true faith, not of the shadow of faith which Calvin dreams of in *lib. 3. Inst. cap. 2.*, is proved by D. Bonav., because, speaking of Abraham, he says he was justified by works, with which faith cooperated: *But wilt thou know, O vain man, that faith without works is dead? Abraham our father, was he not justified by works, offering up his son Isaac upon the altar? Thou seest that faith cooperated with his works: and by his works faith was made perfect.* Who will deny that Abraham had true faith? and he calls it dead without works. It is confirmed by the Fathers, who understood this passage of true faith: Hieron. *ad Galat. in cap. 5.*, Chrysost. *homil. 2. in Genes. et homil. 2. in epist. ad Philem.*, August. *lib. 21. de civit. Dei, cap. 26. et Libro unico de baptismo, cap. 10.*, Cyrillus *libro 10. in Ioannem, capite decimo octavo.*

PROBATUR *tertio a S. Doct. ad praefatum locum Lucae ex illo Iacobi 2. ubi assumpsit probare, fidem sine operibus existere, sed non iustificare.* Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? numquid poterit fides salvare illum? Quod autem *de vera fide loquatur, non de umbra fidei, quam somniat Calvinus* lib. 3. Inst. cap. 2. *probatur a D. Bonav. quia loquens de Abrahamo dicit, eum iustificatum ex operibus, quibus fides cooperata est:* Vis autem scire o homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est? Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens filium suum Isaac super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: et ex operibus illius fides consummata est. *Fidem sane veram in Abrahamo quis negabit? eam vero sine operibus mortuam vocat. Confirmatur ex PP. qui hunc locum de vera fide intellexerunt, Hieron.* ad Galat. in cap. 5. *Chrysost.* homil. 2. in Genes. et homil. 2. in epist. ad Philem. *August.* lib. 21. de civit. Dei, cap. 26. et Libro unico de baptismo, cap. 10. *Cyrillus* libro 10. in Ioannem, capite decimo octavo.

16 *Calvin PRESSES* first, because the Apostle says: *What shall it profit, if a man say he hath faith*, when he ought to have said: if he hath faith.

> INSTAT *Calvinus primo, quia Apostolus ait:* Quid proderit, si fidem quis dicat habere*, cum debuisset dicere: si fidem habeat.*

17 *It is RESPONDED* that the Apostle noted the boast of the wicked, who indeed have true faith, but without charity. Therefore he adds: *Shall faith be able to save him?* — therefore they are supposed to have faith, and to say this boastfully.

> RESPONDETUR*, Apostolum notasse iactantiam improborum, qui habent quidem veram fidem, sed sine charitate. Ideo subdit:* Numquid fides poterit salvare illum*, ergo supponuntur habere fidem, et id dicere iactanter.*

18 He presses secondly that that faith is called dead, and the faith of devils.

> *Instat secundo, eam fidem vocari mortuam, et fidem daemonum.*

19 *S. Doct. RESPONDS* in *serm. 3. Dominic. 23. post Pentec. et in 3. dist. 23. dub. 2. et art. 2. quaest. 1. ad argumenta*, that it is true faith, as a lifeless body is a true body; and as water that does not move is called dead; yet it is still true water. Secondly, Faith is called dead through the defect of the extrinsic accidental form, and of the intrinsic one, in the order of meriting eternal life.

> RESPONDET *S. Doct.* serm. 3. Dominic. 23. post Pentec. et in 3. dist. 23. dub. 2. et art. 2. quaest. 1. ad argumenta*, eam esse veram fidem, sicut corpus exanime, est verum corpus; et sicut aqua, quae non movetur, dicitur mortua; sed tamen est vera aqua. Secundo dicitur Fides mortua per defectum formae extrinsecae accidentalis, et intrinsecae in ordine ad merendum vitam aeternam.*

20 To that about the faith of devils, he responds in *3. dist. 23. quaest. 3.* that the faith of devils is true on the side of the object, as D. August. notes *loc. cit.* de bapt. even if extorted, because against their will they believe those things to be true which we believe; while they see that those who have the faith of Christ, and answer to it with works, cannot be damned; for hence they are tormented into believing that our faith is true. And so they are not compared with us in the habit of faith, but in the object, or act of believing, as is clear.

> *Ad illud de fide daemonum, respondet in* 3. dist. 23. quaest. 3. *fidem daemonum esse veram ex parte obiecti, ut notat D. August.* loc. cit. de bapt. etiamsi *extortam, eo quod inviti credant vera esse ea, quae nos credimus; dum vident, eos, qui fidem Christi habent, et operibus respondent, non posse damnari; hinc enim torquentur ad credendum, nostram fidem veram esse. Itaque non comparantur nobis in habitu fidei, sed in obiecto, seu actu credendi, ut constat.*

21 YOU WILL SAY, this question seems useless, because, just as one truth is not greater than another, since it consists in an indivisible, so neither is one certainty more perfect than another.

DICES, videri hanc quaestionem inutilem, quia, sicut non est una veritas maior alia, cum consistat in indivisibili, ita nec una certitudo est alia perfectior.

22 It is ANSWERED with Lugo *disp. 6. sect. 2.* that the reason of truth and of certainty is different; for truth is considered in itself as the conformity of the object, and it stands in an indivisible; But certainty is relative by reason of the knowledge, which can be greater or less; according as it is more strongly represented to our intellective powers. In another way Arriaga answers *disp. 3. sect. 4. num. 77.*

RESPONDETUR cum Lugo disp. 6. sect. 2. *diversam esse rationem veritatis, et certitudinis; nam veritas in se consideratur, ut est conformitas obiecti, et stat in indivisibili; At certitudo est ratione notitiae relativa, quae potest esse*

maior, vel minor; prout potentiae nostrae intellectivae fortius repraesentatur. Alio modo respondet Arriaga disp. 3. sect. 4. num. 77.

Question XXV: Whether one can know with certainty that he has faith

1 HAnc treats of this 1. 2. *tract. 5. disp. 2. question 8.*, where I reviewed the opinions.

An quis certo scire possit, se FIDEM habere.

HAnc pertractani 1. 2. tract. 5. disp. 2. quaest. 8. *ubi opiniones recensui.*

2 I assert with D. Bonaventure that someone can know with theological and moral certainty that he has the habit of faith.

Assero cum D. Bonau. posse aliquem scire certitudine Theologica, et morali, se habere fidei habitum.

3 It is PROVED from D. Bonaventure *dub. 1.* Whoever knows his acts by experience knows also the habit from which they come. A man can know his supernatural acts of faith: Therefore. The major is evident: for habits are known with certainty through acts, as Scotus teaches, cited *p. 1. tract. 9. disp. 2. question 3.* The minor is evident; for acts are known through objects, from Scotus *loc. cit.* Mastrius admits it *in 3. dist. 6. question 14. num. 368.* with Scotus 3. *dist. 23. question unica,* where they admit the major also. They confirm it with D. Bonaventure from the force of experience. For just as by experience I know that I believe a man narrating something; so (they say) we evidently experience that we believe the mysteries of faith, which have been revealed by God. Mastrius confirms it; for we clearly experience that we are not moved to that assent by the evidence of the object, since it is obscure to us, nor from anywhere else than from authority. And in this sense he says D. Augustine said with Scotus *lib. 13. de Trin. cap. 1. Nothing is more certain to man than his faith.* Yet these things conflict with what he adds from Scotus *num. 369.* that it cannot be evidently known whether we have this knowledge in act, from the divine revelation of the act alone.

PROBATUR a D. Bonau. dub. 1. *Qui actus experimento novit; novit et habitum ex quo veniunt. Homo potest nosse suos actus fidei supernaturales: Ergo. Maior patet: nam habitus per actus certo noscuntur, ut docet Scotus, relatus* p. 1. tract. 9. disp. 2. quaest. 3. *Minor patet; nam actus per obiecta noscuntur, e Scoto* loc. cit. *Eam fatetur Mastr.* in 3. dist. 6. quaest. 14. num. 368. *cum Scoto 3.* dist. 23. quaest. un. *ubi et maiorem confitentur. Id confirmant cum D. Bonau. ex vi experimenti. Sicut enim experimento novi, nos credere homini aliquid narranti; ita experimur evidenter (aiunt) nos credere mysteria fidei, quae a Deo sunt revelata. Confirmat Mastr. nam clare experimur, nos ad illum assensum non moveri ex obiecti evidentia, cum sit nobis obscurum, neque aliunde, quam authoritate. Et hoc sensu ait cum Scoto dixisse D. August.* lib. 13. de Trin. cap. 1. Nihil est homini certius sua fide. *Haec tamen pugnant cum his, quae e Scoto addit* num. 369. *non posse evidenter cognosci; an hanc notitiam habeamus actu, e sola divina actus revelatione.*

4 It is PROVED secondly, that it is known with theological certainty. Whoever has a pious affect for believing the things that are of faith, knows that he assents to them from above. The faithful man experiences in himself this pious affect: Therefore. The major is certain, because that affect is the supernatural principle of the assent, as I showed *1. 2. Tract. 5. disp. 1. question 6.* The minor is granted by Mastrius *num. 373. conseq. recta.* It is the argument of S. Bonaventure *loc. cit.* Observe the fallacy of Mastrius and Scotus, who infer that evidence cannot be had of the direct act and habit of faith by a reflected act; because the direct act is incuidens from its object, as I shall say presently.

PROBATUR secundo, id sciri Theologice certo. Qui habet pium affectum credendi ea, quae sunt fidei; eis assentiri se novit superne. Fidelis experitur in se hunc pium affectum: Ergo. Maior est certa, quia affectus ille est principium supernum assensus, ut ostendi 1. 2. Tract. 5. disp. 1. quaest. 6. *Minor conceditur a Mastr.* num. 373. conseq. recta. *Est argumentum S. Bonau.* loc. cit. *Observa fallaciam Mastrii, et Scoti, qui inferunt, non posse haberi evidentiam actu reflexo actus directi, et habitus fidei; quia actus directus ex obiecto est incuidens, ut mox dicam.*

5 It is PROVED thirdly from D. Bonaventure *in his answer;* for the faithful Christian knows that he believes in his mind the articles of the true faith; otherwise he could doubt whether he is a Christian.

PROBATUR tertio a D. Bonau. in responsione; *nam fidelis Christianus novit, se in mente credere articulos verae fidei; alioqui posset dubitare: an sit christianus.*

6 Mastrius answers that one can know with certainty that he has faith objectively, that is, that he believes true things; but not that he formally elicits an act of faith.

Respondet Mastrius, posse aliquem certo scire, se habere fidem obiective, idest vera credere; non autem formaliter se elicere actum fidei.

7 CONTRA, from D. Bonaventure *serm. 9. Hexaemeron.* For the firmness of faith, from our attending, and indeed, with the object known from which the act is elicited, the act too is known to be natural or supernatural, because acts are specified, or known, through objects. This S. Doctor shows from that 2. Peter 1.: *Having the more firm prophetic word: to which you do well to attend, as to a lamp shining in a dark place, until the day dawn, and the morning star arise in your hearts.* The Apostle wills the same 2. Cor. last chapter. *Try your own selves, whether you are in the faith: prove yourselves.*

CONTRA ex D Bonavent. serm. 9. Hexaemer. *Nam firmitas fidei a nobis attendentibus atque adeo, cognito obiecto, ex quo elicitur actus, cognoscitur etiam actus esse naturalis, vel supernaturalis, quia actus specificantur, vel cognoscuntur per obiecta. Hoc autem ostendit S. Doct. ex illo 2. Petri primo:* Habentes firmiorem propheticum sermonem: cui benefacitis attendentes, quasi lucernae lucenti in caliginoso loco, donec dies illucescat, et Lucifer oriatur in cordibus vestris. *Hoc idem vult Apostolus 2. Cor. ultimo.* Vosmetipsos tentate, si estis in fide: ipsi vos probate.

8 Mastrius answers with Becanus that the faithful can be certain of the truth of the object through the assent of faith: but that he cannot be certain of the certainty of the assent except through a reflected act, which is fallacious. Contra, because although the direct act is obscure, since it is about the object of faith; nevertheless the reflected act, which bears upon its own present act, through which the habit becomes known with certainty, is not doubtfully recognized, as Mastrius admits, but in some way even evident, much less merely certain, as Scotus indicates loc. cit., as the Arretine thought *disp. 23. question unica. art. 12.*

Respondet Mastrius *cum* Becano, *fidelem de veritate obiecti posse esse certum per assensum fidei: at de certitudine assensus non posse esse certum, nisi per actum reflexum, qui est fallax. Contra, quia etsi actus directus sit obscurus, quia est de obiecto fidei; attamen actus reflexus, qui fertur in actum suum praesentem, quo habitus certo innotescit; non est dubie agnitus, ut fatetur Mastr. sed aliquo modo etiam evidens, nedum certus, ut indicat Scot. loc. cit. ut sensit Aretin.* disp. 23. quaest. un. art. 12.

9 It is confirmed by Mastrius himself *num. 368.* from experience. For we know that we are not moved to the assent of faith by the evidence of the object, since it plainly stands to us that it is in itself inevident, and that we believe from authority alone, namely divine revelation, by which I sense that I

am moved to assent, as Mastrius says *num. 367.*, which the *following num.* denies, discordant with himself, as I said.

> *Confirmatur ab ipso* Mastrio num. 368. *experientia. Cognoscimus enim, ad assensum fidei nos non moveri ex obiecti evidentia, cum nobis aperte constet in se esse inevidens, et sola nos authoritate credere, utique divina revelatione, qua sentio me moveri ad assensum, ut ait Mastr.* num. 367. *quod* num. seq. *negat, a se dissonus, ut dixi.*

10 You will OBJECT, that it is not certain that the habit of faith is given.

> *Obiicies, non esse certum dari habitum fidei.*

11 It is ANSWERED, that it is certain with theological certainty, even if some deny it. Therefore one knows it with a certainty somehow evident in experience, as Mastrius admits *num. 375.*, saying this is commonly accepted among Scholastics.

> *Respondetur, certum esse certitudine Theologica, esto aliqui negent. Id igitur novit certitudine aliquo modo in experientia evidenti, ut fatetur Mastr.* num. 375. *dicens, communiter Scholasticis id esse acceptum.*

Question XXVI: In whom faith is found

1 I suppose, that it is in men as wayfarers; and that it has existed in Angels as wayfarers.

> *Suppono, eam in hominibus viatoribus esse; et in Angelis viatoribus extitisse.*

2 It is proved from D. Bonaventure *3. dist. 25. question 2. ad 2. from 11. ad Hebr. He that cometh to God must believe. Without faith it is impossible to please God.*

> *Probatur a D. Bonav.* 3. dist. 25. quaest. 2. ad 2. ex 11. ad Hebr. Accedentem ad Deum oportet credere. Sine fide impossibile est placere Deo.

3 I suppose secondly, that in the blessed faith is evacuated, as is said *1. Cor. 13.*; that it nevertheless remains in purgatory, because they are just, and *pilgrims away from the Lord.*

> *Suppono secundo, in beatis evacuatam fidem, ut dicitur* 1. Cor. 13. *manere tamen in purgatorio, quia iusti sunt, et* peregrinantur a Domino.

4 The question is about damned men and demons.

> *Quaestio est de damnatis hominibus, et daemonibus.*

5 I assert first, that in demons there is no infused habit of faith. This is so certain that Suarez *lib. 8. de Angelis, cap. 6.* says it is temerarious to concede to demons the habit of faith. Nearly the same Bannes says *question 5. art. 2.*, but asserting it free from every known view; so assert Hurtado *disp. 59. sect. 2.*, Granado *tract. 13. sect. 1.*, Lugo *disp. 17. sect. 1.*

> *Assero primo, in daemonibus non esse habitum infusum fidei. Hoc adeo certum est, ut Suarez* lib. 8. de Angelis, cap. 6. *dicat esse temerarium concedere daemonibus habitum fidei. Idem fere ait Bannes* quaest. 5. art. 2. *sed ab omni nota ita asserentes liberant Hurtado* disp. 59. sect. 2. *Granado* tract. 13. sect. 1. *Lugo* disp. 17. sect. 1.

6 The foundation of D. Bonaventure and D. Thomas is, because infused faith is a gift of God, ordered to good works, and to merit and eternal life; but demons, most obstinate, are unfit for merit and eternal life: *Therefore.* So also Valencia *question 5. p. 2.*

> *Fundamentum D. Bonav. et D. Thom. est, quia fides infusa, est donum Dei, ordinatum ad opera bona, et ad merita, ac vitam aeternam; sed daemones obstinatissimi inepti sunt ad meritum, et vitam aeternam:* Ergo. *Sic etiam Valentia* quaest. 5. p. 2.

7 I assert secondly, that in demons there is a faith of a kind.

> *Assero secundo, in daemonibus esse fidem aliqualem.*

8 It is proved first from S. Bonaventure from that *James 2. The devils believe, and tremble.* Secondly from the Gloss *on the first epistle to the Romans*, asserting it. Thirdly from *Mark 1.*, and other places, where demons cry out that Christ is the Son of God. Hence S. Doctor deduces that they know the Trinity; for they also acknowledged it on the way.

> *Probatur primo a S. Bonav. ex illo* Iacobi 2. Daemones credunt, et contremiscunt. *Secundo ex Glossa* in primum ad Rom. *id asserente. Tertio ex* Marci primo*, et aliis locis, ubi daemones clamant, Christum esse filium Dei. Hinc deducit S. Doct. eos cognoscere Trinitatem; nam eam etiam in via agnovere.*

9 It is also doubted of heretics: whether they retain the habit of faith.

> *Dubitatur etiam de haereticis: an retineant habitum fidei.*

10 It must be asserted, that they do not retain faith.

> *Asserendum, eos non retinere fidem.*

11 It is proved from 1. *Timothy 1.* where heretics are said to have made shipwreck concerning the faith: *Some have made shipwreck concerning the faith, of whom are Hymeneus and Alexander.*

> *Probatur ex prima* Timot. 1. *ubi haeretici dicuntur, naufragasse in fide:* Quidam circa fidem naufragarunt, ex quibus est Hymenaeus et Alexander.

12 It is proved also from the Council of Trent *sess. 6. cap. 15.* Therefore the opposite is erroneous, as Fulient. says *lib. 3. cap. 3.*; otherwise heretics would be faithful.

> *Probatur etiam ex Concilio Tridentino* sess. 6. cap. 15. *Ideo oppositum est erroneum, ut ait Fulient.* lib. 3. cap. 3. *alioqui haeretici essent fideles.*

13 The reason is, because there does not remain in them the formal reason of the habit of faith, so as to incline them to believe all things credible, as revealed by the First Truth; for when one article is denied, the First Truth is denied. It is the common opinion of the Theologians *3. dist. 23.*, and of D. Thomas *question 5. art. 3.*, at Lugo *disp. 17. sect. 4.* D. Bonaventure *art. 2. question 2.*

> *Ratio est, quia non manet in eis ratio formalis habitus fidei, ut inclinet ad credendum omnia credibilia, ut a prima veritate revelata; negato enim uno articulo, negatur prima Veritas. Est communis sententia Theologorum* 3. dist. 23. *et D. Thom.* quaest. 5. art. 3. *apud Lugum* disp. 17. sect. 4. *D. Bonav.* art. 2. quaest. 2.

14 You will ask: Whether the habit of faith is destroyed by heresy physically, or morally.

> *Quaeres: An habitus fidei destruatur ab haeresi physice, an moraliter.*

15 It is ANSWERED, that it is more probable that it is expelled demeritoriously, just as grace is expelled by sin, as I said *prima secunda, tract. 3. disp. 1. question 6.* So Scotus, Gabriel, D. Bonaventure and others, at Suarez *disp. 7. sect. 4. and tom. 3. in 3. partem, question 63. art. 5. and lib. 11. de gratia, cap. 7.* Maldonatus, Lorca, and others at Coninck *disp. 18. dub. 4. num. 35.*; others at Lugo *disp. 17. sect. 4.*

Respondetur, probabilius esse, eum expelli demeritorie, sicut et gratia pellitur a peccato, ut dixi prima secunda, tract. 3. disp. 1. quaest. 6. *Ita Scotus, Gabriel, D. Bonav. et alii, apud Suarez* disp. 7. sect. 4. et tom. 3. in 3. partem, quaest. 63. art. 5. et lib. 11. de gratia, cap. 7. *Maldorus, Lorca, et alii apud Coninch.* disp. 18. dub. 4. num. 35. *aliique apud Lugo* disp. 17. sect. 4.

Question XXVII: Whether faith is a substantial gift of God

1 Now we must treat of the efficient cause of Faith.

Iam de causa efficiente Fidei agendum.

2 Catholics are unanimous that for the assent of Faith, besides the external object proposed, an internal help of grace is required, by which man is helped to believe *as he ought*. It is defined against Pelagius in the Council of Orange 2. *can. 5.* and in the Tridentine *sess. 6. can. 3.* On which see S. Augustine *de praedest. Sanctorum, cap. 3. de bono perseverantiae, cap. 20. and 21. and lib. 1. retract. cap. 23.* The reason is, because to believe as is required for salvation is a disposition to sanctifying grace: therefore it is not made without grace moving within, as the Council of Trent infers; otherwise justification would take its beginning from us; and thus it would not be gratuitous but owed. So also D. Bonaventure *in the body of the text*.

Catholici unanimes ad assensum Fidei, praeter obiectum externum propositum, exigunt internum gratiae auxilium, quo homo iuvetur ad credendum, ut oportet. *Est definitum contra Pelagium in Concilio Arausic.* 2. can. 5. *et in Tridentino* sess. 6. can. 3. *De quo vide S. August.* de praedest. Sanctorum, cap. 3. de bono perseverantiae, cap. 20. et 21. et lib. 1. retract. cap. 23. *Ratio est, quia credere, ut oportet ad salutem, est dispositio ad gratiam sanctificantem: ergo non fit sine gratia intus movente, ut infert Concilium Tridentinum; alioqui iustificatio initium sumeret ex nobis; atque ita non esset gratuita, sed debita. Ita etiam D. Bonav.* in corpore.

3 S. Doctor observes secondly that faith is had from hearing, as to its material element, and this is acquired; for by the ordinary law the articles of faith are not imprinted in the intellect, but only the habit is infused which raises the intellect to an assent above nature. Therefore a baptized infant, even if he has the habit; if nevertheless he is not instructed, will easily fall into errors, in the same way as if he did not have the habit, as S. Doctor observes *at the very end.*

Observat secundo S. Doct. fidem ex auditu haberi, quoad illius materiale, et hoc est acquisitum; non enim lege ordinaria imprimuntur in intellectu articuli fidei, sed solus habitus infunditur qui elevet intellectum ad assensum super naturam. Ideo parvulus baptizatus, etiamsi habeat habitum; si tamen non instruatur, facile cadet in errores, eodem modo ac si habitum non haberet, ut advertit S. Doct. ad ultimum.

4 There were indeed some Scholastics who seemed to assert the acquired habit of faith, as sufficient for believing the articles of faith simply; nevertheless the supernatural habit as necessary for believing more firmly. So Durandus *dist. 28. question 1.* Gabriel *dist. 23. question 2.* and others. The Nominalists, for which opinion Amicus *disp. 15. sect. 1.* and others, adduce Scotus *3. dist. 23. question unica.* But Mastrius reports some passages of Scotus in which he asserts the supernatural habit to be necessary simply, on account of the supernaturalness of the act, as *quodl. 14. art. 1. and quodl. 17. §. contra the conclusion, and in 1. dist. 17. question 2.* and more clearly *in 1. dist. 1. question 4. ad 4. for the 4. article, and in 4. dist. 49. question 5. ad 2.*

Fuere vero nonnulli Scholastici, qui habitum acquisitum fidei videntur, tanquam sufficientem asserere ad simpliciter credendum articulis fidei; attamen necessarium habitum supernaturalem ad firmius credendum. Ita Durand. dist. 28.

quaest. 1. *Gabr.* dist. 23. quaest. 2. *et alii. Nominales, pro qua sententia Amicus* disp. 15. sect. 1. *et alii adducunt Scotum* 3. dist. 23. quaest. unica. *Sed Mastrius aliqua Scoti loca refert, in quibus asserit, necessarium esse habitum supernaturalem simpliciter, ob actus supernaturalitatem, ut* quodl. 14. art. 1. et quodl. 17. §. contra conclusionem, et in 1. dist. 17. quaest. 2. *et clarius* in 1. dist. 1. quaest. 4. ad 4. pro 4. articulo, et in 4. dist. 49. quaest. 5. ad 2.

5 The PRINCIPAL question is, how the act of faith is supernatural; for it can be supernatural in two ways. First according to substance, in that according to its entity it transcends every order of the beings of nature, not only by reason of the agent, since there is no agent in the course of nature able to produce that being; but also subjectively, insofar as that entity, say of faith, grace, or the Light of glory, is of a higher order: as I said p. 1. tract. 1. disp. 11. from num. 113. Secondly a being is said to be supernatural according to mode, and is called supernatural, because, although according to its entity it can be produced by a natural cause; yet the mode is above nature; thus vision, given to a blind man, is supernatural; just as health given in an instant, which would require a very long duration, is above nature.

QUAESTIO praecipua est, quomodo actus fidei supernaturalis sit; nam dupliciter potest esse supernaturalis. Primo secundum substantiam, eo quod secundum suam entitatem transcendat omnem ordinem entium naturae, non ratione agentis tantum, eo quod non detur agens in cursu naturae, potens illud ens producere; sed etiam subiective, quatenus illa entitas, puta fidei, gratiae, aut Luminis gloriae, est ordinis altioris: ut dixi p. 1. tract. 1. disp. 11. a num. 113. Secundo dicitur ens supernaturale secundum modum, diciturque supernaturale, quia, licet secundum suam entitatem produci queat a causa naturali; tamen modus est super naturam; sic visio, data caeco, est supernaturalis; sicut et sanitas data in instanti, quae durationem permultam exigeret, est supra naturam.

6 The FIRST opinion is, that the assent of infused faith is not supernatural as to substance, but only as to mode; and consequently the help of grace, which is required for the act of faith, is not required for the entity of the act, but only as to some mode added to such an entity. So *Scotus* 1. dist. 17. question 2. and quodl. 17. art. 3. and in 3. dist. 23. question unica; Although *Suarez* lib. 2. *de gratia*, cap. 4. tries to recall him to a better fruit. All the Scotists follow him, and the Nominalists at *Mastrius* disp. 6. question 6. So *Ocham* quodl. 13: question 7. *Gabriel* 3. dist. 23. question 2. *Durandus* 1. dist. 17. question 2. *Bassolis* 3. dist. 23. question un. *Vulpes* p. 2. tom. 2. disp. 52. art. 7. *Caietanus* p. 2. question 109. art. 4. and 2. 2. question 171. art. 2. ad 3. where he contends that this is the opinion of D. Thomas. *Capreolus* 1. dist. 17. question 1. art. 3. *Palud.* 3. dist. 23. question 3. §. 3. tertio dicendum.

PRIMA opinio est, assensum fidei infusae non esse supernaturalem quoad substantiam, sed solum quoad modum; et proinde auxilium gratiae, quod actum fidei requiritur, non requiri ad entitatem actus, sed solum quoad modum aliquem, tali entitati additum. Ita Scotus *1. dist. 17. quaest. 2. et quodl. 17. art. 3. et in 3. dist. 23. quaest. unica; Ipsum tametsi* Suarez *lib. 2.* de gratia*, cap. 4. ad meliorem frugem revocare conetur. Eum sequuntur omnes Scotistae, et Nominales apud* Mastrium *disp. 6. quaest. 6. Ita* Ocham *quodl. 13: quaest. 7.* Gabr. *3. dist. 23. quaest. 2.* Durand. *1. dist. 17. quaest. 2.* Bassolis *3. dist. 23. quaest. un.* Vulpes *p. 2. tom. 2. disp. 52. art. 7.* Caietanus *p. 2. quaest. 109. art. 4. et 2. 2. quaest. 171. art. 2. ad 3. ubi contendit, hanc esse D. Thomae sententiam.* Capreolus *1. dist. 17. quaest. 1. art. 3.* Palud. *3. dist. 23. quaestione 3. §. 3. tertio dicendum.*

7 The SECOND opinion asserts that it is substantially supernatural. So *D. Bonaventure* here, whom *D. Thomas* follows 1. 2. question 6. art. 2., and the Thomists, and all the Doctors of the Society of Jesus suppose it, *Suarez* loc. cit. cap. 4. and lib. *de auxil.* cap. 1. *Vasquez* prima 2. disp. 187. cap. 2. *Coninck de*

actibus supernaturalibus disp. 4. dub. 3. *Molina in concordia*, question 14. art. 13. disp. 7. and disputation 14. member 1. although *Lorca* disp. 9. *de gratia*, adduces him to the contrary, because in *in concordia*, question 14. art. 13. disp. 14. and 15. he says that to believe, to love, and to hope are natural acts as to substance; but Lorca does not notice that he wills only what other Scholastics, with *D. Thomas* question 171. art. 2., have signified in the same manner of speaking: that those acts, according to the generic reason, or as far as the part of the object is concerned, can be natural. The same think *Medina* p. 2. question 62. art. 2. *Bannes* 2. 2. question 6. art. 1. *Turrianus* 2. 2. disp. 46. dub. 3. *Lugo* disp. 9. sect. 2. *Amicus* disp. 10. *de fide*, sect. 2. and other Recentiores everywhere, as *Morandus* in his single tractate, question 12. *Peter a S. Joseph* lib. 3. *de fide*, etc. cap. 3. resol. 5.

SECUNDA sententia asserit, esse substantialiter supernaturalem. Ita D. Bonau. *hic, quem sequuntur* D. Thom. *1. 2. quaest. 6. art. 2. ac Thomistae, et eam supponunt omnes Doctores Societatis Iesu,* Suarez *loc. cit. cap. 4. et lib.* de auxil. *cap. 1.* Vasquez *prima 2. disp. 187. cap. 2.* Coninch. de actibus supernaturalibus *disp. 4. dub. 3.* Molina in concordia*, quaest. 14. art. 13. disp. 7. et disputatione 14. membro 1. tametsi* Lorca *disp. 9.* de gratia*, eum in contrarium afferat, eo quod* in concordia*, quaest. 14. art. 13. disp. 14. et 15. dicat, credere, diligere, et sperare esse naturales actus, quoad substantiam; sed non advertit Lorca, eum velle solum, quod alii Scholastici cum* D. Thom. *quaest. 171. art. 2. eodem modo loquendi significarunt, actus illos secundum rationem genericam, seu quantum est ex parte obiecti, posse esse naturales. Idem sentiunt* Medina *p. 2. quaest. 62. art. 2.* Bannes *2. 2. quaest. 6. art. 1.* Turrianus *2. 2. disp. 46. dub. 3.* Lugo *disp. 9. sect. 2.* Amicus *disp. 10.* de fide*, sect. 2. et alii Recentiores passim, ut* Morandus *tract. unico, quaest. 12.* Petrus a S. Ioseph *lib. 3.* de fide*, etc. cap. 3. resol. 5.*

8 I ASSERT first, that the assent of faith is substantially supernatural.

ASSERO primo, assensum fidei esse substantialiter supernaturalem.

9 It is PROVED first from *D. Bonaventure* on 6. *John. This is the work of God, that you believe*, where he was speaking of faith: And below: *No man can come to me, unless the Father, who sent me, draw him.* Then *S. Doctor* proves it in 1. dist. 21. question last ad 1. from *Matth.* 11. *No one knoweth the Son, but the Father: neither doth anyone know the Father, but the Son, and he to whom it shall please the Son to reveal him.* He urges this passage also in *de 7. Itineribus Aeternitatis*, dist. 5. *of the third Itinerary*, and *Itinerary 5.* dist. 4. where he brings together many passages of Scripture: *Matth.* 16. *Flesh and blood hath not revealed it to thee, but my Father. Psalm* 84. *I shall hear what the Lord God shall speak in me. Psalm* 118. *Reveal thou my eyes, and I shall consider the wondrous things of thy law. John* 16. *When the Paraclete shall come, he will teach you all things. 1 John* 2. *His unction will teach you of all things. 1 Cor.* 2. *But God hath revealed to us by his Spirit.* And in 1. dist. 46. dub. 8. litt. he proves it by that *1 Corinthians* 12. *No man can say the Lord Jesus, but by the Holy Ghost.*

PROBATUR primo a D. Bonau. *ad 6.* Ioan. Hoc est opus Dei, ut credatis*, ubi de fide loquebatur: Et infra:* Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. *Deinde id probat* S. Doct. *in 1. dist. 21. quaest. ult. ad 1. ex* Matth. *11.* Nemo novit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit, nisi filius, et cui voluerit filius revelare. *Hunc locum urget etiam* de 7. Itineribus AEternitatis*, dist. 5.* Itineris tertii*, et* Itinere 5. *dist. 4. ubi plura loca Scripturae conglobata affert,* Matth. *16.* Caro, et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus. Psal. *84.* Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Psal. *118.* Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua. Ioan. *16.* Cum venerit Paraclitus, ille docebit vos omnia. Prima Ioan. 2. Unctio docebit vos omnia. Prima Cor. 2. Nobis autem revelavit Deus per spiritum suum. *Et in 1. dist. 46. dub. 8. litt. id probat illo* prima Corinth. *12.* Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto.

10 He proves the same here from *1 Cor.* 12. *To another is given faith in the same Spirit:* but he is speaking of graces freely given: Therefore also of the act of formless faith. Then from the Gloss on that *1 Cor.* 13. *And if I should have all faith, so that I could remove mountains*, where he notes that it must be a gift of God, since it works miracles above nature.

> *Idem probat hic ex* prima Cor. *12*. Alii datur fides in eodem Spiritu: *loquitur autem de gratiis gratis datis: Ergo et de actu fidei informis. Deinde ex Glossa ad id* prima Cor. *13*. Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam*, ubi adnotat, debere esse donum Dei, cum mirabilia supra naturam operetur.*

11 He also brings forward that *Rom.* 8. *You have not received the spirit of bondage again in fear.* Now fear arises from formless faith, as the Council of Trent teaches.

> *AFFERT etiam id* Rom. *8*. Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore. Timor autem oritur ex fide *informi, ut docet Concilium Tridentinum.*

12 FINALLY the Councils define that faith is supernatural and a gift of God. So the Second Council of Orange cap. 6. 8. 16. 25. and 27. Milevis cap. 4. Trident. sess. 6. can. 3. and cap. 5. 6. and 12. Celestine epist. 1. *to the Bishops of Gaul.* Innocent I. epist. 25. and 26. which are 92. and 93. *among the epistles of D. Augustine.* The same is taught everywhere by *S. Augustine de praedest. Sanctorum; de bono perseverantiae. S. Prosper con. Collatorem*, from cap. 36. and dub. 8. *ad capit. Gallorum*, and *S. Fulgentius de Incar. cap. 8.*

> *TANDEM definiunt Concilia, fidem esse supernaturalem et donum Dei. Sic Arausicanum secundum cap. 6. 8. 16. 25. et 27. Milevit. cap. 4. Trident. sess. 6. can. 3. et cap. 5. 6. et 12. Caelestinus epist. 1.* ad Episcopos Galliae. *Innocentius I. epist. 25. et 26. quae sunt 92. et 93.* inter epistolas D. August. *Idem docent passim* S. August. de praedest. Sanctorum; de bono perseverantiae. S. Prosper con. Collatorem*, a cap. 36. et dub. 8.* ad capit. Gallorum*, et* S. Fulgentius de Incar. cap. 8.

13 MASTRIUS ANSWERS that the Scriptures, the Councils, and the Fathers indeed require a special help of God for the act of faith, not on account of its substantial supernaturalness, but on account of its mode. Therefore he says the Tridentine Council declares the help of God necessary that the act of faith be elicited *as it ought*, namely for justification. Therefore the help of God is necessary that we assent to the articles *as we ought*, that is, on account of the testimony of God. And therefore the Council of Trent sess. 6. cap. 6., describing that faith which disposes to justification, says that it is that by which we are freely moved toward God, believing that the things which have been divinely revealed and promised are true. Therefore they require the infused habit for the infallibility of the assent, not for the substance.

> *RESPONDET* Mastrius*, Scripturas, Concilia, et Patres exigere quidem auxilium Dei speciale ad actum fidei, non propter supernaturalitatem substantialem eius, sed propter modum eius. Ideo ait Tridentinum, auxilium Dei necessarium esse, ut eliciatur actus fidei* sicut oportet*, nempe ad iustificationem. Itaque auxilium Dei necessarium est, ut assentiamur articulis,* sicut oportet*, idest propter testimonium Dei. Et ideo Concil. Tridentinum sess. 6. cap. 6. eam fidem describens, quae ad iustificationem disponit, ait, eam esse, qua libere movemur in Deum, credentes, vera esse, quae divinitus revelata, et promissa sunt. Igitur habitum infusum exigunt ad infallibilitatem assensus, non ad substantiam.*

14 But the formality of the Divine revelation is the essence of faith, not an accidental mode, nor is the infallibility of the assent the formality of the supernatural act; for the heretic also firmly assents to the articles in which he agrees with us; and yet that is not supernatural faith. Nor let Mastrius say

that those articles are believed by the heretic with human faith; for he believes them as revealed in the divine Scriptures, to which he gives credence.

> *At formalitas revelationis Divinae est essentia fidei, non modus accidentalis, neque infallibilitas assensus est formalitas actus supernaturalis; nam et haereticus firmiter assentitur articulis, in quibus nobiscum convenit; et tamen illa non est fides supernaturalis. Neque dicat* Mastrius*, eos articulos credi ab haeretico fide humana; nam credit ea, ut revelata Scripturis divinis, quibus credit.*

15 It is PROVED from *D. Bonaventure* secondly, by a reason deduced from this. By no natural or acquired habit is the intellect raised above itself, so as to assent to the First Truth for its own sake, and above all things: But by the habit of faith the intellect is raised in the manner said: Therefore.

> *PROBATUR a* D. Bonau. *secundo, ratione hinc deducta. Secundum nullum habitum naturalem, vel acquisitum, elevatur intellectus supra se, ut assentiat primae veritati propter se, et super omnia: Sed habitu fidei elevatur intellectus modo dicto: Ergo.*

16 It is PROVED thirdly from *D. Bonaventure.* That which produces substantially supernatural effects is of the same order, because there is no effect above the cause; but faith is the cause of miracles, not only according to the subject or mode, but also according to substance: Therefore. The minor is proved *Matth.* 7. and at the end *Act.* 19. and elsewhere.

> *PROBATUR tertio a* D. Bonau. *Id, quod producit effectus substantialiter supernaturales, est eiusdem ordinis, quia non est effectus super causam; sed fides est causa miraculorum, non modo secundum subiectum vel modum, sed etiam secundum substantiam: Ergo. Minor probatur* Matth. *7. et ult.* Act. *19. et alibi.*

17 It is PROVED fourthly in the body of the text. That which takes away from faith the reason of virtue takes away the substantial reason; but to believe from a human motive takes away the reason of virtue from faith: Therefore. The major is evident. The minor is proved; for to believe a man speaking is not praiseworthy in itself, but indeed often blameworthy.

> *PROBATUR quarto in corpore. Id, quod tollit a fide rationem virtutis, tollit rationem substantialem; sed credere ex motivo humano tollit rationem virtutis a fide: Ergo. Maior est evidens. Minor probatur; nam credere homini dicenti, non est laudabile per se, imo saepe vituperabile.*

18 It is PROVED fifthly from *S. Doctor* in the body of the text, because if, as to mode only, of greater certainty, help were given for the act of faith; it would follow that nature could, of itself, without elevation above nature, attain that greater intensity, if an intense cogitation were given in the order of nature: But this is false: Therefore. The minor is proved from *1 Timothy* 1. *I have obtained the mercy of God, that I may be faithful*, where, as *S. Augustine* rightly weighs, he did not say *that I may be more faithful, but that I may be faithful.* See Cardinal de Lugo *num. 33.* Suarez *tom. 4. in 3. p. disp. 3. sect. 6. and Vasq. 1. 2. disp. 187. cap. 2.*

> *PROBATUR quinto a* S. Doct. *in corpore, quia si quo ad modum tantum maioris certitudinis daretur auxilium ad actum fidei; sequeretur, naturam posse seipsa, absque elevatione supra naturam, attingere illam maiorem intentionem, si daretur cogitatio intensa in ordine naturae: Sed hoc est falsum: Ergo. Minor probatur ex* prima Timoth. *1.* Misericordiam Dei consecutus sum, ut essem fidelis*, ubi ut bene ponderat* S. August. *non dixit,* ut essem fidelior, sed, ut essem fidelis. *Vide Cardinalem de Lugo* num. 33. *Suarez* tom. 4. in 3. p. disp. 3. sect. 6. et Vasq. 1. 2. disp. 187. cap. 2.

19 From what has been said I conclude that the faithful have a permanent habitual gift for believing; otherwise they would not permanently have the help, so that whenever they will, they may elicit the act of faith. That this habit is given is so certain that it cannot be denied without temerity and error, as Lugo observes *disp. 9. sect. 3.*, Salas *tom. 2. in primam 2. tract. 10. disp. 3. sect. 4* and others at him, who indeed say that it is of faith. It was defined in the Council of Trent *sess. 6. cap. 7. and in the Council of Mainz, celebrated in the year 1549.; and Peter John, in the time of Innocent III.* was for this reason condemned and exhumed. See Lugo.

> *Ex dictis colligo, fideles habere donum permanens habituale ad credendum, alioqui non haberent permanenter auxilium, ut semper, quando volunt, actum fidei eliciant. Hunc habitum dari, adeo certum est, ut sine temeritate, et errore negari non possit, ut advertunt Lugo* disp. 9. sect. 3. *Salas* tom. 2. in primam 2. tract. 10. disp. 3. sect. 4 *et alii apud eum, qui immo dicunt, esse de fide. Id definitum est in Concilio Trident.* sess. 6. cap. 7. et in Concilio Moguntino, celebrato, anno 1549. et Petrus Ioannes, tempore Innocentii III. *fuit ob id damnatus, et exhumatus. Vide Lugum.*

20 *You will OBJECT first* with Mastrius, that the Councils speak of the acts of the way and of the acts of the fatherland with such diversity; for toward the latter they require supernatural help; but for the acts of the way they do not require absolutely the help of grace, but that they be made *as they ought:* Therefore they signify that these are not absolutely supernatural, but by reason of mode, so that there are given other acts of these virtues which are not *as they ought*, namely proportionate to justification, but natural: Thus Aversa urges *p. 2. question 55. sect. 4.*

> Obiicies primo *cum Mastrio, Concilia tali diversitate loquuntur de actibus viae, et de actibus patriae; nam ad hos, exigunt auxilium supernaturale; ad actus autem viae non exigunt absolute auxilium gratiae, sed ut fiant,* sicut oportet: *Ergo significant, eos non esse supernaturales absolute, sed ratione modi, ita ut dentur alii actus istarum virtutum, qui non sint,* sicut oportet, *nempe ad iustificationem proportionati, sed naturales: Sic urget Aversa* p. 2. quaest. 55. sect. 4.

21 *It is ANSWERED*, that that clause is added to define what pertains only to faith; because the Fathers of the Council knew that the opinions of the Nominalists and others existed, saying that natural acts of these virtues are given; and of others denying that the habits of Faith, Hope, and Charity are infused for supernatural acts, because the Council of Vienna had accepted the assertive part only as the more probable. Therefore the Council of Trent, willing to eradicate every contrary opinion, defines that the virtues are infused for these acts, although it does not call them habits, as Vega observes *lib. 7. in Trident. cap. 24.*, who was himself present at it. The same says Soto, an eyewitness *lib. 2. de natura, et gratia, cap. 19.* Therefore the Council does not suppose that there are given other natural acts of these virtues and others *as they ought*, but whatever is opinionatively circulated, it decrees that these acts are supernatural, and that for eliciting them habits are infused for eliciting their substance simply.

> Respondetur, *particulam illam apponi ad definiendum id, quod solum ad fidem spectat, quia sciebant Patres Concilii, extare opiniones Nominalium, et aliorum, dicentium, dari actus harum virtutum naturales: et aliorum negantium, infundi habitus Fidei, Spei, et Charitatis ad actus supernaturales, eo quod Viennense Concilium partem assertivam, solum ut probabiliorem, acceptasset. Igitur Concilium Trident. omnem contrariam opinionem volens eradicare, definit, infundi virtutes ad hos actus, licet non nominet eos, habitus, ut observat Vega* lib. 7. in Trident. cap. 24. *cui ipse interfuit. Idem dicit Soto, testis oculatus* lib. 2. de natura, et gratia, cap. 19. *Itaque non supponit Concilium, dari*

alios actus virtutum istarum naturales, et alios sicut oportet*, sed quidquid opiniative circumferatur, statuit, hos actus esse supernaturales, et ad eos eliciendos infundi habitus ad simpliciter substantiam eorum eliciendam.*

22 But suppose it grants that there are given some natural acts similar to them, imitating those which are perfect *as they ought;* it is not inferred that true acts of faith, resting on human authority, are given, as Coninck notes from D. Bonaventure *in the body of the text*.

At esto supponat, dari aliquos actus similes naturales, imitantes eos, qui sunt perfecti, sicut oportet; *non infertur, dari actus fidei veros, humana nixos authoritate, ut notat Coninchius ex D. Bonau.* in corpore.

23 *Mastrius INSISTS*. If the mind of the Council was that we can elicit acts indeed similar, but not of the same substantial reason; there was no reason for adding *as it ought*, but it would have said absolutely that the acts of faith cannot be elicited; just as the Council of Vienna speaks absolutely, that a special help is necessary for seeing God.

Instat Mastrius. *Si mens Concilii erat, nos posse elicere actus quidem similes, non autem eiusdem substantialis rationis; non erat cur adiiceret* sicut oportet*, sed absolute dixisset, non posse elici actus fidei; sicut C. Viennense absolute loquitur, necessarium esse speciale auxilium ad Deum videndum.*

24 *I shall say*, that the Council of Trent adds that clause to exclude all acts whatsoever that were circulated as sufficient, even as to mode supernatural, introduced by Scotus and his followers, and on that account to define the necessity of the infused habits; and although it does not define as to this, it nevertheless defines as to excluding other opinions, asserting that natural acts of the virtues of Faith, Hope, etc. are given; and that these suffice — which nevertheless are not acts of true virtue of faith, as S. Bonaventure teaches *in the body of the text*. The Council of Vienna, however, speaks absolutely, because the Beguines and Beghards, against whom it acts, ascribed to natural intellectual virtue the efficacious power of seeing God; nor was anything else circulated. And if you say that then the writings of Scotus existed, saying that God can by absolute power raise someone with natural powers to seeing God, or at least that the light of glory is not necessary. I say, that first thing is not asserted by Scotus, nor is he rightly involved among the Beghards; rather it is related in his life that he died of the pains that assailed him, bathed in sweat, after the disputation against the Beghards; nor did the Council wish to condemn the opinion of Scotus, who judges that yet an actual help is required, substantially necessary, as is evident *I. dist. 6. question 2. art. 1.* but on this *p. 1. tract. 1. disp. 11. from num. 145*.

Dicam*, Concilium Trident. apponere illam particulam ad excludendos omnes actus quoscumque, qui circumferebantur sufficientes, etiam quoad modum supernaturales, a Scoto, et asseclis invectos, et ob id definire necessitatem infusorum habituum; et licet hoc non definiat, quoad hoc; tamen definit quoad alias opiniones excludendas, asserentes actus naturales virtutum Fidei, Spei, etc. dari; et hos sufficere, qui tamen non sunt verae virtutis fidei actus, ut docet S. Bonau.* in Corpore. *Concilium autem Viennae absolute loquitur, quia Beguinae, et Beguardi, contra quos agit, adscribebant virtuti naturali necessariae intellectivae virtutem efficacem ad Deum videndum; nec aliud circumferebatur. Et si dicas, tunc extitisse scripta Scoti, dicentis, posse Deum absoluta potentia elevare aliquem naturalibus viribus ad Deum videndum, vel saltem non esse necessarium lumen gloriae. Dico, illud primum non asseri a Scoto, neque ipsum recte involvi inter Beguardos; imo refertur in eius vita, quod sit mortuus vi dolorum, qui eum invaserunt, sudore madentem, post disputationem contra Beguardos; neque Concilium voluit damnare opinionem Scoti, qui existimat requiri tamen auxilium actuale substantialiter necessarium, ut constat* I. dist. 6. quaest. 2. art. 1. *sed de hoc* p. 1. tract. 1. disp. 11. a num. 145.

25 *You will OBJECT secondly* with Scotus *1. dist. 17. question 2. and quodl. 17. art. 2.* If the act of faith were substantially of a higher order, such that man cannot attain such acts with his own powers, as to physical entity; man could know that he is in grace from the promptitude and facility with which he would experience in himself the crediting and loving of God, and everyone would know by experience when he exercises supernatural acts.

> Obiicies secundo *cum Scoto* 1. dist. 17. quaest. 2. et quodl. 17. art. 2. *Si actus fidei esset substantialiter altioris ordinis, ut nequeat homo propriis viribus tales actus attingere, quoad physicam entitatem; posset homo cognoscere, se esse in gratia ex promptitudine, et facilitate, qua experiretur in seipso ad credendum, et diligendum Deum, et unusquisque experimento sciret, quandonam exercet actus supernaturales.*

26 *It is ANSWERED first* from D. Bonaventure *dist. 25.* that knowing faith implies nothing; but it does not follow that one knows that he is in grace, because many unknown things are required for this, as, that that act of charity be above all, while I can have, from vincible ignorance, aversion from God, and conversion to some created object. Further, Cardinal Lugo proceeds *disp. 5. sect. 7.*, and exceeding, receding *disp. 5. sect. 7. num. 115.* Then Scotus's inference does not follow (let them say secondly) because from infused faith alone one cannot elicit an act of believing, from Scotus *quodl. 14 art. 1. H. and Mastr. 191.* Therefore he does not argue well here, that I, eliciting a supernatural act of faith, already clearly recognize it, because a natural act is mixed with it, which does not allow him to distinguish it from the supernatural act. Add, that the habit does not at once give that facility, for we experience that such acts are arduous. Hence neither do we perceive the habit immediately by touch; and the facility, if any comes, you ascribe to the acquired habit.

> Respondetur primo *ex D. Bonau.* dist. 25. *nihil implicare, sciri fidem; at non sequitur, sciri, se esse in gratia, quia ad hoc requiruntur multa ignota, ut, quod actus ille charitatis sit super omnia, dum possum habere ex ignorantia vincibili aversionem a Deo, et conversionem ad aliquod creatum obiectum. Amplius procedit Lugo Cardin.* disp. 5. sect. 7. *atque excedit recedens* disp. 5. sect. 7. num. 115. *Deinde non sequitur Scoti illatio (dicant secundo) quia ex fide sola infusa non potest quis elicere actum credendi ex Scoto* quodl. 14 art. 1. H. et Mastr. 191. *Igitur non bene hic arguit, me elicientem actum fidei supernum, illum iam clare agnoscere, quia ei admixtus est naturalis, qui non sinit illum distinguere ab actu superno. Adde, habitum non illico dare illam facilitatem, nam experimur arduos esse tales actus. Unde nec habitum palpo statim percipimus; et facilitatem, si quae adveniat, habitui acquisito adscribas.*

27 *You will OBJECT thirdly.* That which can be actualized by another is not of a different order from it: the natural act is perfectible by the supernatural: *Therefore.*

> Obiicies tertio. *Quod est actuabile ab alio, non est diversi ordinis ab eo: actus naturalis est perfectibilis a superno:* Ergo.

28 *It is ANSWERED* easily, that the natural act has its ultimate specific gradual being, nor is it potential as to the supernatural act except by moral potency, and that they are twins specifically distinct. So also natural and supernatural potency differ in genus.

> Respondetur *facile, actum naturalem habere suum esse ultimum graduale specificum, nec esse potentialem ad actum supernaturalem, nisi morali potentia, esseque geminos specie distinctos. Sic et potentia naturalis, et supernaturalis differunt genere.*

Question XXVIII: Whether the difference between faith and other acts, natural as opposed to supernatural moral acts, always arises from the object

[1] This difficulty is common also to the other virtues: whether natural and supernatural acts always differ from their objects, formal objects certainly; for the material object can be attained by several virtues.

> ***Utrum differentia FIDEI, et aliorum actuum naturalium a supernaturalibus moralibus proveniat semper ex obiecto.***
>
> *Haec difficultas est communis etiam aliis virtutibus: an differant semper actus naturales, et supernaturales earum ex obiectis, formalibus sane; nam materiale obiectum potest a pluribus attingi virtutibus.*

[2] The first opinion is negative; for although very many differ thus, still other natural acts differ from supernatural ones only on the part of the principle, inasmuch as one requires to be made by a solely natural principle, while the other requires to arise from a supernatural principle. So Scotus *3. dist. 25. quaest. 2. and dist. 27. quaest. 1.* whom the Scotists follow, as Mastrius *disp. 6. quaest. 7. and* Molina *in concordia, disput. 7. and disp. 13. and 14. and disp. 52.* Coninck *de supernaturalitate actuum, disp. 5. dub. 1. 2. and 3.* Granado *in p. 1. in prooem. disp. 5. sect. 4 num 13. and quaest. 12. tract. 5. disp. 8. num. 6. and 1. 2. tract. 1. disp. 4. sect. 3.* Salas *in primam 2. tom. 2. tract. 11. disput. 6.* THE SECOND opinion is that these acts differ from the formal object. So St. Bonaventure in 3. dist. 23. art. 2. quaest. 3. Cajetan, Conrad, and Medina as at Salas loc. cit. Vasquez tom. 1. in primam secundae, disp. 86. cap. 6. and tom. 2. disp. 195. cap. 3. Suarez lib. 2. de gratia, cap. 11. and tom. 4. in 3. p. disp. 3. sect. 6. num. 10. and the following section. The same Turrianus opusc. 2. de gratia, disp. 8. and opusc. 13. dub. 3. Curiel in the present quaest. 109. art. 1. dub. 3. §. 4. Tanner. Bannes, Amicus disp. 10. sect. 4. and others as at Mastrius disp. 6. quaest. 7. in 3. Cardinal de Lugo disp. 9. sect. 1. The Mediator comes forward saying that, possibly, an act of natural virtue and an infused one are not distinguished on the part of the formal object; in fact, however, natural acts are given around the same object as supernatural ones.

> *DE nobilissima, et delitiosa cognitione, quam communicat Donum intellectus, eleganter disserit sub metaphora convivii S. Bonav. de septem donis, cap. 7. Ubi primo asserit, pet donum Intellectus caelestes epulas apponi, et refert D. Gregorium lib. 1. Moral. cap. 32. dicentem:* Intellectus in die suo convivium parat: quia in eo quod audita penetrat reficiendo cor, tenebras eius illustrat: *Ergo in penetratione auditorum, inventa veritate, mens reficitur. Ratio est, quia menti non sufficit gustare velamina veritatum, sed nucleum. Cum igitur donum Intellectus, secundum Gregorium, penetret omnia velamina veritatis divinae, tam in Scripturis, quam in doctrina, usque ad intimam veritatem degustandam, quadam intellectuali experientia pertingat, quod perfectissimorum est, ut ait Bernardus in Cantica; ideo donum Intellectus dulcissime mentem reficit. De hoc gustu experientiae Bernardus loquens in lib. de amore Dei cap. 10. ait:* Gustus experientiae Scripturarum, et Sacramentorum Dei, qui est in Christo, facit nobis sensum, ut intelligamus Scripturas. *Unde Dominus post resurrectionem aperuit discipulis sensum,* ut intelligerent Scripturas*, Lucae ultimo. Vide Seraphicum divinitus delitiantem pane hoc* habente omnem saporem suavitatis*, Sap. 16.* Cibat enim pane vitae, et intellectus. *Eccles. 15.*

Doubt II: Whether the gift of understanding can coexist with faith

1 I ASSERT. It is proved from St. Thomas here, and St. Bonaventure de 7. donis, cap. 7. by that of Luke at the end: *He opened their sense, that they might understand the Scriptures.* I shall prove the same in the following doubt.

> Utrum DONUM INTELLECTUS possit esse simul cum FIDE.
>
> *ASSERO. Probatur a D. Thoma hic, et D. Bonav. de 7. donis, cap. 7. illo Lucae ultimo:* Aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas. *Idem probabo, dubio sequenti.*

2 It is PROVED from St. Bonaventure loc. cit. by the discourse of the Lincolnian upon the beginning of the Mystical Theology, which he uses as St. Thomas does, because the gift of Understanding raises [the mind] to the senses of the Scriptures, and the understanding of the Mysteries, in a manner proportioned to the way; yet where God does not seem to be [seen] without Symbols, even in the anagogic senses, not to mention the literal, allegorical, and moral; for he still enters with Moses into the cloud, as is said Exodus 24.

> *PROBATUR a S. Bonav. loc. cit. discursu Linconiensis super principium Mysticae Theologiae, quo uti ur D. Thom. quia donum Intellectus erigit ad sensus Scripturarum, et intelligentiam Mysteriorum, modo proportionato viae; ubi tamen non videtur Deus sine Symbolis, etiam in sensibus anagogicis, ne dum litteralibus allegoricis, et moralibus; intrat enim adhuc cum Moyse caliginem, ut dicitur Exodi 24.*

3 THEN he proves it, because this gift raises the mind as much as is necessary for merit; Therefore it is said Luke 10. *Moreover one thing is necessary;* and accordingly, as much as it does not detract from faith in the way, it raises the mind, as necessary for the ordinary mode of merit.

> *DEINDE id probat, quia elevat hoc donum mentem, quantum necessarium ad meritum; Ideo dicitur Lucae 10.* Porro unum est necessarium; *atque adeo, quantum non detrahit fidei in via, necessatiae ad modum meriti ordinarium, mentem erigit.*

4 Which doctrine of St. Thomas solves the objections of those striving [to prove] that the gift of understanding, as clearly showing the object of faith, is repugnant to be shown.

> *QUAE doctrina S. Thom. solvit obiecta conantis, donum intellectus, tanquam clare ostendens obiectum fidei, repugnans ostendere.*

Doubt III: Whether the gift of understanding consists in the contemplation of the Creator and of the creature

1 QUAERIT the holy Doctor what the proper act of the gift of Understanding is, and what its object. He supposes, moreover, that knowledge of God can be had in three ways. First, by a simple and immediate assent, and this belongs to faith. Second, by the assistance of reason, namely by perceiving the instinct of the Holy Spirit, whereby one is led to the assent of faith. ¶ Third, by a simple intuition, and this belongs to that beatitude which consists in the cleanness of heart, whose prerogative it is to see God.

> An DONUM INTELLECTUS consistat in contemplatione Creatoris, et Creaturae.
>
> *QUAERIT S Doct. qui sit actus proprius doni Intellectus, et quod obiectum. Supponit autem, cognitionem de Deo posse tripliciter haberi. Primo per simplicem, et immediatum assensum, et hoc est fidei. Secundo per rationis adminiculum, nempe percipiendo Spiritus Sancti instinctum, quo ad assensum fidei. ¶ Tertio per simplicem intuitum, et hoc est illius beatitudinis, quae stat in munditia cordis, cuius est Deum videre.*

2 Since, therefore, the reasons, or motives, by which one is helped toward understanding the things believed, are taken not only from the conditions of the Creator, but also from the conditions of spiritual creatures, which among creatures hold a closer assimilation to the Creator; hence it is that the gift of Understanding, whose act is to be raised up to the contemplation of the Supreme Truth by a light that not only makes one assent, but also to understand the things believed through fitting reasons, is directed not only to the contemplation of the creative essence, but also of spiritual creatures.

> *Quoniam ergo rationes, seu motiva, quibus iuvantur ad credita intelligenda, accipiuntur non solum a conditionibus Creatoris, sed etiam a conditionibus Creaturae spiritualis, quae inter creaturas viciniorem habet assimilationem ad Creatorem; hinc est, ut donum Intellectus, cuius actus est in contemplationem Summi veri elevari per lumen, quod non solum facit assentire, sed etiam per congruas rationes credita intelligere, non solum attenditur in contemplatione creatricis essentiae, sed etiam spiritualis creaturae.*

3 From these considerations he deduces what the act and the object of the gift of Understanding are. Its object, indeed, is the eternal True, insofar as it is intelligible, not only according to its proper conditions, but also according to the properties of creatures that are like God, as the Master says. But its act is to contemplate the very Truth believed, so that it may be believed more devoutly and loved more ardently.

Ex his deducit, quis sit actus, et obiectum doni Intellectus. Obiectum enim eius est Verum aeternum, in quantum intelligibile, non solum secundum proprias conditiones, sed etiam secundum proprietates creaturarum Deo similium, ut dicit Magister. Actus vero eius est contemplari ipsum Verum creditum, ut devotius credatur, et ardentius diligatur.

4 Whence it follows that its act is speculative, because it looks to the assent of faith, but also practical, because it looks to the articles as ordered to Charity; for *faith works through love*, as the Apostle says, *Gal. 5*. Therefore the gift of Understanding extends itself to certain things to be done, not indeed so as to be principally occupied with them; but insofar as in our actions we are ruled by the eternal reasons, in the beholding and consulting of which, according to Aug. 12 *de Trin. cap. 7.*, the soul adheres to the superior reason, which is perfected by the gift of understanding, as St. Thomas also teaches. The holy Doctor confirms this with St. Thomas, from that Psalm 110: *Intellectus bonus omnibus facientibus eum* — a good understanding to all that do it.

Ex quo fit, ut actus eius sit speculativus, quia respicit assensum fidei, sed practicus etiam, quia respicit articulos, ut ordinatos ad Charitatem; nam fides per dilectionem operatur*, ut ait Apostolus* Galat. 5. *Itaque donum Intellectus ad quaedam operabilia se extendit, non quidem, ut circa ea principaliter versetur; sed in quantum in agendis regulamur rationibus aeternis, quibus conspiciendis, et consulendis, secundum August. 12.* de Trin. cap. 7. *adhaeret superior ratio, quae dono intellectus perficitur, ut docet etiam D. Thomas. Id confirmat S. Doct. cum D. Thom. illo Psalm. 110.* Intellectus bonus omnibus facientibus eum.

5 He ASSERTS, therefore, that the object of this Gift is the CREATOR, even as He shines forth in spiritual creatures, which are the Images of God.

ASSERIT igitur, obiectum huius Doni esse CREATOREM, etiam ut relucentem in creaturis spiritualibus, quae sunt Imagines Dei.

6 It is PROVED from the holy Doctor, first, from the Master *in littera*, saying that Understanding concerns not only eternal things, but also things invisible and spiritual, arisen in time.

PROBATUR a S. Doct. primo ex Magistro in littera *dicente Intelligentiam non tantum de aeternis esse, sed etiam de rebus invisibilibus, et Spiritualibus, in tempore exortis.*

7 SECOND, from St. Dionysius, *cap. 1. de coelesti hierarchia, circa medium*, where he has: *It is impossible that, so long as we are on the way, the divine ray shine forth upon us unveiled; but the creature that is spiritual is that veil showing God in an image:* Therefore, if the understanding is directed to the Creator, it must also be directed to the knowledge of the creature.

SECUNDO ex D. Dionysio cap. 1. de coelesti hierarchia, circa medium*, ubi habet:* Impossibile est quamdiu in via sumus, relucere nobis divinum radium, nisi circumvelatum; hoc autem velamen ostendens Deum in imagine, est creatura spiritualis: *Ergo si intellectus est ad Creatorem, debet etiam esse ad creaturae cognitionem.*

8 THIRD. There is no perfect love of God unless God is loved in Himself and in His image: Therefore likewise there is no perfect gift of Understanding unless God is known through it both as to His conditions and as to the conditions of the creatures that are like Him.

TERTIO. Non est perfectus amor in Deum, nisi ametur Deus in se, et in sua imagine: Ergo similiter non est perfectum donum Intellectus, nisi Deus per illud cognoscatur, et quoad conditiones suas, et quoad conditiones creaturarum, quae sunt ei similes.

9 FOURTH, Understanding and Faith belong to the same mind, according to St. Gregory 1. *Moral. cap. 18.*, who says that: *God gives understanding when He enlightens the mind concerning the things heard;* but Faith

regards not only the divine essence in itself, but also in its comparison with the creature: Therefore the gift of Understanding is ordered to the contemplation of both. See the holy Doctor in *Dicta loc. cit.*, where he opens the Books in which the CREATOR is read in creatures, which Gulielmus imitates in his discourses, written in Italian.

> *QUARTO de eisdem est Intellectus, et Fides, ex D. Gregorio 1.* Moral. cap. 18. *dicente, quod:* Deus intellectum dat, dum de auditis mentem illustrat; *sed Fides non tantum respicit divinam essentiam in se, sed etiam in comparatione ad creaturam: Ergo donum Intellectus ad duo illa contemplanda ordinatur. Vide S. Doct. in* Dicta loc. cit. *ubi Libros aperit, in quibus CREATOR in creaturis legitur, quem imitatur Glielmus in suis discursibus, Italice conscriptis.*

10 You will OBJECT first. The gift of Wisdom is concerned with eternal things: but the gift of Science is concerned with created things, according to St. Aug. 12. *de Trinitate, cap. 14.* Therefore either the gift of Understanding is superfluous, or its act is not concerned with those two.

> *OBIICIES primo. Donum Sapientiae circa aeterna versatur: Donum vero Scientiae circa creata, ex D. August. 12.* de Trinitate, cap. 14. *Ergo aut donum Intellectus superfluit; aut actus eius non est circa illa duo.*

11 The holy Doctor ANSWERS that the gifts of Wisdom and of Understanding are concerned with eternal things in different ways: for the gift of Wisdom regards eternal things according to the eternal reasons, insofar as those eternal reasons are the way to the taste and experimental knowledge of divine sweetness; but the gift of Understanding deals with eternal things according to the eternal reasons, which are the way to the knowledge of the truth, whereby it is thus rendered by the Holy Spirit mobile toward perceiving the truths of faith. Hence St. Bernard appropriates the gift of Understanding to faith: but the gift of Wisdom he appropriates to Charity, whose prerogative it is to dispose one to the tasting of God.

> *RESPONDEt S. Doct. diverso modo versari Sapientiae, et Intellectus dona circa aeterna: nam Sapientiae donum respicit aeterna secundum aeternas rationes; secundum quod illae aeternae rationes sunt via ad gustum, et experimentalem cognitionem divinae suavitatis; Donum vero Intellectus negotiatur circa aeterna, secundum rationes aeternas, quae sunt via ad cognitionem veritatis, quo sic a Spiritu Sancto redditur mobilis ad veritates fidei percipiendas. Hinc D. Bernardus donum Intellectus, fidei appropriat: donum vero Sapientiae, appropriat Charitati, cuius est disponere ad gustandum Deum.*

12 SIMILARLY the gift of Science is concerned with created things in a different way; for it regards being according to created reasons, whence it deals also with bodily creatures, which have the character of a vestige: but the gift of Understanding deals only with creatures according to the eternal reasons. And therefore it is concerned only with spiritual creatures, in which the eternal reasons shine forth as in an image.

> *SIMILITER donum Scientiae diverso modo versatur circa creata; nam respicit ens secundum rationes creatas, unde negotiatur etiam circa creaturas corporeas, quae habent rationem vestigii: Donum vero Intellectus negotiatur solum circa creaturas secundum rationes aeternas. Et ideo est tantum circa creaturas spirituales, in quibus rationes aeternae relucent, ut in imagine.*

13 You will OBJECT secondly. Wisdom and Science differ, because the latter is concerned with temporal things, but the former with eternal things. Therefore the gift of Understanding cannot be concerned with both these opposite characters, which are the objects of diverse good habits.

OBIICIES secundo. Sapientia, et Scientia differunt, quia haec versatur circa temporalia; illa vero circa aeterna. Igitur non potest donum Intellectus versari circa ambas has rationes oppositas, quae sunt obiecta diversorum bonorum habituum.

14 The holy Doctor ANSWERS by denying the consequence; because Wisdom and Science, as I have said, are concerned with those objects as opposites; but the gift of Understanding regards created things as ordered to the eternal reasons, and the one is on account of the other, and thus they are one object. Hence the holy Doctor deduces that the gift of Understanding is below wisdom and above science, and thus in the middle.

Respondet S. Doct. negando consequentiam; quia Sapientia, et Scientia, ut dixi versantur circa ea obiecta, ut opposita; at donum Intellectus respicit creata, ut ordinata ad rationes aeternas, et unum est propter aliud; atque adeo unum obiectum. Hinc deducit S. Doct. donum Intellectus esse infra sapientiam, et supra scientiam; et ita in medio.

15 You will OBJECT thirdly. Either the gift of Understanding consists in knowing only, or in knowing and being affected. If the first: Therefore it is not meritorious, because a cognitive act is not meritorious. If the second: Therefore it does not differ from Wisdom.

OBIICIES tertio. Aut donum Intellectus consistit in cognoscendo tantum, aut in cognoscendo, et afficiendo. Si primum: Ergo non est meritorium, quia actus cognitivus non est meritorius. Si secundum: Ergo non differt a Sapientia.

16 The holy Doctor ANSWERS that Wisdom and the gift of Understanding are related in different ways; for the former consists in the experience of divine sweetness, the latter in a knowledge extended to practice, as a way to the taste; just as the knowledge of faith is ordered to the delight, or love, of Charity, which indeed paves the way to infused wisdom, since it is founded upon the assent of faith, and moreover orders it to the taste of wisdom. Nevertheless, in the gift of Understanding too there is a certain delight in the truth, which is a kind of beatitude. To this he recalls in *Dicta ad Psal. 33. Gustate, et videte quoniam suavis est Dominus* — Taste, and see that the Lord is sweet. To taste belongs to wisdom; to see, to understanding; and he cites St. Gregory, *homil. 19. in Ezech.* The sum of this difference is that the gift of Understanding is properly penetrative; but the gift of Wisdom is properly savoring.

RESPONDEt S. Doct. diverso modo se habere Sapientiam, et donum Intellectus; nam illa consistit in experientia divinae suavitatis; hoc vero in cognitione extensa ad praxim, ut via ad gustum; sicut cognitio fidei ad delectationem, seu dilectionem Charitatis, quae quidem viam sternit ad sapientiam gratuitam, quoniam super assensum fidei fundatur, et insuper ordinat ad sapientiae gustum. Nihilominus in dono etiam Intellectus est quaedam delectatio de veritate, quae est beatitudo quaedam. Huc revocat in Dicta ad Psal. 33. Gustate, et videte quoniam suavis est Dominus. *Gustare, ad sapientiam pertinet: Videre, ad intellectum, et allegat D. Gregorium* homil. 19. in Ezech. *Summa huius differentiae est, quod donum Intellectus est proprie penetrativum; sed donum Sapientiae est proprie saporativum.*

17 You will OBJECT fourthly. If the gift of Understanding regards creatures, so that from them it may rise to the knowledge of God, it must regard not only spiritual but also bodily creatures; for in these also the Divine Goodness shines forth.

OBIICIES quarto. Si donum Intellectus respicit creaturas, ut ex eis consurgat in Dei cognitionem, debet respicere non modo spirituales, sed etiam corporeas; nam etiam in his relucet Divina Bonitas.

18 The holy Doctor ANSWERS that in bodily creatures the goodness of God shines forth only obscurely, as in a vestige, but in spiritual things more clearly, as in an image; and because the gift of

understanding concerns a contemplation clearer than is the knowledge of faith, hence it is that it regards only those creatures in which God shines forth more clearly; but these are those which have the character of an image.

> *RESPONDEt S. Doct. in creaturis corporeis relucere Dei bonitatem solum obscure, ut in vestigio, in spiritualibus vero clarius, ut in imagine; et quia ad donum intellectus spectat contemplatio clarior, quam sit cognitio fidei; hinc est, ut respiciat eas tantum creaturas, in quibus clarius elucet Deus; hae autem sunt, quae habent rationem imaginis.*

19 You will OBJECT fifthly. Gifts that are combined with one another are concerned with the same thing: such is the gift of Understanding, which is combined with the gift of Wisdom: Therefore. But the gift of Wisdom is concerned only with eternal things, therefore also the gift of Understanding.

> *OBIICIES quinto. Dona, quae invicem combinantur, circa idem versantur: Tale est donum Intellectus, quod dono Sapientiae combinatur: Ergo: Sed donum Sapientiae est solum circa aeterna, ergo et donum Intellectus.*

20 The holy Doctor ANSWERS that, because the gift of Wisdom consists in taste, but the gift of Understanding in the light of reason, and affection ascends higher than reason, and union than knowledge, as St. Dionysius says, hence it is that the gift of Wisdom has not so much need of the assistance of creatures as the gift of Understanding has. Therefore the latter is concerned also with creatures, as assistances for ascending to God. And so, when it is said that gifts which are combined with one another have the same object, this is true of the principal object, not of the assisting one.

> *RESPONDEt S. Doct. quod quia donum Sapientiae consistit in gustu; donum vero Intellectus in lumine rationis, et altius ascendit affectio, quam ratio, et unio, quam cognitio, ut ait S. Dionysius; hinc est, ut donum Sapientiae non sic indigeat adminiculo creaturae, sicut donum Intellectus. Ideo hoc versatur etiam circa creaturas, ut adminicula ad ascendendum in Deum. Itaque cum dicitur, dona, quae invicem combinantur, habere idem obiectum; id verum est de obiecto principali, non de adminiculante.*

21 *You will object* sixthly. The gift of Understanding is concerned with creatures insofar as they lead to the knowledge of the Creator: Therefore it contemplates God through a mirror: Therefore it does not differ from Faith.

> Obiicies *sexto. Donum Intellectus versatur circa creaturas, ut ducunt ad Creatoris notitiam: Ergo contemplatur Deum per speculum: Ergo non differt a Fide.*

22 *The holy Doctor answers* that faith and the gift of Understanding contemplate God in a mirror in different ways; for there are various degrees of the cognition of one who contemplates. Faith, therefore, renders one able to assent to the articles of faith immediately, though preceded by the knowledge, through creatures, of that which is signified by such a name. Thus it moves one to assent to the article of the Trinity, though preceded by the knowledge of the number three. But the gift of Understanding further illuminates one to know the motive on account of which the Trinity ought to be posited in the Divinity; namely, because it sees in the rational creature the going forth of the Word from the mind by the way of generation, and of Love from both, by the way of connection. And so the reason is evident why there ought to be diverse habits.

> Respondet *S. Doct. diverso modo fidem, et donum Intellectus contemplari Deum in speculo; sunt enim varii gradus cognitionis speculantis. Fides igitur habilitat ad assentiendum articulis fidei, immediate, praecedente tamen per creaturas cognitione illius, quod per tale, nomen dicitur. Sic movet ad assentiendum articulo Trinitatis, praevia tamen cognitione numeri ternarii. At vero donum Intellectus ulterius illuminat ad cognoscendum motivum, propter quod debeat*

Trinitas poni in Divinis; nempe, quia videt in creatura rationali egressum Verbi e mente per viam generationis, et Amoris, ab utroque per viam connexionis. Et ideo constat ratio, ob quam debeant esse habitus diversi.

23 From these considerations you have what the object of the gift of Understanding is, and what its act, and what the difference of this gift from the other habits.

Ex his habes; quodnam sit obiectum doni Intellectus; et quis actus illius; et quae sit huius doni ab aliis habitibus differentia.

Doubt IV: Whether the gift of understanding is found in all who have grace, and whether in these alone

1 I ASSERT first that Understanding is in all who have sanctifying grace.

Utrum DONUM INTELLECTUS insit omnibus habentibus gratiam, et an his solis.

Assero primo, Intellectum esse in omnibus, habentibus gratiam sanctificantem.

2 *It is proved* from St. Bonav. in Diaeta from that Psalm 110: *Intellectus bonus omnibus facientibus eum* — a good understanding to all that do it.

Probatur *a D. Bonav. in Diaeta ex illo Psal. 110.* Intellectus bonus omnibus facientibus eum.

3 *It is proved* from the holy Doctor *de septem donis, cap. 1.* from the progress of our conversion, as assigned by the Council of Trent *sess. 6. et 14.*, from which he also deduces the order of the Gifts of the Holy Spirit; for, as St. Anselm says, lib. de simil. *cap. 130.*: *First the Holy Spirit makes the mind fear through the gift of Fear; and compassionate with itself through the gift of Piety; and He manifests the things that are to be done through the gift of Science, and carries them out firmly through the gift of Fortitude; these three gifts belong to the appetitive power, and in this they differ from the gift of Understanding, which belongs first to the intellective power*, according to *St. Thomas, art. 6., and concerning those He makes us consult through the gift of Counsel, whereby there is an application of means to individual works, as St. Thomas says. Then the Holy Spirit kindles the mind to understand why this and that should be done, so that the affection of charity may follow: for this follows the perfect discovery of the truth; and this is from the understanding.* Therefore even natural understanding itself is called, *3. de anima, text. 18.*, a Light penetrating to the innermost essences; nor indeed can the will be rightly ordered to the good unless some knowledge of the truth pre-exists, because the object of the will is the good understood, as is said in *3. de anima, text. 34. et 49.* From these things it follows that the gift of Understanding is given together with grace, as the ultimate disposition to wisdom, or the Divine Savor. Therefore St. August., *lib. 2. de doctrina christiana, cap. 7.*, speaking of the seven gifts, says of the gift of Understanding: *After the fifth step, namely the gift of Counsel, through which the soul is raised up from the appetite for the filth of lower things, it ascends to the sixth step, that is, to the gift of understanding, where it cleanses that very eye by which God can be seen by those who die to this world; who see insofar as they die to the world.*

Probatur *a S. Doct.* de septem donis, cap. 1. *ex progressu nostrae conversionis, assignato a Concilio Trident.* sess. 6. et 14. *ex quo deducit etiam ordinem Donorum Spiritus Sancti; nam, ut ait D. Anselmus lib. de simil.* cap. 130. Primo Spiritus Sanctus mentem facit pauentem per donum Timoris; sibique compatientem per donum Pietatis; et ea, quae sunt facienda, manifestat per donum Scientiae, et illa fortiter exequitur per donum Fortitudinis, quae tria dona ad appetitivam pertinent vim; et in hoc differunt a dono Intellectus, quod primo ad intellectivam pertinet, secundum *D. Thomam* art. 6. et de ipsis facit consulere per donum Consilii, quo fit applicatio mediorum ad singularia opera, ut ait D. Thomas. Post Spiritus Sanctus accendit mentem ad intelligendum, cur haec, et illa fieri debeant, ut affectio charitatis sequatur: haec

enim sequitur perfectam veritatis inventionem; haec vero est ab intellectu. *Ideo Intellectus ipse naturalis dicitur* 3. de anima, text. 18. *Lumen penetrans ad intimas essentias; neque vero potest voluntas recte ordinari ad bonum, nisi praeexistente aliqua cognitione veritatis, quia obiectum voluntatis est bonum intellectum, ut dicitur* 3. de anima, text. 34. et 49. *Ex quibus fit, donum Intellectus dari cum gratia, ut ultimam dispositionem ad sapientiam, seu Divinum Saporem. Ideo D. August.* lib. 2. de doctrina christiana, cap. 7. *loquens de septem donis, ait de dono Intellectus:* Post quintum gradum, scilicet donum Consilii, per quod anima levatur ab appetitu sordium inferiorum, ascendit in sextum gradum, idest in donum intellectus, ubi ipsum oculum purgat, quo videri potest Deus ab his, qui huic saeculo moriuntur; qui in tantum vident, in quantum moriuntur saeculo.

4 *The holy Doctor observes*, however, *cap. 4.*, that a threefold truth is irradiated by the gift of Understanding: the truth of cognition, by showing us the faith of Christ to be most true: the truth of operation, by showing the most perfect operation; and the truth of love, by showing us charity. But the Holy Spirit works this revelation through the gift of Understanding, while He raises up, purifies, and inflames the mind from earthly things. For an earthly and animal affection impedes the understanding from understanding spiritual things, because: *The animal man perceiveth not those things that are of the Spirit of God*, as is said in *1 Corinth.* 2. From these things it follows that the gift of Understanding is in the just, who have a right will through charity, which presupposes a right understanding; and that it is given in the ultimate preparation for charity, but not to sinners in the composite sense; for of these (the holy Fathers say), Psalm 81: *They have not known nor understood, they walk on in darkness.*

Observat *autem S. Doct.* cap. 4. *triplicem veritatem irradiari dono Intellectus: Veritatem cognitionis, ostendendo nobis fidem Christi verissimam: Veritatem operationis, ostendendo operationem perfectissimam; et veritatem dilectionis, ostendendo nobis charitatem. Hanc autem revelationem operatur Spiritus Sanctus per donum Intellectus, dum mentem a terrenis elevat, purgat, et inflammat. Affectus enim terrenus, et animalis impedit intellectum, ne spiritualia intelligat, quia:* Animalis homo non percipit ea, quae Dei sunt, *ut dicitur* prima Corinth. 2. *Ex his sequitur, donum Intellectus esse in iustis, qui rectam habent voluntatem, per charitatem, quae supponit rectam intelligentiam; dari vero in ultima praeparatione ad charitatem, non autem peccatoribus in sensu composito; de his enim (aiunt SS. DD.) Psalm. 81.* Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant.

5 And although the actual gift of Understanding is convertible with Faith, which is also in sinners; nevertheless, as it is a habitual gift, it is only in him who has a right cognition and a direction of the will toward the end, as St. Bonav. says, *ad 3.*

Quamvis autem actuale donum Intellectus convertatur cum Fide, quae est etiam in peccatoribus; tamen ut est donum habituale, est solum in eo, qui habet rectam cognitionem, et directionem voluntatis ad finem, ut ait S. Bonav. ad 3.

6 But that it is given in the ultimate disposition to grace is proved by that John 6: *Every one that hath heard of the Father, and hath learned, cometh to me.* But we learn this through the Understanding, as St. Gregory teaches, *primo Moral. cap. 32.* Therefore whoever has understanding comes to Christ through grace that makes one pleasing. Hence this passage is not rightly cited here by St. Thom. *art. 5.* to prove that this gift of God is not present except in those already established in grace; for these do not come to Christ, but have come.

Quod vero detur in ultima dispositione ad gratiam, probatur illo Ioan. 6. Omnis qui audivit a Patre, et didicit, venit ad me. *Haec autem ediscimus per Intellectum, ut docet D. Gregorius* primo Moral. cap. 32. *Ergo quicumque habet intellectum, venit ad Christum per gratiam gratum facientem. Unde non recte affertur hic locus a D. Thom.* art. 5.

ad probandum, non esse hoc donum Dei, nisi in iam constitutis in gratia; hi enim non veniunt ad Christum, sed venerunt.

Doubt V: What is the necessity and utility of the gift of understanding

1 The holy Doctor begins, *cap. 3.*, to enumerate the necessity and utilities of this gift.

Qua sit necessitas, et utilitas DONI INTELLECTUS.

Incipit S. Doct. cap. 3. *necessitatem, et utilitates huius doni recensere.*

2 The first necessity indeed is for the faith to make manifest the hidden truths, veiled by so many Scriptures and Sacraments, since the human understanding without supernal light cannot reach out to apprehend them. He proves this from Richard, *lib. 3. de contempl. cap. 6.* Hence St. August., *lib. de spiritu, et anima, cap. 36.*: *By this light man can acknowledge that he was created to the image of God, and therefore capable of God, and therefore that God is trine and one, as the Son from the Father; and the Holy Spirit from both; and in a like manner from the understanding the Will; and from both the memory, and the word from the understanding; and from both love. See the Seraphic Doctor.*

Prima quidem necessitas est, fidei manifestate veritates reconditas, tot Scripturis, atque Sacramentis obvelatas, cum intellectus humanus absque lumine superno nequeat ad eas apprehendendas pertingere. Hoc probat ex Richardo lib. 3. de contempl. cap. 6. *Hinc D. August.* lib. de spiritu, et anima, cap. 36. Potest homo hoc lumine agnoscere, se ad imaginem Dei conditum, et ideo capacem Dei, atque ideo Deum trinum, et unum, ut filius a Patre; et ab utroque Spiritus Sanctus, et simili modo ab intellectu Voluntas; et ab utroque memoria, et verbum ab intellectu; et ab utroque amor. Vide Seraphicum.

3 He proceeds, *cap. quarto*, to describe by what manner the truths of the divine Scriptures shine forth upon us through the gift of understanding; as is said, 1 John 2: *The anointing of the Holy Spirit teacheth.*

Pergit cap. quarto *describere, quo pacto veritates Scripturarum divinarum nobis dono intellectus illucescant; ut dicitur prima Ioan. 2.* Unctio Spiritus Sancti docet.

4 In the fifth chapter he shows by what manner the veils of the Sacraments are revealed through the gift of understanding.

Capite quinto ostendit, quo pacto velamina Sacramentorum, dono intellectus revelentur.

5 In the sixth chapter he shows by what manner the spiritual day appears through this gift, as I shall say below.

Capite sexto ostendit; quo pacto dies spiritualis per hoc donum appareat, ut dicam infra.

6 In the seventh chapter he demonstrates that the spiritual banquet is prepared by this gift. See the holy Doctor; for it does not please me to transcribe whole chapters verbatim hither.

Capite septimo, convivium spirituale, hoc dono praeparari, demonstrat. Vide S. Doctorem; non enim libet capita integra verbatim huc transcribere.

Doubt VI: Whether the sixth beatitude, Blessed are the clean of heart, corresponds to the gift of understanding

1 St. Bonav. *de 7. donis, cap. 3.* and St. Th. here, together with St. August. *lib. 1. de serm. Domini in monte, cap. 9.*, assert that it does.

Utrum ***DONO INTELLECTUS*** respondeat sexta beatitudo, scilicet Beati mundo corde, etc.

Asserunt D. Bonav. de 7. donis, cap. 3. *et D. Th. hic cum D. August.* lib. 1. de serm. Domini in monte, cap. 9.

2 *It is proved* from the Seraphic Doctor, *cap. 4. de dono Intellectus.* As the light of the sun is related to the seeing of sensible things, and to the purifying of the air, so is Understanding related to the vision of spiritual things; but the cleanness of the air arises from the solar light, so that the Sun itself is clearly seen, and in the absence of this light the air is darkened, and as it were sullied: Therefore. To this the holy Doctor adduces that Psalm 81: *They have not known nor understood, they walk on in darkness*, where the cause of the soul's being darkened is referred back to a defect of Understanding. Then the holy Doctor assigns three degrees of the cleanness of heart, which are as it were the morning, the midday, and the evening of Understanding.

Probatur *a Seraphico* cap. 4. de dono Intellectus. *Sicut se habet lux solaris ad videnda sensibilia, et ad purgandum aërem, ita se habet Intellectus ad visionem spiritualium; sed munditia aëris oritur a luce solari, ita ut clare videatur ipse Sol, et absente hac luce, aër obscuretur, et veluti deturpetur: Ergo. Ad hoc adducit S. Doct. illud Psalmi 81.* Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant, *ubi causa, unde anima obtenebretur, refunditur in defectum Intellectus. Deinde assignat S. Doctor. tres gradus munditiae cordis quae sunt veluti mane, meridies, et vespera Intellectus.*

3 The first degree is when, through the Gift of Understanding, being recalled to our interior self, with the light of compunction we wipe away all the stains and darknesses of sins, and there shines upon us a certain twilight of divine light, whence may arise the morning cleanness of heart, which corresponds to the morning of understanding.

Primus gradus est, quando per Donum Intellectus ad nostra interiora revocati lumine compunctionis omnes peccatorum maculas, et tenebras abstergimus, et sublucet nobis quoddam divinae lucis crepusculum, unde oriatur matutina cordis munditia, quae respondet ad mane intellectus.

4 The second degree is a certain excess of light and fervor of heart, penetrating all the veils that overshadow the rays of truth, illuminating, strengthening(?) and inflaming the mind with clarity and at the same time with charity: And hence is born the midday of Understanding, and the midday cleanness of heart.

Secundus gradus est nimietas quaedam lucis, et cordis fervor, penetrans omnia velamina, obumbrantia veritatis radios, illuminans pariter et inflammans mentem claritate, et simul charitate: Et hinc nascitur meridies Intellectus, et meridiana cordis munditia.

5 The third degree is when this fervent clarity declines toward evening, the Lord nevertheless remaining as the fount of all clarity and fervor; Hence at once the sleep of contemplation is begun, and the nocturnal delights are celebrated, with the lamps of divine splendor lit on every side; see the Seraphic Doctor himself, saying marvelous things about these, beyond human understanding, through several chapters.

Tertius gradus est, quando fervida haec claritas advesperascit, manente tamen Domino, omnis claritatis, et fervoris fonte; Hinc mox inchoatur somnus contemplationis, et nocturnae deliciae celebrantur, accensis undique divini fulgoris lampadibus; vide ipsum Seraphicum, de his mira, et super humanum intellectum per plura capita dicentem.

Doubt VII: Whether faith, among the fruits of the Holy Ghost, corresponds to the gift of understanding

[1] The holy Doctors assert that to the gift of Understanding there corresponds, among the fruits of the Holy Spirit, faith, and they prove it; Since, indeed, the Theological and Divine truths, which are revealed to us by faith for salvation, are veiled beneath the veil of many figures, the obscurity of prophecies, and the diversity of expositions, it was necessary that another supernatural light be superadded, causing the certitude of the former, penetrating with a certain experimental clarity to the inner veils, and in a certain way making one see what faith made one believe; whence it is said, John 10(13): *Unless you believe, you shall not Understand;* for these the Seraphic Doctor cites St. Bernard, *serm. 33. in cantica*, where he discoursed most excellently on the correspondence of faith and understanding as follows: *Truth is set before me, but in a Sacrament. The Angel is fed on the fatness of the wheat, and I must meanwhile be content with the naked grain beneath a certain rind of the Sacrament, with the husk of the flesh, with the chaff of the letter, with the veil of faith. And these are such things as, when tasted, bring death, if they do not receive from the first-fruits of the Spirit however little a seasoning, which comes about through the gift of Understanding; and he adds: In all these things faith is rich to me, understanding poor: but is savor not given to the understanding and to the faith, since the one is in merit, the other in reward.*[1] *See the Seraphic Doctor, cap. quinto de dono Intellect.*

[1] Editor's note: the print reads 'numquid verò per sapor intellectui, fideique, cum sit in meritum ista, in praemium illa' — a garbled Bernard citation (serm. 33 in Cantica) whose syntax cannot be restored with confidence; rendered as a rhetorical question ('is savor not given to the understanding and to the faith?'), taking 'sapor' (the taste of the gift of Understanding) as subject.

An ***DONO INTELLECTUS*** respondeat, inter fructus Spiritus Sancti, Fides.

Dono Intellectus inter fructus Spiritus Sancti respondere fidem asserunt SS. Doctores, et probant; Cum enim veritates Theologicae, et Divinae, quae nobis fide revelantur ad salutem, sint velatae sub plurium figurarum velamine, prophetiarum obscuritate, et expositionum diversitate, necesse fuit superaddi aliud lumen supernaturale, prioris causans certitudinem, et experimentali quadam claritate penetrans ad interiora velamina, faciensque quodammodo videre, quod fides fecit credere, unde dicitur Ioan. 10. Nisi credideritis, non Intelligetis; *pro his affert Seraphicus Doctor D. Bernardum* serm. 33. in cantica, *ubi praeclare de fidei, et intellectus correspondentia sic disserit:* Mihi apponitur veritas, sed in Sacramento. Angelus ex adipe frumenti saginatur, et nudo grano me oportet interim quodam Sacramenti cortice esse contentum, carnis furfure, palea litterae, fidei velamine. Et haec talia sunt, quae gustata afferunt mortem, si non de primitiis Spiritus, quantulumque accipiant condimentum, quod fit per donum Intellectus, et subdit: In his omnibus fides est mihi locuples, intellectus pauper: numquid vero per sapor intellectui, fideique, cum sit in meritum ista, in praemium illa. Vide Seraphicum cap. quinto de dono Intellect.

Question XXXI: On the gift of knowledge

[1] To faith also pertains the gift of science; since, indeed, faith in itself is obscure, indicating what is to be done, but not in all things how to act, this gratuitous Gift is given by the Holy Spirit, through which faith is begotten, nourished, defended, and strengthened, whose proper act is to render man easily mobile by the Holy Spirit toward judging well and discriminating according to the rules of the eternal law in those things to be done whose manner of acting is not determined, as far as we are concerned, because they do not always come about uniformly. So the holy Doctor, *cap. 3. de dono scientiae.* Hence there is made known divinely to man the right judgment in his actions, and it extends itself to the things to be believed and done which are proposed to us in Holy Scripture: Of this gift St.

Greg. speaks thus, *lib. 10. Moral. apud D. Bonav. de dono scientiae, cap. 2.*, indicating that it is especially cultivated by the reading of Holy Scripture: *From earthly desires it invites the heart to the embracing of things above; it aids the mind of the reader with humble words, and raises it with sublime sentences. It stirs the soul especially toward charity, manifesting the many lovelinesses of the Creator, and proposing the many ways in which He may be loved.* The rest I shall indicate through certain doubts.

> *Ad fidem spectat etiam donum scientiae; cum enim fides in se sit obscura, indicans quid, sed non in omnibus quomodo agendum, datur hoc Donum gratuitum a Spiritu Sancto, per quod fides gignitur, nutritur, defenditur, et roboratur, cuius proprius actus est reddere hominem facile mobilem a Spiritu Sancto ad bene discernendum, et diiudicandum secundum legis aeternae regulas in his agibilibus, quorum non est determinatus agendi modus, quoad nos, eo quod non semper uniformiter fiant. Ita S. Doct.* cap. 3. de dono scientiae. *Hinc homini divinitus innotescit rectum iudicium in agendis, seque extendit ad credibilia, et factibilia, quae nobis in Scriptura Sacra proponuntur: De hoc dono ita loquitur D. Greg.* lib. 10. Moral. apud D. Bonav. de dono scientiae, cap. 2. *indicans, ipsum lectione Sacrae Scripturae maxime conciliari:* A terrenis desideriis ad superna amplectenda cor invitat, legentis animum humilibus verbis adiuvat, sublimibus vero sententiis levat. Animam praecipue provocat ad charitatem, manifestando plures Creatoris amabilitates, et proponendo plures, quibus ametur, modos. *Reliqua per aliquas dubitationes indicabo.*

Doubt I: Whether knowledge is a gift of the Holy Ghost

1 The holy Doctor asserts that Science is a Gift of the Holy Spirit. He shows this from what was said above, and it is evident from that Wisdom 10: *The Lord led the just, etc. he gave him the science of holy things.* Hence also he infers that science is an infused habit, in which man has judgment concerning his actions, so that he may in no way stray from it, but whatever he judges is to be done, he may order to be done promptly and expeditiously. For as Understanding does two things concerning truths, perceiving them, and directing the will, while it obeys them, so our mind, irradiated by the gift of Science, first, receives the supernal truths; second, it discerns without error how they are to be observed in practice.

> An ***SCIENTIA*** sit donum Spiritus Sancti.
>
> *Asserit S. Doctor, Scientiam esse Donum Spiritus Sancti. Hoc ostendit ex dictis supra, et patet ex illo Sapient. 10.* Iustum deduxit Dominus, etc. dedit illi scientiam Sanctorum. *Hinc etiam infert, scientiam esse habitum infusum, in quo homo habeat illud circa agenda iudicium, ut in nullo deviet, sed prompte, et expedite, quicquid agendum iudicet, agi iubeat. Nam sicut Intellectus duo circa veritates cognoscit, eas percipiendo, et voluntatem, dum eis obsequitur, dirigendo. Ita mens nostra, dono Scientiae irradiata, primo supernas veritates Capit; secundo, quomodo in praxi observentur, absque errore discernit.*

2 Since, moreover, man is blind with respect to supernatural things by his own light, he cannot proceed safely among so many precepts unless a certain light shine upon him from above, joining what is to be done to what is to be believed, whence through this gift the actions of man are resolved to the articles of faith as to their principles, which only the Holy Spirit can accomplish in man.

> *Cvm enim homo ad res supernaturales proprio lumine caecutiat, non possit inter tot praecepta tuto procedere, nisi desuper ipsi illuceat quaedam lux, componens cum credendis agenda, unde per hoc donum hominis actiones resolvuntur ad fidei articulos, tanquam ad sua principia, quod solus Spiritus Sanctus in homine praestare potest.*

3 And in order that this science be distinguished from the other, which is acquired by one's proper powers, the holy Doctor relates the description and distinction of both; first, indeed, from St. Bernard

upon the Canticles: *There is a certain secular science, secular, which inebriates not with Charity, but with curiosity; it fills, but does not nourish; it puffs up, and does not build up; it swells, and does not strengthen. Second, from St. August. lib. 14. de Trinit. cap. 1.: There is a Science which is not of vain things, nor of curious ones, but is begotten concerning those things upon which the most salubrious faith leads to true beatitude, is nourished, etc.*, and this the Seraphic Doctor concludes to be the gift of the Holy Spirit.

> *Ut autem discernatur haec scientia ab alia, quae propriis viribus acquiritur, refert S. Doctor descriptionem, et discretionem utriusque, et primo quidem e D. Bernardo super Cantica:* Scientia quaedam est saecularis, saecularis, quae inebriat non Charitate, sed curiositate, implet sed non nutrit; inflat, et non aedificat, ingurgitat, et non confortat. Secundo e D. August. lib. 14. de Trinit. cap. 1. Est Scientia, quae non est rerum vanarum, nec curiosarum, sed de his, quibus fides saluberrima, quae ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, etc. *et hanc concludit Seraphicus esse donum Spiritus Sancti.*

Doubt II: Whether knowledge is concerned with divine things

1 It must be said that science concerns only created things in their order to God. Since, indeed, the soul experiences difficulty, and in a certain manner grows torpid, with respect to supernatural acts; according to the kinds of difficulty, habits are infused into it, whereby it may be made mobile for the service of the Holy Spirit: whence, since especially the will is held back from acting on account of a defect of cognition in the intellect, two habits are given to remove this defect, the first of which is concerned with created things, and concerning them passes judgment through their causes, and is called the Gift of science: the other is concerned with divine things through the most exalted principles, and it is Wisdom.

> *Dicendum, scientiam esse de rebus tantum creatis in ordine ad Deum. Cum enim anima patiatur difficultatem, et quodammodo torpescat ad actus supernaturales; iuxta difficultatum genera, ipsi infunduntur habitus, quibus fiat mobilis in obsequium Spiritus sancti: unde cum praecipue voluntas ab agendo retardetur ob defectum cognitionis in intellectu; dantur ad removendum hunc defectum duo habitus, quorum primus versatur circa creata, et de ipsis per suas causas iudicium fert, vocaturque Donum scientiae: alter versatur circa divina per altissima principia, et est Sapientia.*

2 But the created things with which Science is concerned are, first, the other sciences, acquired by study and teaching, concerning which by the gift of infused science we judge rightly and with sound sense; and this, considered in this present state, the holy Doctor calls *the morning hour;* because it is still mixed with darkness.

> *Creata autem, circa quae versatur Scientia, sunt primo aliae scientiae, studio, et doctrina acquisitae, circa quas dono infusae scientiae iuste sentimus, et recte iudicamus; et hanc, hoc statu consideratam, vocat Sanctus Doctor* horam matutinam; *quia adhuc tenebris admiscetur.*

3 Second, the Gift of science is concerned with the things to be believed and done, contained in the sacred letters. For from these it draws forth a most ardent light, whereby it inflames and illuminates the mind, as with the midday sun; of this he says, *Isaias 18: As the light of midday, it is clear.*

> *Secundo versatur Donum scientiae circa credibilia, et agibilia, sacris litteris contenta. Ex his enim eruit lucem ardentissimam, qua inflammat, et illuminat mentem, veluti Sole meridiano; de hac dicit* Isaias 18. Sicut lux meridiana, clara est.

4 Third, this science is occupied with the other moral matters, establishing and quieting the mind in truth, lessening the labor by the intuition of eternal quiet, and bringing it to its terminus: This is the

end, and the evening twilight, of this gift; on account of these things it is said, *Psalm 103.*, says the Seraphic Doctor here at the end of chapter 1: *Man goeth forth in the morning to his work, until the evening.*

> *Tertio occupatur haec scientia circa caetera moralia, mentem in veritate stabiliens, et quietans, laborem intuitu quietis aeternae minuens, et terminans: Hic est finis, et vespertinum huius doni crepusculum; propter haec dicitur* Psal. 103. *inquit Seraphicus hic ad finem capitis 1.* Exibit homo mane ad operationem suam usque ad vesperam.

Doubt III: Whether the gift of knowledge is speculative

1 Since Science is borne especially toward doing and believing, so that it may pass judgment on these according to truth, St. Thom. and St. Bonav. *cap. 3. de dono scientiae* assert here that it is primarily speculative: it is nevertheless secondarily practical, because it is also ordered to operation, insofar as it prescribes that charity be begotten and defended in this or that way. Both holy Doctors prove that this gift is at once speculative and practical from St. Greg. 1. *Moral. cap. 6.*, who says: *Science in its day makes a banquet, because it makes a fast from the ignorance in the womb of the mind.* But the fast of ignorance is not broken except by both science, speculative and practical; for he who has contracted an ignorance of supernatural things by acting perversely must needs expel it not only by knowing rightly, but also by acting well.

> *Cum Scientia praecipue feratur in agenda, et credenda, ut de ipsis secundum veritatem iudicium ferat, eam esse primario speculativam afferunt hic D. Thom. et D. Bonav. cap. 3.* de dono scientiae: *est tamen secundario practica, quia etiam ad operationem ordinatur, quatenus charitatem his, aut illis modis gignendam, tuendamque praescribit. Probat uterque Sanctus Doctor, hoc donum speculativum simul esse, et practicum, e D. Greg. 1.* Moral. cap. 6. *dicente:* Scientia in die sua convivium facit, quia in ventre mentis ignorantiae ieiunium facit. *Sed ignorantiae ieiunium non solvitur, nisi per utramque scientiam speculativam, et practicam; qui enim rerum supernaturalium ignorantiam perverse agendo contraxit, necesse est, ut non solum recte sciendo, sed et bene agendo eam expellat.*

2 Then, speculation, or practice, of Science is drawn from the condition of the object; but the object of this science, although primarily speculable, is nevertheless in certain respects operable; for it supplies the medium and manner by which the practice of divine love is had; indeed, for this present state it would be in vain unless it illuminated toward the exercise of charity, as the Seraphic Doctor has from Hugh, lib. *de vanitate mundi*, where he says: *In vain does the abundance of divine cognition grow in us, unless the flame of divine love increase in us.*

> *Deinde speculatio, vel praxis Scientiae desumitur a conditione obiecti; sed obiectum huius scientiae, quamvis primario speculabile, est tamen in aliquibus operabile; haec enim praestat medium, et modum, quibus praxis divinae dilectionis habeatur, imo pro hoc statu frustra esset, nisi ad charitatis exercitium illuminaret, ut habet Seraphicus ex Hugone lib.* de vanitate mundi, *ubi dicit:* Frustra in nobis divinae cognitionis abundantia crescit, nisi in nobis divinae dilectionis flamma augescat.

3 Then, the Gift of science follows the nature of faith; for it also passes judgment on this; but faith, although primarily it does nothing concerning its object, nevertheless, once perfected, works abundantly through charity. *Galat. 5.*

> *Deinde Donum scientiae sequitur naturam fidei; de hac enim etiam iudicat; sed fides, licet primario nihil operetur circa suum obiectum, abunde tamen, iam perfecta, operatur per charitatem.* Galat. 5.

4 Finally, to these considerations add that spiritual banquet of science, where the Seraphic Doctor feeds the whole throng at the threefold table of History, Allegory, and Anagoge with most savory and

sweetest dishes, through the whole of chapter 3; see them there, for those dishes translated hither would perhaps lose their native savor.

> *His denique adiice convivium illud spirituale scientiae, ubi ad triplicem mensam Historiae, Allegoriae, et Anagogiae sapidissimis, et dulcissimis ferculis cibat Seraphicus totam turbam, per totum caput 3. ipsorum ibi vide, istinc enim fercula illa huc translata nativum saporem forsan amitterent.*

Doubt IV: Whether the third beatitude, Blessed are they that mourn, corresponds to the gift of knowledge

1 Since temporal things are possessed with excessive joy because the vileness of these things is not known, and heavenly things still, beneath the bitter rind of the letter, are found tasteless; hence the mind cannot acknowledge its blindness, and much less can the will turn it away by a salutary mourning:

> *Cum temporalia ideo cum laetitia nimia possideantur, quia harum vilitas ignoratur, et adhuc caelestia sub amaro litterae cortice insipida probentur; hinc nequit mens suam agnoscere caecitatem, multoque minus salutari luctu valet voluntas eam avertere:*

2 Therefore the holy Doctors, St. Thomas here, St. Bonaventura, *cap. 3. de septem Donis*, assert that the third beatitude corresponds to the Gift of science.

> *Asserunt igitur SS. Doctores, S. Thomas hic, S. Bonaventura,* cap. 3. de septem Donis, *tertiam beatitudinem respondere Dono scientiae.*

3 It is proved first from St. August. *supra de sermone Domini in monte, cap. 9.* Then, because the gift of science teaches one to pass right judgment on the creatures on account of which man is turned away from God and slides into miseries, and therefore to that right judgment of science there corresponds the mourning, whereby one is turned away from the evil of lust, and from the languor of concupiscence, and is converted to the evil of one's own blindness, to be bitterly bewailed, as that word of the Psalmist says: *I shall reflect upon all my years in the bitterness of my soul.* From this Gift of science also arises the reward of this beatitude, namely that supernal consolation, whereby man, having clearly seen the vanity of the creature,[1] and tasting the goodness of God, is filled to the marrow. But this consolation is promised not to those who revel, but to those who mourn; nor can they mourn who do not pass through the gift of science to the contemplation of pure truth, as the Seraphic Doctor concludes here.

[1] Editor's note: the print/OCR reads 'qua homo perspecta dens creaturae vanitatem' (djvu layer: 'qua homo pcrfpcta denscteatutz vanitatem'); 'dens' is a defective letterform or stray mark and is not Latin; rendered as 'having clearly seen the vanity of the creature' without it.

> *Probatur primo ex D. August.* supra de sermone Domini in monte, cap. 9. *Deinde, quia donum scientiae docet rectum ferre iudicium creaturarum, ob quas homo avertitur a Deo, et in miserias labitur, et ideo illi iudicio recto scientiae respondet luctus, quo avertitur a malo libidinis, et a languore concupiscentiae, et convertitur ad propriae caecitatis malum amare deflendum, ut dicat illud Psalmistae:* Recogitabo omnes annos meos in amaritudine animae meae. *Ex hoc etiam Dono scientiae oritur huius beatitudinis praemium, nimirum consolatio illa superna, qua homo perspecta creaturae vanitatem, et Dei gustans bonitatem, medullitus repletur. Verum haec consolatio non luxuriantibus, sed lugentibus promittitur, nec lugere queunt, qui per donum scientiae ad contemplationem purae veritatis non transeunt, ut concludit hic Seraphicus Doctor.*

Disputation II: On Unbelief

1 Among the unfaithful there are some who never received the faith, and these are the pagans: Others are those who rejected the faith once received, and these are heretics: Others, finally, who long worshiped the faith of the Savior under figures, but did not acknowledge it when it was manifested, and these are the Jews: Here we are to treat of unfaithfulness in general for the absence of faith, and when something is to be touched upon concerning the unbaptized unfaithful: in the following disputation, however, we shall discourse on heresy.

> *Infidelium alii sunt, qui nunquam fidem receperunt, et hi sunt pagani: Alii sunt, qui fidem receptam respuerunt, et hi sunt haeretici: Alii denique, qui Salvatoris fidem diu sub figuris coluerunt, sed eam exhibitam non agnoverunt, et isti sunt Iudaei: Hic de infidelitate in genere pro fidei carentia agendum, et cum aliquid de infidelibus, non baptizatis, libandum: In sequenti vero disputatione de haeresi disseremus.*

Question I: What unbelief is, and what kind of sin it is

1 It is TO BE NOTED, from St. Bonaventura on those words *Lucas 19. Non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quod non cognoveris tempus visitationis tuae* — There shall not be left in thee a stone upon a stone: because thou hast not known the time of thy visitation — that Infidelity is the ruin of the spiritual edifice; just as faith, on the contrary, is the foundation of that edifice. But this is Infidelity, not that which is opposed to Fidelity, which is a moral virtue inclining toward faith, or a promise to be kept, of which *Eccles. 5. Displicet Deo infidelis promissio* — An unfaithful promise displeaseth God — as the holy Doctor warns on that passage; but it is the infidelity that is opposed to the Theological virtue, as I said, *disp. 1. quaest. 1.*, with St. Bonau. That Infidelity is a sin, I showed in *disput. 1. quaest. 14.* and the following, where the obligation to believe the articles of faith, and other matters, were treated of; and therefore it can be sinned against by grave omission, in not learning the things of faith that have been sufficiently proposed.

> ***Quid, et quale peccatum sit INFIDELITAS.***
>
> *NOTANDUM ex D. Bonaventura ad ea verba* Lucae 19. Non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quod non cognoveris tempus visitationis tuae*, Infidelitatem esse ruinam aedificii spiritualis; sicut fides e contra est fundamentum eius aedificii. Haec autem est Infidelitas, non quae opponitur Fidelitati, quae est virtus moralis inclinans ad fidem, seu promissum servandum, de qua* Eccles. 5. Displicet Deo infidelis promissio*, ut monet S. Doct. ad eum locum; sed est infidelitas, quae opponitur virtuti Theologicae, ut dixi* disp. 1. quaest. 1. *cum D. Bonau. Infidelitatem esse peccatum, ostendi* disput. 1. quaest. 14. *et sequentibus, ubi actum est de obligatione credendi articulos fidei, et alia; atque adeo peccari posse omissione gravi, non discendo res fidei, sufficienter propositas.*

2 But Infidelity can be sinned against in TWO WAYS: either positively, by attacking and refusing the truth of faith once acknowledged, and this is called infidelity of contrariety; Or privatively, by lacking the due knowledge. Some add another negative lack, which is through invincible ignorance, but this the majority do not admit, with St. Bonavent. *3. dist. 21. art. 1. quaest. 3.*, of which I treated in *Prima secundae, tract. de peccato, disp. 1. quaest 1.*

> *DUPLICITER vero potest Infidelitate delinqui, vel positive, veritatem fidei agnitam impugnando, et recusando, et haec dicitur infidelitas contrarie: Vel privatime, carendo notitia debita. Aliqui addunt aliam carentiam negativam, quae sit*

per ignorantiam invincibilem, sed hanc non admittunt plurimi cum D. Bonavent. 3. dist. 21. art. 1. quaest. 3. *de quibus egi* Prima secundae, tract. de peccato, disp. 1. quaest 1.

3 Infidelity is DIVIDED, moreover, into Heresy, Judaism, and Paganism, by St. Thom. *quaest. 10. art. 5.* and St. Bonau. p. 1. Gentil. *sect. 26.* There the holy Doctor proves that infidelity is the greatest sin among sins, viz. *Ioan. 16. Arguet mundum de peccato, etc. quia non crediderunt in me* — He will argue the world of sin, etc. because they believed not in me. He calls this *Sin* antonomastically. And *Ioan. 3. Qui non credit, iam iudicatus est: quia non credidit in nomine Unigeniti filii Dei* — He that doth not believe is already judged: because he hath not believed in the name of the Only-begotten Son of God. And of Mark, at the end: *Qui vero non crediderit, condemnabitur* — But he that believeth not shall be condemned — as if the supreme punishment were prepared for the unfaithful. I said, with St. Bonau., that infidelity is the greatest sin among sins, because no one on the way hates God expressly, but only interpretatively, as St. Bonau. teaches on those words *Ioan. 15. Et oderunt me, et Patrem meum* — And they hated me, and my Father. Interpretatively indeed they hate, insofar as they are turned away from Him through sins, or would not be punished; but formal hatred is the proper possession of the damned.

DIVIDITUR autem Infidelitas in Haeresim, Iudaismum, et Paganismum a D. Thom. quaest. 10. art. 5. *et D. Bonau. p. 1. Centil.* sect. 26. *Ibi probat S. Doct. infidelitatem esse peccatum, maximum inter peccata viz* Ioan. 16. Arguet mundum de peccato, etc. quia non crediderunt in me. *Vocat hoc* Peccatum *antonomastice. et* Ioan. 3. Qui non credit, iam iudicatus est: quia non credidit in nomine Unigeniti fily Dei. *Et Marci ultimo:* Qui vero non crediderit, condemnabitur, *quasi poena summa infidelibus praeparata sit. Dixi, inter peccata viz infidelitatem esse peccatum maximum, cum D. Bonau. quia nullus in via odit Deum expresse, sed solum interpretative, ut docet D. Bonau. ad ea verba* Ioan. 15. Et oderunt me, et Patrem meum. *Interpretative quidem oderunt, quatenus ab eo avertuntur per peccata, vel nollent puniri; odium vero formale, est damnatorum proprium.*

4 St. THOMAS compares infidelity with the hatred of God, and says that this is worse, because it is opposed to Charity, which is greater, *1 Corinth. 13.* But that Infidelity is greater, he says, than Despair, as I shall say in *disp. 6. quaest. un.*, although the latter is more perilous. See also Tannerus *T. 1. quaest. 8. dub. 1.*

D. THOMAS comparat infidelitatem cum odio Dei, et ait, hoc esse peius, quia opponitur Charitati, quae maior est prima Corinth. 13. *Infidelitatem vero maiorem, ait, Desperatione, ut dicam* disp. 6. quaest. un. *tametsi haec sit periculosior. Vide etiam Tannerum* T. 1. quaest. 8. dub. 1.

5 Furthermore, the holy Doctor places infidelity in the intellect, *in 3. dist. 5. quaest. 5. ad 4.*; for it is opposed to faith, which is in the intellect and the will, or in free choice, as I said, *disp. 1. quaest. 18.* Of this treat Suarez *disp. 16. sect. 3.*, Hurtado *disp. 67.*, Lugo *disp. 18. sect. 1.* They ask especially: whether the sin of infidelity is always consummated in the intellect; whether sometimes in the Will alone.

PORRO infidelitatem in intellectu ponit S. Doct. in 3. dist. 5. quaest. 5. ad 4. *opponitur enim fidei, quae est in intellectu, et voluntate, seu in libero arbitrio, ut dixi* disp. 1. quaest. 18. *De quo agunt Suarez* disp. 16. sect. 3. *Hurtado* disp. 67. *Lugo* disp. 18. sect. 1. *Quaerunt praecipue: an peccatum infidelitatis semper consummetur in intellectu; an in sola aliquando Voluntate.*

6 Suarez *loc. cit.*, Coninch. *disp. 18. dub. 3.*, Tannerus *2. 2. disp. 1. quaest. 8. dubio secundo*, Fuliens. *lib. 3. cap 6.* DENY it.

NEGANT Suarez loc. cit. *Coninch.* disp. 18. dub. 3. *Tannerus* 2. 2. disp. 1. quaest. 8. dubio secundo, *Fuliens.* lib. 3. cap 6.

7 Valentia *disp. 1. quaest. 10. p. 1.*, Hurtado *disp. 68. sect. 2.* ASSERT it, which opinion, understood Metaphysically, pleases Lugo, *num. 9*, although, speaking commonly, he adheres to the former. Fuliens., however, says that the objective malice is in the intellect, which fails from faith; but the formal [malice] in the will, from which the perverse act of the intellect freely goes forth.

ASSERUNT Valentia disp. 1. quaest. 10. p. 1. *Hurtado* disp. 68. sect. 2. *quae sententia Metaphysice intellecta placet Lugo* num. 9 *licet communiter loquendo, priori adhaereat. Fuliens. vero malitiam obiectivam in intellectu ait, qui deficit a fide; formalem vero in voluntate, a qua libere exit actus intellectus pravus.*

Question II: Whether all the works of unbelievers are sins

1 The sectaries of this time clamor that all the works of infidels are sins. So Luther, *art. 36.* among those condemned by Leo X; Melanchthon *in Apol. confess. Augustana*; Bucerus *lib. de concordia communi*; Calvin *lib. 2. Instit. cap. 3.*; Kemnitius *in examine sess. 6. can. 7.*

An opera omnia Infidelium sint peccata.

SECTARII huius temporis omnia opera infidelium, peccata esse clamant. Sic Lutherus art. 36. *ex damnatis a Leone X. Melanchthon* in Apol. confess. Augustana, *Bucerus* lib. de concordia communi. *Calvinus* lib. 2. Instit. cap. 3. *Kemnitius* in examine sess. 6. can. 7.

2 But the opinion of Gregory of Rimini was, *2. sent. dist. 41. quaest. un. art. 2.*, that every action of that infidel is evil who is wholly ignorant of God; but not the actions of heretics, who at least acknowledge God. Capreolus, however, in *2. dist. 41. quaest. un. art. 3.*, thinks that at least every commanded action, done by an infidel at the time it is commanded, is evil, because it ought to be referred to the true God, which infidels do not do, since they do not know the true God: and in this he favors Gregory.

FVIT vero sententia Gregorii Arim. 2. sent. dist. 41. quaest. un. art. 2. *omnem actionem istius infidelis esse malam, qui omnino Deum ignoret; non autem haereticorum, qui Deum saltem agnoscunt. Capreolus vero in* 2. dist. 41. quaest. un. art. 3. *putat, saltem omnem actionem praeceptam, factam ab infideli, quo tempore praecipitur, esse malam, quia deberet referri in Deum verum, quod non faciunt infideles, qui Deum verum ignorant: et in hoc Gregorio favet.*

3 Yet it is most true that some works of infidels are good.

VERISSIMUM tamen est, aliqua opera infidelium esse bona.

4 It is proved first from St. Bonaventure, *3. dist. 38. dub. 2. ex 7 primo Exodi*, where the midwives of Egypt are praised, because against the king's command they kept alive the Hebrew infants, to which they were bound by both Divine and natural law. Now those midwives were infidels. And of them it is said: *Quia timuerunt Deum, aedificavit eis domos* — Because they feared God, he built them houses. There St. Jerome says: *AEdificavit eis domos spirituales: Ergo aliquam spiritualem rem adeptae sunt* — He built them spiritual houses: therefore they attained some spiritual thing.

PROBATUR primo a S. Bonau. 3. dist. 38. dub. 2. ex 7 primo Exodi, *ubi Obstetricaes AEgyptiae laudantur, quia contra Regis mandatum servabant vivos infantulos Hebraeorum, ad quod lege Divina, et naturali tenebantur. Illae autem Obstetricaes infideles erant. De his vero dicitur:* Quia timuerunt Deum, aedificavit eis domos. *Ubi D. Hieronymus:* AEdificavit eis domos spirituales: Ergo aliquam spiritualem rem adeptae sunt.

5 It is proved second from the Saintly Doctor, from what is said in *prima secundae, tract. 5. qui de Gratia, disp. 1. quaest. 10.*, where it is shown that by the powers of nature one can perform a good moral work.

> *PROBATUR secundo a S. Doct. ex dictis* prima secundae, tract. 5. qui de Gratia, disp. 1. quaest. 10. *ubi ostendi, posse aliquem viribus naturae, agere bonum opus morale.*

6 It is proved third from the Saintly Doctor here, because neither faith nor sanctifying grace is required for a good moral work, as the Council of Trent defines, *sess. 6. cap. 7.*, where under anathema they condemn those who say that every action of man before justification is sin.

> *PROBATUR tertio a S. Doct. hic, quia ad opus bonum morale non requiritur fides, neque gratia sanctificans, ut definit C. Trident.* sess. 6. cap. 7. *ubi sub anathemate damnantur dicentes, omnem actionem hominis ante iustificationem esse peccatum.*

7 The same is proved from the Fathers: Ambrose *lib. 1. de Abraham, cap. 2.*; Jerome *in fine lib. 2. com. in epistolam ad Galat.*; Augustine *lib. de spiritu, et litt. cap. 27. et 28.*; Chrysostom *homil. 67. ad popul.* See Tanner *disp. 1. q. 8. dub. 4.*

> *Idem probatur ex PP. Ambrof.* lib. 1. de Abraham, cap. 2. *Hieron.* in fine lib. 2. com. in epistolam ad Galat. *August.* lib. de spiritu, et litt. cap. 27. et 28. *Chrysost.* homil. 67. ad popul. *Vide Tannerum* disp. 1. q. 8. dub. 4.

8 They object certain passages of Scripture, *Matth. 7. Non potest arbor mala bonos fructus facere* — A bad tree cannot bring forth good fruit.

> *OBIICIUNT aliqua loca Scripturae,* Matth. 7. Non potest arbor mala bonos fructus facere.

9 The Saintly Doctor answers here, from St. Augustine *lib. 1. cont. Iulianum, cap. 3. et in Enchir. cap. 15.*, that the bad tree is said to be the will, insofar as it wills something badly, or insofar as the will of that infidel is not perfectly good. So also Tanner and others.

> *RESPONDET S. Doct. hic ex D. August.* lib. 1. cont. Iulianum, cap. 3. et in Enchir. cap. 15. *dici arborem malam voluntatem, quatenus male aliquid vult, vel ut voluntas est illius infidelis, non perfecte bona est. Ita etiam Tannerus, et alii.*

10 Second they object that word of *Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere* — Without me you can do nothing.

> *SECUNDO obiiciunt illud* Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere.

11 The Saintly Doctor answers on that passage, and *in 2. dist. 28. art. 2. quaest. 3.*, that He speaks of meritorious works, and of those which are a disposition to salvation de congruo. Then it suffices that the help of God be present, so that one may act on account of God known as the author of nature, even if faith is absent.

> *RESPONDET S. Doct. ad eum locum, et* in 2. dist. 28. art. 2. quaest. 3. *loqui de operibus meritoriis, et de his, quae sunt dispositio ad salutem de congruo. Deinde sufficit, si auxilium Dei adsit, ut operetur ob Deum cognitum authorem naturae, etiamsi absit fides.*

12 They object third, *Rom. 14. Omne, quod non est ex fide, peccatum est* — All that is not of faith is sin.

> *OBIICIUNT tertio* Rom. 14. Omne, quod non est ex fide, peccatum est.

13 The Saintly Doctor answers, *in 3. dist. 23. dub. 2. et in 4. dist. 39. q. 3.*, that he there speaks of conscience in the manner of a work, so that a deed done against conscience is evil. Thus it is expounded by St. Chrysostom, *homil. 26. in epistolam ad Romanos*, and by others. So also Tanner *loco citato*.

> *RESPONDET S. Doct.* in 3. dist. 23. dub. 2. et in 4. dist. 39. q. 3. *ibi loqui de conscientia, ut opus, contra conscientiam factum, malum sit. Sic exponitur a D. Chrysost.* homil. 26. in epistolam ad Romanos, *et aliis. Ita etiam Tannerus* loco citato.

14 They object fourth that word of Titus 1: *Coinquinatis, et infidelibus nihil est mundum* — To the defiled and unbelieving nothing is clean.

> *OBIICIUNT quarto id Titi primo:* Coinquinatis, et infidelibus nihil est mundum.

15 *It is answered* from St. Bonaventure here, and St. Chrysostom *homil. 3. ibi*, that all things are unclean to infidels when they superstitiously perform their actions; for an infidel can judge one thing unclean, for instance a little wine, as well as a sow. See the rest in Valencia *quaest. 10. p. 2.*; Tanner *loco citato*.

> Respondetvr *ex D. Bonav. hic, et D. Chrysost.* homil. 3. ibi; omnia esse immunda infidelibus, superstitiose suas actiones peragentibus; tam enim potest infidelis unum existimare immundum, puta vinulum, quam Suem. *Vide reliqua in Valentia* quaest. 10. p. 2. *Tannero* loco citato.

Question III: Whether unbelievers can be compelled to hear the faith

1 We now speak of Infidels who are without, not baptized.

> *LOQUIMUR nunc de Infidelibus, qui extra sunt, non baptizati.*

2 The Saintly Doctor proves this power admirably, first *on 14. Lucae, where the King commands: Go out into the highways and hedges: and compel them to come in, that my house may be filled.* There those ministers are the preachers, who are commanded by Christ to seek the gentiles outside the city, in the highways and hedges, according to the exposition of St. Gregory in the *Gloss. in cap. 14. Lucae, et homil. 36. in Evang.*; *but by the ways*, however, of the city they seek the Jews, who were known to keep the law under urban conversation. And He commands them to compel these by terrors of eternal punishments, not by the torments of war, as the Saintly Doctor notes, but by most efficacious reasons, as St. Thomas also notes, *quaest. 22. de ver. art. 9. et alii.*

> *POTESTATEM hanc egregie probat S. Doct. primo* ad 14. Lucae, ubi Rex praecipit: Exi in vias, et sepes: et compelle intrare, ut impleatur domus mea. *Ubi ministri illi praedicatores sunt, qui praecipiuntur a Christo, ut extra civitatem in vias, et sepes quaerant gentiles, iuxta expositionem D. Gregorii in* Gloss. in cap. 14. Lucae, et homil. 36. in Evang. per vias autem *urbis quaerunt Iudaeos, qui tenere legem sub urbana conversatione noverant. Hos vero compellere terroribus aeternorum suppliciorum iubet, non bellicis tormentis, ut advertit S. Doct. sed rationibus efficacissimis, ut notant etiam D. Thom.* quaest. 22. de ver. art. 9. et alii.

3 The Saintly Doctor shows the same *at the end of Lucae, on those words of Christ: Sic oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis: et praedicari in nomine eius poenitentiam, et remissionem peccatorum in omnes gentes* — Thus it behoved Christ to suffer, and to rise again from the dead: and that penance and remission of sins should be preached in his name unto all nations. And He shows this right from Genesis 22: *Benedicentur in semine tuo omnes gentes* — In thy seed shall all nations be blessed. Genesis 49: *Ipse erit expectatio gentium* — He shall be the expectation of nations. Psalm 2: *Postula a me, et dabo tibi gentes* —

Ask of me, and I will give thee the nations. *Ego autem sum Rex ab eo constitutus, praedicans praeceptum eius* — But I am a king set up by him, preaching his command. Isaiah 49: *Dedi te in lucem gentium* — I have given thee for a light of the nations.

> *IDIPSUM ostendit S. Doct.* ad ultimum Lucae ad ea verba Christi: Sic oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis: et praedicari in nomine eius poenitentiam, et remissionem peccatorum in omnes gentes. *Hoc autem ius ostendit ex Genes. 22.* Benedicentur in semine tuo omnes gentes. *Genes. 49.* Ipse erit expectatio gentium. *Psal. 2.* Postula a me, et dabo tibi gentes. Ego autem sum Rex ab eo constitutus, praedicans praeceptum eius. *Isa. 49.* Dedi te in lucem gentium.

4 The Saintly Doctor confirms this, *in 3. dist. 14. dub. 4.*, on that word of Matthew at the end: *Data est mihi omnis potestas in caelo, et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes* — All power is given to me in heaven and on earth. Going therefore, teach all nations. Having premised this, he shows it from this place in *4. dist. 3. p. 2. quaest. 1. ad quintum.*

> *CONFIRMAT S. Doct.* in 3. dist. 14. dub. 4. illo Matth. ultimo: Data est mihi omnis potestas in caelo, et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes. *Praemissis id ostendit ex hoc loco in* 4. dist. 3. p. 2. quaest. 1. ad quintum.

5 And the Apostle, 2 Corinthians 5: *Posuit in nobis verbum reconciliationis: Pro Christo ergo legatione fungimur* — He hath placed in us the word of reconciliation: for Christ therefore we are ambassadors.

> *ET Apostolus secunda Corinth. 5.* Posuit in nobis verbum reconciliationis: Pro Christo ergo legatione fungimur.

6 Since, therefore, with his divine power He has sent preachers as Legates to announce the Gospel, they have the right of coercing those who would wish to hinder this preaching; for such power belongs to a King for coercing those who would wish to hinder his own Legates, as is clear *ex l. 2. ff. de his, quibus mandata est iurisdictio, C. Praeterea de officio delegati.* Thus the Doctors commonly hold, as in Tanner *2. 2. disp. 1. quaest. 9. dub. 1. num. 10. et sequent.*

> *CUM igitur divina sua potestate miserit praedicatores Legatos ad annunciandum Evangelium, habent ius illi coërcendi eos, qui praedicationem hanc vellent impedire: Talis enim potestas inest Regi ad eos coërcendos, qui suos vellent impedire Legatos, ut constat* ex l. 2. ff. de his, quibus mandata est iurisdictio, C. Praeterea de officio delegati: *Ita sentiunt communiter Doctores apud Tannerum* 2. 2. disp. 1. quaest. 9. dub. 1. num. 10. et sequent.

7 There are, however, several questions about these.

> *De his vero sunt nonnullae quaestiones.*

8 The first is: To whom belongs the authority of sending preachers to the Infidels.

> *PRIMA est: Ad quos pertinet authoritas mittendi praedicatores ad Infideles.*

9 The Saintly Doctor answers, *in opusculo. Quare fratres minores praedicent*, that it belongs to the Pope and to the other Pastors, from *Lucae 10.* Hence Innocent, on that word of Rom. 10, *Quomodo praedicabunt, nisi mittantur* — How shall they preach unless they be sent, cited in *cap. cum ex iniuncto de haereticis*, says that no one ought to usurp the office of preaching for himself indiscriminately. This the Saintly Doctor proves from those words of Christ: *Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam* — Pray therefore the lord of the harvest, that he send labourers into his harvest. Matthew 9.

RESPONDET S. Doct. in opusculo. Quare fratres minores praedicent; *competere Papae, et aliis Pastoribus ex* Lucae 10. *Unde Innocentius in illud Rom. 10.* Quomodo praedicabunt, nisi mittantur *relatus in* cap. cum ex iniuncto de haereticis, *ait, quod non debet sibi quisquam indifferenter praedicationis officium usurpare. Quod probat S. Doct. illis verbis Christi:* Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. *Matth. 9.*

10 But it belongs to Princes to defend the Missionaries, not directly by reason of their own jurisdiction, but as they are ministers of the Pontiff. Thus Alexander VI divided the Provinces of the Indies between the Kings of Castile and Portugal, so that they might defend the preachers and those sent into them.

PERTINET vero ad Principes defendere Missionarios, non directe ratione suae iurisdictionis, sed ut sunt ministri Pontificis. Sic Alexander VI. divisit Regibus Castellae, et Lusitaniae Provincias Indiarum, ut praedicatores, et missos in his defenderent.

11 That they may be accompanied by armed armies, so that they may go in safety, is taught by Maior *2. dist. 44. quaest. 2. et* newly by Joannes Solorzano in Diana, *6. p. tract. 4. resol. 15.*

Posse vero eos comitari exercitibus armatis, ut securi eant, docent Maior 2. dist. 44. quaest. 2. et *noviter Ioannes Solorzano apud Dianam,* 6. p. tract. 4. resol. 15.

12 The opposite, however, is held by Lugo *disp. 19. sect. 2. §. 1.*, together with Suarez *disp. 18. de fide.*; Hurtado *disp. 75.*; Castro Palao *Tom. 1. tract. 4. disp. 2. p. 5.*

OPPOSITUM tamen sentiunt Lugo disp. 19. sect. 2. §. 1. *cum Suarez* disp. 18. de fide. *Hurtad.* disp. 75. *Castro Palao* Tom. 1. tract. 4. disp. 2. p. 5.

13 They prove it from that *Matth. 10.*, where Christ sends the Apostles: *Sicut agnos inter Lupos, sine baculo, etc.* — As sheep among wolves, without staff, etc. But now our question is: Whether, if the preaching of the Gospel is offered peacefully and the Infidels refuse to hear it, they can be compelled by force of arms to hear it.

PROBANT illo Matth. 10. *ubi Christus mittit Apostolos:* Sicut agnos inter Lupos, sine baculo, etc. *Iam vero est nostra quaestio: An, si praedicatio Evangelii pacifice offeratur, et Infideles renuant audire, cogi armorum vi possint ad eam audiendam.*

14 The first opinion is the affirmative one of Maior *loc. cit.*

PRIMA opinio est assertiva Maioris loc. cit.

15 The second is negative. So Valencia *quaest. 10. p. 6. et*, as Salmeron indicates, *T. 12. tract. 38.*; Coninck *disp. 18. dub. 14. num. 24.*; Cajetan, Bannes, Aragon *2. 2. quaest. 10. art. 8. et* others commonly, as in Tanner *disp. 1. quaest. 9. dub. 1.* It seems also to be St. Bonaventure's, *ad 9. Lucae*, on those words: *Nescitis cuius spiritus estis* — You know not of what spirit you are.

SECUNDA est negativa. Ita Valentia quaest. 10. p. 6. et *indicat Salmeron* T. 12. tract. 38. *Coninch.* disp. 18. dub. 14. num. 24. *Caietanus, Bannes, Aragon.* 2. 2. quaest. 10. art. 8. et *alii communiter apud Tannerum* disp. 1. quaest. 9. dub. 1. *Videtur D. Bonav.* ad 9. Lucae in ea verba: Nescitis cuius spiritus estis.

16 The third, middle opinion asserts that unbaptized infidels are subjects of Christian Princes only. So Suarez *disp. 18. sect. 2.*; Hurtado *disp. 75. sect. 3.*, who prove it from the Bull of Gregory XIII, compelling the Jews to hear our faith every week, only from a sermon. The same holds Scotus, *4. dist. 4. quaest. ult.*; Castro *lib. 2. de haeret. punit. cap. 14.*

TERTIA sententia media asserit, quoad non baptizatos infideles, eos esse subditos Principibus Christianis tantum. Ita Suarez disp. 18. sect. 2. *Hurtado* disp. 75. sect. 3. *qui id probant ex Bulla Gregorii XIII. cogentis Iudaeos ad audiendam singulis hebdomadibus fidem nostram e concione solum. Idem vult Scotus* 4. dist. 4. quaest. ult. *Castro* lib. 2. de haeret. punit. cap. 14.

17 I assert this opinion with St. Bonaventure. It is proved from him. For Christ rebuked the disciples wishing to punish the Samaritans who refused to receive Christ, *Lucae 9*; and they are rebuked because it did not belong to the Apostles to coerce with punishments, since it had been said to them: *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos* — As the Father hath sent me, I also send you. He Himself, when sent, was to announce to the gentle, anointed with the unction of love, as is said *Isaie 61. et .42.*: *Dedi spiritum meum super eum: Calamum quassatum non conteret, et linum fumigans non extinguet* — I have given my spirit upon him: the bruised reed he shall not break, and the smoking flax he shall not extinguish. Hence He answered the disciples there: *Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare* — You know not of what spirit you are. The Son of man came not to destroy souls, but to save. For this advent was not of justice, but of mercy, Ioan. 3: *Non misit Deus Filium suum, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum* — God sent not his Son to judge the world, but that the world be saved by him; whence from this He took the name JESU, *Matth. 1.*, not Alexander's, not Caesar's. And therefore whoever has the Spirit of God ought not to seek vengeance, but to show patience, as Ambrose says in the Gloss there: *Perfecta virtus non habet studium ultionis. Nec ulla est iracundia charitatis, sed plenitudo* — Perfect virtue has no zeal for revenge. Nor is there any anger in charity, but fullness. Therefore it is said, *Rom. 12. Non vosmetipsos defendentes charissimi, etc.* — Not defending yourselves, most beloved, etc. These things, St. Bonaventure, *locis citatis.*

ASSERO cum hac D. Bonav. sententia. Probatur ab illo. Christus enim corripuit discipulos volentes punire Samaritas, recusantes recipere Christum Lucae 9. *corripiuntur vero, quia ad Apostolos non pertinebat poenis coërcere, cum illis dictum esset:* Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. *Ipse autem missos est mansuetis annunciare, unctus unctione amoris, ut dicitur* Isaie 61. et .42. Dedi spiritum meum super eum: Calamum quassatum non conteret, et linum fumigans non extinguet. *Unde ibi respondit discipulis:* Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare. *Quoniam hic adventus non erat iustitiae, sed misericordiae, Ioan. 3.* Non misit Deus Filium suum, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum; *unde hinc nomen IESU accepit* Matth. 1. *non Alexandri, non Caesaris. Et ideo qui Spiritum Dei habet, non debet expetere vindictam, sed exhibere patientiam, ut ait Ambrosius in Glossa ibi:* Perfecta virtus non habet studium ultionis. Nec ulla est iracundia charitatis, sed plenitudo. *Ideo dicitur* Rom. 12. Non vosmetipsos defendentes charissimi, etc. *Haec S. Bonav.* locis citatis.

18 From which I see that he inclines to the opinions denying that any coercion whatsoever can be inflicted upon Infidels.

Ex quibus video, ipsum inclinare ad sententias, negantes coactionem quamcumque Infidelibus posse inferri.

19 Nor does the power of preaching given by Christ entail the power of compelling to the sermon; otherwise a Preacher sent by a Bishop could compel hearers to the sermon.

NEQUE ex potestate praedicandi data a Christo, sequitur potestas cogendi ad concionem; alioqui Concionator missus ab Episcopo, posset cogere auditores ad concionem.

20 The common opinion, therefore, is that outside infidels cannot be compelled to hear the faith; for no power for this given by Christ is found, as Lugo notes, *loco citato, num. 65.*

Communis igitur sententia est, non posse cogi infideles extraneos ad fidem audiendam; nulla enim ad hoc potestas data a Christo invenitur, ut notat Lugo loco citato, num. 65.

Question IV: Whether unbelievers can be compelled to embrace our faith, when it has been sufficiently set forth

1 The first opinion is that infidels can be compelled to embrace the faith when sufficiently propounded. So Maior, 2. dist. 4., and indeed Genesius Sepúlveda, as in the Cardinal de Lugo disp. 19. sect. 2. §. 2.

An cogi queant Infideles ad FIDEM nostram, sufficienter propositam, amplectendam.

Prima opinio est, posse infideles cogi ad amplectendam fidem, sufficienter propositam. Ita Maior 2. dist. 4. et quidem Genesius sepulueda apud Cardinalem de Lugo disp. 19. sect. 2. §. 2.

2 The second opinion asserts this of infidels who are subjects in temporal things of a Prince coercing them to the faith; yet they assert this speaking of Divine law; for by Human law this coercion is prohibited. This Scotus teaches, 4. dist. 4. quaest. 7. at the end, and some of his School; Lorca asserts it probable, 3. disp. 36.

Secunda sententia id asserit de infidelibus, qui sunt subditi in temporalibus Principi, eos ad fidem cogenti; id tamen asserunt, loquendo de iure Divino; nam iure Humano haec coactio prohibetur. Hanc docet Scotus 4. dist. 4. quaest. 7. in fine, et aliqui ex eius Schola; eam probabilem asserit Lorca 3. disp. 36.

3 Others limit it to indirect coercion; but they deny it of direct. So Gabriel, dicta dist. 4. quaest. 2.; Angelus, as in Suarez disp. 18. sect. 3.

Alii id limitant ad coactionem indirectam; negant vero de directa. Ita Gabriel dicta dist. 4. quaest. 2. Angelus apud Suarez disp. 18. sect. 3.

4 The common and true opinion altogether denies that infidels, whether they are subjects or not subjects, can be compelled to embrace the faith. So St. Thomas, quaest. 10. art. 8. and 12., where Cajetan and the other Thomists, Paludanus, Durandus, Antonius, Richardus, Sotus, Abul., Sylvester, Castro, Victoria and others, whom Suarez cites and follows above; Bannes, Aragon, Turrianus, Valencia, Azorias and others, whom Hurtado cites, disp. 75. sect. 2.; Coninck, disp. 18. dub. 14. num. 125.; Castro Palao, Tom. 1. tract. 4. disp. 2. p. 6.; Lugo, disp 19. sect. 2. §. 2.; Tannerus, disp. 1. quaest. 9. dub. 1., who reviews others. Add Bass., verb. *Fides*, 2. num. 8. And it is the opinion of St. Bonaventure, in 4. dist. 4. p. 1. art. 2. quaest. 1. arg. 4. opp., which he admits also in other places, adduced quaest. 3.

Communis, et vera sententia negat omnino, posse infideles, sive subditi sint, sive non subditi, cogi ad amplectendam fidem. Ita D. Thom. quaest. 10. art. 8. et 12. ubi Caietanus, et alii Thomistae, Paludanus, Durandus, Antonius, Richardus, Sotus, Abul. Sylvester, Castro, Victoria, et alii, quos affert, et sequitur Suarez supra, Bannes, Aragon, Turrianus, Valentia, Azorias, et alii, quos afferunt Hurtad. disp. 75. sect. 2. Coninch. disp. 18. dub. 14. num. 125. Castro Palao Tom. 1. tract. 4. disp. 2. p. 6. Lugo disp 19. sect. 2. §. 2. Tannerus disp. 1. quaest. 9. dub. 1. qui alios recensent. Adde Bass. verb. Fides, *2. num. 8. Est autem sententia D Bonau. in 4. dist. 4. p. 1. art. 2. quaest. 1. arg. 4. opp. quod admittit etiam aliis locis, adductis quaest. 3.*

5 I assert with this opinion that infidels, whether subjects or not subjects, cannot be compelled to embrace the faith.

Assero cum hac sententia, non posse infideles, sive subditos, sive non subditos, cogi ad fidem amplectendam.

[6] St. Gregory the Great commands this, lib. 11. epist. 15., cited in *cap. Qui sincera, dist. 45.*, and the Fourth Council of Toledo, *cap. 56. relatum eadem dist. cit. de Iudaeis.* And Innocent III decrees the same in *cap. Maiores, de Baptismo*, where the Pontiff gives the reason: because it is against the Christian religion, which is the reason of St. Bonaventure: because the Evangelical Law is free; and it does not judge those that are outward, as the Apostle teaches, *prima Corinth. 5.*, as St. Bonaventure notes, in 4. *dist. 39. art. 2. quaest. 1.*; and therefore the Saintly Doctor observes, ad 10. *Lucae*, the Mission of Christ: *Ecce ego mitto vos, sicut Agnos inter Lupos* — Behold I send you as sheep among wolves, where he says that the arms with which He wills the world to be brought to the faith are meekness, and not arms after the ancient manner; and he notes that Paul himself was thus converted, of whom it had been said, *Genesi. 49. Beniamin Lupus rapax* — Benjamin a ravening wolf, who, having been thrown from his horse by Christ the Monarch, yet convicted by arguments and lights, came of his own accord to the faith. Hence the adversaries bring forward this example in vain, as Lugo notes, *num. 85.* In this sense he expounds also that word of *Lucae 14. Compelle eos intrare* — Compel them to come in; that is, not by arms, but by heavenly motives; not by temporal punishments, but at most by the terror of eternal punishments, as St. Bonaventure expounds on this place: *Arma enim militiae Christianae non sunt carnalia* — For the arms of Christian warfare are not carnal, as is said *2. Cor. 10.* St. Ambrose notes this, *lib. 7. in Lucam.* And he observes that the Apostles are forbidden to take up rods, which are signs of power, as the Saintly Doctor describes *ad Psal. 22.*; and in the commentary, *cap. 22. Lucae*, St. Bonaventure observes with St. Ambrose *lib. 10. in Lucam*, that it is commanded that for the time of the Passion alone the Apostles take up two swords for mere defense, and the Gloss adds: *Donec sopita persecutorum insania, tempus euangelizandi redeat* — Until the madness of the persecutors having been lulled, the time of evangelizing return. But if this coercive force did not remain in the Church, it does not appear how it could remain in Princes in regard to infidels: for to judge of the things of faith belongs to the Church.

Id praecipit S. Gregorius Magn. lib. 11. epist. 15. relatus in cap. Qui sincera, dist. 45. *et Concilium Tolet. 4.* cap. 56. relatum eadem dist. cit. de Iudaeis. *Et id ipsum decernit Innocentius III. in* cap. Maiores, de Baptismo*, ubi Pontifex reddit rationem; quia est contra Christianam religionem, quae est ratio D. Bonau. quia Lex Euangelica libera est; nec de his, quae foris sunt iudicat, ut docet Apostolus* prima Corinth. 5. *ut notat S. Bonau. in 4.* dist. 39. art. 2. quaest. 1. *et ideo observat S. Doct. ad 10.* Lucae *Missionem Christi:* Ecce ego mitto vos, sicut Agnos inter Lupos*, ubi arma, quibus vult, mundum reduci ad fidem, esse mansuetudinem, ait; non autem arma, more antiquo, et sic conuertisse ipsummet Paulum, aduertit; de quo dictum erat,* Genesi. 49. Beniamin Lupus rapax*, qui conversus fuit, ex Equo sane a Christo Monarcha deturbatus; sed convictus argumentis, et luminibus, sponte ad fidem venit. Unde frustra exemplum hoc adducunt adversarii, ut advertit Lugo* num. 85. *Hoc sensu explicat, et illud* Lucae 14. Compelle eos intrare*, idest non armis, sed motivis caelestibus; non poenis temporalibus, sed terrore, ad summum, poenarum aeternarum, ut exponit D. Bonau. ad hunc locum:* Arma enim militiae Christianae non sunt carnalia*, ut dicitur* 2. Cor. 10. *Id aduertit S. Ambrosius* lib. 7. in Lucam. *Et observat, prohiberi Apostolos tollere virgas, quae sunt signa potestatis, ut describit S. Doct.* ad Psal. 22. *et in commentario,* cap. 22. Lucae *S. Bonau. observat cum D. Ambrosio* lib. 10. in Lucam*, praecipi, ut pro tempore solo passionis sumant Apostoli duos gladios ad meram defensionem, et addit Glossa:* Donec sopita persecutorum insania, tempus euangelizandi redeat. *Quod si in Ecclesia non mansit haec vis coactiva, non appareat quomodo manere possit in Principibus, in ordine ad infideles: nam de rebus fidei iudicare ad Ecclesiam spectat.*

7 But the Saintly Doctor proves this admirably *ad 9. Lucae*, on that remarkable event, when Christ was going to Samaria, and because the Samaritans were unwilling to receive Him for preaching, James and John wished to punish them with fire from heaven; but Christ rebuked them. *Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed salvare* — You know not of what spirit you are. The Son of man came not to destroy the souls of men, but to save; which place I weighed in the preceding question with St. Bonaventure. If some had weighed this, they would not have raged with such slaughter and savagery against the wretched infidels in distant lands, under the pretext of winning them to the Christian religion; on this see the Archbishop of Valencia in the history of America,[1]

[1] Editor's note: the print reads 'vide Archiepiscopum Valentiz in historia Americz'; terminal 'z' is the OCR's garbling of the 'æ' ligature; rendered as 'Valentiæ in historiâ Americæ'.

> *Egregie autem id probat S. Doct.* ad 9. Lucae *facto illo insigni, quando Christus ibat Samariam, et quia Samaritae noluerunt recipere illum ad praedicandum; Iacobus, et Ioannes volebant igne eos punire e caelo; at Christus eos reprehendit.* Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed salvare*, quem locum, quaestione superiori perpendi cum D. Bonau. Hoc si nonnulli pensassent, non tanta strage et immanitate saeviissent in miseros infideles, apud exoticas terras, sub praetextu Christianam religionem ipsis conciliandi; de hoc vide Archiepiscopum Valentiz in historia Americz.*

8 *It is proved* by the Saintly Doctor *ad 9. Lucae* with reasons, because the nations ought to be moved to the faith voluntarily, in the spirit of rectitude; otherwise contentions and scandals arise, so that the nations say: *Haeccine hic Christus eorum praecepit, qui se Salvatorem mundi praedicandum mandavit?* — Did this Christ of theirs command, who bade himself be preached as the Savior of the world? Tanner also uses these, *num. 4.*

> Probatvr *a S. Doct.* ad 9. Lucae *rationibus, quia gentes ad fidem debent moueri voluntarie, spiritu rectitudinis; alioqui contentiones, et scandala oriuntur, ut dicant gentes:* Haeccine hic Christus eorum praecepit, qui se Salvatorem mundi praedicandum mandavit? *His utitur etiam Tannerus* num. 4.

9 *You will object*, that Sisebutus King of Spain once compelled the Jews to Baptism, and he is praised by the Fourth Council of Toledo, *cap. 56.*; but King Ferdinand expelled the Jews from the kingdom.

> Obiicies*, Sisebutum Regem Hisp. olim Iudaeos ad Baptismum coëgisse, qui laudatur a Concilio Toletano 4.* cap. 56. *Rex vero Ferdinandus Iudaeos e regno expulit.*

10 *It is answered*, that the zeal of Sisebutus is praised, not the deed. Ferdinand indeed expelled the Jews by right, not wishing them to dwell in his kingdoms, lest they harm his subjects. So would that the bloodsuckers be driven out on every side.

> Respondetvr*, laudari Sisebuti Zelum; non factum. Ferdinandus vero iure expulit Iudaeos, nolens habitare in suis regnis, ne suis subditis nocerent. Sic utinam sanguisugae undique pellantur.*

11 *You will object* second, that St. Gregory *Magn. lib. 3. epist. 26.*, cited in *cap. Iam vero, 23. quaest. 6.*, seems to wish infidels to be compelled by exactions.

> Obiicies *secundo, S. Gregorius* Magn. lib. 3. epist. 26. *relatus,* cap. Iam vero, 23. quaest. 6. *videtur velle, cogendos infideles exactionibus.*

12 *It is answered*, that they are compelled indirectly and by right, by not remitting to them the tributes due, unless they be converted.

Respondetvr, *cogi indirecte, et iure, non remittendo eis tributa debita, nisi convertantur.*

13 *You will object* third, the Laws enacted against Pagans and their rites, *ut Lex prima, Lex Ne quis. Lex Nemo ea. Lex Nemo venerandi, C. de Paganis*, which laws are praised by the Councils and Fathers, as in Suarez *sect. 4.*

Obiicies *tertio Leges latas contra Paganos, et eorum ritus,* ut Lex prima, Lex Ne quis. Lex Nemo ea. Lex Nemo venerandi, C. de Paganis*, quae leges laudantur a Conciliis, et PP. apud Suarez* sect. 4.

14 *It is answered*, that those laws prohibit the sacrilegious cults of Demons and other things against the natural law, to which Princes have right by nature.

Respondetvr, *eas leges prohibere cultus Daemoniorum sacrilegos, et alia, quae sunt contra legem naturae, ad quod Principes naturale habent ius.*

15 *You will object* fourth. Those baptized unwillingly are compelled to obey the Church, as is clear from the Fourth Council of Toledo, *cap. 56.*, cited in *cap. de Iudaeis, dist 45.*

Obiicies *quarto. Baptizati inuiti coguntur ad obediendum Ecclesiae, ut constat e Concilio Tolet. 4.* cap. 56. *relato* cap. de Iudaeis, dist 45.

16 Lugo answers, *num. 91.*, from St. Bonaventure, in *4. dist. 3. p. 1. art. 2. quaest. 1.*, that not all who are baptized unwillingly are so esteemed; but those who, driven by fear, so that they may avoid inconveniences, approach baptism; and these are said to be unwilling only in a certain respect.

Respondet *Lugo* num. 91. *e D. Bonau. in* 4. dist. 3. p. 1. art. 2. quaest. 1. *non omnes inuitos aestimari baptizatos; sed eos, qui metu adacti, ut vitent incommoda, baptismum adeunt; et hi dicuntur tantum secundum quid inuiti.*

Question V: Whether unbaptized unbelievers can be compelled to abandon errors or rites contrary to natural reason

1 The first opinion is affirmative. So Maior, and Sepúlveda, as in Suarez *disput. 18. sect. 4.* They are cited by Coninck *disput. 18. num. 184.*; St. Antoninus *3. p. tit. 22. cap. 1. §. 6. et 8.*, but there he speaks according to the mind of Augustinus Anconitanus. Sylvester is also adduced, under the word *Papa, quaestione 7.*, who speaks in the same way. Panormitanus is also cited, *cap. Quod super his, de* voto; and after Panormitanus, Hostiensis, and Innocent on cap. *Quod super his, extra de voto.*

An Infideles non baptizati, cogi queant ad relinquendos errores, vel ritus, rationi naturali contrarios.

Prima opinio est assertiua. Sic Maior, et Sepulueda apud Suarez disput. 18. sect. 4. *Citantur a Coninchio* disput. 18. num. 184. *D. Antonin.* 3. p. tit. 22. cap. 1. §. 6. et 8. *sed ibi loquitur ad mentem Augustini Anconitani. Adducitur etiam Syluest. verbo* Papa, quaestione 7. *qui eodem modo loquitur. Citantur etiam Panormitanus* cap. Quod super his, de *voto, et a Panormitano, Hostiensis, et Innocentius in cap.* Quod super his, extra de voto.

2 The common opinion of Theologians grants this of subject infidels only. So *Caietan. Victoria, Soto, Valentia, Aragon,* and others, whom *Suarez disp. 18. sect. 4.* cites and follows; Turtianus disp. 52. dub. 2.; Coninck disp. 18. dub. 12. num. 187.; Hurtad. disp. 75. §. 23.; Lugo disp. 19. sect. 2.; Bassaeus v. Fides 2. 8., who cite others. Others hold the same with *Tanneto disp. 1. quaest. 9. dub. 2.*, who also say it is lawful if they are burdensome and a scandal to Christians. The *Saintly Doctor, de Eccl. Hierarch. p. 2. cap. 3.* proves it from the deed of *Iudae Machabaei lib. 1. cap. 3.*

SENTENTIA communis Theologorum id concedit de infidelibus tantum subditis. Ita Caietan. Victoria, Soto, Valentia, Aragon, *et alii, quos refert, et sequitur* Suarez disp. 18. sect. 4. Turtianus disp. 52. dub. 2. Coninch. disp. 18. dub. 12. num. 187. Hurtad. disp. 75. §. 23. Lugo disp. 19. sect. 2. Bassaeus v. Fides 2. 8. *qui alios afferunt. Idem sentiunt alii cum* Tanneto disp. 1. quaest. 9. dub. 2. *qui etiam dicunt, licere, si infensi, et scandalo sint Christianis. Id probat* S. Doct. de Eccl. Hierarch. p. 2. cap. 3. *ex facto* Iudae Machabaei lib. 1. cap. 3.

3 It is proved by *Suarez* from the example of God, who, when He wished to destroy or punish the nations dwelling in the land of promise, nevertheless willed them not to be warred down by the Israelites for the crime of Idolatry, but for the denial of peaceful passage through their lands; and it is gathered from 20. *Numer.*, and St. August. signifies this, cited in *cap. 3. d. 23. quaest. 2.*

PROBATUR a Suarez *exemplo Dei, qui cum vellet destruere, vel punire gentes habitantes in terra promissionis, noluit tamen eas debellari ab Israëlitis propter crimen Idolatriae; sed propter negatum transitum pacificum per terras suas, et colligitur ex 20.* Numer. *et hoc significat* S. August. *relatus* cap. 3. d. 23. quaest. 2.

4 But *Coninck num. 193.* says this deed was done by a special concession of God, the supreme Lord.

At Coninchius num. 193. *hoc factum ait speciali concessione Dei supremi Domini.*

5 *Lugo num. 97.* adds that the mere denial of passage did not bring those evils upon the Chanaanites, nor sufficiently justify all the wars of the Jews. Hence when they crossed the Jordan, they killed them, yet not on account of the denied passage. Moreover even little ones were killed, who were ignorant of that barbarity. You will find the better course with *St. Bonaventure, ad 12. Sap.*, for the universal cause of the just war of the Israelites: because certainly those Pagans, corrupted, were unwilling to cease from works against the law of nature; and thus he speaks: *O quam bonus, et suavis est Domine spiritus tuus in omnibus! Ideoque eos, qui exerrant, partibus corripis: et de quibus peccant, admones, et alloqueris: ut relicta malitia, credant in te Domine. Illos enim antiquos inhabitatores terrae sanctae tuae, quos exhorruisti, quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina, et sacrificia iniusta; et filiorum suorum necatores sine misericordia, et comestores viscerum hominum, et devoratores sanguinis a medio Sacramento tuo, et auctores parentes animarum inauxiliatarum perdere voluisti per manus parentum nostrorum, ut dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei, quae sibi omnium charior est terra* — O how good and sweet is thy spirit, O Lord, in all things! And therefore thou correctest those that err by little and little: and admonishest and speakest to them of the things wherein they sin: that leaving wickedness they may believe in thee, O Lord. For those ancient inhabitants of thy holy land, whom thou didst abhor, because they did odious works to thee by potions and unjust sacrifices; and murderers of their own children without mercy, and eaters of the bowels of men, and devourers of blood from the midst of thy Sacrament, and authors and parents of souls without help, thou didst will to destroy by the hands of our parents, that they might receive a pilgrimage worthy of the children of God, the land most dear to them of all.

Addit Lugo num. 97. *solum transitum denegatum non induxisse mala illa Chananaeis, neque satis iustificasse omnia bella Iudaeorum. Unde quando transgressi sunt Iordanem, eos occidebant, non tamen ob transitum denegatum. Praeterea occidebantur etiam parvuli, huius barbariae inscii. Melius cum* D. Bonau. ad 12. Sap. *inuenies causam universalem belli iusti Israëlitarum, quia nempe Pagani illi corrupti, nolebant delinquere opera contra ius naturae; sic autem loquitur:* O quam bonus, et suavis est Domine spiritus tuus in omnibus! Ideoque eos, qui exerrant, partibus corripis: et de quibus peccant, admones, et alloqueris: ut relicta malitia, credant in te Domine. Illos enim antiquos inhabitatores terrae sanctae tuae, quos exhorruisti, quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina, et sacrificia iniusta; et filiorum suorum necatores sine misericordia, et comestores viscerum hominum, et devoratores sanguinis a medio Sacramento tuo, et auctores parentes

animarum inauxiliatarum perdere voluisti per manus parentum nostrorum, ut dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei, quae sibi omnium charior est terra.

6 These are the causes, as the Saintly Doctor says there, for which He willed those peoples not to dwell with the faithful people, nor to make a covenant with them; nay rather to be expelled and killed, because incorrigible they accomplished enormous works against nature, to the ruin, scandal, and damnation of the faithful. But the little ones were killed in punishment of the scandals of the adults.

Hae sunt causae, ut ait S. D. ibi, ob quas populos illos noluit cum fideli populo habitare, neque foedus cum eis inire; imo expelli, et occidi, quia opera enormia contra naturam incorrigibiles patrabant in ruinam, scandalum, et damnationem fidelium. Occidebantur vero parvuli in poenam scandalorum patentum.

7 Pope NICOLAUS, answering the questions of the Bulgarians, speaking of Idolaters as such, says: *De his, qui idolis immolant, nihil aliud dicere possumus, nisi quod ratione potius, quam vi, convincendi sunt* — Of those who sacrifice to idols we can say nothing else, but that they are to be convinced rather by reason than by force.

NICOLAUS Papa ad interrogationes Bulgarorum, loquens de Idolatris, ut sic, ait: De his, qui idolis immolant, nihil aliud dicere possumus, nisi quod ratione potius, quam vi, convincendi sunt.

8 And Paul III, as in *Lugo n. 102. et Coninch. 160.*, declared that the Indians, as infidels, are the true lords of their goods, nor can they be despoiled of them;

Et Paulus III. apud Lugo n. 102. et Coninch. 160. *declaravit, Indos infideles, esse veros Dominos suorum bonorum, nec posse eis spoliari,*

9 But *Bannes quaest. 10. art. 10. dub. 2.*; Suarez, above, num. 8.; Coninck num. 188.; Lugo n. 116. note that the Prince must first enact a law, prohibiting; and afterwards punish the delinquents.

Advertunt vero Bannes quaest. 10. art. 10. dub. 2. Suarez supra num. 8. Coninch. num. 188. Lugo n. 116. *debere prius Principem legem ferre, prohibendo; et postea delinquentes punire.*

10 *Lugo* adds that they ought to be punished in the mildest way possible; nevertheless, the same says, the more atrocious crimes related above are to be punished most severely. It is a wonder, however, that in the Laws of Solon and Romulus no penalty for parricides is prescribed. Certainly I think with *Tullius, oratione pro Rossio Amerino*, and *Plutarch in vita Romuli*, that the cause was that they did not believe so great a crime would ever happen. But when the case should occur, the parricide ought to be chastised with the most atrocious death, as was Francis Ravaillac of Angoulême, who stabbed Henry IV, the Great, the legitimate King of the Gauls, as *Lugo Hispanus* observes. For this Monarch was great, not inferior to Alexander or Caesar, as his deeds show in Matthaeus and Davila. He had been made most sincerely Catholic, but he wished first to acquire the Kingdom by the sword, lest anyone should ever induce in his mind the hope of capturing the kingdom by the flood of the Sacraments of the reconciled Church; nor indeed had he relapsed by his own judgment, because as an adolescent, with the terror of death struck into him by Charles IX, he had received the Catholic faith. Truly, however, if he had abjured before a Judge, he was not excused, as *P. Cyprianus fol. 748. P. Bonagratia v. Absolutio* says, even though this doctrine was declared by the Most Eminent only in the year 1068.[1]

[1] Editor's note: the print reads 'declarata solum an. 1068'; the year is chronologically impossible here (the volume was printed in 1655 and the authors discussed are 16th–17th century), and the djvu OCR layer could not be aligned to verify the figures; the true reading (perhaps 1568 or 1668 of the Congregation's decree) cannot be established, so the print's '1068' is kept.

Addit Lugo*, suauiori, quo potest modo, punire debere: attamen atrociora crimina, supra relata, gravissime punienda, ait idem. Mirum autem, in Legibus Solonis, et Romuli nullam poenam parricidis praescribi. Profecto reor cum* Tullio, oratione pro Rossio Amerino*, et* Plutarcho in vita Romuli*, causam extitisse, quia tantum scelus non credebant unquam futurum. At casu adveniente, debet parricida atrocissima morte plecti, sicuti fuit Franciscus Ravaellac ab Angolemo, qui Henricum IV. Magnum Galliarum legitimum Regem confodit, ut observat* Lugo Hispanus. *Fuit enim magnus hic Monarcha, Alexandro, et Caesare non inferior, ut facta eius apud Matthaeum, et Davilam ostendunt. Fuit Catholicus sincerissime factus, sed voluit prius Regnum ense adquirere, ne unquam aliquis in animum induceret, eum regni captandi eluuie Sacramentis Ecclesiae reconciliarum, neque vero fuerat suo iudicio relapsus, quia adolescens, mortis terrore a Carolo nono incusso, fidem Catholicam susceperat. Enim vero, si coram Iudice abiurarat, non excusabatur, ut ait* P. Cyprianus fol. 748. P. Bonagratia v. Absolutio*, etsi haec doctrina sit ab Eminentiss. declarata solum an. 1068.*

Question VI: Whether the rites of unbelievers are to be permitted

[1] The certain rule is that these rites are not to be permitted by Christians to subject infidels without a most grave cause.

An permittendi sint ritus Infidelium.

REGULA certa est, hos ritus non esse absque gravissima causa a Christianis permittendos infidelibus subditis.

[2] The most grave causes, however, are twofold: to avoid greater evils, or lest a greater good be impeded. So the Theologians commonly with *St. Thom. 2. 2. quaest. 10. art. 11. et St. Bonau. locis allegandis.* So Tanner. disp. 1. quaest. 9. dub. 2.; Card. Lugo disp. 19. sect. 2. §. 4.; Bassaeus v. Fides, 2. num. 9.

CAUSAE autem gravissimae geminae sunt; ad vitanda maiora mala, vel ne impediatur maius bonum. Sic Theologi communiter cum D. Thom. 2. 2. quaest. 10. art. 11. et D. Bonau. locis allegandis. Sic Tanner. disp. 1. quaest. 9. dub. 2. Card. Lugo disp. 19. sect. 2. §. 4. Bassaeus v. Fides, 2. num. 9.

[3] I assert first, that for the causes adduced, subject infidels can be tolerated by Christian Princes.

ASSERO primo, ob causas allatas posse sustineri a Principibus Christianis infideles subditos.

[4] It is proved from the Saintly Doctor, *opusc. de sex alis Seraphim, cap. 7.*, from that word of Matth. 13., where the Father of the family, expostulated with about eradicating the Zizanias, answered: Non: ne forte eradicetis et triticum. Sinite utraque crescere, etc. — No: lest perhaps you root up the wheat also. Suffer both to grow, etc. For this is the general rule, observed at that time by Pontiffs and Kings, lest seditions and confusions boil up in the Church. For thus God also tolerates certain evils for these causes, as *Tanner.* notes after *St. Bonau. in 1. dist. 47. quaest. 3.*, where he infers our conclusion, certainly for this reason, because our goods ought to have their exemplars in God.

PROBATUR a S. Doct. opusc. de sex alis Seraphim, cap. 7. ex illo Matth. 13. ubi Paterfamilias expostulatus de eradicandis Zizaniis, respondit: Non: ne forte eradicetis et triticum. Sinite utraque crescere, etc. *Haec enim est regula generalis, et a Pontificibus, et Regibus eo tempore servata, ne in Ecclesia seditiones, et confusiones*

ebullirent. Sic enim et Deus mala quaedam tolerat ob has causas, ut notat Tanner. *post* D. Bonau. in 1. dist. 47. quaest. 3. *ubi nostram infert conclusionem, ea sane ratione, quia bona nostra debent habere exemplaria in Deo.*

[5] I assert second, that for this cause also the Jews are tolerated, both because as it were shadows they confirm the truth of our faith, and they exhibit the sacred Books to us for convincing the Pagans. So it is had in *can. Qui sincera, dist. 45. et St. August. l 8. de ciuit. cap. 46.* The legitimate Books of the old testament are indeed to be received from them, but the truly Talmudic, Cabalistic, and similar ones, vomiting forth insults against Christ, are to be given to the flames, as was long ago decreed by Gregory IX, Innocent IV, Julius III, Paul IV, and recently by Clement VIII.

ASSERO secundo, hac de causa sustineri etiam Iudaeos, tum quia velut umbrae veritatem confirmant nostrae fidei, et Libros sacros nobis exhibent ad Paganos convincendos. Ita habetur can. Qui sincera, dist. 45. et D. August. l 8. de ciuit. cap. 46. *Libri sane legitimi veteris testamenti ab eis sunt accipiendi, et vero Thalmudici, Cabalastici, et similes, contumelias in Christum euomentes, flammis tradendi, ut iam olim statutum a Gregorio IX. Innocentio IV. Iulio III. Paulo IV. et nuper a Clemente VIII.*

[6] I assert third, that outside these cases subject infidels are not to be tolerated. So it is defined in the Fourth Council of Carthage, *can. 15. Elibertino; cap. 44. et Clem. un. de Iudaeis, et Saracenis, et leg. Nemo, C. de Paganis.*

ASSERO tertio, extra hos casus non sunt infideles subditi tolerandi. Sic definitur in Concil. Carthag. 4. can. 15. Elibertino; cap. 44. et Clem. un. de Iudaeis, et Saracenis, et leg. Nemo, C. de Paganis.

[7] It is proved from *Suarez disp. 18 sect. 4.*; *Tannero disp. 1. quaest. 9. dub. 2.*; Lugo disp. 19 sect. 2. §. 4.; by the argument of *St. Bonau ad Psal. 118. cap. 2. vers. 11.*, expounding that word of Matthaei 20: *Principes gentium dominantur eorum* — The princes of the nations lord it over them; because they are bound to remove their subjects from the perdition of souls, from scandals, and to promote them to good. For this reason Constantine burned the Temples of the Pagans and forbade the sacrifices; and he is praised by the Saints, *Ambr. epist. 30. August. epist. 48. 50. et 104.*, and *Nicephorus lib. 8. cap. 33. et de Iouiniano lib. 10. cap. 39. et Theodosio lib. 12. c. 25.* relates it; thus Josias, Ezechias, Iosaphat are praised, who took away the high places, *3. et 4. Reg.*, and others are blamed who did not take them away, as *St. August. epist. 50.* notes.

PROBATUR a Suarez disp. 18 sect. 4. Tannero disp. 1. quaest. 9. dub. 2. Lugo disp. 19 sect. 2. §. 4. *argumento* D. Bonau ad Psal. 118. cap. 2. vers. 11. *explicantis id* Matthaei 20. Principes gentium dominantur eorum, quia tenentur suos subditos removere ab animarum perditione, a scandalis, et ad bonum promovere. *Ideo enim Constantinus Templa Paganorum combussit, vetuit sacrificia; et laudatur a Sanctis,* Ambr. epist. 30. August. epist. 48. 50. et 104. *et refert* Nicephorus lib. 8. cap. 33. et de Iouiniano lib. 10. cap. 39. et Theodosio lib. 12. c. 25. *sic laudantur Iosias, Ezechias, Iosaphat, qui excelsa abstulere* 3. et 4. Reg. *et culpantur alii, qui ea non abstulere, ut notat* S. August. epist. 50.

[8] Here they ask: whether a Prince can grant a safe-conduct to infidels without a faculty of the Pontiff.

Hic quaerunt : an possit Princeps absque Pontificis facultate salvum conductum infidelibus concedere.

[9] Hurtadus answers, *disp. 79. sect. 5.*, that it can be granted to unbaptized infidels; not to heretics, who are subjects of the Church.

Respondet *Hurtadus* disp. 79. sect. 5. *posse infidelibus non baptizatis concedi; non haereticis, qui Ecclesiae sunt subditi.*

10 Therefore, notwithstanding any safe-conduct of the Kings, the Church can punish heretics, as the Council of Constance defines, *sess. 19.*; yet if she herself has given the safe-conduct, she is bound to keep it: as the Master Joannes Marq., the Augustinian, teaches, *lib. 2. de gubernatore Christiano. cap. 24.*, who on *pagina 301.* says that faith is to be kept with them, especially when confirmed by oath.

> *Igitur, non obstante quovis Regum salvo conducto, potest Ecclesia haereticos punire, ut definit Concilium Constantiae* sess. 19. *si tamen ipsa dederit salvum conductum, tenetur servare: ut docet Magister Ioan. Marq. Augustinianus* lib. 2. de gubernatore Christiano. cap. 24. *qui* pagina 301. *ait, iis servandam fidem, praesertim iuramento firmatam.*

Question VII: Whether it is lawful to make agreements with unbelievers about the toleration of their rites

1 This is a most weighty question, and necessary in our times.

> ***An liceat cum infidelibus pacisci de eorum ritibus tolerandis.***
>
> *Gravissima haec quaestio est, et his temporibus necessaria.*

2 I assert first: it is not lawful for a Christian Prince to make compacts on this matter without most grave causes. The Catholics agree with D. Bonav. *in the places to be cited*. So D. Thom. *quaest. 10. art. 11.* Molanus *lib 1. de fide haereticis servanda, cap. 20.* Lenaeus *de unica religione servanda.* Becanus *lib. de fide haereticis servanda, cap. 10.* Iacobus Simanc. *lib. Cathol. Instit. cap. 46.* Conradus Brunus *de haeret. lib. 3. cap. 15.* Petrus Ribadeniera *lib. 1. de Inst. Principis, cap. 17.* and others cited by Tannerus *disp. 1. quaest. 9. dub. 3. num. 66.*

> *Assero primo; non licet absque gravissimis causis Principi Christiano de hoc pacisci. Conveniunt Catholici cum D. Bonav.* locis citandis. *Sic D. Thom.* quaest. 10. art. 11. *Molanus* lib 1. de fide haereticis servanda, cap. 20. *Lenaeus* de unica religione servanda. *Becanus* lib. de fide haereticis servanda, cap. 10. *Iacobus Simanc.* lib. Cathol. Instit. cap. 46. *Conradus Brunus* de haeret. lib. 3. cap. 15. *Petrus Ribadeniera* lib. 1. de Inst. Principis, cap. 17. *et alii apud Tannerum* disp. 1. quaest. 9. dub. 3. num. 66.

3 *It is proved first* by D. Bonav. *on 12. Wisdom, in these words: Those ancient inhabitants of thy holy land, whom thou didst abhor, because they did hateful works to thee by charms, and unjust sacrifices, etc. thou didst will to destroy from the midst of thy Sacrament by the hands of our forefathers.*

> Probatur primo *a D. Bonav.* ad 12. Sapientiae, illis verbis: Illos antiquos habitatores terrae sanctae tuae, quos exhorruisti, quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina, et sacrificia iniusta, etc. perdere voluisti a medio Sacramento tuo per manus parentum nostrorum.

4 *It is proved secondly* by S. Doct. there from *Deuter. 7. You shall not make a covenant with them, nor show mercy to them; nor shall you join with them in marriage. You shall not give your daughter to his son, nor take his daughter for your son: for she will lead your son astray, lest he follow me, so that he may serve strange gods rather: and the wrath of the Lord will be kindled, and he will quickly destroy you.* The same is commanded *Exodus 34.* Hence Solomon is reproved for transgressing, 3. *Reg. 11.* and Josaphat, otherwise pious, 2. *Paral. 19. and 20.* for that he had imprudently made a covenant with the infidel Kings of Israël.

> Probatur secundo *a S. Doct. ibi ex* Deuter. 7. Non initis cum eis foedus, nec misereberis earum; nec sociabis cum eis connubia. Filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo: quia seducet filium tuum, ne sequatur me, ut magis serviat diis alienis: irasceturque furor Domini, et delebit

te cito. *Idem praecipitur* Exodi 34. *Hinc reprehenditur Salomon transgrediens 3.* Reg. 11. *et Iosaphat, alioqui pius* 2. Paral. 19. et 20. *eo quod incaute foedus iniisset cum Regibus Israël infidelibus.*

5 *It is proved thirdly* by S. Doct. *opusc. de sex alis Seraphim, cap. 7. from cap. 5. ad Galat. A little leaven corrupts the whole mass, etc. But he that troubles you shall bear judgment, etc. would that they were cut off who trouble you.* And 1 *Corinth. 5. Put away the evil from among yourselves.* And *Luke 13. Cut it down.* Similar things are found 2. *Timot. 2. Tit. 3. Ioan. epist. 2. Apocal. 2.*

Probatur tertio *a S. Doct.* opusc. de sex alis Seraphim, cap. 7. ex cap. 5. ad Galat. Modicum fermentum totam massam corrumpit, etc. Qui autem conturbat vos, portabit iudicium, etc. utinam abscindantur qui vos conturbant. *Et prima* Corinth. 5. Auferte malum ex vobismetipsis. *Et* Lucae 13. Succide illam. *Similia habentur* 2. Timot. 2. Tit. 3. Ioan. epist. 2. Apocal. 2.

6 *It is proved fourthly* by S. Doct. *serm. 6. Hexaemer. from* the practice of the Church, especially of the supreme Pontiffs, and of Councils, condemning and separating heretics. Likewise of Emperors, especially Constantine, Charlemagne, and Theodosius. For there exists a famous Constitution of Theodosius, Gratian, and Valentinian, and it is found *l. Cod. de summa Trinitate, where it is defined: We will that all peoples, whom the clemency of our empire rules, dwell in such a Religion as the divine Peter handed on to the Romans, which the Religion hitherto revealed to us by himself declares, which it is clear the Roman Pontiff follows.* Similar is the rescript of the Emperors Gratian, Valentinian, and Theodosius, who impose perpetual silence on all heretics *l. 2. C. de haeret.* similar things are found *l. 3. C. de haeret. and* in Eusebius on the life of Constantine *lib. 3. cap. 6. et 62.*

Probatur quarto *a S. Doct.* serm. 6. Hexaemer. ex *praxi Ecclesiae, maxime summorum Pontificum, et Conciliorum, damnantium, et separantium haereticos. Similiter Imperatorum, praesertim Constantini, Caroli Magni, et Theodosii. Extat enim insignis Theodosii, Gratiani, et Valentiniani Constitutio, et habetur* l. Cod. de summa Trinitate, ubi definitur: Cunctos populos, quos clementia nostrae regit imperium, in tali volumus Religione versari, quam Divum Petrum tradidisse Romanis, Religio usque adhuc ab ipso insinuata declarat, quam Pontificem Romanum sequi claret. *Simile est rescriptum Gratiani, Valentiniani, et Theodosii Imperatorum, qui omnibus haereticis perpetuum silentium indicunt* l. 2. C. de haeret. *similia habentur* l. 3. C. de haeret. et *apud Eusebium in vita Constantini* lib. 3. cap. 6. et 62.

7 It is also proved by the reasons brought forward *quaest. 6.* for these pacts bring grave harm and scandal, and are extorted by force and fraud, as is evident from the compacts with the sectaries of these times, which brought most grave wars and ruins, as Davila relates in the history of Gallia, and Tannerus *disp. 1. quaest. 9. dub. 3.* Bassaeus *verb. Infidelitas, 10.*

Probatur etiam rationibus allatis quaest. 6. *nam haec pacta grave damnum, et scandalum afferunt, et vi, ac dolo extorquentur, ut constat ex foederibus cum sectariis horum temporum, quae gravissima bella, et ruinas attulere, ut refert Davila in historia Galliae, et Tannerus* disp. 1. quaest. 9. dub. 3. *Bassaeus* verb. Infidelitas, 10.

8 I add, however, that for most grave causes it is lawful to make compacts and to tolerate. The reason is that of Tannerus *num. 99.* for it is lawful to pact concerning those things which it is lawful to tolerate.

Addo tamen, ob gravissimas causas licere pacisci, et tolerare. Ratio est Tanneri num. 99. *ea enim licet pacisci, quae licet tolerare.*

9 I assert secondly. If at any time such pacts are entered into by Kings for grave causes, they are not to be violated. So Molanus *lib. 1. cap. 25. et sequent.* Becanus *disp. de fide haereticis servanda, cap. 7.* Letmatius *de fide haereticis servanda, and* others cited by Tanner. *disp. 1. quaest. 9. dub. 4.* This is the opinion of S. Bonav. *in the places to be alleged.*

> *Assero secundo. Si quando talia pacta a Regibus ineantur ob graves causas, non esse violanda. Ita Molanus* lib. 1. cap. 25. et sequent. *Becanus* disp. de fide haereticis servanda, cap. 7. *Letmatius* de fide haereticis servanda, et *alii apud Tanner.* disp. 1. quaest. 9. dub. 4. *Haec est sententia S. Bonav.* locis allegandis.

10 *It is proved first* by S. Doct. *in 3. dist. 39. art. 2. quaest. 3. where from the fact*, that it is lawful to enter into treaties with infidels, S. Doct. gathers that oaths may be received from them according to their sects, as from Mahometans upon the Alcoran, as I shall show *tract. de Relig. disp. de iuramento, quaest. 2.*

> Probatur primo *a S. Doct.* in 3. dist. 39. art. 2. quaest. 3. ubi ex eo*, quod liceat foedera cum infidelibus inire, colligit S. Doct. posse ab eis recipi iuramenta, iuxta eorum sectas, ut a Mahumetanis super Alcoranum, ut ostendam* tract. de Relig. disp. de iuramento, quaest. 2.

11 But he proves that treaties are to be kept, and that they were at times legitimately entered into; first by the example of Iacob *Genesis 31.* where he made a treaty with Laban the Pagan.

> *Probat autem, servanda foedera, eaque esse legitime aliquando inita; primo exemplo Iacob* Genesis 31. *ubi foedera iniit cum Laban Pagano.*

12 Next he proves it by the example of Iudas, the holy Leader of the Machabees, who made treaties with the Romans 1. *Machab. cap. 8.* and is not reproved.

> *Deinde id probat exemplo Iudae, Sancti Ducis Machabaeorum, qui cum Romanis foedera iniit 1.* Machab. cap. 8. *neque reprehenditur.*

13 *It is proved next* by S. Doct. in the same *dist. art. 3. quaest. 3.* by the example of Iosuë, the most holy Leader, who kept the treaty, though imprudently made, with the Gabaonites, and in this he is praised by D. Ambr. *lib. de officiis.* Abulensis disputes *ad 9. Iosue, from quaest. 17. to 27.* Whether an oath bound to it: for he asserts that it was not obligatory, Lyranus striving for the opposite. With Tostatus is Tannerus also *disp. 1. quaest. 9. dub. 4. num. 119.*

> Probatur deinde *a S. Doct. eadem* dist. art. 3. quaest. 3. *exemplo Iosuë Sanctissimi Ducis, qui foedus, licet incaute initum, Gabaonitis servavit, et in hoc laudatur a D. Ambr.* lib. de officiis. *Disputat Abulensis* ad 9. Iosue, a quaest. 17. ad 27. *An iuramentum ad illud obligaret: Ille enim asserit, non fuisse obligatorium, nitente Lyrano ad oppositum. Cum Tostato est etiam Tannerus* disp. 1. quaest. 9. dub. 4. num. 119.

14 S. Bonau. indeed supposes that foundation by which Tostatus chiefly strives: that the Hebrews were obliged simply to kill the Gabaonites, who were Chananaeans; concerning whose killing without mercy the command of God was at hand. *Deuter. 20. Num. 33.* Nor is any revelation of God dispensing found. From which the whole argumentation of Lyranus collapses.

> *Svpponit quidem S. Bonau. illud fundamentum, quo maxime nititur Tostatus, obligatos fuisse simpliciter Hebraeos ad occidendum Gabaonitas, qui erant Chananaei; de quibus occidendis absque misericordia aderat Dei praeceptum.* Deuter. 20. Num. 33. *Neque invenitur aliqua revelatio Dei dispensans. Ex quo ruit tota argumentatio Lyrani.*

15 He brings forward one reason, which is that of D. Ambrosii *loc. cit.* who says, *Iosue judged that the peace which he had given was not to be recalled, because it had been confirmed by the religion of a Sacrament, lest,*

while he reprehended the perfidy of another, he should dissolve his own faith. Therefore by reason of scandal he seems to intimate that the oath is to be kept.

> *Unam rationem ille affert, quae est D. Ambrosii* loc. cit. *dicentis,* Iosue pacem, quam dederat, revocandam non censuit, quia firmata erat Sacramenti religione, ne, dum alienam perfidiam redargueret, suam fidem solveret. *Ratione igitur scandali videtur innuere, iuramentum servandum.*

16 Abulensis *quaest. 22.* answers however that no scandal was given, because the Gabaonites, as deceivers, had extorted this oath, feigning that they were not Chananaeans.

> Respondet *tamen Abulensis* quaest. 22. *non fuisse scandalum datum, quia Gabaonitae deceptores extorserant hoc iuramentum, fingentes, se non esse Chananaeos.*

17 The reason by which D. Bonau. asserts that the oath was rightly kept is, that the precept concerning the killing of the Chananaeans was laid down insofar as they were incorrigible: Therefore *Iosue 11.* it is said: *For the sentence of the Lord was, that their hearts should be hardened, and that they should fight against Israël, and fall, and not merit any clemency, and so perish, as the Lord had commanded Moses.* Therefore since the Gabaonites were not hardened, but gave themselves to the Hebrews, there was no precept to kill them.

> *Ratio, qua D. Bonau. asserit, recte servatum iuramentum, est, quia praeceptum de occidendis Chananaeis latum erat, quatenus erant incorrigibiles: Ideo* Iosue 11. *dicitur:* Domini enim sententia fuerat, ut indurarentur corda eorum, et pugnarent contra Israël, et caderent, et non mererentur ullam clementiam, ac sic perirent, sicut praeceperat Dominus Moysi. *Cum igitur Gabaonitae non essent indurati, sed se dederent Hebraeis, non erat praeceptum eos occidere.*

18 Tostatus *quaest. 21.* answers first, that the sentence of the Lord was against all the Chananaeans, nor was any exception declared, except afterwards *cap. 11. Iosue,* which was not then known to the Israelites.

> Respondet *Tostatus* quaest. 21. *primo, quia sententia Domini erat contra omnes Chananaeos, nec fuit declarata exceptio, nisi postea* cap. 11. Iosue*, quae tunc non constabat Israëlitis.*

19 I say that clear evidence is had that this precept was so declared to Iosuë, and to the princes, because two chapters later it is described, not as laid down then only, but as manifest for the just preservation of the Gabaonites. And therefore it is said: *As the Lord had commanded Moses, so Moses commanded Iosue, and he accomplished all things: there did not pass from all the mandata, not even one word, which the Lord had commanded Moses:* But then he immediately subjoins the exception in the law of killing the Chananaeans: Since therefore Moses at the beginning declared it to Iosuë, and he fulfilled it to the finest point; it follows, that the precept was laid down in this form, in which it is thus related: then it is from Iosue. That certain Chananaeans were afterwards killed, is nothing against me; for they were obstinate, rebellious, just like the rest before the killing. S. Doct. adds that they were punished civilly with perpetual servitude, in which the Princes judged they acted better than by killing them, since they voluntarily subjected themselves to servitude. S. Doct. nevertheless does not accept this reason, because if the oath was valid, they ought not to be punished with the other penalty of perpetual servitude, as Tostatus argues *quaest. 24.* who excuses their ignorance. And in this alone he adheres to S. Doctor, that it did not tend to an evil outcome, so to receive them unto salvation.

> *Ego dico, signum evidens haberi, ita declaratum praeceptum Iosuë, et principibus, quia post duo capita describitur, non tanquam latum tunc solum, sed tanquam manifestum iustae servationis Gabaonitarum. Et ideo dicitur:* Sicut praeceperat Dominus Moysi, sic praecepit Moyses Iosue, et ille universa complevit: non praeteriit de universis mandatis, ne unum quidem verbum, quod iusserat Dominus Moysi: *Mox vero subdit exceptionem in lege occidendi Chananaeos: Cum igitur Moyses initio declarasset Iosuë, et hic ad unguem impleverit; sequitur, latum praeceptum hac forma, qua sic fertur: tunc est a Iosue. Quod vero aliqui postea Chananaei sint interfecti, nihil contra me; erant enim pertinaces, rebelles, sicuti et caeteri ante occisionem. Addit S. Doct. fuisse civiliter punitos perpetua servitute, in quo Principes melius se agere arbitrati sunt, quam eos occidendo, cum servitute se sponte subderent. Hanc tamen rationem non accipit S. Doct. quia si validum erat iuramentum, non debebant puniri alia poena perpetuae servitutis, ut arguit Tostatus* quaest. 24. *qui eorum ignorantiam excusat. Et in hoc solum S. Doctori adhaeret, quod in malum exitum non vergebat, ita eos recipere ad salutem.*

20 Truly for our purpose it suffices that the holy man Iosue, of whom it is said that he kept the law of the Lord adamussim, entered into treaties with these men, whom he knew to be Pagans, even though from far off.

> *Enim vero ad rem nostram sufficit, sanctum virum Iosue, qui dicitur, adamussim legem Domini servasse, foedera iniisse cum istis, quos sciebat Paganos, esto e longinquis.*

21 The reason of D. Bonav. from D. Ambrosio *loc. cit.* which Tannerus uses *num. 104.* is, that it is of Divine and Natural Law to keep pacts; otherwise the whole bond of human society will be broken.

> *Ratio D. Bonav. ex D. Ambrosio* loc. cit. *qua utitur Tannerus* num. 104. *est, quia Iuris Divini, et Naturalis est, pacta servare; alioqui rumpetur omnis humanae societatis nexus.*

22 The heretics *object* to us, as holding that no pacts are to be kept.

> Obiiciunt *haeretici nobis, quasi tenentibus, nulla pacta servanda.*

23 First the Council of Constance, which did not keep faith with Ioanni Hus, and the Pragensi.

> *Primo Concilium Constantiae, quod fidem non servavit Ioanni Hus, et Pragensi.*

24 *It is answered*, that the Council only declared that the safe-conduct of Kings does not avail to the prejudice of the power of the Church over Heretics. But those two were justly condemned. And indeed Hieronymus a Praga had from the Council a safe-conduct, but with the addition, *salva semper iustitia.* Hus however from the Emperor. Add that heretics have often been perfidious, as the Hugonotti toward Carolus IX. as Davila relates.

> Respondetur, *Concilium solum declarasse, non iuvare salvum conductum Regum in praeiudicium potestatis Ecclesiae super Haereticos. Illi vero duo fuere iuste damnati. Et quidem Hieronymus a Praga habuit a Concilio salvum conductum, sed addito,* salva semper iustitia. *Hus vero ab Imperatore. Adde haereticos saepe extitisse perfidos, ut Hugonotti in Carolum IX. uti refert Davila.*

25 They *object* many Councils, Romanum IV. and Later. III.

> Obiiciunt *multa Concilia, Romanum IV. et Later. III.*

26 These however only absolve subjects from the oath of fidelity to Kings excommunicated, and deprived of their jurisdiction by the Pontiff.

> *Haec tamen solum absolvunt a iuramento fidelitatis subditos, Regibus excommunicatis, et privatis per Pontificem eorum iurisdictione.*

27 I assert thirdly, these pacts are to be kept, even if imprudently made. So D. Bonav. 3. *dist. 39. art. 3. quaest. 3.* whom the others commonly follow, cited by Tannerus *num. 112.*

> *Assero tertio, haec pacta servanda, etiamsi incaute inita. Ita D. Bonav. 3.* dist. 39. art. 3. quaest. 3. *quem sequuntur communiter alii apud Tannerum* num. 112.

28 *It is proved* by D. Bonav. with the argument of D. Ambrosii *loc. cit.* because it is a greater evil to break faith than to keep such pacts; for thereby the common good of human society is harmed.

> Probatur *a D. Bonav. argumento D. Ambrosii* loc. cit. *quia maius est malum, fidem frangere, quam talia pacta servare; inde enim laeditur bonum commune societatis humanae.*

Question VIII: Whether unbaptized unbelievers can retain power over the faithful, and whether they can be deprived of it

1 It is certain that such infidel Princes, or even private persons, are capable of dominion. And indeed to have dominion over goods is defined by Paulus III. in a certain Bull cited by Coninch. *disput. 1. dub. 10. num. 160.* Of dominion also over persons as over slaves, it is certain that it can be with them if they hold slaves by a just title, say a just war, etc.

> *Certum est, huiusmodi Principes infideles, seu etiam privatas personas, esse dominii capaces. Et quidem habere dominium bonorum, definitur a Paulo III. in quadam Bulla apud Coninch.* disput. 1. dub. 10. num. 160. *De Dominio etiam super personas tanquam servos, certum est, illud posse apud eos esse si iusto titulo, puta belli iusti, etc. retineant servos.*

2 From many Scriptures S. Doct. shows that jurisdiction can be in infidels over the faithful. First from 1. a Petri 2. *Subiecti estote omni humanae creaturae propter Deum: sive Regi, tanquam praecellenti.* Be subject to every human creature for God's sake: whether to the King, as preeminent.

> *E multis Scripturis ostendit S. Doct. iurisdictionem esse posse in infidelibus super fideles. Primo ex pri.: a Petri 2.* Subiecti estote omni humanae creaturae propter Deum: sive Regi, tanquam praecellenti.

3 Next by that of Rom. 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Et infra: Non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.* Let every soul be subject to the higher powers. And below: Not only because of wrath, but also because of conscience. Finally from the other epistles of Paul S. Doctor gathers the same.

> *Deinde illo Rom. 13.* Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Et infra: Non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. *Tandem ex aliis epistolis Pauli id colligit S. Doctor.*

4 Thirdly from that of Matth. 22. *Reddite ergo, quae sunt Caesaris, Caesari.* Render therefore to Caesar what is Caesar's. The Apostles inculcated this precept to refute the calumny, as if our faith denied obedience to Princes. Whence Paul ad Titum 3: *Admone illos, ut Principibus obediant.* Admonish them, that they obey Princes. The same precept the PP. enjoined: Clemens P. *lib. 4. constitut. cap. 12. et lib. 7. cap. 17.* Tertullianus *lib. ad scapulam, cap. 2.* Polycarpus cited by Euseb. *lib. 4. hist. cap. 14.* Basil. *in Moral. reg. 79.* Hieron. *epist. 4.* Chrysostomus *homil. 23. in epist. ad Rom.* Origenes *lib. 9. in eandem epist.* Oecumenius, Nazianzenus, Epiphan. and others, whom Suarez relates *de defensione fidei, lib. 3. cap. 1.*

> *Tertio ex illo Matth. 22.* Reddite ergo, quae sunt Caesaris, Caesari. *Hoc praeceptum inculcabant Apostoli ad eluendam calumniam, quasi nostra fides negaret Principibus obedientiam. Unde Paulus ad Titum 3:* Admone illos, ut Principibus obediant. *Idem praeceptum iniungebant PP. Clemens P.* lib. 4. constitut. cap. 12. et lib. 7. cap. 17.

Tertullianus lib. ad scapulam, cap. 2. *Polycarpus apud Euseb.* lib. 4. hist. cap. 14. *Basil.* in Moral. reg. 79. *Hieron.* epist. 4. *Chrysostomus* homil. 23. in epist. ad Rom. *Origenes* lib. 9. in eandem epist. *Oecumenius, Nazianzenus, Epiphan. et alii, quos refert Suarez* de defensione fidei, lib. 3. cap. 1.

5 *It is proved* fourthly by S. Doct. by the reason of the Apostle. *Omnis potestas est a Deo, atque ordinata; et qui ei resistit, Deo resistit, et damnationem incurrit:* All power is from God and ordained; and he who resists it resists God and incurs damnation: but by the law of nature many are given having power of jurisdiction, by a just title, whether by war, or custom, or prescription, or translation of dominion, whether into a true person, as is a King; or a fictitious one, such as a Republic. Nor indeed is it once acquired lost on account of the infidelity of the Prince, or through the faith of subjects; for an infidel can well rule the faithful people of God, even with just laws.

Probatur *quarto a S. Doct. ratione Apostoli.* Omnis potestas est a Deo, atque ordinata; et qui ei resistit, Deo resistit, et damnationem incurrit: *sed dantur iure naturae multi habentes potestatem iurisdictionis, titulo iusto, sive bello, sive consuetudine, sive praescriptione, vel translatione dominii sive in personam veram, ut est Rex; vel fictam, qualis est Respublica. Neque vero semel acquisita amittitur ob infidelitatem Principis, vel per fidem subditorum; potest enim infidelis bene regere populum fidelem Dei, etiam legibus iustis.*

6 *It is confirmed* by D. Bonav. because to serve is not an evil, but meritorious: Therefore by Baptism we are not absolved from that servitude.

Confirmatur *a D. Bonav. quia servire non est malum, sed meritorium: Ergo ab illa servitute non absolvimur per Baptismum.*

7 Of dominion therefore even real over faithful slaves it is proved by S. Doct. from that of Ephes. 6. *Servi obedite Dominis carnalibus cum timore, et tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate servientes, sicut Domino, et non hominibus:* Servants, obey your carnal masters with fear and trembling, in the simplicity of your heart, as to Christ: not serving to the eye, as pleasing men, but as servants of Christ, doing the will of God from the heart, serving with good will, as to the Lord, and not to men: The same he repeats ad *Coloss. 3.* ad *Titum 2.* But then all the princes were, nay, almost all even private masters, infidels. But Peter speaks of the slaves of infidel masters *epist. 1. cap. 2.* in those words: *Servi subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis, et modestis, sed etiam discolis,* Servants, be subject in all fear to your masters, not only to the good and gentle, but also to the froward: as S. Bonaventura observes, and Lugo *num. 133.* S. Bonav. renders the reason of this *fundamento 4.* with D. August. in *Psalm. 124.* because Christ did not make free men of slaves, but of bad slaves, good slaves, which S. August. also confirms *conc. 31. in Psal. 118.* and the author of the *qq. novi, et veteris testamenti, under the name of August: quaest. 15.* and in the Council of Gangra *can. 3.* it is related *cap. si quis servum 17. quaest. 14.* that anathema is inflicted on him who, under pretext of religion, urged a slave to flee. It was however celebrated in the time of Pope Sylvester, in which Gentile masters had many Christian slaves.

De dominio igitur etiam reali in servos fideles probatur a S. Doct. ex illo Ephes. 6. Servi obedite Dominis carnalibus cum timore, et tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate servientes, sicut Domino, et non hominibus: *Idem repetit ad* Coloss. 3. *ad* Titum 2. *Erant autem tunc principes omnes, imo et Domini privati fere omnes infideles. De servis autem dominorum infidelium loqui Petrum* epist. 1. cap. 2. *illis verbis:* Servi subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis, et modestis, sed etiam

discolis, *observat S. Bonaventura, et Lugo* num. 133. *Huius rationem reddit S. Bonav.* fundamento 4. *cum D. August. in* Psalm. 124. *quia Christus non fecit de servis liberos, sed de malis servis, bonos servos, quod etiam confirmat S. August.* conc. 31. in Psal. 118. *et author* qq. novi, et veteris testamenti, sub nomine August: quaest. 15. *et in Concilio Gangrensi* can. 3. *relato* cap. si quis servum 17. quaest. 14. *anathema infligitur ei, qui, praetextu religionis, servo fugam suaserit. Fuit autem celebratum tempore Sylvestri Papae, in quo Domini gentiles plures habebant servos christianos.*

8 The authors of the contrary opinion *object* first, from that of 1 Cor. 7. *Nolite fieri servi hominum, pretio empti estis.* Do not become the slaves of men; you were bought with a price.

Obiiciunt *primo opinionis adversae authores, id* prima Cor. 7. Nolite fieri servi hominum, pretio empti estis.

9 Some *answer* with Suarez, that Paul is not there speaking of civil, or penal servitude: for of this he had said a little before: *Servus vocatus es? non sit tibi curae.* Were you called a slave? let it not be a care to you. And he concludes: *Unusquisque in quo vocatus est fratres,* in this let each remain with God. He speaks therefore of vitious servitude, by which one, in order to serve another, offends God: *Nemo enim potest duobus dominis servire*. For no one can serve two masters.

Respondent *aliqui cum Suarez, Paulum ibi non loqui de servitute civili, vel poenali: de hac enim paulo ante dixerat:* Servus vocatus es? non sit tibi curae. *Et concludit:* Unusquisque in quo vocatus est fratres, *in hac permaneat apud Deum. Loquitur ergo de servitute vitiosa, qua unus, ut alteri obsequatur, Deum offendit:* Nemo enim potest duobus dominis servire.

10 Cornelius there, Lugo n. 136. and others affirm that the exposition of D. Bonau. in the body of the text is BETTER, that those words are to be understood of civil servitude also, namely, that those compelled indeed into servitude ought patiently to bear it; yet if they are not compelled, and can be free, they ought not to reduce themselves into the servitude of infidels, for thus they will be able more promptly, more readily, and more freely to attend to religion, and the preceding words intimate this, as S. Doct. relates *Servus vocatus es? non sit tibi curae: sed et si potes fieri liber, magis utere*, that is, if it is in your power not to be a slave, use it: but if you have been compelled, bear it patiently.

MELIOREM esse expositionem D. Bonau. in corpore afferunt Cornelius ibi, Lugo n. 136. et alii, intelligi verba illa de civili etiam servitute, nempe, coactos quidem in servitutem, debere illam patienter sustinere; si tamen non cogantur, et liberi esse possint, non debere, se redigere in infidelium servitutem, quia sic promptius, et expeditius, et liberius religioni vacare poterunt, et hoc innuunt verba praecedentia, ut refert S. Doct. Servus vocatus es? non sit tibi curae: sed et si potes fieri liber, magis utere*, idest, si in tua libertate est, non servum esse, utere ea: si vero coactus sis, patienter sustine.*

11 Yet it SEEMS that by fundamento 4. he does not reject the exposition of others on these words, namely, that even if one could go out from servitude, it is meritorious to remain in it; and therefore on this occasion it is to be used for the merit of humility. Indeed S. Doct. shows that they can sell themselves, 4. dist. 36. dub. 3. Simply however, that servants ought to obey their Princes, and Masters, the Apostle enjoins also 1 Timot. VI. *Quicumque sunt sub iugo servitutis, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini, et doctrina blasphemetur. Si quis aliter docet, et non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi: superbus est, et nihil sciens.* Whoever are under the yoke of servitude, let them judge their masters worthy of all honor, lest the name of the Lord and his doctrine be blasphemed. If anyone teaches otherwise, and does not assent to the sound words of our Lord Jesus Christ: he is proud, and knowing nothing. And he proves this earnestly ad *Rom. 13.*

VIDETUR tamen fundamento 4. non respuere aliorum expositionem ad haec verba, nempe, etiam si posset quis e servitute egredi, meritorium esse in ea permanere; et ideo hac occasione utendum ad meritum humilitatis. Imo posse seipsos vendere ostendit S. Doct. 4. dist. 36. dub. 3. Simpliciter tamen debere subditos Principibus, et Dominis servos obedire, iniungit Apostolus prima etiam Timot. VI. Quicumque sunt sub iugo servitutis, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini, et doctrina blasphemetur. Si quis aliter docet, et non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi: superbus est, et nihil sciens. *Et hoc probat enixe ad* Rom. 13.

12 They OBJECT secondly, that the Evangelical Law carries liberty with it: For therefore, when *Matth. 17.* the tribute was demanded from the Apostles, the Lord asked Peter: *Reges terrae a quibus accipiunt tributum, vel censum? a filiis suis, an ab alienis?* The Kings of the earth, from whom do they receive tribute, or custom? from their own sons, or from strangers? Christ concluded: *Ergo liberi sunt filii.* Therefore the sons are free. In which place, under the name of sons, he seems to have understood all the faithful, as Lyra and Hieronymus indicate.

OBIICIUNT secundo, Legem Evangelicam secum ferre libertatem: Ideo enim cum Matth. 17. *tributum ab Apostolis exigeretur, interrogavit Dominus Petrum:* Reges terrae a quibus accipiunt tributum, vel censum? a filiis suis, an ab alienis? *Christus conclusit:* Ergo liberi sunt filii. *Quo loco, filiorum nomine, omnes fideles intellexisse videtur, ut indicat Lyra, et Hieronymus.*

13 Suarez relates the VARIOUS expositions of that passage, lib. 1. cit. cap. 4. and lib. 4. cap. 5. and cap. 8.

VARIAS loci illius expositiones refert Suarez lib. 1. cit. cap. 4. et lib. 4. cap. 5. et cap. 8.

[5] HERE I halt: for Vulpius *disp. 50. art. 4.* denies that this is Scotus's opinion, but holds that God, under the absolute aspect of the Deity, is the formal object of Hope; not, however, as he is a good for us. Vulpius was moved because Scotus, *in the body of the text*, proposes this Instance: if it be said that to desire a good for me varies the formal aspect of the object, because it changes the good of honesty into the useful good. He answers that it is false, because that condition, or circumstance, For whom, is not a condition of the object per se; indeed such a condition can be added upon the object, the formal aspect of the object standing.

> *HIC sisto: nam Vulpes* disp. 50. art. 4. *negat, hanc esse Scoti sententiam, sed Deum, sub absoluta ratione Deitatis, esse formale obiectum Spei; non autem, ut est bonum nobis. Motus est autem Vulpes, quia Scotus* in corpore, *proponit hanc Instantiam: si dicatur, quod desiderare bonum mihi, variat rationem formalem obiecti, quia commutat bonum honestum in bonum utile. Respondet, falsum esse, quia conditio illa, vel circumstantia Cui, non est conditio obiecti per se, imo talis conditio potest addi super obiectum, stante ratione formali obiecti.*

[6] For indeed Lichetus and Arretinus expound these words thus, that the act of Hope, which is to desire the infinite good, is terminated first, and immediately, to that good under its absolute formal aspect; not that the act is terminated to such a good as in itself, and for itself, but to it as a good for me; a good indeed superabundant, and ultimately perfecting me, but in that mode whereby an object can perfect a power; because it perfects not intrinsically, but only extrinsically. The reason of this is, that if the will willed that good only as convenient to itself, that volition would not be right; it would be an illicit mercenary love, which Lichetus declares, bringing forward a notable doctrine of Scotus *ex 1. dist. 6. quaest. 2. inf. L.*, where he says that to desire a perfect act, whereby the object may be more loved in itself, comes from the affection of justice; because from the fact that I love something in itself, thence I will something in itself; and thus the good Angels could desire beatitude, so that possessing it they might love the Highest good more perfectly, and that act of concupiscence for

beatitude would be meritorious, because it does not use by enjoying, but enjoys it, because the good it covets for itself it covets for this, that it may love that good in itself the more. Mastrius reports this at *n. 459.* from D. Bonaventure *in 1. dist. 1. quaest. ult.*, and refutes the opinion of Vulpius *n. 458.*, against D. Bonaventure here, in its foundations, in which he shows that the formal object of Hope is not the goodness of God as such, against Vulpius.

> *ENIM vero haec verba sic exponunt Lichetus, et Arretinus, quod actus Spei, qui est desiderare bonum infinitum, terminatur primo, et immediate ad illud bonum sub sua ratione formali absoluta; non quod ille actus terminetur ad tale bonum, ut in se, et propter se, sed ad illud, ut bonum mihi; bonum quidem superabundans, et me ultimate perficiens, eo tamen modo, quo obiectum potest perficere potentiam; quia perficit, non intrinsece, sed tantum extrinsece. Ratio huius est, quia si voluntas illud bonum tantum ut sibi commodum vellet, illa volitio non esset recta; esset enim amor mercenarius illicitus, quod declarat Lichetus, adducendo notabilem Scoti doctrinam* ex 1. dist. 6. quaest. 2. inf. L. *ubi ait, quod appetere actum perfectum, ut per illam magis ametur obiectum in se, est ex affectione iustitiae, quia ex eo, quod amo aliquid in se, inde volo aliquid in se; et ita boni Angeli potuerunt appetere beatitatem, ut illam habentes, perfectius amarent Summum bonum, et ille actus concupiscendi beatitatem esset meritorius, quia non utitur fruendo, sed fruitur eo, quia bonum, quod concupiscit sibi, ad hoc concupiscit, ut plus amet illud bonum in se. Haec refert Mastr.* n. 459. *ex D. Bonav.* in 1. dist. 1. quaest. ult. *et refutat sententiam Vulpii* n. 458. *a D. Bonav. hic, in fundamentis, in quibus ostendit obiectum formale Spei non esse bonitatem Dei, ut talis est, contra Vulpem.*

7 The opinion of the holy Doctor is, that the formal object of Hope is God, the good appetible by the love of concupiscence, not as a good, but as a great, arduous good awaited by us; yet to be attained by divine liberality, truth, and omnipotence upheld. So he explains himself *in the body of the text*.

> *SENTENTIA S. Doctoris est, obiectum formale Spei esse Deum bonum, amore concupiscentiae appetibile, non ut bonum, sed ut magnum arduum expectatum a nobis; consequendum tamen divina liberalitate, veritate, et omnipotentia innixis. Ita* in corpore *se explicat.*

8 Therefore of the three opinions which I referred to above, he gathers and reconciles the diversity; and the Moderns accordingly report the opinion of the Seraphic Doctor mutilated, which frequently happens, because they allege the holy Doctor from others, not read in the fountain. Amicus, however, seems more faithful in interpreting the Seraphic Doctor rightly.

> *Itaque trium sententiarum, quas supra retuli, colligit, et conciliat diversitatem, atque adeo mutilam afferunt Moderni sententiam Seraphici, quod frequenter evenit, quia S. Doctorem ex aliis allegant, non in fonte perlectum. Videtur autem Amicus fidelior Seraphicum recte interpretari.*

9 I ASSERT first, against Vulpius, that the formal object of Hope is not God as a good.

> *ASSERO primo contra Vulpem, obiectum formale Spei non esse Deum, ut bonum.*

10 IT IS PROVED from D. Bonaventure first. Distinct virtues ought to have distinct objects; but the Theological virtues are three distinct ones, as is had in 1 Corinthians 13: *And now there remain faith, hope, charity, these three: but the greater of these is charity:* Therefore their objects are distinct: But also Charity is borne toward God as a good: Therefore.

> *PROBATUR a D. Bonav. primo. Virtutes distinctae debent habere obiecta distincta; sed virtutes Theologicae sunt tres distinctae, ut habetur prima Corinth. 13.* Manent fides, Spes, charitas, tria haec: maior autem horum est charitas: *Ergo earum sunt obiecta distincta: At etiam Charitas fertur in Deum, ut bonum: Ergo.*

11 They answer that Hope regards the good, as good indeed, but future.

RESPONDENT, Spem respicere bonum, ut bonum quidem, sed futurum.

12 Against this St. Bonaventure says, that the good as future is loved by charity, much less merely desired.

Contra ait S. Bonav. quia bonum, ut futurum, amatur charitate, nedum desideratur.

13 I ASSERT second, that the formal object is rightly assigned by St. Bonaventure.

ASSERO secundo, obiectum formale bene assignari a S. Bonaventura.

14 IT IS PROVED from him *in the body of the text*, that the aspect of the Arduous enters into the notion of the object. As the rational tends to the true, so the appetite to the good: but the appetite is divided into the concupiscible and the irascible; now the concupiscible is borne toward the good as good, and the irascible toward the good as arduous and great; but both powers had to be ordained to God: therefore, as the rational is perfected by Faith, and the concupiscible by Charity, so the irascible by Hope.

PROBATUR ab eo in corpore, *quod ratio Ardui ingrediatur rationem obiecti. Sicut rationalis tendit in verum, ita appetitus in bonum: Appetitus autem dividitur in concupiscibilem, et irascibilem; sed Concupiscibilis fertur in bonum, ut bonum; et irascibilis in bonum, ut arduum, et magnum; Oportuit autem, utramque potentiam ordinari ad Deum: ergo, sicuti rationalis Fide, et concupiscibilis Charitate perficitur; ita Irascibilis Spe.*

15 IT IS PROVED second from the holy Doctor. Of contraries there is the same account; but hope and fear are contraries: now fear regards an evil as exceeding its power; therefore also hope regards a good as superexcellent and arduous.

PROBATUR secundo a S. Doctore. Contrariorum eadem est ratio; sed spes, et timor sunt contraria: Timor autem respicit malum, ut excedens suam potestatem; ergo et spes respicit bonum, ut superexcellens, et arduum.

16 IT IS PROVED third, because the office of Hope is to raise up the soul, as is indicated *Isa. 64. and 1 Corinth. 2.: The eye hath not seen, the ear hath not heard, neither hath it entered into the heart of man, what things God hath prepared for them that love him. Heb. 6.* he says, *That we may have the hope: entering in even within the veil; and chapter 11.* Faith is defined: *the substance of things to be hoped for, the evidence of things that appear not.*

PROBATUR tertio, quia Spei officium est animum erigere, ut indicatur Isa. 64. et prima Corinth. 2. Oculus non vidit, auris non audivit, in cor hominis non ascendit, quae praeparavit Deus diligentibus se. Hebr. 6. *ait,* Habere nos spem: incedentem usque ad interiora velaminis, et cap. 11. *Definitur Fides:* sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.

17 This arduous object is expressed almost always in the Scriptures whenever they name Hope, namely amid many difficulties, oppositions, and assaults, almost beyond belief as insuperable; thus *Iob. 14.: There is hope for a tree: if it be cut down, it will green again.* This is read everywhere in the Psalms. *If armies should stand together against me, in this will I trust.* Psalm 26. *In thee, O Lord, have I hoped, let me never be confounded, etc.* Psalm 90. *And I will show him my salvation.* Rom. 8. *We ourselves also groan within ourselves, waiting for the adoption of the sons of God, the redemption of our body. For we are saved by hope. But hope that is seen is not hope: for what a man seeth, why doth he hope for? But if we hope for that which we see not, we wait for it with patience. Likewise the Spirit also helpeth our infirmity, etc. the Spirit himself asketh for us with unspeakable groanings.* The holy Doctor often brings forward that of Rom. 5.: *Tribulation worketh patience,*

and patience trial, and trial hope, and hope confoundeth not. He also brings forward *in the body of the text* that of Genes. 15.: *I am thy reward exceeding great*.

> *Hoc obiectum arduum exprimitur fere semper in Scripturis, dum Spem nominant, nempe inter multas difficultates, repugnantias, et oppugnationes, fere creditu insuperabiles, sic* Iob. 14. Lignum habet spem: si praecisum fuerit, rursum virescit. *Id passim legitur in Psalmis*. Si consistant adversum me castra, in hoc ego sperabo. *Psalmo 26*. In te Domine speravi, non confundantur in aeternum, etc. *Psalm. 90*. Et ostendam illi salutare meum. *Rom. 8*. Ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri. Spe enim salvi facti sumus. Spes autem, quae videtur, non est spes: nam quod videt quis, quid sperat? Si autem, quod non videmus, speramus: per patientiam expectamus. Similiter autem Spiritus adiuvat infirmitatem nostram, etc. ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. *Affert saepe S. Doct. id Rom. 5*. Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit. *Adducit etiam* in corpore *id Genes. 15*. Ego ero merces tua magna nimis.

18 HENCE is solved the argument upon which Scotus, Mastrius, Caspensis, Suarez lay such weight: what is meant by the name *Arduous*. For I say that is meant the good as great and excellent, and to be obtained through many difficulties.

> *HINC solvitur argumentum, quod tanti pendunt Scotus, Mastrius, Caspens. Suarez. Quid intelligatur nomine* Ardui. *Dico enim intelligi bonum, ut magnum, et excellens, multisque difficultatibus obtinendum*.

19 Caspensis, Suarez, and Mastrius object: For difficulties do not move to willing, but draw back; whereas Hope is a volition.

> *INSTANT Caspensis, Suarez, et Mastrius; Nam difficultates non movent ad volendum, sed retrahunt; at vero Spes est Volitio*.

20 BUT they meet with a ready answer in the holy Doctor: for difficulty in a good is the object not of the concupiscible, but of the irascible, which rises up toward the impeded good, and toward removing obstacles; and Hope perfects the irascible.

> *SED obviam responsionem habent in S. Doct. nam difficultas in bono est obiectum, non concupiscibilis, sed irascibilis, quae insurgit ad bonum impeditum, et ad obstacula removenda; Spes autem perficit irascibilem*.

21 There is also solved another objection of Suarez, Mastrius, and Caspensis, from Scotus dist. 26.: God, as good to me, is the object of some virtue, but not of charity; for this loves God for himself; not as a good to me; Nor does it belong to faith, as is evident; therefore to Hope.

> *SOLVITUR etiam alia obiectio Suarez, Mastrii, et Caspensis, ex Scoto dist. 26. Deus, ut mihi bonus, est obiectum alicuius virtutis, sed non charitatis; nam haec amat Deum propter se; non autem, ut mihi bonum; Neque ad fidem spectat, ut patet; ergo ad Spem*.

22 IF Scotus and Mastrius had weighed their own remarkable doctrine reported above, they would have found that the love of concupiscence toward God does not change the object of the amity of friendship; for it tends to loving God for himself; and although it loves a good for itself, yet not on its own account; and so it pertains to the same charity; for he who loves one thing on account of another, loves with the same love, as the holy Doctor said, *dist. 26. art. 2. quaest. 3. ad 3*.

> *SI Scotus, et Mastrius insignem suam doctrinam supra relatam pensitassent; invenissent, amorem concupiscentiae in Deum, non mutare obiectum amotis amicitiae; nam ad Deum propter se amandum tendit; et licet amet bonum sibi, non*

tamen propter se; atque adeo ad eandem charitatem pertinet; qui enim amat unum propter aliud, eodem amore amat, ut dixit S. Doct. dist. 26. art. 2. quaest. 3. ad 3.

23 HENCE indeed the argument of St. Bonaventure presses the more: for the perfection of all the powers of the rational soul is necessary; but no other virtue is found perfecting the irascible in ordination to God besides Hope. For that Charity also regards the supernatural good matters nothing; for it does not regard it under this aspect, or under the aspect of the Arduous, but as a good; nor is it new that many habits should concur in one material object, and in our question all three Theological virtues regard God.

HINC sane magis urget argumentum S. Bonav. nam perfectio omnium animae rationalis potentiatum, est necessaria; at non alia virtus invenitur perficiens irascibilem in ordine ad Deum, praeter Spem. Quod enim etiam Charitas respiciat bonum supernaturale, nihil refert; non enim illud respicit sub hac ratione, vel sub ratione Ardui, sed ut bonum; non est autem novum in obiecto materiali multos habitus convenire, et in nostra quaestione omnes tres virtutes Theologicae Deum respiciunt.

24 YOU HAVE also from what has been said, that the argument of Mastrius at num. 456. is feeble, by which with Coninchius he tries to show that the omnipotence, liberality, and fidelity of God do not pertain to the formal object, because that only looks to the formal object of the act of the will, which moves it to desire or shun some thing; but the aid of God does not move to beatitude: Therefore.

HABES etiam ex dictis, imbelle esse argumentum Mastrii num. 456. quo ostendere nititur cum Coninchio, omnipotentiam, liberalitatem, et fidelitatem Dei non pertinere ad obiectum formale, quia id solum spectat ad obiectum formale actus voluntatis, quod eam movet ad aliquam rem appetendam, vel fugiendam; sed auxilium Dei non movet ad beatitudinem: Ergo.

25 BUT since the object of Hope is beatitude as arduous, and the arduous does not move according to the adversaries, the divine power, liberality, and truth ought to excite and animate the pursuit of beatitude, as I shall soon say.

AT cum obiectum Spei sit beatitudo, ut ardua, neque arduitas secundum adversarios moveat; deberet excitare, et animare Divina potentia, liberalitas, et veritas ad prosecutionem beatitudinis, ut mox dicam.

26 YOU WILL SAY with Tannerus: God is arduous even to Charity to attain. It is answered, that this belongs to the material object of Charity.

DICES cum Tannero: Deus est arduus, etiam Charitati ad consequendum. Respondetur, hoc spectare ad materiale obiectum Charitatis.

Question IV: Whether a certain object is set forth for hope, and is hoped for

1 FROM the definitions of Hope its certainty seems to be gathered; for it is called a certain expectation of beatitude. For indeed, since the outcome depends on the aids of God and our merits, and no one knows: *Whether he be worthy of love or of hatred,* Ecclesiastes 9, it does not seem that a certain expectation can be had, as D. Bonaventure notes *in the opposing arguments.*

An SPE certo obiectum exhibeatur, et speretur.

EX definitionibus Spei videtur colligi eius certitudo; dicitur enim certa expectatio beatitudinis. Enim vero, cum eventus pendeat ex auxiliis Dei, et nostris meritis, et nemo sciat: An amore dignus sit, an odio. *Eccel. 9. non videtur, quae certa expectatio haberi possit, ut notat D. Bonavent.* in argumentis oppositis.

2 OBSERVE that certainty pertains properly and formally to the intellect; for it is an effect of truth, which is the formal object of the intellect: but the will is said to be certain insofar as it can infallibly attain its end.

> *OBSERVA, certitudinem proprie, et formaliter ad intellectum pertinere; est enim veritatis effectus, quae est obiectum formale intellectus: Voluntas vero dicitur certa, quatenus suum finem infallibiliter consequi potest.*

3 That Hope is most certain, all concede.

> *CERTISSIMAM esse Spem omnes concedunt.*

4 IT IS PROVED from D. Bonaventure first from the Apostle, who hoped for glory most certainly for himself, Rom. 8.: *For I am sure that neither death, nor life, etc. will be able to separate us from the charity of God.* And chapter 5.: *Hope confoundeth not.* And 1 to Timothy 1.: *I know whom I have believed, and I am certain that the just judge is able to keep my deposit.* And Heb. 6.: *That we may have the strongest comfort, who have fled for refuge to hold fast the hope proposed to us, which we have as a sure anchor.* Which passage the holy Doctor urges in Diata, tit. 5. cap. 4., where he notes that for this reason the Helmet is compared to Hope, *1 Thessal. 5.*, which is safe in battle; and Heb. 6. an *anchor,* which makes safe in a ship, as he notes also here on the last foundation. St. Thomas shows this most beautifully *in Psal. 30.*

> *PROBATUR a D. Bonav. primo ex Apostolo, qui certissimam sibi gloriam sperabat, Rom. 8.* Certus sum, quia neque mors, neque vita, etc. poterit nos separare a charitate Dei. *Et cap. 5.* Spes non confundit. *Et prima ad Timoth. 1.* Scio cui credidi, et certus sum, quia potens est depositum meum servare iustus iudex. *Et Hebr. 6.* Fortissimum solatium habentes, quo confugimus per propositam spem, quam veluti anchoram tutam habemus. *Quem locum urget S. Doct. in Diata, tit. 5. cap. 4. ubi advertit ideo Galea Spem comparari,* prima Thessal. 5. *quae tutum in pugna; et Hebr. 6.* anchora, *quae tutum in navi reddit, ut notat etiam hic fundamento ultimo. Praeclare id ostendit S. Doct.* in Psal. 30.

5 HENCE in the little work *on the seven gifts, on the Gift of piety* near the end he notes that Hope is called full of immortality, *Sap. 3.* But more beautifully *in the Commentaries.* And Rom. 5.: *We glory in the hope of the sons of God.* Therefore session 6. cap. 13. the Council of Trent says all ought to place a most certain Hope in the aid and mercy of God. For God, unless his graces fail, will perfect as he began. Hence the holy Doctor asserts certainty thus here, and in *Compend. Theolog. verit. lib. 5. cap. 22.* From this it begins to appear in what this certainty consists.

> *HINC opusc.* de septem donis, de Dono pietatis *circa finem notat, Spem dici immortalitate plenam,* Sap. 3. *Praeclarius vero* in Commentariis. Et *Rom. 5.* Gloriamur in spe filiorum Dei. *Ideo sess. 6. cap. 13. ait C. Trident. omnes in Dei auxilio, et misericordia debere certissimam Spem ponere. Deus enim nisi gratiae illius defuerint, sicut coepit, ita perficiet. Hinc certitudinem sic asserit S. Doct. hic, et in* Compend. Theolog. verit. lib. 5. cap. 22. *Ex quo incipit elucescere, in quo haec certitudo posita sit.*

6 The holy Doctor reports some saying that the certainty of faith gives to Hope all its certainty; but that it has no certainty of its own, just as particular science obtains all its certainty from universal science. For by faith man believes that all the good will be saved; but by Hope he believes that he himself in particular will be saved; whence he appropriates to himself what he believed universally; and since there is no certainty about singulars except insofar as they are referred to the universal, therefore hope does not appropriate to itself the certainty of faith absolutely, but under a condition, namely, if he shall have persevered unto the end. Whence they call the certainty of faith that of fidelity, because God cannot deny himself, since he promised salvation to those who persevere; but

the certainty of hope is called that of confidence; and confidence is nothing else than a kind of fidelity turned upon oneself.

> *REFERT S. Doct. quosdam dicentes certitudinem fidei dare Spei omnem certitudinem; hanc vero nullam a se habere certitudinem, sicut scientia particularis omnem certitudinem obtinet a scientia universali. Per fidem enim credit homo omnes bonos salvandos; per Spem autem credit, seipsum in particulari salvandum, unde appropriat sibi id, quod universaliter credebat; et quoniam non est certitudo circa singularia, nisi in quantum referuntur ad universale, ideo spes non appropriat sibi certitudinem fidei absolute, sed sub conditione, videlicet, si perseverarit usque in finem. Unde certitudinem fidei vocant fidelitatis, quia Deus seipsum negare non potest, cum salutem perseverantibus promiserit; certitudo vero spei dicitur confidentiae; confidentia autem non est aliud, quam fidelitas quaedam ad se conversa.*

7 BUT this mode is not proved by the Seraphic Doctor, because Hope has its own certainty, as the Gloss on Rom. 5. says: *Trial worketh hope, that is, the certainty of hope;* otherwise it would not have its own proper aspect of a habit per se, but only a subaltern one, as Bellarmine also notes *lib. 3. de Iustificatione, cap. 11.* Therefore Hope has a proper certainty on the part of the will; another on the part of the intellect. On the part of the will, the certainty of hope is the firm adherence of the will to the thing hoped for, and this can be most great, even if on the part of the intellect man is not certain that he will attain that thing. Indeed, Hope seems not only not to require, but not even to be able to bear on the part of the intellect an absolute certainty: For what we certainly know we shall have, we do not properly hope for, but absolutely expect, as the holy Doctor hints *argumento 4. opp.* For in this way the souls of the blessed do not properly hope for the resurrection of the body, but only expect it, because on the part of the intellect they are most certain that it cannot be wanting to them. Hence Bellarmine infers that the sectary heretics, who require an absolute certainty on the part of the intellect about Justification and salvation, leave no place for Hope, properly so called.

> *AT iste modus non probatur Seraphico, quia Spes habet suam certitudinem, ut ait Glossa ad id Rom. 5.* Probatio operatur spem, idest spei certitudinem; *alioqui non haberet propriam rationem habitus per se, sed subalternatam tantum, ut advertit etiam Bellarminus* lib. 3. de Iustificatione, cap. 11. *Habet igitur Spes propriam certitudinem ex parte voluntatis; alteram ex parte intellectus. Ex parte voluntatis certitudo spei est firma adhaesio voluntatis ad rem speratam, et haec maxime esse potest, etiamsi ex parte intellectus non sit homo certus, se rem illam consecuturum. Imo videtur Spes, non solum non exigere, sed nec ferre posse ex parte intellectus certitudinem absolutam: Nam quod certo scimus, nos habituros, non proprie speramus, sed absolute expectamus, ut innuit S. Doct.* argumento 4. opp. *Hoc enim modo animae beatorum non proprie sperant corporum resurrectionem, sed tantum expectant, quia certissimae sunt ex parte intellectus, eam sibi deesse non posse. Hinc infert Bellarminus, haereticos sectarios, qui certitudinem absolutam ex parte intellectus requirunt de Iustificatione, et salute, nullum locum relinquere Spei, proprie dictae.*

8 HOWEVER, although Hope does not require an absolute certainty on the part of the intellect, yet hence it has also a twofold certainty. One arises from the primary foundation of hope, which is the promise of God. For we are certain that God cannot deceive. And indeed if nothing were required for our justification or salvation except the promise of God, we should have about these things an absolute and infallible certainty too; but because other things are also required, about which we are not so certain, therefore Hope does not expel all fear. The other certainty of Hope on the part of the intellect arises from charity, and by this it does not belong except to the just; for a friend can hope all good things from a friend, nor is he confounded, as is said Rom. 5.: *And hope confoundeth not: because the charity of God is poured forth in our hearts, etc.* for charity is the form which perfects Hope.

> *QUAMVIS autem Spes absolutam certitudinem non requirat ex parte intellectus; tamen hinc habet etiam duplicem certitudinem. Altera oritur ex fundamento spei primario, quod est promissio Dei. Certi enim sumus, Deum non posse fallere. Et siquidem nihil requireretur ad nostram iustificationem, vel salutem, nisi promissio Dei, haberemus etiam de his rebus absolutam, et infallibilem certitudinem; tamen quia requiruntur etiam alia, de quibus non sumus tam certi, ideo Spes non expellit omnem timorem. Altera certitudo Spei ex parte intellectus oritur ex charitate, ac per hoc non convenit, nisi iustis; amicus enim ab amico omnia bona sperare potest, neque confunditur, ut dicitur Rom. 5.* Spes autem non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, etc. *charitas enim est forma, quae perficit Spem.*

9 Therefore Christian Hope has a certainty distinct from Faith, as the holy Doctor gathers: because faith is certain about this enunciation: *I believe that there is eternal life;* but Hope is borne toward eternal life incomplextly.

> *Igitur Spes christiana habet certitudinem distinctam a Fide, ut colligit S. Doct. quia fides certa est de hac enunciatione:* Credo vitam aeternam esse; *At Spes fertur in vitam aeternam incomplexe.*

10 He proves this also from contraries; for one thing is opposed to one: but the certainty of faith is opposed to error and doubt; whereas the certainty of hope is repugnant to diffidence and despair.

> *Hoc etiam probat a contrariis; nam unum uni opponitur: Certitudo autem fidei opponitur errori, et dubitationi; at certitudo spei repugnat diffidentiae, et desperationi.*

11 But just as the certainty of faith in this life does not make it impossible that we fall into error against the truth believed, although it can overcome every error: so Hope does not make every diffidence impossible, although it carries with it a manly adherence.

> *Sicut autem certitudo fidei in via non reddit invincibilem, ne labamur in errorem contra veritatem creditam, tametsi possit omnem errorem superare: ita Spes non reddit impossibilem omnem diffidentiam, tametsi virilem adhaesionem secum ferat.*

12 Doubt can indeed befall our hope per accidens, on the part of the subject; if it does not take care to correspond to the grace of God by working faithfully. From this others deduce that the certainty of hope is conditional, which the Council of Trent seems to hint at, defining that the Just ought to hope for beatitude if they shall have persevered in well-doing unto the end. So they discourse at length in Bassaeus.

> *Potest vero ingruere dubium per accidens in spem nostram, ratione subiecti; si non curet gratiae Dei correspondere, fideliter operando. Ex quo deducunt alii certitudinem spei esse conditionatam, quod videtur innuere Concilium Trident. definiens, Iustos debere sperare beatitudinem, si bene agendo perseveraverint usque in finem. Sic disserunt apud Bassaeum.*

13 *It is proved,* because beatitude is to be hoped for in the same mode in which God promised it, but he promised conditionally, Rom. 8.: *If so be that we suffer with him.* And Matth. 8.: *If thou wilt enter into life, keep the commandments:* Therefore. So the holy Doctor runs through it *in the body of the text, and ad 4.*

> Probatur, *quia eodem modo speranda est beatitudo, quo Deus eam promisit, sed promisit conditionaliter, Rom. 8.* Si tamen compatimur. *Et Matth. 8.* Si vis ad vitam ingredi, serva mandata: *Ergo. Ita discurrit S. Doct.* in corpore, et ad 4.

14 Therefore what D. Thomas says at quaest. 18. art. 4. does not please him, that the certainty of hope is such as is the certainty of nature; but he adduces this as absolute in 3. dist. 26. quaest. 2. Nor

does the argument of Caisensis press, namely, that we hope in God, whose power is insuperable, and whose will is ready to do good; and the certainty of hope is the determination of the inclination to its proper object.

> *Ideo non placet id, quod ait D. Thom. quaest. 18. art. 4. certitudinem spei esse, qualis est certitudo naturae; haec autem absoluta afferitur ab eo in 3. dist. 26. quaest. 2. Neque ratio Caisensis urget, nempe quia speramus in Deo, cuius potentia est insuperabilis, et voluntas ad benefaciendum parata; et spei certitudo est determinatio inclinationis ad proprium obiectum.*

15 These things are indeed frivolous; for the determination of hope to the object is, as it is proposed to us by faith, that we may be certain of beatitude if we persevere; to which end the inclination tends, desiring absolutely; but it does not hope absolutely, but with the due means, as the Council of Trent says.

> *Haec sane frivola sunt; nam determinatio spei ad obiectum, est, prout nobis proponitur a fide, ut certi simus beatitudinis, si perseveremus; ad quem finem inclinatio tendit, absolute appetens; sed non sperat absolute, sed debitis mediis, ut ait C. Tridentinum.*

16 *Caisensis objects.* If the certainty of hope were conditional, it could not fail; for as that truth cannot fail: *He that shall persevere to the end, he shall be saved;* so neither this: *If I shall persevere, I shall be saved.*

> Obiicit *Caisensis. Si certitudo spei esset conditionata, non posset deficere; sicut enim non potest deficere illa veritas:* Qui perseveraverit usque in finem, salvus erit; *ita neque haec:* Si ego perseveravero, salvus ero.

17 *It is answered,* by conceding that the conditional truth of Hope does not fail.

> Respondetur*, concedendo non deficere conditionatam veritatem Spei.*

18 *He objects secondly.* Fear is opposed to Hope; but fear is not borne conditionally, thus: *If I die in mortal sin, I shall be damned;* for he is certain of this.

> Obiicit secundo. *Timor opponitur Spei; at timor non fertur conditionate, sic:* Si moriar in peccato mortali, damnabor; *est enim de hoc certus.*

19 *It is answered,* that Fear is borne toward an imminent evil. Therefore it is borne conditionally. If therefore I do not do what I am bound to, I shall lose perseverance, without which I shall certainly not be saved.

> Respondetur*, Timorem ferri in malum imminens. Itaque conditionate fertur. Si ergo non egero, quod teneor, amittam perseverantiam, sine qua certo non salvabor.*

20 From these the holy Doctor gathers first *ad 2.* that the certainty of Hope does not rest on the firmness of the will alone; but that the will rests on God, who is our firmness, as D. August. says, *lib. 11. Confess. cap. 30.*

> *Ex his colligit primo S. Doct.* ad 2. *certitudinem Spei non inniti sola firmitate voluntatis; sed ut voluntas innititur Deo, qui est firmitas nostra, ut ait D August.* lib. 11. Confess. cap. 30.

21 He gathers secondly, that Hope has the certainty of order, because hope orders to salvation efficaciously and infallibly; but there is no certainty about the event, and thus even the foreknown are bound to hope, according to that: *In him hath every congregation of the people hoped.*

Colligit secundo, Spem habere certitudinem ordinis, quia efficaciter, et infallibiliter spes ordinat ad salutem; non est autem certitudo de eventu, et ita etiam praesciti sperare tenentur, iuxta id: Sperate in eo omnis congregatio populi.

22 Caspensis says the Tridentine spoke of this certainty of the event, when he appends the condition: But the words of the Council mean something else; for it says: *Let no man promise himself anything with absolute certainty; although all ought to place and repose in the aid of God a most firm hope.*

De hac certitudine eventus, ait Caspensis, locutum Tridentinum, dum conditionem apponit: Sed verba Concilii aliud sentiunt; ait enim: Nemo sibi certi aliquid absoluta certitudine polliceatur; tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare et reponere omnes debent.

23 He gathers thirdly *lib. 5. Compendii Theolog. cap. 12.* that the Hope of the souls in Purgatory, and of the Fathers in the Limbo, declined somewhat from the notion of Hope toward that which is the certainty of science. So, he says, the high faith of Paul to the third heaven declined; and that of Stephen, when he saw Christ, *Act. 7.*; and of Adam in the state of innocence.

Colligit tertio lib. 5. Compendii Theolog. cap. 12. *Spem animarum Purgatorii, et Patrum in Lymbo, declinasse aliquantulum a ratione Spei, in illam, quae est certitudo scientiae. Sic etiam declinare, ait, altam fidem Pauli ad tertiam caelum; Stephani, cum vidit Christum* Act. 7. *et Adae in statu innocentiae.*

Question V: Whether hope is a virtue

1 The holy Doctor prefaces that Hope is sometimes taken for the affection: and thus the Philosophers and the holy Fathers say there are four affections of the soul: Joy, and Sorrow, Hope, and Fear. Sometimes it is taken for the thing expected, or hoped for, Tit. 2.: *Waiting for the blessed hope.* But it is taken thirdly for the habit directing the motion and affection of the soul toward that which is to be expected.

Praemittit S. Doct. Spem sumi aliquando pro affectione: et sic Philosophi, et SS. PP. dicunt quatuor esse affectiones animi: Gaudium, et Dolorem, Spem, et Timorem. Aliquando sumi pro re expectata, vel sperata, Tit. 2. Expectantes beatam spem. *Sumi vero tertio pro habitu dirigente animae motum, et affectum in illud, quod expectandum est.*

2 I assert first, that Hope is a Virtue.

Assero primo, Spem esse Virtutem.

3 *It is proved* from D. Bonaventure *foundation 3.* A habit repugnant to fault is a virtue; Hope is repugnant to Presumption and Despair: Therefore.

Probatur *a D. Bonau.* fundamento 3. *Habitus, repugnans culpae, est virtus; Spes repugnat Praesumptioni, et Desperationi: Ergo.*

4 *It is proved secondly* from the holy Doctor *foundation 4.*, by the argument which D. Thomas uses: A habit rectifying the soul is a Virtue: for Virtue is a habit regulative and confirmative of a power, which makes the soul rejoice in those things which are right, as the Philosopher says, 2. *Eth.* cap. 3. 4. and 6. and 2. *Rhet.* and 7. *Eth.* cap. 14. Hope is of this kind. But there is a twofold rule, or measure, of human acts: One proximate and homogeneous, that is, reason: Another supreme and exceeding, that is, God; and on this account every act reaching to reason and to God is good; but the act of hope reaches to God: for the object of hope is the arduous good, possible to be had: Now something is possible to us in a twofold way: First, by ourselves. Secondly, by others, as is evident 3. *Eth.* cap. 3.

Therefore insofar as we hope for something possible by the aid of God, our Hope reaches to God himself, on whose aid it rests. Therefore Hope is a Virtue, and indeed a supernatural and gratuitous one.

> Probatur secundo *a S. Doct.* fundamento 4. *ratione, qua utitur D. Thom. Habitus rectificans animam, est Virtus: Virtus enim est habitus potentiae regulativus, et confirmativus, qui facit animam gaudere circa ea, quae recta sunt, ut ait Philosoph.* 2. Eth. *cap. 3. 4. et 6. et* 2. Rhet. *et 7.* Eth. *cap. 14. Spes est huiusmodi. Humanorum vero actuum duplex est regula, seu mensura; Una proxima, et homogenea, idest ratio: Alia suprema excedens, idest Deus, et ob id omnis actus, attingens ad rationem, et Deum, est bonus; actus autem spei attingit ad Deum: obiectum enim spei est bonum arduum, possibile haberi: Possibile autem est aliquid nobis dupliciter: Primo per nos metipsos. Secundo per alios, ut patet 3.* Eth. *cap. 3. In quantum ergo speramus aliquid per Dei auxilium possibile, Spes nostra attingit ad ipsum Deum, cuius auxilio innititur. Igitur Spes est Virtus, et quidem supernaturalis, et gratuita.*

5 I assert therefore secondly, that Hope is a gratuitous virtue.

> *Assero igitur secundo, Spem esse virtutem gratuitam.*

6 *It is proved* from St. Bonaventure first. That which makes one attain to salvation is from grace. Such is Hope, as is said Rom. 8.: *For we are saved by hope:* Therefore.

> Probatur *a S. Bonau. primo. Id, quod ad salutem facit pervenire, est a gratia. Talis est Spes, ut dicitur Rom. 8.* Spe salvi facti estis: *Ergo.*

7 *It is proved secondly.* That which renders acceptable to God is gratuitous: Such is Hope, Psal. 32.: *The Lord is well pleased in them that fear him; and in them that hope in his mercy:* Therefore.

> Probatur secundo. *Quod reddit Deo acceptum, est gratuitum: Talis est Spes, Psal. 32.* Beneplacitum est Domino super timentes eum; et in eis, qui sperant super misericordia eius: *Ergo.*

8 *It is proved thirdly.* A habit directly repugnant to a fault which immediately attains God is a supernatural virtue. Such is Hope, repugnant to presumption of beatitude without merits, and to despair of the Divine mercy: Therefore.

> Probatur tertio. *Habitus directe repugnans culpae, quae Deum immediate attingit, est virtus superna. Talis est Spes repugnans praesumptioni beatitudinis absque meritis, et desperationi de Divina misericordia: Ergo.*

9 *It is proved fourthly.* To expect that which is above every grasp of the natural appetite is as believing everything that is above every grasp of the intellect: But from this head Faith is a supernatural virtue: Therefore also Hope, which expects the things that transcend our heart, as is said *1 Corinth. 2.*

> Probatur quarto. *Ita se habet expectare, quod est supra omnem appetitus naturae captum, sicut credere omne, quod est supra omnem captum intellectus: Sed ex hoc capite Fides est virtus supernaturalis: Ergo et Spes, quae expectat ea, quae transcendunt cor nostrum, ut dicitur* prima Corinth. 2.

10 *Finally it is proved on the last foundation, and in the body of the text, by the argument made for the first assertion.*

> Tandem probatur fundamento ultimo, et in corpore, ratione facta pro primo asserto.

11 YOU OBJECT first. No passion is a virtue, *ex 2. Eth. cap. 5. and lib. 3. where he says: In the soul there are three things, Powers, Passions, and Habits; but virtue is concerned among the habits.* But hope is a passion *ex Boët. de consol.* Therefore.

OBIICIES primo. Nulla passio est virtus, ex 2. Eth. cap. 5. et lib. 3. ubi ait: In anima tria sunt, Potentiae, Passiones, et Habitus; inter habitus autem versatur virtus. *Sed spes est passio* ex Boët. de consol. *Ergo.*

12 The holy Doctor answers that Hope is taken here as it is regulative of the passions, and it is a Virtue.

RESPONDET S. Doct. hic sumi Spem, ut est regulativa passionum, et est Virtus.

13 YOU OBJECT secondly. As it happens to expect future things, so to remember past things: But this is not a virtue: Therefore neither that; for Hope is either the expectation of future things, or arises from it.

OBIICIES secundo. Sicut contingit expectare futura, ita rememorari praeterita: Sed hoc non est virtus: Ergo neque illud; nam Spes, vel est expectatio futurorum, vel ab ea oritur.

14 He answers by denying the parity; for virtue stands more in regulating actions to be done than in acts. Moreover remembering stands in Cognition; but expectation in the Affective; and virtue regards more the regulating of the affect. Hence also the act of virtue is linked to remuneration, as it is joined to affection: for instance, that of prudence, or penance, or charity, insofar as it recalls past deeds done, that it may act better in the future; or past evils, that it may sorrow; or benefits, that it may give thanks.

RESPONDET, negando paritatem; nam virtus magis stat in regulandis agendis, quam actis. Deinde rememoratio stat in Cognitione; expectatio vero in Affectiva; virtus autem magis respicit regulare affectum. Hinc etiam remunerationi, ut iungitur affectioni, adnectitur actus virtutis; puta prudentiae, vel poenitentiae, vel charitatis, quatenus recordatur praeteritorum factorum, ut futura melius agat; vel praeteritorum malorum, ut doleat; vel beneficiorum, ut gratias agat.

15 YOU OBJECT thirdly. As it happens to hope rightly, so also to fear rightly: but the habit which directs the soul in fearing is not a virtue: Therefore.

OBIICIES tertio. Sicut contingit recte sperare, ita et recte timere: sed habitus, qui dirigit animam in timendo, non est virtus: Ergo.

16 The holy Doctor answers by denying the parity, because Fear stands in recoiling; Hope in pursuing: and therefore Fear has more of passion; Hope indeed of action; and because the habits of the virtues direct the soul in those acts in which the rectitude of life consists, according to that which is said: *Virtue is a good quality of the mind, whereby one lives rightly;* hence it is that Hope is more in the genus of virtue than Fear. Hence also it is clear why the habit of virtue stands more about the affection of Hope than about the other three affections related above; for Joy, and Sorrow, because they have a conjoined object, stand more in sustaining; but the affection of Hope, among the others, stands more in acting; and therefore although, as it is a passion, it is not a virtue, yet as it is the stretching forth of the soul toward the thing hoped for, it is a virtue.

RESPONDET S. Doct. negando paritatem, quia Timor stat in resilitione; Spes in prosecutione: et ideo Timor magis habet de passione; Spes vero de actione; et quia habitus virtutum dirigunt animam in actibus, in quibus consistit rectitudo vitae, iuxta id, quod dicitur: Virtus est bona qualitas mentis, qua recte vivitur; *hinc est, quod Spes magis est in genere virtutis, quam Timor. Hinc etiam patet; cur magis circa affectionem Spei consistat habitus virtutis, quam circa alias tres affectiones, supra relatas; nam Gaudium, et Dolor, quia habent obiectum coniunctum, magis sunt in sustinendo; affectus vero Spei inter caeteras, magis stat in agendo; et ideo licet, ut est passio, non sit virtus, tamen ut est protensio animae in rem speratam, est virtus.*

17 YOU OBJECT fourthly: Every moral virtue stands about the good and the difficult, *ex Aristotle 2. Eth. cap. 3.* But in the expectation of the goods promised by God there is no difficulty, since God cannot lie: Therefore.

> *OBIICIES quarto; Omnis virtus moralis consistit circa bonum, et difficile,* ex Aristotele 2. Eth. cap. 3. *Sed in expectatione bonorum promissorum a Deo, non est difficultas, cum Deus nequeat mentiri: Ergo.*

18 He answers, that as to believe the things which are naturally proved to us is easy, so also to hope for what is naturally obvious: But to hope for supernatural things, which neither sense nor intellect perceives, and to despise our goods for these, is arduous and worthy of great praise.

> *RESPONDET, quod sicut credere ea, quae naturaliter probata nobis sunt, est facile; ita et sperare, quae naturaliter obvia: At sperare supernaturalia, quae nec sensus, nec intellectus percipit, et pro his bona nostra contemnere, est arduum, et magna dignum laude.*

19 YOU OBJECT fifthly. No gratuitous virtue in its act is repugnant to the perfection of merit; but Hope in its act is repugnant to the perfection of merit; for it proceeds from imperfection that anyone serve God on account of a future retribution; because, as *St. Bernard says de diligendo Deo, cap. 4.: Charity does not look upon the reward.* But Hope makes one expect a future retribution for merits: Therefore it is not a gratuitous virtue.

> *OBIICIES quinto. Nulla virtus gratuita in suo actu repugnat perfectioni meriti; sed Spes in suo actu repugnat perfectioni meriti; ex imperfectione enim procedit, ut quis serviat Deo propter retributionem futuram; quia, ut ait* S. Bernardus de diligendo Deo, cap. 4. Charitas praemium non intuetur. *At vero Spes facit expectare pro meritis retributionem futuram: Ergo non est virtus gratuita.*

20 The holy Doctor answers first, that the act of Hope does not diminish merit; but, as the Apostle says, it rises up from the perfection of merit: For the greater merits anyone has, the more firmly and more certainly does he hope. Nor is detracted from Charity the expecting of God himself, whom it loves, as the reward wherewith it may be united; for the greatest charity most of all desires to be united to God. But this reward we hope for, as is had *Genes. 15.: I am thy reward exceeding great.* And the holy Doctor shows this a posteriori: for the true Saints, who expect beatitude, are little solicitous about themselves; much about God. Thus they despise all things, that they may be united to God in the fatherland.

> *RESPONDET S. Doct. primo, Spei actum, non minuere meritum; sed, ut ait Apostolus, illum consurgere ex meriti perfectione: Quanto enim aliquis maiora habet merita; tanto firmius, et certius sperat. Neque detrahitur Charitati, expectando ipsum Deum, quem diligit, in mercedem, cui uniatur; maxima enim charitas maxime desiderat Deo uniri. Hanc autem mercedem speramus, ut habetur* Genes. 15. Ego ero merces tua magna nimis. *Et hoc a posteriori ostendit S. Doct. nam veri Sancti, qui expectant beatitudinem, parum de se; multum de Deo sunt solliciti. Sic spernunt omnia, ut Deo uniantur in patria.*

21 MOREOVER, the mercenary Hope is evil in that it places the end in its own advantage, as Caspensis also says *sect. 4.*; but to serve God on account of a reward according to the Divine will, which declares that he wills to give it, *Matth. 20.: Call the workmen, and pay them their reward;* is not a defect, but an honest act, as the Council of Trent defines, *sess. 6. cap. 11. and can. 31.: If anyone shall say that the justified sins, while he does good works in view of an eternal reward; let him be anathema.* The Fathers of the Council prove this from *Psal. 118.: I have inclined my heart to do thy justifications in eternity, on account of the retribution.* And *Hebr. 11.* Paul reports that Moses, most holy, underwent most studious labors,

because *he looked upon the recompense*. Therefore God often proposes *the sweetness of the reward, Deuter. 11., Apoc. ult*. For it is honest to seek one's own last end.

> *CAETERUM Spes mercenaria ea mala est, quae ponit finem in proprio commodo, ut ait etiam Caspensis* sect. 4. *servire autem Deo ob mercedem iuxta Divinam voluntatem, quae declarat, se velle dare* Matth. 20. Voca operarios, et redde illis mercedem; *non est defectus, sed actus honestus, ut definit Concilium Trident*. sess. 6. cap. 11. et can. 31. Si quis dixerit, iustificatum peccare, dum intuitu aeternae mercedis bene operatur; anathema sit. *Probant hoc Patres Concilii ex* Psal. 118. Inclinavi cor meum ad faciendas iustificationes tuas in aeternum, propter retributionem. *Et* Hebr. 11. *refert Paulus, Moysen sanctissimum studiosissima opera exantlasse, quia* aspiciebat in remunerationem. *Ideo saepe Deus proponit* oblectam praemii Deuter. 11. Apoc. ult. *honestum est enim ultimum suum finem appetere*.

22 Hence against the Sectaries I hold that it is honest to expect eternal glory, as the crown of labors. For thus also Paul, *2. Timot. 4.: I have fought the good fight, etc. Therefore there is laid up for me a crown of justice*. And *Tobias 4.: Great will be the confidence before the most high God for alms to all those who do it*. I add, that it is lawful to hope also from prayers, and studious works, for a temporal good, provided that in this the last end is not placed.

> *Hinc contra Sectarios habeo, honestum esse gloriam aeternam expectare, ut coronam laborum. Sic enim et Paulus* 2. Timot. 4. Bonum certamen certavi, etc. Ideo reposita est mihi corona iustitiae. *Et* Tobias 4. Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna omnibus facientibus eam. *Addo, licitum esse etiam sperare ex orationibus, et operibus studiosis bonum temporale, dummodo in hoc non ponatur finis ultimus*.

Question VI: Whether hope is a theological virtue

1 By the calculations of all Theologians it is established that Hope is a Theological virtue.

> *OMNIUM Theologorum calculis statuitur, Spem esse Theologicam virtutem.*

2 It is PROVED first by St. Bonaventure, because the Apostle places it in order with Faith and Charity, *1. Corinth. 13*.

> *PROBATUR a D. Bonav. primo, quia Apostolus eam ponit in ordine cum Fide, et Charitate* 1. Corinth. 13.

3 It is PROVED second by the Holy Doctor, because that virtue which is the end of the Cardinal virtues is Theological: Such is Hope; Therefore. The minor is proved, because it tends to God as the beatific object, to which the objects of the other virtues serve as means.

> *PROBATUR secundo a S. Doct. quia illa virtus, quae est finis virtutum Cardinalium, est Theologica: Talis est Spes; Ergo. Minor probatur, quia tendit in Deum, ut obiectum beatificum, ad quod obiecta aliarum virtutum inserviunt, ut media.*

4 It is PROVED third by St. Bonaventure *cap. 6. ad Hebr.* where it is said, to have Hope entering even within the veil, that is, even to the hidden things of God, as Valencia also notes *disp. 2. quaest. 1. puncto primo*.

> *PROBATUR tertio a D. Bonaventura* cap. 6. ad Hebr. *ubi dicitur, habere Spem incedentem usque ad interiora velaminis, idest usque ad recondita Dei, ut advertit etiam Valentia* disp. 2. quaest. 1. puncto primo.

5 It is PROVED fourth by the Holy Doctor: it is of the same reason a mean between the extremes: But Hope is a mean between faith, which begins the spiritual building; and Charity, which completes it;

for Hope raises one up to God: Therefore.

> *PROBATUR quarto a S. Doct. eiusdem rationis est medium cum extremis: Sed Spes est media inter fidem, quae inchoat aedificium spirituale; et Charitatem, quae consummat; nam Spes erigit in Deum: Ergo.*

6 It is PROVED fifth by the Holy Doctor: The image of creation is reformed through re-creation; but the image of creation requires three powers: Therefore also the image of re-creation requires three virtues. Since therefore the image is reformed through the Theological virtues: therefore they are three, but none other than faith, Hope, and Charity: Therefore.

> *PROBATUR quinto a S. Doct. Imago creationis reformatur per recreationem; sed imago creationis exigit tres potentias: Ergo et imago recreationis requirit tres virtutes. Cum ergo imago reformetur per virtutes Theologicas: ergo sunt tres, sed non aliae praeter fidem, Spem, et Charitatem: Ergo.*

7 *Finally it is proved in the body from the object;* because it regards God immediately, as the object to be acquired in beatitude. Therefore, just as faith is Theological because it leans on God revealing the truth; so Hope, because it leans on God promising great things.

> TANDEM probatur in corpore ex obiecto; *quia respicit immediate Deum, ut obiectum acquirendum in beatitudine. Igitur, sicuti fides est Theologica, quia nititur Deo revelanti vera; ita Spes, quia nititur Deo promittenti magna.*

8 It is proved also on the part of the subject; because the higher portion of the soul is reformed in order to God by the Theological virtues: But Hope is one of the reforming virtues; for just as the rational is reformed by faith, the concupiscible by charity, so the irascible is reformed by Hope. This is also shown, because the dowries of the soul in the fatherland correspond to the reformation. Thus to faith will correspond the vision, reforming the Rational; to charity the consummated Charity of the way, reforming the Concupiscible. Thus also to the third, corresponding to Hope, will correspond that which will reform the Irascible.

> *PROBATUR etiam ex parte subiecti; quia portio superior animae reformatur in ordine ad Deum virtutes Theologicas: At Spes est una e virtutibus reformantibus; nam sicuti rationalis fide, concupiscibilis charitate, ita Spe reformatur irascibilis. Hoc etiam ostenditur, quia dotes animae in patria respondent reformationi. Sic fidei respondebit visio, reformans Rationalem; charitati viae Charitas consummata, reformans Concupiscibilem. Sic et tertio respondens Spei, Irascibilem reformabit.*

9 *You will object* first. No virtue, around whose act excess can be found, is Theological; for God is never believed too much, nor loved too much; but in Hope there can be excess, for some hope for more than their merits require: Therefore.

> Obiicies *primo. Nulla virtus, circa cuius actum potest reperiri excessus, est Theologica; nunquam enim nimis Deo creditur, aut nimis amatur; sed in Spe potest esse excessus, aliqui enim plus sperant, quam merita exigunt: Ergo.*

10 The Holy Doctor *answers* that that virtue, in whose acts there is excessive intensity, is truly not Theological; but in the acts of Hope there is no excessive intensity; for no one hopes in the Lord too much; but the excess is not in the genus of hope, but of presumption, on the part of the subject, from a defect of the condition of hope, which requires that one hope in God in the manner revealed by God. Therefore excess of intensity cannot be in the acts of the Theological virtues, which have an infinite object; but in the object of the Cardinal virtues, which is finite and determinate, whence if the act, transgressing the limits, exceeds, declining to the extremes, it deviates into vices.

Respondet *S. Doct. illam virtutem, in cuius actibus est nimia intensio, vere non esse Theologicam; at in Spei actibus non est nimia intensio; nemo enim nimis sperat in Domino; sed excessus non est in genere spei, sed praesumptionis, ex parte subiecti, ex defectu conditionis spei, quae exigit, ut speretur in Deo, modo a Deo revelato. Excessus igitur intensionis non potest esse in actibus virtutum Theologicarum, quae habent obiectum infinitum; sed in obiecto virtutum Cardinalium, quod est finitum, et determinatum, unde si limites transgrediens, actus excedat, declinans ad extrema, deviat ad vitia.*

11 *You will object* second. A virtue which is a mean between two malices is Cardinal, not Theological: But Hope is a mean between despair and presumption: Therefore.

Obiicies *secundo. Virtus, quae est media inter duas malitias, est Cardinalis, non Theologica: Sed Spes est media inter desperationem, et praesumptionem: Ergo.*

12 The Holy Doctor *answers* that a virtue which is a mean between two malices, by participating in the extremes with respect to those things which are good, is Cardinal, or of the Cardinal species: Thus Liberality is a mean between avarice, participating in its material subject, keeping what is to be kept, and between prodigality, participating in its material subject, inasmuch as it gives what is to be given. But truly, if it is a mean only in an eliminative way with respect to each extreme, it can be Theological. Such is Hope, a mean between despair and presumption; for it frees from that twofold evil; just as faith concerning the Trinity and unity frees from the extremes, the error of Arius and the error of Sabellius.

Respondet *S. Doct. Virtutem, quae est media inter duas malitias, participando de extremis quoad ea, quae bona sunt, esse Cardinalem, vel Cardinalis speciem: Sic Liberalitas est media inter avaritiam participans de eius materiali subiecto, tenens tenenda, et inter prodigalitatem, participans de eius materiali subiecto, quatenus dat danda. At vero, si sit media tantum, ut eliminativa utriusque extremi, potest esse Theologica. Talis est Spes, media inter desperationem, et praesumptionem; liberat enim ab illo duplici malo; sicut fides de Trinitate, et unitate liberat ab errore Arrii, et ab errore Sabellii, extremis.*

13 *You will object* third. A virtue which is concerned with means to the ultimate end is Cardinal. Hope is concerned with grace, perseverance, and the other means of salvation: Therefore.

Obiicies *tertio. Virtus, quae versatur circa media ad finem ultimum, est Cardinalis. Spes versatur circa gratiam, perseverantiam, et caetera media salutis: Ergo.*

14 The Holy Doctor *answers* that the genus or species of virtue is not determined by any object whatever, but by that object which has the character of motive; and although Hope is concerned also with means to salvation, nevertheless its motive object is God; as the ultimate end, beatitude, to which grace and the other means, which it hopes from him, are ordered.

Respondet *S. Doct. non determinari genus, vel speciem virtutis penes obiectum quodcumque, sed penes illud obiectum, quod habet rationem motivi; quamvis autem Spes versetur etiam circa media ad salutem, tamen obiectum motivum est Deus; ut finis ultimus beatus, ad quem ordinantur gratia, et alia media, quae sperat ab eo.*

15 If you say that also Latria and the whole virtue of Religion regard God; nevertheless it is not a Theological virtue, because it regards also a created thing as object, namely such worship.

Si dicas, etiam Latriam, et Religionis totius virtutem respicere Deum; attamen non esse virtutem Theologicam, quia respicit etiam rem creatam tanquam obiectum, nempe cultum talem.

16 The Holy Doctor *answers* that it is not similar, because Latria regards that created act as object; and thus does not regard God immediately, as Hope does.

> Respondet *S. Doct. non esse simile, quia Latria respicit actum illum creatum, ut obiectum; atque adeo non respicit Deum immediate, sicuti facit Spes.*

17 *You will object* fourth. Habits are distinguished by acts: But the acts of hope and the acts of longanimity are the same, namely, to await good things: Therefore Hope and Longanimity are of the same genus; But Longanimity is Cardinal: Therefore also Hope.

> Obiicies *quarto. Habitus per actus distinguuntur: Sed actus spei, et actus longanimitatis sunt iidem, nempe, expectare bona: Ergo Spes, et Longanimitas sunt eiusdem generis; Sed Longanimitas est Cardinalis: Ergo et Spes.*

18 The Holy Doctor *answers* that Hope awaits eternal goods, and those promised by God: But Longanimity, which is a part of Fortitude, awaits by constancy and strength of soul to triumph over afflictors; and therefore its object is of an inferior order.

> Respondet *S. Doct. Spem expectare bona aeterna, ipsamque Dei promissis: Longanimitas vero, quae est pars Fortitudinis, constantia, et robore animi expectat de affligentibus triumphare; et ideo eius obiectum est inferioris ordinis.*

19 *You will object* fifth. It belongs to Fortitude to strengthen against afflictors: But this also pertains to Hope, because it makes a man rejoice in adversities: Therefore.

> Obiicies *quinto. Ad Fortitudinem spectat roborare contra affligentia: Sed hoc etiam ad Spem pertinet, quia facit hominem in adversis gaudere: Ergo.*

20 The Holy Doctor *answers* that an act can be of some virtue, either as eliciting, or as commanding, or as assisting. To endure terrible things is of fortitude, as eliciting; but of faith as commanding and dictating, as is said Hebr. 11. *The Saints by faith conquered kingdoms, etc. They were made strong in battle*, but of Hope and Charity, as assisting. For the love of God and the hope of beatitude greatly assist the virtue of Fortitude, that it may be able to bear all evils, according to that saying of B. Gregory: *The hope of reward diminishes the force of the scourge.*

> Respondet *S. Doct. actum posse esse alicuius virtutis, vel sicut elicientis, vel sicut imperantis, vel sicut adiuvantis. Perferre terribilia est fortitudinis, sicut elicientis; sed fidei sicut imperantis, et dictantis, sicut dicitur Hebr. 11.* Sancti per fidem vicerunt regna, etc. Fortes facti sunt in bello*, sed Spei, et Charitatis, ut adiuvantis. Amor enim Dei, et Spes beatitudinis multum adiuvant virtutem Fortitudinis, ut possit omnia mala perferre iuxta id B. Gregorii:* Spes praemii minuit vim flagelli.

Question VII: Whether hope is at times formless

1 I assert most certainly that Hope is at times unformed.

> *Certissime assero, Spem aliquando esse informem.*

2 It is *proved* first by St. Bonaventure from St. Augustine de vera Innocentia, where he attributes being unformed to Charity alone.

> Probatur *a D. Bonav. primo ex D. August. de vera Innocentia, ubi soli Charitati tribuit, esse tantum informem.*

3 Second, because just as formed Hope arises from formed faith; so unformed Hope ought to arise from unformed faith: But unformed faith is granted, as is said 1 Corinth. 13. Therefore.

Secundo, quia sicuti Spes formata oritur e fide formata; ita Spes informis a fide informi debet oriri: Sed datur fides informis, ut dicitur prima Corinth. 13. Ergo.

4 Third. For thus Hope arises from faith in rewards, just as fear from faith in punishments: But fear can be unformed: Therefore.

Tertio. Sic enim Spes consurgit ex fide praemiorum, sicuti timor ex fide suppliciorum: Sed timor potest esse informis: Ergo.

5 Fourth. For many sinners hope that they will obtain mercy and glory; But this act ought to arise from some good habit, because it rectifies the power to the Divine rule, which most of all forbids despairing of the mercy of God. For thus also faith strengthens reason to believe the things revealed, even when stained by deadly sin. And the Holy Doctor concludes that those things which were said of unformed faith are to be applied to Hope.

Quarto. Multi enim peccatores sperant, se misericordiam consecuturos, et gloriam; Iste autem actus ab aliquo habitu bono oriri debet, quia rectificat potentiam ad Divinam regulam, quae maxime prohibet desperare de misericordia Dei. Sic enim et fides roborat rationem ad credendum revelata, etiam in peccato maculati mortifero. Concludit autem S. D. ea, quae dicta sunt de fide informi, applicari Spei.

6 *You will object* first. Hope is a certain expectation of glory proceeding from grace and merits; as is said in the definition of Hope.

Obiicies *primo. Spes est certa expectatio gloriae prouentiens ex gratia, et meritis; ut dicitur in definitione Spei.*

7 The Holy Doctor *answers* in four ways that hope arises from grace and merits; Either as they are had in act, and this is the formed faith of the iusti emeriti: Or as they are had in proposal, and in root; but not in effect, and thus he who was lately justified has merits, has the root of grace, but has not yet exercised the virtues: Or someone hopes from merits in proposal; but not in effect, nor in the root of grace; and this is unformed faith: Or one hopes without merits even in proposal; and this is presumption. Since therefore Hope is defined *expectation from merits*, it is defined from merits, at least in proposal.

Respondet *S Doct: quatuor modis spem ex gratia, et meritis oriri; Vel ut habentur actu, et haec est fides formata iusti emeriti: Vel ut habentur in proposito, et in radice; sed non in effectu, et sic ille, habet merita, qui nuper iustificatus, habet radicem gratiae, sed nondum exercuit virtutes: Vel aliquis sperat ex meritis in proposito; sed non in effectu, nec in radice gratiae; et haec est fides informis: Vel sperat sine meritis etiam in proposito; et haec est praesumptio. Cum igitur definitur Spes* expectatio ex meritis*, definitur ex meritis, saltem in proposito.*

8 And by this he answers the second, opposing that Hope without merits is evil.

Et per haec respondet ad secundum, opponens, Spem sine meritis esse malam.

9 *You will object* second. With the proximate subject disordered, the virtue existing in it is taken away; but Hope is in the affect; therefore, this being disordered, Hope is taken away together with charity, which, if faith remains, this is because it has being also in the intellect.

Obiicies *secundo. Deordinato subiecto proximo, tollitur virtus in eo existens; at Spes est in affectu; ergo, hoc deordinato, tollitur Spes simul cum charitate, quod si manet fides, hoc est, quia habet esse etiam in intellectu.*

10 The Holy Doctor *answers* that Hope remains even when Charity is destroyed, because it stands in awaiting eternal things; but this stands without Charity; just as it stands to believe the things

revealed without sanctifying grace. Therefore the ratio of the subject is not adequate, because the affect disordered in loving can be with some order to hoping from merits, certainly in proposal.

> Respondet *S. Doct. quod Spes manet etiam destructa Charitate, quia stat in expectandis aeternis; hoc autem stat sine Charitate; sicut stat credere revelata absque gratia sanctificante. Ideo ratio subiecti non est adaequata, quia affectus deordinatus in amando potest esse cum aliquo ordine ad sperandum ex meritis sane in proposito.*

11 *You will object* lastly. Faith is then formed, when it does not believe God, but believes in God, tending to him: Therefore Hope, which tends to God, is always formed.

> Obiicies *ultimo. Fides tunc est formata, quando non credit Deo, sed credit in Deum, tendens in illum: Ergo Spes, quae tendit in Deum, semper est formata.*

12 The Holy Doctor *answers* that the perfect tendency is from grace; but this tendency is not in him who believes and hopes, while he is in sin.

> Respondet *Respondet S. Doct. tendentiam perfectam esse a gratia, haec autem tendentia non est in eo, qui credit, et sperat, dum est in peccato.*

Question VIII: Whether hope arises from merits

1 Calvin, with impious mouth, lib. 3. Instit. cap. 2. §. last, against the Master and St. Bonaventure and others saying that Hope is begotten in us from the grace of God and merits, thus barks deeply: *Who would not deservedly execrate such beasts? O a Master worthy of Tartarean disciples!*

> An SPES oriatur ex meritis.
>
> *Calvinus ore infando lib. 3. Instit. cap. 2. §. ultimo, contra Magistrum, et D. Bonaventuram, aliosque dicentes, Spem gigni in nobis ex gratia Dei, et meritis; sic alte oblatrat:* Quis non merito tales bestias execretur? O magistrum Tartareis dignum discipulis!

2 But Wicleph taught an error plainly contrary to this, following Pelagius. Bellarmine reports them lib. 5. de Iustificatione, cap. 7.

> *Ar Vuicleph. errorem huic plane contrarium docuit, secutus Pelagium. Eos refert Bellarminus lib. 5. de Iustificatione, cap. 7.*

3 The Catholic Church teaches indeed that the principal Hope and confidence is to be placed in the grace of God; yet also some in merits from grace.

> *Catholica Ecclesia praecipuam quidem Spem, et fiduciam in gratia Dei ponendam docet; aliquam tamen etiam in meritis ex gratia.*

4 I assert first, that the confidence of the Saints is born also from good merits.

> *Assero primo, Fiduciam Sanctorum ex bonis etiam meritis nasci.*

5 It is proved first by St. Bonaventure from the Scriptures, Rom. 5. *Tribulation worketh patience; and patience trial; and trial hope; And hope confoundeth not*. Thus the same Apostle speaks also 1 Timot. 3. *They who have ministered well shall acquire to themselves a good degree, and much confidence*. Hebr. 10. *You had compassion on them that were in bonds, and took with joy the spoiling of your goods. Do not therefore lose your confidence*. Thus Tobias 4. *Great confidence shall there be before the most high God for them who do alms*. Iob. 11. *If thou shalt take away the iniquity that is in thy hand; and if iniquity remain not in thy tabernacle: then shalt*

thou lift up thy face without spot: and thou shalt have confidence, hope being set before thee, and shalt be buried in peace and shalt sleep secure.

> *Probatur a D. Bonavent. primo e Scripturis, Rom. 5.* Tribulatio patientiam operatur patientia autem probationem, probatio vero spem; Spes autem non confundit. *Sic idem Apostolus loquitur etiam prima Timot. 3.* Qui bene ministraverint, gradum bonum sibi acquirent, et multam fiduciam. *Hebr. 10.* Vinctis compassi estis, et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis. Nolite itaque amittere confidentiam vestram. *Sic Tobias 4.* Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna omnibus facientibus eam. *Iob. 11.* Si iniquitatem, quae in manu tua est, abstuleris a te; et non manserit in tabernaculo tuo iniustitia: tunc levare poteris faciem tuam: et habebis fiduciam proposita tibi spe, et defossus securus dormies.

6 This is confirmed by examples Psal. 17. Most holy David says: *And the Lord will reward me according to my justice.* The Holy Doctor observes this in the Commentary, that merit arises from faith, hope, and charity, but again hope, or confidence, from merit, by which charity also is increased.

> *Id exemplis confirmatur Psal. 17. David sanctissimus ait:* Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam. *Id observat S. Doct. in Commentario, meritum oriri ex fide, spe, et charitate, sed rursum spem, seu fiduciam ex merito, quo augetur et charitas.*

7 The same Holy Doctor shows in the Bibliis, cap. 16. from other prayers of the Saints, of Ezechias: *I beseech thee, O Lord, remember, I beseech thee, how I have walked before thee in truth;* Isaie 38. Hester, cap. 14. *Thou knowest my necessity, that I abhor the sign of pride, etc. Hear the voices of those who have no other hope, and deliver us.*

> *Idem ostendit S. Doct. in Bibliis, cap. 16. ex aliis Sanctorum orationibus, Ezechie:* Obsecro Domine, memento quaeso quomodo ambulaverim coram te in veritate; *Isaie 38. Hester, cap. 14.* Tu scis necessitatem meam, quod abominer signum superbiae, etc. Exaudi voces eorum, qui nullam aliam spem habent, et libera nos.

8 It is proved also from the Fathers, by Cyprian serm. de eleemosyna: *A splendid and Divine thing, a saving work, a bulwark of hope, etc.*

> *Probatur etiam ex Patribus, Cypriano serm. de eleemosyna:* Praeclara, et Divina res, salutaris operatio, munimentum spei, etc.

9 Other Fathers have similar things with St. Bonav. lib. 2. Pharetrae, cap. 49. St. Gregory homil. 40. in Evang. on that of Luke 16. *Make to yourselves friends of the mammon of iniquity,* where he says: *If the heavenly patrimony is purchased by almsdeeds, the poor are to be entreated as patrons.* See others there.

> *Similia habent alii Patres apud D. Bonav. lib. 2. Pharetrae, cap. 49. S. Gregorius homil. 40. in Evang. in illud Lucae 16.* Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, *ubi ait:* Si coeleste patrimonium eleemosynis emitur, pauperes, ut patroni, sunt exorandi. *Vide alios ibi.*

10 The Holy Doctor reports others in the same book cap. 24. thus St. Gregory, lib. 10. Moral. cap. 12. *The firmer Hope in God rises, the heavier things for him each one has endured.* St. Bernard. de diligendo Deo, cap. 14. *From the faith of the precepts arises the hope of pardon, etc.* You have very many testimonies in the same Book of the Seraphic Doctor, and the following.

> *Alios refert S. Doct. eodem lib. cap. 24. sic D. Gregorius, lib. 10. Moral. cap. 12.* Tanto in Deum Spes solidior surgit, quanto pro illo quisque graviora pertulerit. *S. Bernard. de diligendo Deo, cap. 14.* De fide praeceptorum oritur spes veniae, etc. *Plurima habes testimonia eodem Libro Seraphici, et sequentibus.*

11 It is proved second by the Holy Doctor from the definition of hope. *It is the expectation of beatitude from grace and merits.*

> *Probatur secundo a S. Doct. ex definitione spei.* Est expectatio beatitudinis ex gratia, et meritis.

12 It is proved third by the argument which Bellarmine uses. From faith we have the promises of God, given to those who keep the law and love God, as is established by very many testimonies of Scripture, as I shall soon relate; Therefore our hope, just as it is from faith, is certain; but faith proposes the promises of God from works through grace; what difficulty therefore is there that we can hence hope?

> *Probatur tertio ratione, qua utitur Bellarminus. Nos ex fide habemus promissa Dei, data servantibus legem, et diligentibus Deum, ut plurimis constat Scripturae testimoniis, ut mox referam; Igitur spes nostra, sicuti est ex fide, certa est; fides autem promissa Dei ex operibus per gratiam proponit; quae igitur difficultas est, posse nos hinc sperare?*

13 I shall add the Example of the Seraphic Father St. Francis, whose last words were, as St. Bonav. reports and Bellarmine weighs: *Bring my soul out of prison, that it may confess to thy name: the just await me, until thou reward me.* The same Jerome reports of St. Hilarion, and Sulpitius of Saint Martin.

> *Apponam Exemplum Seraphici P. S. Francisci, cuius extrema verba fuere, ut refert S. Bonav. et ponderat Bellarminus:* Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo, me expectant iusti, donec retribuas mihi. *Idem de S. Hilarione refert D. Hieronymus, et de Sancto Martino Sulpitius.*

14 Truly those things which the adversaries oppose prove only that, on account of the uncertainty of our own justice and the danger of vain glory, we should rest safely in the bosom of the mercy of God.

> *Ea vero, quae opponunt adversarii, solum probant, nos propter incertitudinem propriae iustitiae, et periculum inanis gloriae, tute in Dei misericordiae sinu requiescere.*

15 That indicates that saying of Luke 17. *When you shall have done all these things, say: we are unprofitable servants,* as St. Bonav. observes in the Commentary, where he also gives other reasons why we ought thus to humble ourselves.

> *Id indicat illud Lucae 17.* Cum feceritis haec omnia, dicite: servi inutiles sumus, *ut observat S. Bonav. in Commentario, ubi alias etiam rationes reddit, cur ita humiliari debeamus.*

16 The first is, because the price by which we render our works precious and worthy of eternal life is not our own arbitrium; but grace, which was bought with a great price, namely the blood of Christ, as is said 1 Cor. 6. and 1 Peter 1. therefore we have all merits from the grace of God. Therefore he here reports that of James 1. *Every best gift is from above.* See ad 1. here.

> *Prima est, quia pretium, quo reddimus opera pretiosa, et digna vita aeterna, non est nostrum arbitrium; sed gratia, quae pretio magno empta est, Christi nimirum sanguine, ut dicitur prima Cor. 6. et prima Petri 1. omnia igitur merita ex Dei gratia habemus. Ideo hic refert illud Iacobi 1.* Omne datum optimum deorsum est. *Vide ad 1. hic.*

17 Second, because whatever we give to God contributes nothing to him, Psal. 15. *I said to the Lord: Thou art my God, for thou hast no need of my goods.*

> *Secunda, quia quaecumque demus Deo, nihil ei conferunt, Psal. 15.* Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

18 Third, because whatever we do is nothing compared with that which we are bound to do, Psal. 115. *What shall I render to the Lord for all the things that he hath rendered to me.*

> *Tertia, quia quidquid facimus nihil est, comparatum cum eo, quod facere tenemur, Psal. 115.* Quid retribuam Domino pro omnibus, quae retribuit mihi.

19 Fourth, because what we work and suffer is not equal to the reward, Rom. 8. *The sufferings of this time are not worthy to be compared with the future glory, etc.* Therefore he observes that the twenty-four Seniores Apoc. 4. cried out, casting their crowns before the throne of God and of the Lamb: *Thou art worthy, O Lord, to receive glory and honour,* and Daniel. cap. 9. *Confusion of face is ours, O our kings, who have sinned. But to thee, O Lord, mercy and propitiation.* See the Holy Doctor.

> *Quarta, quia quod operamur, et patimur, non est aequale praemio, Rom. 8.* Non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, etc. *Ideo observat, vigintiquatuor Seniores Apoc. 4. clamasse, mittentes coronas ante thronum Dei, et Agni:* Dignus es Domine accipere gloriam, et honorem, *et Daniel. cap. 9.* Nobis confusio faciei, regibus nostris, qui peccavimus. Tibi autem Domino misericordia, et propitiatio. *Vide Sanctum Doctorem.*

20 From these also you have that which I proved quaest. 5. ad 6. ultimam, that it is lawful to work with the intention and hope of reward. For God so promised it, Matth. 4. *Do penance; for the kingdom of heaven is at hand:* Matth. 5. *Blessed are the poor in spirit, for theirs is the kingdom of heaven, etc.* Hence John took the beginning of his preaching, Matth. 3. Hence Christ commanded the Apostles to begin the preaching Matth. 10. and therefore, 1 Corinth. 9. *He who ploughs ought to plough in Hope: and he who threshes, in the hope of receiving fruit.* See Bellarmine lib. 5. de Iustificatione, cap. 8.

> *Ex his etiam habes id, quod probavi quaest. 5. ad 6. ultimam, licitum esse operari intuitu, et spe mercedis. Deus enim eam sic promisit, Matth. 4.* Poenitentiam agite; appropinquavit enim regnum caelorum: *Matth. 5.* Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum, etc. *Hinc enim Ioannes exordium sumpsit praedicationis, Matth. 3. Hinc Christus iussit, Apostolos praedicationem exordiri Matth. 10. et ideo, prima Corinth. 9.* Debet in Spe, qui arat, arare: et qui triturat, in spe fructus percipiendi. *Vide Bellarminum lib. 5. de Iustificatione, cap. 8.*

21 From which it appears that Calvin, lib. 3. Instit. cap. 6. §. 3. and cap. 18., was scrupulously depraved to fear hence to begin sermons: Rather shall I say, he impiously lay in ambush against vital works.

> *Ex quo apparet, scrupulose depravatum Calvini lib. 3. Instit. cap. 6. §. 3. et cap. 18. timuisse hinc conciones exordiri: Satius dixero, infandum maligne vitalibus operibus insidiari.*

22 But that you may perceive in what way the Hope of glory arises from merits, since merits suppose hope, and indeed even charity; The Holy Doctor observes in the body, that Hope sometimes names the habit of virtue; sometimes names the act; sometimes names the state; sometimes the term, or object. The virtue, which is a habit, does not arise from merits; but on the contrary, merits arise from it. The act of hope arises from the regard of merits; for no one hopes for beatitude except he who has served God, or who proposes to serve. Hope, as it names the state, has its origin from preceding and concomitant merits, and in this way the Apostle speaks *Rom. 5. Tribulation worketh patience: and patience trial; and trial hope,* where the Gloss has, *certitudinem spei*. But according as hope signifies the thing hoped for, it arises from preceding merits; and in this way the objection related is solved, and the

other which the Holy Doctor adds: Just as despair arises only from demerits, so Hope from the merits alone of our will.

> *Ut autem percipias, quo pacto Spes gloriae ex meritis oriatur, cum merita supponant spem, imo et charitatem; Observat S. Doct. in corpore, quod Spes aliquando nominat habitum virtutis; aliquando nominat actum; aliquando nominat statum; aliquando terminum, sive obiectum. Virtus, quae est habitus, non oritur e meritis; sed e contra, merita oriuntur ex ea. Actus spei oritur ex meritorum intuitu; nullus enim sperat beatitudinem, nisi, qui Deo servivit, vel qui proponit servire. Spes, ut nominat statum, ortum habet ex meritis praecedentibus, et concomitantibus, et hoc modo loquitur Apostolus* Rom. 5. Tribulatio operatur patientiam: patientia probationem; probatio vero spem, *ubi habet Glossa,* certitudinem spei. *Secundum autem quod spes dicit rem speratam, oritur ex meritis praecedentibus; et hoc modo solvitur obiectio relata, et alia, quam addit S. Doctor: Sicuti desperatio ex demeritis tantum oritur, ita Spes e solis meritis nostrae voluntatis.*

23 The Holy Doctor *answers* by denying the parity, because evil is from us only, since it is a defect; But the meritorious good, since it is a supernatural good, is from the grace elevating, as is said *Iacob. 1.*

> Respondet *S. Doct. negando paritatem, quia malum est a nobis tantum, cum sit defectus; At bonum meritorium, cum sit bonum supernaturale, est a gratia elevante, ut dicitur* Iacob. 1.

24 *Finally* he notes lastly, that to hope from merits ought to be without elation; lest one say: *Our own high hand, and not God, hath done all these things, Deuter. 32.* and lest you say: *For my justice the Lord hath brought me in, etc.* But with humility; and in this way it was lawful for the Apostle, 1 Corinth. 15. *More abundantly than they all I have laboured: yet not I, but the grace of God with me.* Thus he admonishes Dan. cap. 9. *Not in our justifications do we cast down our prayers. And the Church: O God, who seest that we trust in no action of ours: mercifully grant, that against all adversities we may be fortified by the protection of the Doctor of the Gentiles.* And rightly the Doctor of the Gentiles is adduced in this, as I said.

> Tandem *ad ultimum advertit, sperare ex meritis, debere esse absque elatione; ne dicat:* Manus nostra excelsa, et non Deus, fecit haec omnia, Deuter. 32. *et ne dicas:* Propter iustitiam meam introduxit me Dominus, etc. *Sed cum humilitate; et hoc pacto licuit Apostolo, prima Corinth. 15.* Abundantins illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum. *Sic admonet Dan. cap. 9.* Non in iustificationibus nostris prosternimus preces nostras. Et Ecclesia: Deus, qui conspicis, quia ex nulla nostra actione confidimus: concede propitius, ut contra adversa omnia, Doctoris gentium protectione muniamur. *Recte autem adducitur Doctor gentium in hoc, ut dixi.*

25 The same the Holy Fathers admonish, Chrysostomus *homil. 21. in Genes. and homil. 3. in id: Elatum est cor Oziae, and homil. 3. in Matth.* August. *lib. 3. cont. Cresconium, cap. 80.* Bernardus *serm. 9. in Psal. Qui habitat.*

> Eadem *admonent Sancti PP. Chrysostomus* homil. 21. in Genes. et homil. 3. in id: Elatum est cor Oziae, et homil. 3. in Matth. *August.* lib. 3. cont. Cresconium, cap. 80. *Bernardus* serm. 9. in Psal. Qui habitat.

26 Hence St. Ambrose with Paulinus: *I have not so lived that I should be ashamed to live among you, nor do I fear to die, because we have a good Lord.* Which words St. August. was accustomed to praise and admire, as Possidonius and Ribadeneira in his life report.

> *Hinc S. Ambrosius apud Paulinum:* Non sic vixi, ut me pudeat inter vos vivere, nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus. *Quae verba S. August. laudare, et admirari solebat, ut refert Possidonius, et Ribadeneira in eius vita.*

Question IX: Whether hope precedes charity

1 From what has been said the question is now almost settled.

> *Ex dictis iam fere soluta iacet quaestio.*

2 I suppose that Faith is first; for it belongs to the intellect, illuminating it, so that from it the appetite—which cannot be carried toward the unknown—may rise, by an elicited act, to hoping and loving: for just as the things we see and hold we do not hope for, so we do not hope for the things we do not understand, but only for things that are to come; whence a certain difference also arises between hope and faith; for faith is concerned with past evils and goods, whereas hope is concerned only with future goods, as D. Augustine teaches *in Enchir. cap. 8*, from which it is clear that the Sectarians wrongly confuse Faith with Hope.

> *Suppono, Fidem esse primam; est enim ex parte intellectus, illuminans illum, ut inde appetitus, qui in incognita ferri non potest, actu elicito consurgat ad sperandum, et amandum: Sicuti enim ea, quae videmus, atque tenemus, non speramus; ita ea, quae non intelligimus, non speramus; sed ea quae futura sunt: ex quo etiam differentia quaedam oritur inter spem, et fidem; nam fides est de rebus praeteritis malis, et bonis; spes autem est tantum de bonis futuris, ut docet D. August.* in Enchir. cap. 8. *ex quo patet perperam Sectarios confundere Fidem cum Spe.*

3 Therefore Faith is prior by nature to Hope; for we hope because we believe. The same is held by the Holy Doctor *lib. 5. Compendium Theologiae, cap. 22*.

> *Igitur Fides est prior natura Spe; speramus enim, quia credimus. Eadem habet S. Doct.* lib. 5. Compendium Theologiae, cap. 22.

4 As for Charity, I say that it is posterior to Hope.

> *Quoad Charitatem dico, eam esse posteriorem Spe.*

5 It is *proved* by St. Bonaventure, first from the Gloss, which adduces this.

> Probatur *a S. Bonav. primo ex Glossa id afferente.*

6 *Secondly*, because the foundation is prior to the building and to its perfection: but faith is the foundation of the spiritual building; for it is the substance of things to be hoped for: therefore first is Faith, second Hope, which rises like a wall; and finally Charity, which is the bond of perfection.

> Secundo*, quia fundamentum est prius aedificio et illius perfectione: Sed fides est fundamentum aedificii spiritualis; est enim substantia rerum sperandarum: Ergo primo est Fides, secundo Spes, quae est veluti murus consurgens; et tandem Charitas, quae est vinculum perfectionis.*

7 Third. Because according to the order of nature, the imperfect precedes the more perfect; but Charity is more perfect than Faith and Hope, *ex prima Cor. 13*. Ergo.

> *Tertio. Quia secundum ordinem naturae, imperfectum praecedit perfectius; sed Charitas est perfectior Fide, et Spe,* ex prima Cor. 13. *Ergo.*

8 Fourth: No one can love a good recognized as impossible to him: therefore he must first hope.

> *Quarto: Nullus potest amare bonum sibi agnitum impossibile: Ergo prius debet sperare.*

9 The Holy Doctor notes, however, in the body of the text, that the Habits of Hope and Charity are indeed infused together, but in respect of act Hope operates first, which prepares for the act of

charity; for that which we would not hope to obtain would not be loved.

> *Advertit autem S. Doct. in corpore, Habitus quidem Spei, et Charitatis simul infundi, sed in ordine ad actum prius operari Spem, quae praeparat ad actum charitatis; non enim amaretur id, quod non speraremus obtinere.*

10 You will object first. Hope is the expectation of beatitude from merits; but merits are from grace: therefore grace is presupposed to Hope itself.

> *Obiicies primo. Spes est expectatio beatitudinis ex meritis; at merita sunt ex gratia: Ergo supponitur gratia ipsi Spei.*

11 The Holy Doctor answers that there Hope is taken for the state, or for the thing hoped for, as I explained *quaest. 8.*

> *Respondet S. Doct. ibi accipi Spem pro statu, vel pro re sperata, ut explicui* quaest. 8.

12 You will object secondly. Every affection arises from love, as D. Augustine says *14. de civitate, cap. 6. et 15.* Therefore also Hope.

> *Obiicies secundo. Omnis affectio oritur ex amore, ut ait D. August.* 14. de civitate, cap. 6. et 15. *Ergo et Spes.*

13 The Holy Doctor answers that imperfect love is the root moving all the affections; yet perfect love is the term of all of them, whence all the affections are ordered so that God may be loved perfectly: but Charity does not name just any love, but perfect love.

> *Respondet S. Doct. amorem in statu imperfecto esse radicem moventem omnes affectiones; tamen perfectum esse terminum omnium, unde omnes affectiones ordinantur, ut Deus ametur perfecte: Charitas vero non nominat quemcumque amorem, sed perfectum.*

14 You will object thirdly. No one hopes for what he does not love; for what is not a good loved by me, I do not hope for; therefore the rectitude of love precedes the rectitude of expectation. But charity directs in loving; hope in expecting: therefore Charity is before Hope.

> *Obiicies tertio. Nullus sperat, nisi quod amat; quod enim non est mihi bonum amatum, non spero; ergo rectitudo amoris praecedit rectitudinem expectationis. Sed charitas dirigit in amando; spes autem in expectando: Etgo Charitas est ante Spem.*

15 The Holy Doctor answers that nothing is loved except what is hoped for; thus, by the love of concupiscence, charity does not love God as a good for itself unless it hopes to obtain Him; likewise not by the love of friendship, unless it trusts in Him; even though no one hopes except what he loves imperfectly.

> *Respondet S. Doct. non amari, nisi quod speratur; Sic amore concupiscentiae non amat charitas Deum, ut sibi bonum, nisi speret obtinendum: Similiter nec amore amicitiae, nisi confidat in eum; esto nullus speret, nisi quod imperfecte amat.*

16 You will object fourthly. Fear and Hope are two affections running together; therefore they are called two millstones by the Gloss *ad 24. Deuter.* But every fear proceeds from love: therefore also every Hope: therefore gratuitous hope arises from gratuitous love.

> *Obiicies quarto. Timor, et Spes sunt duae affectiones simul currentes; ideo dicuntur duae molae a Glossa* ad 24. Deuter. *Sed omnis timor procedit ex amore: Ergo et omnis Spes: ergo Spes gratuita oritur ex amore gratuito.*

17 The Holy Doctor answers that love of self is the origin of fear of punishments, but not so the love of God. Therefore it does not follow that the act of Charity precedes the act of Fear; rather from filial

Fear arises Love, as the Council of Trent teaches.

> *Respondet S. Doct. amorem sui esse originem timoris poenarum, non sic autem amorem Dei. Ideo non sequitur, quod actus Charitatis praecedat actum Timoris, imo ex Timore filiali oritur Amor, ut docet Concilium Tridentinum.*

18 You will object fifthly. That which is more common is prior, of which the converse does not hold; but loving is more common than hoping: therefore that is prior. The minor is proved; for everything to be hoped for is to be loved, not the reverse.

> *Obiicies quinto. Prius est, quod est communius, a quo non convertitur consequentia; sed communius est diligere, quam sperare: Ergo illud est prius. Minor probatur; nam omne sperandum est amandum, non e contra.*

19 He answers that the Major is true of those things which essentially follow one another mutually; not of those which accompany one another; and thus it follows: *If there is snow: therefore something white;* not conversely; and yet the whiteness of snow does not precede the substance of snow. Therefore, since hoping and loving accompany one another, although the act of loving extends to more lovable things, it need not be prior in the order of nature.

> *Respondet, veram esse Maiorem de his, quae essentialiter consequuntur ad invicem; non de his, quae se comitantur; et sic sequitur:* Si est nix: Ergo album quid; *non e contra; et tamen albedo nivis non praecedit nivis substantiam. Quia igitur sperare, et amare se concomitantur, ideo, quamvis actus amandi se extendat ad plura diligibilia, non oportet, quod sit prius ordine naturae.*

20 Moreover, although Charity is more general on the side of the object, yet Hope is more universal on the side of the subject. For every wayfarer who has Charity has Hope; but not conversely; and therefore the act of hope precedes in origin the act of Charity with respect to the subject, from which both acts take their origin.

> *Praeterea, licet Charitas sit generalior ex parte obiecti, tamen Spes est universaliot ex parte subiecti. Omnis enim viator, qui habet Charitatem, habet Spem; sed non e contra; et ideo actus spei origine praecedit actum Charitatis respectu subiecti, a quo uterque actus sumit originem.*

21 You will object sixthly. The order of virtue to virtue is the same as the order of dowry to dowry; but perfect tension, which is the dowry corresponding to Hope, follows perfect dilection, which is the dowry corresponding to Charity: therefore also in the wayfare Charity precedes Hope.

> *Obiicies sexto. Is est ordo virtutis ad virtutem, qui est ordo dotis ad dotem; sed perfecta tentio, quae est dos, respondens Spei, sequitur perfectam dilectionem, quae est dos, respondens Charitati: Ergo et in via Charitas praecedit Spem.*

22 The Holy Doctor answers by denying the parity; because the dowries in the fatherland will be of equal perfection; but in the wayfare Charity, in the respect of virtue, is greater than Hope, and therefore it does not follow that if in the wayfare expectation precedes some dilection, also in the fatherland tension should precede perfect dilection. For although the virtues are equal with respect to the reason of tending, yet the act of dilection is more perfect than that of Hope; but in glory it will be equally perfect to hold and to love; whence although in the wayfare the act of the Irascible precedes the act of the Concupiscible, it need not be so also in the fatherland, where there is perfect reformation.

> *Respondet S. Doct. negando paritatem; quia dotes in patria erunt aequalis perfectionis; in via autem Charitas, in ratione virtutis, est maior Spe, et ideo non sequitur, quod si in via expectatio praecedit dilectionem aliquam, etiam in*

patria tensio praecedat dilectionem perfectam. Quamvis enim virtutes aequales sint quoad rationem nitendi; perfectior tamen est actus dilectionis, quam Spei; sed in gloria aeque perfectum erit tenere, et diligere; unde quamvis in via actus Irascibilis praecedat actum Concupiscibilis; non tamen oportet, sic esse etiam in patria, ubi est reformatio perfecta.

Question X: What the proximate subject of hope is

1 I ASSERT that Hope is in the will, against some who follow Suarez *disp. 1. sect. 2*, saying that it is in the judgment of the intellect. So D. Thom. and D. Bonau., whom others follow in Tanner *disp. 2. quaest. 1. dub. 2.*

Quodnam sit SPEI subiectum proximum.

ASSERO, Spem esse in voluntate, contra quosdam apud Suarez disp. 1. sect. 2. dicentes, esse in iudicio intellectus. *Ita D. Thom. et D. Bonau. quos alii sequuntur apud Tannerum* disp. 2. quaest. 1. dub. 2.

2 It is *PROVED* by the Holy Doctor, first from the Philosophers and the Holy Fathers.

PROBATUR *a S. Doct. primo ex Philosophis, et Sanctis PP.*

3 *SECONDLY.* To hope belongs to the same power as to fear; but to fear is an affection: therefore.

SECUNDO. *Eiusdem potentiae est sperare, cuius est timere; sed timere est affectus: Ergo.*

4 *THIRDLY.* Opposites are about the same thing; but despair is in the affection: therefore also hope, its opposite. The major is Aristotle's in *postpraed.*

TERTIO. *Opposita sunt circa idem; sed desperatio est in affectu: Ergo et spes opposita. Maior est Aristotelis in* postpraed.

5 *FOURTHLY*, because in the rational and concupiscible power some directive rule must be placed, since they can go awry. Therefore in the Rational is placed Faith; in the Concupiscible, Charity: therefore in the Irascible, no less prone to err, the Virtue of Hope ought to be placed, ruling and directing toward God as toward an arduous good.

QUARTO*, quia oportet in potentia rationali, concupiscibilique ponere aliquam regulam directivam, quia possunt obliquari. Ideo in Rationali ponitur Fides; in Concupiscibili Charitas: Ergo in Irascibili, non minus erratica, poni debet Virtus Spei, regens et dirigens ad Deum, ut arduum.*

6 *FIFTHLY* it is proved by the argument used by Caspensis *disp. 16. sect. 7.*, Valencia *disp. 2. sect. 1. p. 1.*, Fulsens. *lib. 3. cap. 7.*: A virtue that has for its object a good, as arduous, is in the will. Hope is of this kind: therefore. The minor is proved from what has been said. The major is certain; for good is the object of the will; the arduous is the object of the Irascible, which is part of the affective power. Hope indeed raises one up toward the supernatural end as arduous.

QUINTO *probatur argumento, quo utuntur Caspensis* disp. 16. sect. 7. *Valentia* disp. 2. sect. 1. p. 1. *Fulsens.* lib. 3. cap. 7. *Virtus, quae habet pro obiecto bonum, ut arduum, est in voluntate. Spes est huiusmodi: Ergo. Minor probatur ex dictis. Maior est certa; nam bonum est obiectum voluntatis; arduum est obiectum Irascibilis, quae est pars affectivae. Spes vero erigit in finem supernaturalem, ut arduum.*

7 *OBICTION* first. Hope is called conscience in the Gloss *ad primam Timot. primo.*

OBIICIES *primo. Spes dicitur conscientia in Glossa* ad primam Timot. primo.

8 *THE HOLY DOCTOR ANSWERS* that Hope is called conscience in the manner of an effect, because it is expectation rising from grace and merits; but merits cannot exist except where the conscience is pure.

> RESPONDET *S. Doct. Spem dici conscientiam ad modum effectus, quia est expectatio consurgens ex gratia, et meritis; merita autem esse non possunt, nisi ubi conscientia pura.*

9 *OBICTION* secondly from D. Bernard in *Cant.*: God to come is the continuation of eternity in memory, which is called tension, corresponding to hope, namely.

> OBIICIES *secundo ex D. Bernardo in* Cant. *Deus futurus est memoriae continuatio aeternitatis, quae dicitur tensio, respondens spei viz.*

10 *THE HOLY DOCTOR ANSWERS* that God will be the continuation of eternity, which continuation is in the memory mediately, inasmuch as it preserves the species of the retribution to come, never to be lost, and of the perpetual merits in the hope answering to it.

> RESPONDET *S. Doct. Deum fore continuationem aeternitatis, quae continuatio mediate est in memoria, quatenus conservat species futurae, nunquam amittendae, retributionis, et perpetuorum meritorum in spe respondentis.*

11 *OBICTION* thirdly. According to D. Augustine in the Books de *Civitate Dei*: Hope *is the virtue by which one presumes that he will arrive at that which he believes:* therefore to hope is to believe firmly, which belongs to the cognitive power. Therefore also *Rom. 4: Abraham believed God, and it was reputed to him unto justice,* and there is added: *Who against hope, believed in hope.* Which authority the Sectarians abuse, so as to confuse Hope with faith.

> OBIICIES *tertio. Spes ex D. August. in Libris de* Civitate Dei: Est virtus, qua quis se ad illud, quod credit, perventurum praesumit: *Ergo sperare est firmiter credere, quod est potentiae cognitivae. Ideo et* Rom. 4. Abraham credidit Deo, et reputatum est ei ad iustitiam, *et subditur:* Qui contra Spem, in spem credidit. *Qua authoritate abutuntur Sectarii, ut Spem cum fide confundant.*

12 *THE HOLY DOCTOR ANSWERS* that Hope, taken broadly, signifies a kind of firm belief with respect to attaining some good. Thus Abraham is said to have believed in hope, because in faith in the promises of God he founded his hope against hope, which nature could supply; yet he does not will that *to hope* and *to believe* be the same. For to hope properly is to trust, and from that confidence, with a certain security, to tend toward the attaining of an arduous good; and these two, namely confidence and secure tending, St. Augustine understands by the word *presuming.* See Caspensem *numero 42.*

> RESPONDET *S. Doct. Spem large sumptam, dicere credulitatem quodammodo firmatam respectu alicuius boni assequendi. Sic Abraham dicitur, credidisse in Spem, quia in fide promissionum Dei fundavit suam spem contra spem, quam natura, praestare poterat; non tamen vult,* sperare, *et* credere *esse idem. Sperare enim proprie est confidere, et ex illa confidentia, cum quadam securitate tendere ad bonum arduum consequendum, et haec duo, nempe confidentiam, et securam tendentiam, intelligit S. August. verbo* praesumendi. *Vide Caspensem* numero 42.

16 IT IS PROVED sixthly by the Saintly Doctor. An act takes its species from its object; but the object of servile fear is an honorable good, namely eternal punishment, making sin displeasing from the motive of Divine justice, and through fear of those punishments man ceases from the perpetration of sins, though he does not altogether cease from the will, as the Gloss on *Psalm 118* says, which is D. Augustine's above; which whole thing (says the Saintly Doctor) is from the divine gift. Whence he concludes that it is a gift of the Holy Spirit; and *question 1 and question 2* he infers that it is a good, because by it sins are avoided.

PROBATUR sexto a S. Doctore. Actus sumit suam speciem ab obiecto; obiectum autem timoris servilis est bonum honestum, scilicet poena aeterna, faciens displicere peccatum ex motivo Divinae iustitiae, et propter illarum poenarum timorem cessat homo a peccatorum perpetratione, licet non omnino cesset a voluntate, ut dicit Glossa ad Psal. 118. *quae est D. Augustini supra; quod totum (ait S. Doctor) est ex divino munere. Unde concludit, esse donum Spiritus sancti;* quaest. autem 1. et quaest. 2. *infert esse bonum, quia eo vitantur peccata.*

17 For the understanding of these words note from D. Bonaventure *question 2* that two quasi-degrees can be distinguished in holy servile fear. The first is, when it impedes the external work of sin, but because it is joined with an evil will, it does not beget Contrition, nor Attrition. The second is, when it not only impedes the external act, but also coerces the will, and this is the Fear of which the Council of Trent says it is the motive of attrition, and with the sacrament accompanying it justifies, as I related from the Council of Trent *session 14, chapter 4,* saying that Attrition disposes to justification, if it excludes the will of sinning: And it is the better.

Pro intelligentia horum verborum adverte ex D. Bonavent. quaest. 2. *duos quasi gradus posse distingui in timore servili sancto. Primus est, quando impedit opus peccati externum, sed quia coniunctus est cum mala voluntate, non gignit Contritionem, neque Attritionem. Secundus est, quando non solum actum externum impedit, sed etiam voluntatem coercet, et hic est Timor, de quo loquitur Concilium Trident. esse motivum attritionis, et sacramento accedente iustificare, ut retuli ex Concilio Tridentino* sess. 14. cap. 4. *dicens, Attritionem disponere ad iustificationem, si voluntatem peccandi excludat: Et est melior.*

18 Of the former, moreover, D. Augustine spoke *sermon 25 on Psalm 118,* on those words which he relates in *question 1*. The Saintly Doctor *in the body, and question 2 ad 1: Pierce my flesh with thy fear: The fear by which justice is not loved, but punishment is feared, is servile, because it is carnal, and therefore does not crucify the flesh. For the will of sinning lives: which then appears in act, when impunity is hoped for. But when punishment is believed to follow, it lives hidden, yet it lives: for it would rather be lawful, and it grieves that it is not lawful, which the law forbids: because it does not spiritually delight in its good, but carnally fears the evil threatened.* This is the Gloss which D. Bonaventure brings forward, who says that through this fear the will of sinning does not altogether cease habitually, though it ceases in some manner; whence it is evil; for if the will remains still actually resolved, such a will of sinning, if there were no punishment, would already be inordinate, as St. Bonaventure says *question 2*.

De priori autem locutus est D. Augustinus conc. 25. in Psalm. 118. ad ea verba, quae refert quaest. 1. *S. Doct.* in corpore, et quaest. 2. ad 1. Confige timore tuo carnes meas: Timor, quo non amatur iustitia, sed timetur poena, servilis est, quia carnalis est, et ideo non crucifigit carnem. Vivit enim peccandi voluntas: quae tunc apparet in opere, quando speratur impunitas. Cum vero poena creditur secutura, latenter vivit, vivit tamen: mallet enim licere, et dolet, non licere, quod lex vetat: quia non spiritualiter delectatur eius

bono, sed carnaliter malum metuit, quod minatur. *Haec est Glossa, quam affert D. Bonavent. qui ait, per hunc timorem non omnino cessare voluntatem peccandi habitualiter, licet aliquo cesset modo; unde est malus; nam si adhuc manet voluntas actu resoluta; talis voluntas peccandi, si poena non esset, iam esset inordinata, ut ait S. Bonavent.* quaest. 2.

19 Therefore this Saintly Doctor thus receives the servile fear brought in above, and likewise concerning the seven gifts, in the place cited.

Igitur timorem servilem supra allatum sic accipit hic S. Doctor, et de septem donis, loco cit.

20 *IT IS PROVED* secondly by D. Bonaventure *in the places cited,* and in the *Biblia Pauperum, chapter 38,* for God himself therefore struck into the scriptures the terrors of punishments, that he might deter from sins: but surely God would not send an evil fear, as is plain, *Exodus 14 and 20,* when he gave the law. Whence also *Job 31: I always feared God as waves swelling over me. Deuteronomy 32: A fire is kindled in my wrath, and shall burn even to the lowest hell. Psalm 7: Except you be converted, he will whet his sword. Isaiah 33: Who of you shall dwell with devouring fire? Jonas 3: Yet forty days, etc. Matthew 3: Every tree that does not bring forth good fruit shall be cut down, etc. Matthew 5. 13. 24. 25. Mark 9. Luke 12,* and elsewhere.

PROBATUR *secundo a D. Bonavent.* locis allegatis, *et in* Bibliis pauperum, cap. 38. *etenim Deus ipse ideo incussit in scripturis terrores poenarum, ut a peccatis deterretet: sane vero Deus timorem malum non immitteret, ut patet,* Exodi 14. et 20. *dum legem dabat. Unde et* Iob 31. semper quasi tumentes super me fluctus, timui Deum. Deuter. 32. Ignis succensus est in furore meo, et ardebit usque ad inferni novissima. Psalm. 7. Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit. Isa 33. Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? Ionas 3. Adhuc quadraginta dies, etc. Matth. 3. Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, etc. Matth. 5. 13. 24. 25. Marci 9. Lucae 12. *et alibi.*

21 *LET THERE COME FORWARD* the holy Fathers related by Bellarmine *Book 2 on Penance, chapter 17,* where he uses the same means as St. Bonaventure.

ACCEDANT *Sancti Patres relati a Bellarmino* Lib. 2. de Poenitent. cap. 17. *ubi eisdem mediis S. Bonavent. utitur.*

22 From these is washed away the error of Luther, who at the beginning of his perversion condemned this Fear, although the Lutherans now confess with us that it is useful. To these is added Calvin *Book 3 of the Institutes, chapter 3, § 7.*

Ex quibus eluitur error Lutheri, qui initio suae perversionis Timorem hunc damnavit, tametsi Lutherani iam cum nobis eum confiteantur utilem. Quibus accedit Calvinus Lib. 3. instit. cap. 3. §. 7.

23 *YOU WILL OBJECT* first. Every gift of the Holy Spirit stands with him himself; but while the Holy Spirit is infused through grace, servile fear is taken away: therefore. The minor is from D. Augustine above *on the epistle of John.*

OBIICIES *primo. Omne donum Spiritus sancti stat cum ipso; sed dum infunditur Spiritus sanctus per gratiam, aufertur timor servilis: ergo. Minor est D. Augustini supra* ad epist. Ioan.

24 The SAINTLY DOCTOR ANSWERS, that the Major is false concerning the gift of the Holy Spirit, which is a disposition and preparation to grace; such is servile fear, which upon the coming of Sanctifying grace is not altogether taken away, but is perfected. The Minor also is false.

RESPONDET *S. Doctor, falsam esse Maiorem de dono Spiritus sancti, qui est dispositio, et praeparatio ad gratiam; talis est timor servilis, qui adveniente gratia Sanctificante neque tollitur omnino, sed perficitur. Falsa est etiam Minor.*

25 *YOU WILL OBJECT* secondly. The gift of the Holy Spirit has a corresponding exemplar in God; but in God there is no exemplar of fear: Therefore.

> OBIICIES *secundo. Donum Spiritus sancti habet exemplar correspondens in Deo; sed in Deo, non est exemplar timoris: Ergo.*

26 The SAINTLY DOCTOR ANSWERS, that there exists an exemplar only as to those things which are said of perfection, as in fear it is to turn away from evil: for God turns away from evil.

> RESPONDET *S. Doctor extare exemplar solum quo ad ea, quae dicunt perfectionem, ut in timore est avertere a malo: Deus enim malum aversatur.*

27 *YOU WILL OBJECT* thirdly. The gifts of the Holy Spirit are given to raise up the soul to noble things; but servile fear rather depresses: Therefore.

> OBIICIES *tertio. Dona Spiritus sancti dantur ad erigendam animam ad praeclara; sed timor servilis potius deprimit: Ergo.*

28 The SAINTLY DOCTOR ANSWERS, that holy servile fear turns away from evil and raises up to good. For by it one begins to revere God.

> RESPONDET *S. Doctor, timorem servilem sanctum amovere a malo, et ad bonum erigere. Eo enim incipit Deum revereri.*

29 *YOU WILL OBJECT* fourthly. Fear is related as love is: but to love God for temporal goods is not a gift of the Holy Spirit. Therefore neither to fear.

> OBIICIES *quarto sic se habet timor, sicut amor: at Deum amare ob bona temporalia non est donum Spiritus sancti. Ergo nec timere.*

30 The SAINTLY DOCTOR ANSWERS, that love toward God on account of temporal things, inasmuch as they are ordered to him as a supernatural end, is holy: so also the fear of the Justice of God from eternal or even temporal punishments, as scourges for stirring up toward the justice of God to be reverenced, and him to be reverenced, is holy; not inasmuch as they regard precisely this life. Therefore he says, *not always, etc.*

> RESPONDET *S. Doctor, amorem in Deum ob temporalia, ut ordinant ad eum ut finem supernum, esse sanctum: sic et timorem Iustitiae Dei ex poenis aeternis, vel etiam temporariis, ut flagellis ad excitandum ad Dei iustitiam reverendam, eumque reverendum esse sanctum; non ut praecise vitam respiciunt hanc. Idco ait,* non semper, etc.

31 *YOU WILL OBJECT* fifthly. To fear the gallows the robber has no need of a holy Gift: Therefore still less to fear heavier punishments. But these are equal, those who fear only punishments.

> OBIICIES *quinto. Ad timendum suspendium non eget latro Dono sancto: Ergo minus ad timendas poenas graviores. Sunt autem pares hi, timentes solum poenas.*

32 The SAINTLY DOCTOR ANSWERS by denying that they are equal; for the fear of God is from faith, and is of some goodness disposing to grace. Nor indeed is it unfruitful for this, but only for merit, as St. Bonaventure says *at the end of the body, question 2.* As of faith also St. Paul says *1 Corinthians 3: If I should have all faith, etc.* Nor is it hypocrisy, because it is not made simulatedly, nor duplicity of heart with God turned away, as Luther feigns; indeed from this begins the conversion of the sinner. Nor is it evil, because it regards punishment more than fault, although the one having it, because he

is a servant, still acts imperfectly; whence this malice is of the subject, not of the form, even if it itself be imperfect. See Bellarmine at the end. Nor is it from fear, though it is from fear; but fear, and pride, can be concomitant by reason of the subject, which is a sinner not yet justified. And in this sense D. Gregory says in D. Bonaventure: *When punishment is feared, and the face of God is not loved, fear is from fear.*

> RESPONDET *S. Doctor negando esse pares; nam timor Dei est ex fide, et est alicuius bonitatis disponens ad gratiam. Neque enim est infructuosus ad hoc, sed solum ad meritum, ut ait S. Bonavent.* in fine corporis, quaest. 2. *Sicuti de fide etiam ait S. Paulus* prima Corinth. 3. Si habuero omnem fidem, etc. *Neque est hypocrisis, quia non fit simulate, neque corde reduplicative a Deo averso, ut fingit Lutherus, imo hinc incipit conversio peccatoris. Neque est malus, eo quod magis respicit poenam, quam culpam, quamvis ipse habens, quia servus est, imperfecte adhuc agit; unde haec malitia est subiecti, non formae, esto et ipsa imperfecta sit. Vide Bellarminum in fine. Neque est ex timore, licet sit ex timore; sed timor, et superbia potest esse concomitans ratione subiecti, quod est peccator nondum iustificatus. Et hoc sensu ait D. Gregorius apud D. Bonavent.* Cum poena timetur, et Dei facies non amatur, timor ex timore est.

33 *YOU WILL OBJECT* fifthly. Every fear arises from love; for we fear lest the beloved good be snatched away, as D. Augustine teaches *brought in above, question 2.* But servile fear does not arise from Charity in the sinner, nor from natural love; otherwise it would be natural fear: Therefore from lustful.

> OBIICIES *quinto. Omnis timor oritur ex amore; nam timemus, ne bonum amatum rapiatur, ut docet D. Augustinus* allatus quaest. 2. *sed Timor servilis non oritur ex Charitate in peccatore, neque ex amore naturali; alioqui esset timor naturalis: Ergo ex libidinoso.*

34 The SAINTLY DOCTOR ANSWERS, that it does not arise from Charity; but from love of his own eternal good, which he fears may be snatched from him through hell, which he knows from faith; and so it is from natural and gratuitous love, arising from the supernatural knowledge of faith, though not from the habit of charity.

> RESPONDET *S. Doctor, non oriri ex Charitate; sed ex amore sui boni aeterni, quod timet per gehennam sibi eripi, quam novit ex fide; et ita est ab amore naturali, et gratuito, orto ex cognitione supernaturali fidei, licet non ex habitu charitatis.*

35 *YOU WILL OBJECT* sixthly. No act incompossible with Charity is good: The act of servile fear is of this kind: Therefore. The Major is evident, because Charity does not conflict with good. The Minor is proved from D. Augustine *tractate 9 on the first epistle of John,* and from the Apostle *Romans 8,* where the spirit of slavery is said to conflict with the spirit of adoption.

> OBIICIES *sexto. Nullus actus, Charitati incompossibilis, est bonus: Actus timoris servilis est huiusmodi: Ergo. Maior est evidens, quia Charitas bono non repugnat. Minor probatur ex D. Augustino* tract. 9. in primam Ioan. *et Apostolo* Rom. 8. ubi spiritus servitutis dicitur repugnans spiritui adoptionis.

36 The SAINTLY DOCTOR ANSWERS, that the act which is from its intrinsic nature incompossible with charity is evil; but the act of servile fear is not intrinsically conflicting with charity, because a just man can fear God from the motive of hell: it conflicts indeed per accidens by reason of the subject; Whence it does not follow that it is evil.

> RESPONDET *S. Doctor, actum, qui ex intrinseco est incompossibilis charitati, esse malum; sed actus timoris servilis non est intrinsece repugnans charitati, quia potest iustus ex motivo gehennae timere Deum: repugnat vero per accidens ratione subiecti; Unde non sequitur esse malum.*

37 *YOU WILL OBJECT* seventhly. As it is to love God, so also to fear; but to love God on account of temporal goods is evil: Therefore also to fear on account of punishments.

> OBIICIES *septimo. Sicuti se habet amare Deum, sic et timere; sed amare Deum propter bona temporalia est malum: Ergo et timere propter poenas.*

38 The SAINTLY DOCTOR ANSWERS by denying the likeness; for he who loves on account of temporal things only places the end in them, and therefore is depraved, while he enjoys what he should use; not so he who fears God on account of punishments, in the way said *ad 4*.

> RESPONDET *S. Doctor negando simile; nam amans propter temporalia solum ponit in eis finem et ideo pravus est, dum fruitur utendis; non sic qui timet Deum propter poenas, modo dicto* ad 4.

39 Then by another reason the parity is denied; for he who loves God on account of temporal things loves two things: but he who fears God on account of punishments fears one thing; for he who fears one holding a sword, fears at once the sword and the blow, as one and the same thing.

> *Deinde alia ratione negatur paritas; nam qui amat Deum propter temporalia, duo amat: sed qui timet Deum propter poenas, unum timet; qui enim timet habentem gladium, timet simul gladium, et ictum, ut unum et idem.*

40 *YOU WILL OBJECT* eighthly. Servile fear is named from the slavery of sin: Therefore no one fears servilely without the circumstance of sin.

> OBIICIES *octavo. Timor servilis dicitur a servitute peccati: Ergo nullus serviliter timet absque circumstantia peccati.*

41 The SAINTLY DOCTOR ANSWERS, that the circumstance is placed in the subject, not in the act, which is not deformed by reason of the subject, since it takes its essence from the object, from which it is good.

> RESPONDET *S. Doctor, circumstantiam poni in subiecto, non in actu, qui non deformatur ratione subiecti, cum essentiam sumat ab obiecto, a quo est bonus.*

Question V: Whether servile fear is cast out when grace comes

1 *The FIRST opinion is, that it is expelled as to the deformity attached to the subject of the man who is justified, not by reason of the gift itself.*

> *PRIMA opinio est, eum expelli quo ad deformitatem adnexam subiecti hominis, qui iustificatur, non ratione ipsius doni.*

2 *The SECOND opinion is,* that it is expelled formally, because it has an essential imperfection attached, which conflicts with Charity, namely, to act from the motive of punishment more than of some good; and this seems to be the sense of D. Augustine's words brought in *in the preceding question,* where he says that servile fear is related to charity as the awl-thread (seta) of the shoemaker to the thread, which introduces the thread, but is itself driven out by it.

> *SECYNDA opinio est, pelli formaliter, quia habet adnexam imperfectionem essentialem, quae repugnat Charitati, nempe operari ex motivo magis poenae, quam alicuius boni, et hic videtur sensus D. Augustini allati* q. praecedenti, *ubi dicit, timorem servilem respectu charitatis se habere veluti setam caligarii respectu fili, quae filum inducit, sed ab eo pellitur.*

3 *The THIRD opinion,* the third opinion is the middle one, distinguishes three things in servile fear. The first is material, namely, to fear eternal punishment. The second formal, which is to be moved

principally by punishment. The third is attached, namely, to have a deformed will.

> *TERTIA Tertia opinio media, tria distinguit in timore servili. Primum est materiale, timere scilicet poenam aeternam. Secundum formale, quod est moveri principaliter a poena. Tertium est adnexum, nempe habere voluntatem deformem.*

4 I assert first, That Fear is taken away as to the formal, upon the coming of grace.

> *Assero primo, Timorem tolli quo ad formale, adveniente gratia.*

5 It is proved by D. Bonaventure first from D. Augustine in the place cited, on those words of the first epistle of John, chapter 5: *Perfect charity casts out fear.*

> *Probatur a D. Bonavent. primo ex D. Augustino loco cit. ad ea verba Ioan. prima, cap. 5.* Perfecta charitas foras pellit timorem.

6 Secondly, the Spirit of adoption and of slavery conflict, from chapter 8 of Romans. But grace is the Spirit of adoption; servile fear comes from the Spirit of slavery: Therefore.

> *Secundo Spiritus adoptionis, et servitutis, repugnant ex cap. 8. Rom. Sed gratia est Spiritus adoptionis; Timor servilis venit e Spiritu servitutis: Ergo.*

7 Thirdly, because one who has charity is moved by love, not principally by fear of punishment: Therefore Fear is taken away as to this, upon the coming of Charity.

> *Tertio, quia habens charitatem, movetur amore, non timore poenae principaliter: Ergo tollitur quo ad hoc Timor, adveniente Charitate.*

8 Fourthly. As love, which is before sanctifying grace, is related to infused charity, so also is servile Fear related to initial. But the love of charity is other than the love preceding justification: Therefore also fear: And since servile fear cannot become initial, or be changed into it: Therefore it is expelled.

> *Quarto. Sicut se habet amor, qui est ante gratiam sanctificantem, ad charitatem infusam; ita et Timor servilis ad initialem. Sed amor charitatis alius est ab amore, praecedente iustificationem: Ergo et timor: Et cum servilis nequeat fieri initialis, seu in eum mutari: Ergo pellitur.*

9 Yet the SAINTLY DOCTOR answers by denying the parity, because Charity cannot be made formless and be transmuted, as is plain when someone falls from charity, and yet after the fall the fear of hell remains. And if you object, that love is the root of fear? Therefore it ought to run pari passu. It is answered that it does not avail, because it is likewise the root of Hope, and yet Hope can be formless and formed; and so it does not conclude that fear is altogether expelled, because it has something which can be together with Charity and without it; but Charity is wholly taken away.

> *Respondet tamen S. Doctor negando paritatem, quia Charitas non potest fieri informis, et transmutari, ut patet, cum aliquis cadit a charitate, et tamen post lapsum remanet timor gehennae. Et si obiicias, quod amor est radix timoris? Ergo debet currere pari passu. Respondetur, non valere, quia similiter est radix Spei, et tamen Spes potest esse informis, et formata; et ita non concludit, quod timor omnino expellatur, quia habet aliquid, quod potest esse simul cum Charitate, et sine ea; Charitas vero tota tollitur.*

10 I assert secondly, that fear is not taken away as to the material, that is, operating from fear of hell. This the arguments to be brought forward prove; which he nevertheless solves, because the material does not make a thing to be said to remain.

Assero secundo, non tolli timorem quo ad materiale operandi ex metu gehennae. Hoc probant argumenta afferenda; quae tamen solvit, quia materiale non facit, ut res dicatur permanere.

11 It is proved first; because as faith is related to grace, so also is the gift of fear; but faith is not taken away, but formed: Therefore.

Probatur primo; quia sicut se habet fides ad gratiam, ita et donum timoris; sed fides non tollitur, sed formatur: Ergo.

12 Yet the SAINTLY DOCTOR answers, that it is not alike, because faith remains as to its essence, namely, assenting to truths from revelation: But servile fear, upon the coming of grace, does not flee evil principally from the motive of punishments.

Respondet tamen S. Doctor, non esse simile, quia fides manet quo ad essentiam, nempe assentiendi veris ex revelatione: At timor servilis, adveniente gratia, non fugit malum, principaliter e motivo poenarum.

13 It is proved secondly. Nature stands further from sanctifying grace than sanctifying grace from grace freely given; but upon the coming of sanctifying grace, nature is not taken away: Therefore neither the gift of grace: Therefore neither holy fear.

Probatur secundo. Plus distat natura a gratia gratum faciente, quam gratia gratum faciens a gratia gratis data; sed adveniente gratia sanctificante, non tollitur natura: Ergo nec donum gratiae: Ergo nec sanctus timor.

14 Yet the SAINTLY DOCTOR answers, that it is not alike, because nature is given as permanent, that it may be perfected by grace; but there are some graces which are given for a time, and therefore are taken away upon the coming of grace, as befitting an imperfect state.

Respondet tamen S. Doctor, non esse simile, quia natura datur permanens, ut a gratia perficiatur; At vero sunt aliquae gratiae, quae dantur ad tempus, ideo tolluntur superveniente gratia, tanquam statui imperfecto convenientes.

15 It is proved thirdly: That which contains another, by adding something, does not destroy what is contained, but perfects it: Initial fear contains servile; for both operate from the motive of punishment: Therefore.

Probatur tertio: Quod aliud continet, aliquid addendo, non destruit illud contentum, sed perficit: Timor initialis continet servilem; nam ambo operantur ob motivum poenae: Ergo.

16 The SAINTLY DOCTOR answers, that that which adds an opposite difference does not perfect, but take away: thus filial fear adds a difference opposed to servile fear, which is to act not principally from the motive of punishment; Therefore it takes it away.

Respondet S. Doctor, id, quod addit differentiam oppositam, non perficere, sed auferre: sic timor filialis addit differentiam oppositam timori servili, quae est operari non principaliter motivo poenae; Ideo ipsum tollit.

17 It is proved fourthly. Grace in itself conflicts only with sin. But servile fear is not a sin: Therefore it is not expelled by grace.

Probatur quarto. Gratia secundum se non repugnat, nisi peccato. Sed Timor servilis non est peccatum: Ergo non pellitur a gratia.

18 The SAINTLY DOCTOR answers; that servile fear regards punishment, which is from sin. Therefore grace, which is the dower of the sons of God, does not allow one to act principally from punishment, even though it allows punishments also to be regarded, because sons act in a different manner than servants not yet reconciled, but only tending toward reconciliation.

Respondet S. Doctor; timorem servilem respicere poenam, quae est ex peccato. Ideo gratia, quae est dos filiorum Dei, non sinit operari magis principaliter ex poena, esto sinat respicere etiam poenas, quia filii operantur diverso modo, ac servi non adhuc reconciliati, sed solum tendentes ad reconciliationem.

Question VI: Whether initial and filial fear differ specifically

1 We must discern the object of each, that we may perceive the distinction of the habits.

Oportet utriusque obiectum discernere, ut distinctionem habituum percipiamus.

2 Concerning the object of Initial Fear they say that its medium is between the object of servile Fear, which is punishment; and the object of filial fear, which is the reason of the offense of God. Therefore the object of Initial Fear is both offense and punishment; but offense the more principal. The object of filial Fear, moreover, has for its object the evil of fault, inasmuch as it is an offense of God, not simply, but attending to the supreme reverence of the Father.

Circa obiectum Timoris initialis aiunt, medium esse inter obiectum Timoris servilis, quod est poena; et obiectum timoris filialis, quod est ratio offensae Dei. Itaque obiectum Timoris Initialis est tam offensa, quam poena; sed principalior offensa. Obiectum vero Timoris filialis habet pro obiecto malum culpae, ut est offensa Dei, non simpliciter, sed attendens summam Patris reverentiam.

3 It is proved by the Saintly Doctor *on the seven gifts. On the Gift of Fear, and here dist. 36, art. 2, question 1,* because it arises from filial charity, by which we love God with no respect had to our own advantage or disadvantage; and in this way it fears separation from God, as the Saintly Doctor shows *dub. 3, the text being as follows:* that it is not a fear of separation from God inasmuch as it is our good, as Durandus thinks *dist. 3, dist. 34,* saying that the pain of sense is regarded and fled from by servile fear; but the pain of loss by filial Fear; surely a fear of separation here would be from the love of concupiscence, and not from perfect Charity, that is, the love of friendship, as Caspensis notes *disput. 2, sect. 1, num. 5.*

Probatur a S. Doctore de septem donis. De Dono Timoris, et hic dist. 36. art. 2. quaest. 1. *quia oritur ex charitate filiali, qua diligimus Deum, nullo habito respectu ad nostrum commodum, vel incommodum et hoc modo timet separationem a Deo, ut ostendit S. Doctor* dub. 3. litt. ita, *ut non sit timor separationis a Deo, quatenus est bonum nostrum, ut putat Durandus* 3. dist. 34. *dicens, poenam sensus respici, et fugi a timore servili; poenam vero damni a Timore filiali; sane timor hic separationis esset ab amore concupiscentiae, non autem a Charitate perfecta, seu amore amicitiae, ut notat Caspensis* disput. 2. sect. 1. num. 5.

4 Hence therefore I assert that these loves are divided into diverse ones, at least modally.

Hinc igitur assero, hos amores dividi in diversos, saltem modaliter.

5 It is proved by St. Bonaventure first, because thus the Fears are divided by D. Augustine, by the Master, and by other Fathers into Initial, Filial, etc.

Probatur a S. Bonavent. primo, quia sic Timores dividuntur a D. Augustino, a Magistro, et aliis Patribus in Initialem, Filialem, etc.

6 Next, because the principal objects are diverse, as I showed, for Initial regards punishment more principally than offense: But filial flees principally the offense of God.

Deinde, quia diversa sunt obiecta principalia, ut ostendi, nam Initialis respicit principalius poenam, quam offensam: At filialis principalius offensam Dei refugit.

7 You will object. If one of two opposites is not multiplied, neither is the other multiplied; but Hope, the opposite of Fear, is not multiplied: Therefore neither is Fear.

Obiicies. Si unum oppositorum non multiplicatur; neque multiplicatur alterum; sed Spes, opposita Timori, non multiplicatur: Ergo neque Timor.

8 The SAINTLY DOCTOR answers, that the major is true of the division of univocals, as Aristotle testifies *in the Post-praedamenta, chapter on opposites; and Metaphysics 3, tract 4*. But hope and fear are not opposed univocally. Fear, moreover, is divided more than Hope, because the latter always tends toward one supreme good; but Fear flees from many evils principally, according to the diverse states, as I said.

Respondet S. Doctor, maiorem esse veram de divisione univocorum, ut testatur Aristoteles in post praedic. cap. de oppositis: et 3. Metaph. tract. 4. *At spes, et timor non opponuntur univoce. Dividitur autem magis Timor, quam Spes, quia haec semper in unum bonum tendit summum; Timor vero e multis malis, principalius fugit, secundum diversos status, ut dixi.*

9 You will object secondly. More and less do not vary the species: but initial and filial Fear differ as the less perfect from the more perfect: Therefore.

Obiicies secundo. Magis, et minus non variant speciem: sed Timor initialis, et filialis differunt, ut minus perfectum a magis perfecto: Ergo.

10 The SAINTLY DOCTOR answers, that there is not there on that account a specific difference; otherwise we should have to posit also another middle fear, that is, of the proficient. Then he answers that they do not differ only as the less perfect from the more perfect; but by the principal motive, although one in a certain way supposes the other, and what was formal with respect to the initial becomes material to the filial.

Respondet S. Doctor, non esse ibi proptiam differentiam; alioqui deberemus etiam alterum timorem medium ponere, idest proficientem. Deinde respondet, non differre solum, ut minus perfectum a magis perfecto; sed per motivum principale, licet unum quodammodo supponat alterum, et quod erat formale respectu initialis, fiat materiale filiali.

11 You will object thirdly. If it is pleasing thus to distinguish Fear; one can also distinguish Love, from which Fear remains, into Initial and Perfect: But Love is not distinguished in species by these differences: Therefore neither is Fear.

Obiicies tertio. Si libet sic distinguere Timorem; potest distinguere se Amorem, a quo Timor manet, in Initialem, et Perfectum: Sed Amor per has differentias non distinguitur specie: Ergo neque Timor.

12 The SAINTLY DOCTOR *answers* by denying the parity, because love has no diverse motives, but is perfected only by reason of state.

Respondet *S. Doctor negando paritatem, quia amor non habet diversa motiva, sed solum ratione status perficitur.*

13 *You will object* fourthly. As is the univocal cause, so is the effect; but both these Fears arise from gratuitous love, from D. Augustine *Tractate 43 on John*. Therefore.

Obiicies *quarto. Qualis causa univoca, talis effectus; sed uterque iste Timor oritur ex amore gratuito ex D. Augustino* Tract. 43. in Ioan. *Ergo.*

14 The SAINTLY DOCTOR *answers* that love is not the univocal cause of Fear, whence from one love are generated not only diverse differences of Fears; but even three genera of affections, as D. Augustine teaches *Tractate 9 on the epistle of John.*

Respondet *S. Doctor amorem non esse causam univocam Timoris, unde ex uno amore genitantur, non modo diversae differentiae Timorum; sed etiam tria genera affectionum, ut docet D. Augustinus* Tract. 9. in epist. Ioan.

15 *You will object* fifthly. If there are several gratuitous Fears: therefore the gifts of the Holy Spirit are eight.

Obiicies *quinto. Si plures sint Timores gratuiti: ergo dona Spiritus sancti sunt octo.*

16 The SAINTLY DOCTOR *answers,* that one fear, which is the initial, is included in the other as to what is said of nobility; and therefore is included in the one Spirit of the Fear of the Lord.

Respondet *S. Doctor, unum timorem, qui est initialis, includi in alio quo ad id, quod dicit nobilitatis; et ideo includi in uno Spiritu Timoris Domini.*

17 *You will object* sixthly. If these Fears differ, because Initial flees also punishment, and Filial the offense of God: Then thus: In the offense there is to offend God, which is fault; and to be separated from God through enmity, which are diverse: Therefore two Fears.

Obiicies *sexto. Si Timores isti differunt, quia Initialis refugit etiam poenam, et Filialis offensam Dei, Tunc sic: In offensa est Deum offendere, quod est culpa; et a Deo separari per inimicitiam, quae sunt diversa: Ergo duo Timores.*

18 The SAINTLY DOCTOR *answers*. That initial Fear regards two things; but principally one, consequentially the other: Similarly also the Filial; therefore there is one principal motive, diverse in both, whence the Fears ought to vary. The reason of the offense, inasmuch as it signifies the separation, which is a punishment, is less regarded by the Filial; and principally by the Initial.

Respondet *S. Doctor. Timorem initialem ad duo respicere; sed ad unum principaliter; ad alterum consequenter: Similiter et Filialem; ideo est unum motivum principale, diversum in ambobus, unde variari debent Timores. Ratio vero offensae, prout dicit separationem, quae est poena, minus respicitur a Filiali; et principaliter ab Initiali.*

Question VII: Whether, as charity grows, fear diminishes

1 The holy Doctor reports many opinions on this matter. The first is that, as Charity grows with respect to the habit, Fear also grows with respect to the habit, because gratuitous habits are equal; but with respect to use, as Charity grows, Fear diminishes; and the more the use of charity presses forward, the less the use of Fear prevails, and this appears from experience: for at the beginning of his conversion a man does many things out of fear, but when he has tasted the Spirit of devotion and of sweetness, which is in love, as he draws near to the state of perfection he is now drawn more to act well by the generosity of love than he is spurred by the penalty of fear.

An crescente Charitate Timor decrescat.

Multas hac de re sententias refert S. Doctor. Prima est, crescente charitate quo ad habitum, crescere etiam Timorem quo ad habitum, quia habitus gratuiti sunt aequales; At quo ad usum, crescente charitate, decrescere Timorem; quantoque magis urget usus charitatis, tanto minus vigere usum Timoris, et illud experimento apparet: Homo enim initio suae

conversionis multa ex timore facit, sed cum gustaverit Spiritum devotionis, et dulcedinis, quae est in amore, approximans ad statum perfectionis, iam ad bene operandum magis trahitur liberalitate amoris, quam stimuletur poenalitate timoris.

2 Yet in this manner the holy Doctor finds an inconsistency; for if the magnitude of a habit is discerned from the magnitude of its acts, then as the acts diminish, the habit too should be argued to diminish; or if the habit grows, the acts too should be intensified.

In hoc modo tamen invenit S. Doctor implicantiam; si enim magnitudo habitus dignoscitur ex magnitudine actuum; decrescentibus actibus, debet argui decrescere etiam habitum; vel si habitus crescit; et intendentur etiam actus.

3 The second opinion is that Fear — not merely servile but even Initial — diminishes as charity grows, because that Fear shares with servile fear, operating also through fear of punishments; but filial Fear is not lessened as Charity grows; for the more one loves God, the more he flees offense against Him. This is the opinion of St. Thomas.

Secunda sententia est, Timorem quidem, nedum poenalem, imo Initialem decrescere crescente charitate, quia iste Timor communicat cum servili, operans metu etiam poenarum: Timorem vero filialem non minui crescente Charitate; quia quanto magis aliquis Deum amat, tanto Divinam refugit offensam. Haec est opinio D. Thomae.

4 But the holy Doctor argues against it: because filial fear, whereby one fears to offend God, has pain, and the soul is much afflicted by that dread. Yet Blessed John *chapter 4* says: *Perfect charity casts out Fear*, on account of its attached penal aspect.

Sed contra arguit S. Doctor; quia timor filialis, quo quis timet Deum offendere, poenam habet, et multum affligitur anima illa formidine. Beatus autem Ioannes prima, cap. 4. *dicit:* Perfecta charitas foras mittit Timorem*, propter adnexam poenalitatem,*

5 The third opinion, therefore, is that there is a twofold use of gratuitous fear. One is whereby the heart of man is stirred from consideration of his own fragility; the other, whereby he is humbled from consideration of his own smallness and of the divine majesty; and the first use is diminished as charity is perfected, because confidence rises from the perfection of charity, so that man may then say the word of the Apostle: *Who shall separate us from the Charity of Christ?* But the other use grows as charity grows, like the habit of fear: hence the more one has of the Spirit of love, the more he has of the Spirit of fear.

Tertia igitur opinio est, duplicem esse usum timoris gratuiti. Alter est quo cor hominis sollicitatur e consideratione suae fragilitatis: Alter, quo humiliatur e consideratione suae parvitatis, et divinae maiestatis; et primus usus minuitur, cum charitas perficitur, quia confidentia consurgit ex perfectione charitatis, ut iam homo dicat illud Apostoli: Quis nos separabit a Charitate Christi? *Alter vero usus crescit, charitate crescente, sicut timoris habitus: Unde quanto quis habet plus de Spiritu amoris, tanto plus habet de Spiritu timoris.*

6 I assert first, that as charity grows, Fear diminishes with respect to anxiety.

Assero primo, crescente charitate, minui Timorem quo ad anxietatem.

7 *It is proved* by the holy Doctor, from that passage of *1 John 4*, and by St. Augustine *Tractate 9, there*.

Probatur *a S. Doctore, ex illa* prima Ioan. 4. *et D. Augustino* Tract. 9. ibi.

8 *It is proved* secondly by the holy Doctor; for as charity grows in anyone, so much the more does he hope: Therefore he fears less to be separated from God, because he is bound more closely to God.

> Probatur *secundo a S. Doctore; quia quanto crescit charitas in aliquo, tanto magis is sperat: Ergo minus timet separari a Deo, quia strictius Deo alligatur.*

9 Finally, as love grows, delight grows: Therefore Pain is diminished.

> *Tandem crescente amore, crescit delectatio: Ergo minuitur Poena.*

10 I assert secondly, that as charity grows, reverential fear grows.

> *Assero secundo, crescente charitate, crescere reverentialem timorem.*

11 *It is proved* by the holy Doctor first. When the cause is increased, the effect is increased; but faith and love cause gratuitous fear: Therefore, as faith and charity grow, gratuitous Fear grows. St. Thomas uses this argument too, but St. Bonaventure moderates it, as above.

> Probatur *a S. Doctore primo. Augmentata causa, augetur effectus; sed fides, et amor causant timorem gratuitum: Ergo fide, et charitate crescente, crescit Timor gratuitus. Hac ratione utitur etiam D. Thomas sed moderatur eam S. Bonavent. ut supra.*

12 Secondly. The more one loves, the more tightly he holds a good and esteems it; and if it exceeds, he reveres it.

> *Secundo. Quanto aliquis amat, tanto arctius tenet bonum, et illud aestimat; et si excedit, reveretur.*

13 Finally. The more intense anyone's charity is, the greater his solicitude to serve God, lest he offend the will of God, according to that of Micah 6: *I will show thee, O man, what is good, and what the Lord requireth of thee. And afterward: and to walk solicitously with thy God*; and the greater the solicitude, the greater the fear of losing the good.

> *Tandem. Quanto alicuius intensior est charitas, tanto maior sollicitudo ad serviendum Deo, ne Dei voluntatem offendat, iuxta id Micheae 6.* Indicabo tibi o homo quid sit bonum, et quid Deus requirat a te. Et postea: et sollicitum ambulare cum Deo tuo*, quanto autem est maior sollicitudo, tanto maior est timor amittendi bonum.*

14 *The holy Doctor answers* that not all solicitude arises from fear: for the solicitude whereby one raises his soul to serve God arises from Charity.

> Respondet *S. Doctor, non omnem sollicitudinem esse ex timore: sollicitudo enim, qua quis animo erigitur, ut Deo inserviat, oritur ex Charitate.*

15 *You will say*: One is solicitous also lest he offend.

> Dices*: Sollicitus est is etiam ne offendat.*

16 *The holy Doctor answers* that this is a solicitude of diligence, which in perfected men has fear attached to it not so deeply, except for a time, while they are shaken in soul from consideration of the divine judgments.

> Respondet *S. Doctor, illam esse sollicitudinem diligentiae, quae in viris perfectis non adeo haerentem habet timorem, nisi ad aliquod tempus, dum ex consideratione divinorum iudiciorum animo concutiuntur.*

17 From these he draws out another way of answering the question, namely that the use of any habit is said to grow or diminish in two ways: first in intensity; second in the number of acts. Therefore, as charity grows, filial fear diminishes with respect to the number of acts; because the perfected man does not need to be stirred so often as the imperfect man does, who is anxious both on account of a

past fault, lest perhaps it still be unremitted, and on account of a future one, lest he relapse through frailty.

> *Ex his elicit alium modum respondendi quaestioni, quod usus alicuius habitus dupliciter dicitur crescere, vel decrescere: Primo intensione: Secundo numero actuum. Igitur crescente charitate, decrescit timor filialis actuum numero; quia vir perfectus non eget sollicitari tam saepe, sicut imperfectus, qui tum ratione culpae praeteritae, ne forte adhuc remissa sit; tum ratione futurae ne ex fragilitate recidat, anxiatur.*

Question VIII: Whether gratuitous fear remains in heaven

1 It is indeed difficult to admit Fear in the Blessed, however holy it may be; and yet all the Scholastics admit it, lest they strip them of a signal gift of the Holy Spirit; so much so that Valentia calls it erroneous to deny it to the blessed, *disp. 2, quest. 2, point 5*; for it is said even in the Mass: *The powers tremble*. There are various ways of speaking, so that the motive of filial fear may be saved, which is flight from the Divine offense; for the blessed are impeccable.

> An Timor gratuitus maneat in patria.
>
> *Difficile est quidem, in Beatis Timorem, quantumvis sanctum, admittere; et tamen omnes Scholastici illud admittunt, ne dono insigni Spiritus sancti eos expolient; adeo ut illum beatis negare erroneum dicat Valentia* disp. 2. quaest. 2. puncto 5. *nam in Missa etiam dicitur:* Tremunt potestates. *Varii modi dicendi extant, ut salvent motivum timoris filialis, qui est Divinae offensae fuga; etenim beati sunt impeccabiles.*

2 The FIRST way of speaking is that of Suarez, *disp. 1, sect. 4, num. 20*: the gift of Fear remains in the Blessed in the manner in which infused Temperance and the other virtues, which remain in them, remain not only as to the habits but as to the simple acts of the will, by which they take complacency in their objects and their goodness, and detest the opposed uglinesses; for the hatred of evil is formally and explicitly love of the contrary good, e.g. hatred of darkness is love of Light, as Hurtado says, *disputation 113, sect. 9*; Caspensis subscribes, *disp. 2, sect. 1, num. 10*. Since, therefore, fear is hatred of sin or of punishments, it is formally love of the absence of punishments or of sin, which absence the Blessed love, but as a thing not contingent, since they are impeccable.

> *PRIMUS modus dicendi est Suarez* disp. 1. sect. 4. num. 20. *Timoris donum manere in Beatis eo modo, quo Temperantia infusa, et aliae virtutes, quae manent in eis, non modo quoad habitus, sed quo ad actus simplices voluntatis, quibus complacent in suis obiectis, et honestatibus eorum, et detestantur oppositas turpitudines; Quia odium mali formaliter, et expresse est amor boni contrarii, v. g. odium tenebrarum est amor Lucis, ut ait Hurtado* disput. 113. sect. 9. *subscribit Caspensis* disp. 2. sect. 1. num. 10. *Cum igitur timor sit odium peccati, aut poenarum, est formaliter amor carentiae poenarum, aut peccati, quam carentiam amant Beati, sed tanquam rem non contingentem, cum sint impeccabiles.*

3 The SECOND way is that of Medina, cited in Caspensis, *cited disputation*: the Fear of the Lord in heaven loses the name of filial Fear, because sin is no longer found to be feared, neither as separation from God nor as offense against Him, and it takes the name of reverential fear, because in a new way it tends toward God.

> *SECUNDUS modus est Medinae apud Caspensem* disput. cit. *Timorem Domini in patria amittere nomen Timoris filialis, quia iam non invenitur peccatum, quod timeatur, neque, ut est separatio a Deo, neque ut offensa eius, et inducere nomen timoris reverentialis, quia novo modo tendit in Deum.*

4 The THIRD way is that of Cajetan and Bannes, *cited article of St. Thomas*: the reverential Fear in heaven looks upon the omnipotence of God, as able indeed to inflict evil, whether of punishment, by inflicting it, or of fault, by permitting it; but not as that He will actually inflict it. For thus they are cast down with a certain reverential fear. To this Valentia smiles assent, to be cited below.

> *TERTIUS modus est Caietani, et Bannes,* art. cit. D. Thom. *Timorem reverentialem patriae respicere omnipotentiam Dei, ut potest sane inferre malum, seu poenae, inferendo; sive culpae, permittendo; non tamen ut actu inferet. Sic enim reverentiali quodam timore demittuntur. Huic arridet Valentia citandus infra.*

5 The FOURTH way is that that fear of the blessed is not a flight, since they are no longer in the struggle, but a reverential pursuit, arising from consideration of their own smallness and of God's magnitude and justice, which could have punished, and yet had mercy, and rewards beyond what is deserved; and thus they prostrate themselves in reverence. Nor is it admiration, as Caspensis infers, *num. 10*, but profound humiliation, even if with admiration. Thus think, with St. Bonaventure here, St. Thomas *in the body of the text*, Valentia *disp. 2, quest. 2, point 5*.

> *QUARTUS modus est, timorem illum beatorum non esse fugam, cum non amplius sint in pugna, sed reverentialis prosecutionis, ortum ex consideratione suae parvitatis, et Dei magnitudinis, et iustitiae, quae potuisset punire, et tamen miserta est, et praemiat ultra condignum, et ita prosternuntur reverentes. Neque est admiratio, ut infert Caspensis* num. 10. *sed humiliatio profunda, esto cum admiratione. Ita sentiunt cum D. Bonavent. hic, D. Thomas* in corpore*, Valentia* disp. 2. quaest. 2. puncto 5.

6 THEREFORE I assert first, that filial Fear is in the Blessed.

> *ASSERO igitur primo, Timorem filialem esse in Beatis.*

7 IT IS PROVED by St. Bonaventure, first, from that passage of *Psalm 18*: *The fear of the Lord is holy, enduring unto eternity of eternities.*

> *PROBATUR a D. Bonaventura, primo, ex illo* Psalm. 18. Timor Domini sanctus permanens in saeculum saeculi.

8 SECONDLY, from that of *Isaiah 11*, where he says: *The Spirit of the Lord shall rest upon him; the Spirit of Fear.* But Christ was always a comprehensor.

> *SECUNDO ex illo* Isaiae 11. *ubi ait:* Requiescet super eum Spiritus Domini; Spiritus Timoris. *Christus autem fuit semper comprehensor.*

9 THIRDLY, *The fullness of wisdom is the fear of the Lord, Ecclesiasticus 1*: therefore, since in the blessed there is the fullness of the perfection of wisdom, there will also be Fear.

> *TERTIO,* Plenitudo sapientiae Timor Domini, Eccl. 1. *ergo cum in beatis sit plenitudo perfectionis sapientiae, erit et Timor.*

10 FOURTHLY. As the highest love is owed to the highest goodness, so the highest reverential Fear is owed to the highest majesty.

> *QUARTO. Sicut summae bonitati debetur summus amor, ita summae maiestati, summus reverentialis Timor.*

11 FINALLY, *in the body of the text*, he hints at the testimonies of Scripture and of the Church asserting that this Fear is in the Angels. Thus *in Apocalypse 14 and 15, Jeremiah 10, Job 26*, and in the Preface of the Mass: *The Powers tremble.* Therefore our holy Doctors add, from St. Augustine *14 de civitate, chapter*

9, and from Gregory, *Book 7, Morals, chapter 15*, to those words of *Job 26*: *The pillars of heaven tremble, and are awed at his nod*, that the filial fear of the way is different from that of heaven; and also that that fear in Christ was different from ours, which I shall show in *Part 3, Tractate 1*.

> *TANDEM* in corpore*, innuit testimonia Scripturae, et Ecclesiae, asserentia, Timorem istum in Angelis esse. Sic* in Apoc. 14. et 15. Hierem. 10. Iob 26. et *in Praefatione Missae:* Tremunt Potestates. *Addunt igitur Sancti nostri DD. ex D. Augustino* 14. de civit. cap. 9. ex Gregorio Lib. 7. moral. cap. 15. *ad ea verba* Iob 26. Columnae caeli contremiscunt, et pavent ad nutum eius; *diversum esse timorem filialem viae, et patriae; et etiam timorem illum in Christo fuisse diversum a nostro, ostendam* 3. part. Tract. 1.

12 YOU OBJECT first. Hope is more perfect than Fear: but it does not remain in heaven: Therefore.

> *OBIICIES primo. Perfectior est Spes, quam Timor: sed illa non manet in patria: Ergo.*

13 The holy Doctor ANSWERS that, with respect to the act of recoiling from evil, Hope is more perfect; but with respect to revering the supreme Majesty while recoiling into one's own smallness, the act of Fear is more excellent.

> *RESPONDET S. Doctor, quoad actum resiliendi a malo, perfectiorem esse Spem, sed quo ad reverendam summam Maiestatem resiliendo in propriam parvitatem, excellentiorem esse actum Timoris.*

14 THE REST are resolved by the distinction between fleeing fear and revering fear.

> *CAETERA resolvuntur per distinctionem timoris fugacis, et reverentis.*

15 MOST EXCELLENTLY, however, the holy Doctor discourses on this matter *de septem Donis, On the Gift of Fear, chapter 2*, where he also explains what fear is excluded from the perfection of charity on the way; he supposes, however, that word of the first John, *chapter 4*: *Perfect charity casts out fear.*

> *EGREGIE autem hac de re discurrit S. Doctor* de septem Donis. De Dono Timoris, cap. 2. *ubi etiam edisserit, qui timor in via excludatur a perfectione charitatis, supponit autem illud Ioan primae,* cap. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem.

16 But he distinguishes the PERFECT of one sort by a perfection of necessity, who are in grace, of whom *Deuteronomy 18*: *Thou shalt be perfect and without spot before the Lord*; others by a perfection of excellence. St. Prosper distinguishes both, *Book 3, de vita contemplativa, chapter 15*. Those he calls perfect in excellence who hasten to the virtues with the greatest striving, of whom Bernard also says in his letters: *And this Charity expels all their fear, which has pain.* For what will Charity fear, says Gilbert, *sermon 19 on the Canticles*, of past offenses? *For Charity covers a multitude of sins, from 1 Peter 4.* What? The infirmity of conscience? *It is strong as death, love, Canticles 8.* What? Temporal troubles? *Since even if they were eternal, consummated love could not be wearied or vanish?* Not for this does Charity love, lest it perish, but rather it wishes the eternal to perish than to be deprived eternally of the use of internal love. *If indeed a man shall give all his substance for charity, he shall as it were despise nothing of it; that is, substance.*

> *PERFECTOS autem alios perfectione necessitatis distinguit, qui sunt in gratia; de quibus* Deuter. 18. Perfectus eris, et absque macula coram Domino. *Alios perfectione excellentiae. Utrosque distinguit S. Prosper* Lib. 3. de vita contemplativa, cap. 15. *Perfectos autem excellentia vocat eos, qui maximo enixu ad virtutes properant, de quibus etiam Bernardus in epistolis ait:* Et haec Charitas horum pellit omnem timorem, qui poenam habet. *Quid enim timebit Charitas ait Gilbertus,* serm. 19. in Cant. *veteres offensas?* Nam Charitas operit multitudinem peccatorum, ex 1. Petri 4. *Quid? Infirmitatem conscientiae?* Fortis est, ut mors dilectio, Cant. 8. *Quid? temporales molestias?* Cum nec etiamsi aeterna sint, diffatigari, aut evanescere poterit dilectio

consummata? Non ideo amat Charitas ne pereat, sed magis vult perire aeternum, quam privari usu amoris interni aeternaliter. Si enim dederit homo omnem substantiam pro charitate, quasi nihil despiciet eam; idest substantiam.

17 He CONCLUDES that perfect and consummated Charity does not expel the most perfect filial fear, which is now almost love, since it has almost ceased to be fear, having nothing to fear, nor does it dread to offend. He says this fear is a reverence and a votive subjection; for there is a necessity of obeying, or of condition, but liberty of love knows no necessity.

CONCLUDIT, perfectam Charitatem consummatam non expellere timorem filialem perfectissimum, qui iam fere est amor, cum fere desierit esse timor, qui non habet quid timeat, nec offendere metuit. Hunc timorem ait esse reverentiam, et votivam subiectionem; est enim necessitas obsequendi, sive conditionis, sed necessitatem ignorat libertas dilectionis.

18 SOME say, as Bernard, *Book on the Love of God, toward the end*, that filial Fear is increased as Charity is increased; and with Charity perfected, it will be perfected, and therefore it will have in heaven the very same act it now has; and they bring forward the authority of Augustine, *Book 14, de civitate, chapter 9*, where he says: *That chaste Fear enduring unto eternity of eternities, if it shall be in the future age, will not be a fear terrifying from an evil that can happen, but holding itself in a good that cannot be taken away; and thus it will have another act than it now has.* So St. Bonaventure. The reason of this is, that where the love of the good attained is immutable, certainly, if it can be said, the fear of avoiding evil is secure.

QUIDAM dicunt, ut Bernardus Lib. de diligendo Deo, circa Finem*, quod Timor filialis augetur, augmentata Charitate; et Charitate perfecta, perficietur, et ideo habebit in patria eundem omnino actum, quem habet modo, et illi adducunt authoritatem Augustini* Lib. 14. de civitate, cap. 9. *ubi ait:* Timor ille castus permanens in saeculum saeculi, si erit in futuro saeculo, non erit timor exterrens a malo, quod accidere potest, sed tenens se in bono, quod adimi non potest, et ita alium actum habebit, quam modo. *Haec S. Bonavent. Ratio huius est, quia ubi boni adepti amor immutabilis est, profecto si dici potest, mali cavendi timor securus est.*

19 But MOST BEAUTIFULLY in *chapter 3* he shows how the Fear of the Lord, like the Light of the first day, makes for us the Morning and the Dawn of the spiritual life, the Midday and the Evening, enduring unto eternity of eternities. See it.

PRAECLARE vero cap. 3. *ostendit, quo pacto Timor Domini, quasi Lux primae diei faciat nobis Mane, et Auroram vitae spiritualis, Meridiem, et Vesperam, permanens in saeculum saeculi. Ipsum vide.*

20 NEXT, in *chapter 4*, he shows that the Fear of the Lord prepares for us a heavenly banquet, whence the psalmist exclaims, *Psalm 30*: *How great is the multitude of thy sweetness, O Lord, which thou hast hidden for them that fear thee.* Read it, I beseech thee, and thou shalt taste the delicacies of Paradise at his table.

DEINDE cap. 4. *Timorem Domini convivium nobis parare ostendit caelicum, unde exclamat psalmista,* Psalm. 30. Quam magna multitudo dulcedinis tuae Domine, quam abscondisti timentibus te. *Ipsum Lege obsecro, et Paradisi epulas degustabis ad eius mensam.*

21 But he relies on that of *Ecclesiasticus 1* and *Psalm 111*: *The beginning of wisdom, that is, of savory knowledge, is the Fear of the Lord; the Fear of the Lord shall delight the heart.* See it.

Nititur autem illo Eccles. 1. et Psalm. 111. Initium sapientiae, idest, sapidae cognitionis. Timor Domini; Timor Domini delectabit cor. *Ipsum vide.*

Question IX: Whether poverty of spirit corresponds to the gift of fear

1 The BEATITUDES are not habits distinct from the Virtues and the Gifts, but acts elicited from them. By poverty of Spirit, St. Augustine understands humility; because the humble man is not puffed up in Spirit. Ambrose, however, understands the renunciation of temporal things; and in both senses poverty of Spirit is elicited by filial Fear, as Caspensis notes, *disp. 2, sect. 4, num. 26*, and St. Bonaventure, *Part 5, Breviloquium, chapter 6*, and *Part 3, Centiloquium, sect. 45 and 46*, and *opuscule on the seven gifts, chapter 3*.

> *BEATITUDINES non sunt habitus distincti a Virtutibus, et Donis, sed actus ab eis eliciti. Per paupertatem vero Spiritus intelligit S. Augustinus humilitatem; quia humilis non est Spiritu inflatus. Ambrosius vero intelligit abdicationem rerum temporalium, et utroque sensu paupertas Spiritus est elicita a Timore filiali, ut notat Caspensis* disp. 2. sect. 4. num. 26. *et D. Bonavent.* 5. part. Brevil. cap. 6. *et* 3. part. Centil. sect. 45. et 46. *et* opusc. de septem donis, cap. 3.

2 *IT IS PROVED* by the holy Doctor; for unto perfection one must first withdraw from evil, as it is said *Psalm 33*: *Decline from evil, and do good.* But from evil one is first deterred by the threats of punishments; then by initial fear, etc., as the Council of Trent also teaches, *session 14, chapter 4*; and because the root of evils is covetousness, *1 Timothy 6*, therefore Fear disposes unto poverty, in which humility is at the same time joined with poverty, so that man may thus be removed far from the fountain of every fault, that is, covetousness, of which I have spoken, and from pride; for *the beginning of all sin is pride.* See there the holy Doctor speaking most excellently.

> PROBATUR *a S. Doctore; quia ad perfectionem primo recedendum est a malo, ut dicitur* Psalm. 33. Declina a malo, et fac bonum. *A malo autem primo deterretur poenarum minis; deinde timore initiali, etc. ut etiam docet Concilium Trident.* sess. 14. cap. 4. *et quia radix malorum est cupiditas,* prima Timot 6. *Ideo Timor disponit ad paupertatem, in qua simul iungitur humilitas cum paupertate, ut sic elongetur homo a fonte omnis culpae, idest, cupiditate, de qua dixi, et superbiam; nam* Initium omnis peccati superbia. *Vide ibi S. Doctorem egregie dicentem.*

3 *IT IS PROVED* secondly by the holy Doctor, *Book 5 of the Compendium of Theology, chapter 48*, from St. Gregory, *book 16, Morals, chapter 20*: *The poor in spirit are the humble, and they that fear God.*

> PROBATUR *secundo a S. Doctore,* Lib. 5. compendii Theolog. cap. 48. *ex D. Gregorio* lib. 16. moral. cap. 20. Pauperes spiritu, sunt humiles, et Deum timentes.

Question X: On the effects, and the precept, of the fear of God

1 MANY holy effects there, *chapter 59*, of the Fear of the Lord does St. Bonaventure recount: to expel sin, *Ecclesiasticus 1*; to beget Wisdom, *Ecclesiasticus 7*; to steady the mind, *Ecclesiasticus 27*; to enrich with Spiritual riches, *Psalm 32*; to heap up good works, *Ecclesiasticus 15*; to delight the heart, *Ecclesiasticus 1*; to prolong life, *Proverbs 10*; to irrigate devotion, *Proverbs 14*; to reward eternally, *Ecclesiasticus 1*. He goes on to teach there that servile Fear is from the Holy Spirit, even if not with Him, but is cast out, as a she-ass by a hair of the eyelash, as St. Augustine says, *Tractate 9 on the first Epistle of John*. That Initial fear begins intrinsic perfection he proves in *chapter 41*, and that it perfects it he shows in *chapter 42*. See the holy Doctor.

> *MULTOS sanctos effectus ibi,* cap. 59. *Timoris Domini recenset S. Bonavent. expellere peccatum* Eccles. 1. *Sapientiam gignere.* Eccles. 7. *Mentem stabilire.* Eccles. 27. *Ditare opibus Spiritualibus* Psalm. 32. *Bona opera cumulare* Eccles. 15. *Cor delectare.* Eccles. 1. *Vitam prolongare,* Prov. 10. *Devotionem irrigare,* Proverb. 14. *AEternaliter*

remunerare, Eccles. 1. *Pergit docere ibi, Timorem servilem esse a Spiritu Sancto, etiamsi non cum eo, sed pellitur, ut Sera a filo caligatii, ut ait D. Augustinus* Tract. 9. in primam Ioan. *Initialem vero incipere intrinsece perfectionem, probat* cap. 41. *et perficere, ostendit* cap. 42. *Vide S. Doctorem.*

2 MANY things, and those most excellent, the holy Doctor hands down about this beatitude on *chapter 6 of Luke*, in those words: *Blessed are the poor in spirit*, where he shows that by the Fear of the Lord heaven is opened to us: *Blessed is he who is always in fear. Blessed is the man who feareth the Lord; in his commandments he desireth exceedingly*, O truly golden words. *Psalm 111*, of which see the most excellent exposition of the Seraphic Doctor.

MULTA, eaque praeclara de hac beatitudine tradit S. Doctor ad cap. 6. Lucae *in ea verba:* Beati pauperes Spiritu, *ubi ostendit Timore Domini nobis aperiri coelum:* Beatus enim qui semper est pavidus. Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis eius cupit nimis, *o vere aurea verba.* Psalm. 111. *cuius vide praeclaram Seraphici expositionem.*

3 From the effects of the Fear of the Lord it is understood that there exists a precept. Thus *Deuteronomy 10*: *What doth the Lord thy God require of thee, but that thou fear the Lord thy God?* He speaks of filial Fear; and of servile fear, *Luke 12*: *Fear him, who after he hath killed the body, hath power to cast both body and soul into hell.*

Ex effectibus Timoris Domini intelligitur, extare praeceptum. Sic Deuter. 10. Quid Dominus Deus petit a te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum. *Loquitur de Timore filiali; et de servili,* Lucae 12. Timete eum, qui postquam occiderit corpus, habet potestatem, et corpus, et animam perdere in gehennam.

4 Caspensis ADDS at the end, *num. 34*, that these precepts of the fear of God are not special, and thus are not distinguished from the precepts of the other virtues, insofar as they require filial and servile fear, whereby man is held back from sins, both against charity and against the other virtues; and accordingly from a defect of fear one never commits a special sin that must necessarily be expounded in confession, as Valentia also observes, *disp. 2, quest. 4, point 2*, and Sanchez, *Book 2, chapter 33, num. 4*. And it is proved; because confessors learned in this do not ask about it, as Fagundez says, *num. 19*.

ADDIT Caspensis in fine num. 34. *haec praecepta timoris Dei non esse specialia, sicque non distingui a praeceptis aliarum virtutum, quatenus exigunt timorem filialem, et servilem, ut per hos retrahatur homo a peccatis, tam contra charitatem, quam contra alias virtutes; et proinde ex defectu timoris nunquam committit speciale peccatum, quod sit necessario in confessione explicandum, ut observat etiam Valentia* disp. 2. quaest. 4. punct. 2. *Sanchez* Lib. 2. cap. 33. num. 4. *Et probatur; quia de hoc neque confessarii eruditi interrogant, ut ait Fagundez* num. 19.

Disputation VI: On Despair

1 ALTHOUGH Hope is assailed in its ruin by Presumption as well as by Desperation, St. Chrysostom saying with the Seraphic Doctor, *book 3, Pharetra, chapter 14*: *Excessive confidence overthrows one standing, and desperation after the fall does not permit one to rise again*; yet the latter opposes hope more than the former, since it fails from it entirely, and casts one down even in this life into the abyss of Anxiety: therefore of what power it is, and what sin it is, must first be briefly seen.

> *LICET a Praesumptione, pariter et Desperatione Spes experiatur in ruinam, dicente D. Chrysostomo apud Seraphicum* lib. 3. Pharetrae cap. 14. Confidentia nimia stantem evertit, et desperatio post lapsum non permittit resurgere, *posterior tamen plus spei adversatur, quam prior, cum tota ab ea deficiat, et in Anxietatis barathrum etiam in hac vita deiiciat: Ideo cuius sit potentiae, et quod peccatum, prius breviter videndum.*

Sole Question: Of what power despair is an act, and what sin it is

1 ALMAIN holds, in *distinction 26, and in the moral treatise 2, chapter 3*, that Desperation is an act of the intellect, and consists in the judgment whereby one judges it impossible for himself to attain beatitude or pardon; and accordingly that no act of the will is required.

> *ALMAYNUS in* 3. dist. 26. et in moral. tract. 2. cap. 3. *censet, Desperationem esse actum intellectus, et consistere in iudicio, quo quis iudicat, impossibile esse, se consequi beatitudinem, aut veniam; ac proinde non requiri actum voluntatis.*

2 Yet this opinion is commonly rejected by the Theologians with St. Bonaventure, *dist. 26, article 2, question 5*, St. Thomas, *first part of the second part, question 23, article 2, and question 40, article 4*.

> *Haec tamen sententia communiter reiicitur a Theologis cum D. Bonavent.* 3. dist. 26. art. 2. quaest. 5 *D. Thom.* prima secundae, quaest. 23. art. 2. et quaest. 40 art. 4.

3 *IT IS PROVED* by the holy Doctor: Opposites are about the same subject; but hope is in the will: Therefore Desperation also. Thus others argue too, especially Caspensis, *disp. 3, sect. 1, num. 2*.

> PROBATUR *a S. Doctore: Opposita sunt circa idem subiectum; sed spes est in voluntate: Ergo et Desperatio. Sic arguunt etiam alii, praecipue Caspensis* disp. 3. sect. 1. num. 2.

4 Whence it follows that what Turrianus says is false, *disp. 64, doubt 2*: that for the sin of Desperation it suffices to have a free and imprudent judgment, whereby one judges that he will not attain beatitude.

> *Quo fit, falsum esse id, quod ait Turrianus* disp. 64. dub. 2. *ad Desperationis peccatum sufficere liberum, et imprudens iudicium, quo quis iudicet, se non consecuturum beatitudinem.*

5 For Caspensis ANSWERS that this judgment is against hope, but is not yet desperation: I see Caspensis fighting with himself. For opposites are about the same thing, as Caspensis says; but that judgment is in the intellect: Therefore it is not contrary to Hope.

> RESPONDET *enim Caspensis, hoc iudicium esse contra spem, sed non adhuc esse desperationem: ego video Caspensem secum pugnare. Opposita enim sunt circa idem, ut ait Caspensis; sed iudicium illud est in intellectu: Ergo non est contrarium Spei.*

6 I SHALL SAY, therefore, that it is opposed only in disposition, not formally; for even with that judgment posited, no sin has yet been committed, because one can be deceived invincibly; and if he is deceived vincibly, he sins against the precept not indeed of Hope, but of knowing what is necessary.

> *DICAM igitur, opponi tantum in dispositione, non formaliter; nam posito adhuc eo iudicio, non est factum peccatum, quia potest falli invincibiliter; et si vincibiliter fallitur, peccat contra praeceptum, non quidem Spei, sed sciendi necessaria.*

7 Hence that question is resolved: *Whether Desperation is always with Infidelity.*

> *Hinc resolvitur illa quaestio:* An Desperatio sit semper cum Infidelitate.

8 It is ANSWERED negatively with St. Bonaventure, *cited doubt in the margin*, St. Thomas, *question* XX, *article* II, whom the rest follow, as is seen in Caspensis, *cited place, num.* IV, and Valentia, *disp.* II, *quest.* III, *point first*.

> RESPONDETUR *RESPONDETUR enim negative cum D. Bonavent.* dub. citato in margine*, D. Thom.* quaest. *XX.* art. *II. quos caeteri sequuntur, ut videre est in Caspensi* loco citato num. *IV. Valentia* disp. *II.* quaest. *III.* puncto primo.

9 IT IS PROVED by the holy Doctors. In this Faith differs from Hope, that Faith regards the very object in the universal, but Hope regards it in the particular, namely with respect to the one hoping; and also in this, that Faith asserts certitude in the intellect, Hope asserts certitude in the affect. Therefore, as it sometimes happens that something is unknown in the particular and known in the universal, as the Philosopher says, *first of the Posteriors, chapter I* — as in the case of him who knows that every Mule is sterile, and yet thinks this one is with young — so one who has certitude concerning faith can lack Hope; and as one can have certitude in the intellect without having it in the affect, so one can, not having Hope, have faith.

> *PROBATUR a Sanctis Doctoribus. In hoc differt Fides a Spe, quod Fides respicit ipsum obiectum in universali, sed Spes respicit in particulari, videlicet respectu sperantis, et in hoc etiam, quod Fides dicit certitudinem in intellectu, Spes dicit certitudinem in affectu. Sicut igitur contingit aliquando, ignorari aliquid in particulari, et sciri in universali, sicut ait Philosophus,* primo Poster. cap. I. *sicut est de illo, qui scit, omnem Mulam esse sterilem; et tamen existimat, hanc habere in utero; sic potest aliquis habens certitudinem circa fidem, carere Spe, et sicut potest aliquis non habens certitudine de aliquo in affectu, habere illam in intellectu; sic potest aliquis, non habens Spem, habere fidem.*

10 AGAINST this argument Valentia objects, that one who has a negative judgment about some particular proposition does not grant it to be universally true. Wherefore, one who, despairing, judges that he cannot hope for pardon, by this very fact denies that pardon is possible for all sinners.

> *CONTRA hanc rationem arguit Valentia, quia, qui habet iudicium negativum de aliqua propositione particulari, non concedit, esse universaliter verum. Quare, qui desperans iudicat, se non posse sperare veniam, hoc ipso negat, possibilem esse omnibus peccatoribus veniam.*

11 BUT Caspensis, *num.* V, observes with St. Bonaventure that a speculative judgment can be had of God as prepared to have mercy on all; and that if one even speculatively says that the mercy of God is not such as to exceed our sins, he is a heretic; but if, oppressed by passion, his judgment succumbs out of pusillanimity, such desperation is without infidelity.

> *SED Caspensis* num. *V. observat cum S. Bonavent. posse haberi iudicium speculativum de Deo, parato ad miserendum omnibus; quod si etiam speculative quis dicat, non esse talem misericordiam Dei, ut excedat nostra peccata, is est*

haereticus; si vero passione oppressum iudicium succumbat ex pusillitate, talis desperatio est sine infidelitate.

12 THEREFORE he does not exempt himself from the universal proposition of God's mercy, as Valentia thinks, but, erring in himself, he invents something new whereby the universal proposition might not be true; namely, that God is not about to give a congruous help, or efficacious grace, because he is of the number of those, probably, whom God abandons, as some Theologians assert, saying that sufficient helps are denied to certain ones; for that opinion is not under this anathema. Nor does it follow what Valentia says: that if that opinion were true, one could despair without sin; for still, since he does not know himself to be of that number, he is bound to hope. The holy Doctor concludes that that estimation can arise rather from the subversion of confidence than from the subversion of knowledge. For thus a man, although he knows something, is nevertheless carried by a dominating affection to the opposite; or it may rather be called inadvertence, as St. Augustine says, *de poenitentia, chapter V*, cited by St. Bonaventure in the *Pharetra, Book III, chapter XIV*, because with eyes closed he precipitates himself, as St. Gregory says, *Morals, chapter VIII*, as St. Bonaventure notes, *cited place of the Pharetra*.

ITAQUE is non eximit se a propositione universali misericordiae Dei, ut putat Valentia, sed aliquid novi excogitat in se aberrans, propter quod universalis propositio non sit vera, puta, quod non sit Deus daturus auxilium congruum, vel gratiam efficacem, eo quod talis sit ex illis probabiliter, qui derelinquuntur a Deo, ut aliqui Theologi asserunt, dicentes, negari quibusdam auxilia sufficientia; haec enim opinio non est anathemate ista: Neque sequitur id, quod ait Valentia; si vera esset illa opinio, posse aliquem desperare sine peccato; nam adhuc ille, cum nesciat, se esse de numero eorum, tenetur sperare: Concludit S. Doctor, illam existimationem oriri potius ex subversione confidentiae, quam ex subversione notitiae. Sic enim homo, licet sciat aliquid, tamen affectione dominante rapitur ad oppositum; vel dici inadvertentiam potius, ut ait D. Augustinus de poenit. cap. V. *apud D. Bonavent. in* Pharetra, Lib. III. cap. XIV. *quia clausis oculis praecipitatur, ut ait D. Gregorius* XVI. moral. cap. VIII. *ut notat D. Bonavent.* loco citato Pharetrae.

13 The SECOND reason of St. Bonaventure, which St. Thomas and Caspensis also use, *num.* IV: When the posterior is removed, the prior is not removed. But Hope is posterior to faith: Therefore, Hope being removed, faith can still remain, and consequently not everyone who despairs is an infidel. The minor is proved by the holy Doctor; for Faith is in the intellect, Hope in the affect, which is posterior.

RATIO secunda D. Bonavent. est, qua utitur etiam D. Thom. et Caspensis num. *IV. Remoto posteriori, non removetur prior. Sed Spes est posterior fide: Ergo remota Spe, potest adhuc manere fides, et consequenter non quicumque desperat, est infidelis: Minor probatur a S. Doctore; nam Fides est in intellectu, Spes in affectu, qui est posterior.*

14 HENCE also is inferred in what the reason of the sin of desperation consists; which is indeed most grave, as being opposed to a Theological virtue, as the holy Doctor argues in *dist. XXVI of the third book, article II, question II, ad 1*. Whence *Jeremiah XVIII*: *Who have said: We have despaired; for after our thoughts we will go, etc.* Therefore the Lord says: *Ask the nations: Who hath heard such horrible things? Shall the snow of Lebanon fail from the rock of the field? Or can the cold, flowing waters be plucked away, and flow away?* Truly golden words, and penetrating the inmost limbs: hence the holy Doctor there calls this sin an abyss of guilt, because the one despairing hurls himself headlong into the depths. Therefore *Ephesians IV*: *Despairing, they gave themselves up to impurity, etc.*

HINC etiam infertur, in quo consistat ratio peccati desperationis, quod sane est gravissimum, quippe oppositum virtuti Theologicae, ut arguit S. Doctor in III. dist. XXVI. art. II. quaest. II. ad 1. *Unde* Hierem. XVIII. Qui dixerunt: desperavimus: post cogitationes enim nostras ibimus, etc. *Ideo dicit Dominus:* Interrogate gentes: Quis audivit talia horribilia? Numquid deficiet de petra agri nix Libani? aut evelli possunt aquae erumpentes

frigidae, et defluentes? *Aurea sane verba, et intimos artus penetrantia: Hinc S. Doctor ibi hoc peccatum vocat abyssum culpae, quia desperans se agit per praeceps in profundum. Ideo* Ephes. IV. Desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiae, etc.

15 THEREFORE this sin consists in a certain flight and precipitate rush of the will, whereby it desists from beatitude, or any other object of Hope, as to its being attained by oneself; for in this the contrariety with Hope consists; for as hope is an erection of the soul toward pursuing an arduous good, so the casting down of the soul, desisting from the pursuit of such a good, is the opposite act.

CONSISTIT igitur hoc peccatum in quadam voluntatis fuga, et praecipitio, quo desistit a beatitudine, vel quovis alio obiecto Spei, ut a se consequendo; in hoc enim consistit contrarietas cum Spe; nam sicut spes est erectio animi ad prosequendum bonum arduum, ita demissio animi, desistens a prosecutione talis boni, est actus oppositus.

16 HENCE, however, it is doubted whether the formal object of Desperation is evil, as evil; for since it is a flight of the will, its object seems to be evil.

HINC tamen dubitatur, an obiectum formale Desperationis sit malum, ut malum; cum enim sit fuga voluntatis, videtur eius obiectum esse malum.

17 It is ANSWERED that Desperation is a flight from beatitude, not as evil, but as impossible; therefore it is defined: *Desperation is a will oppressing with heaviness, distrusting of help and reward*, as St. Bonaventure notes, *opuscule, Declaration of the Terms of Theology*; and in *the Mirror of the Soul, chapter III, toward the end* he says it is most evil, because, considering the impunity of sins and distrusting the mercy of God, it slackens the rein to sins: And this indeed is the most grave sin, which is said to be against the Holy Spirit, of which the Lord, *Matthew XII*: *It shall not be remitted, neither in this world nor in the future.* Not that it cannot be remitted, but because it can scarcely be remitted; or because there is no reason of excuse there, whereby it might make room for the Divine mercy. This sin is commonly said to arise from Acedia, because, as was said, the slothful man finds no complacency in some good, and therefore withdraws himself from good work; but Hope comes from the merit of the work: So the holy Doctor.

RESPONDETUR, Desperationem esse fugam a beatitudine, non ut mala, sed ut impossibili; Ideo definitur: Desperatio est voluntas gravedine opprimens, de adiutorio, et remuneratione diffidens, *ut notat S. Bonavent.* opusc. declaratio terminorum Theologiae; et in speculo animae, cap. III. circa finem *ait, esse pessimum, quia peccatorum immunitatem considerans, et de Dei misericordia diffidens, laxat fraenum peccatis: Et hoc quidem gravissimum est peccatum, quod dicitur in Spiritum sanctum, de quo Dominus* Matth. XII. Non remittetur neque in hoc saeculo, neque in futuro. *Non quod non possit dimitti, sed quia vix dimitti potest; vel quia non est ibi ratio ulla excusationis, qua locum praestet Divinae misericordiae. Hoc autem peccatum communiter ex Acedia oriri dicitur, quia, ut dictum est, acediosus complacentiam aliquam in bono non invenit, et ideo a bono opere se subtrahit; Spes autem ex merito operis provenit: Haec S. Doctor.*

18 Therefore Desperation stands in a flight from beatitude, and in a willing of the means. So also *Aegidius, distinction XX, doubt X*, St. Thomas, *first part of the second part, question XXV, article III*, Caspensis, *num. VII, cited place*, Valentia, *disp. II, quest. III, point I*, citing *St. Gregory, Book III, Morals, chapter XXXI, and St. Thomas here, article IV*.

Igitur Desperatio stat in fuga beatitudinis, et volitione mediorum. Ita etiam AEgidius dist. XX. dub. X. D. Thom. prima secundae, quaest. XXV. art. III. Caspensis num. VII. loco citato. Valentia disp. II. quaest. III. puncto I. *allegans* D. Gregorium Lib. III. moral. cap. XXXI. et D. Thom. hic, art. IV.

19 St. Gregory truly teaches, *Morals, book XII, chapter V*, that it arises also from pride, as St. Bonaventure notes, *cited place of the Pharetra*.

> *Docet vero S. Gregorius* XII. moral. cap. V. *oriri etiam ex superbia, ut notat D. Bonavent*. loco citato Pharetrae.

20 MOST BEAUTIFULLY St. Chrysostom, *homily X on penance*: *Both are perilous: perverse confidence and desperation. For excessive confidence overthrows one standing; and desperation, after the fall, does not permit one to rise*, as I noted also above, at the Disputation.

> *PERBELLE S. Chrysostomus* homil. X. de poenit. Utrumque periculosum est, et confidentia perversa, et desperatio. Nam confidentia nimia stantem pervertit; et desperatio, post lapsum, non permittit exsurgere*, ut etiam supra, ad Disputationem notavi.*

21 St. ISIDORE in the Synonyms, *chapter I*: *Do not despair of salvation, if thou turn to better things: for he who despairs of pardon for sin condemns himself more by his desperation than by the crime committed. For desperation augments sin, and is worse than every sin.*

> *D. ISIDORUS in Synonymis* cap. I. Non desperes de salute, si ad meliora converteris: qui enim veniam de peccato desperat, plus se desperatione, quam commisso scelere damnat. Desperatio namque auget peccatum, et peior est omni peccato.

22 But he WANTS to say "worse," that is, more pernicious; for without doubt the hatred of God, which is against Charity, the Queen of the virtues, is worse, as St. Thomas also teaches, *article III*, and Valentia, *cited place*, who say that Infidelity is worse, because it is against God in Himself, as He is truth; but Desperation is against God as participated by us, namely through the diffusion of goodness. Now it is a worse evil to fight against God as He is truthful, by infidelity, or as He is good in Himself, by hatred, than to despair of being about to participate in His goodness, as St. Thomas argues, *article III*, and with him Fuliensis, *book III on faith and hope, chapter VI, after St. Bonaventure, cited place*, where he admonishes that the one despairing often believes God to be truthful in what He has said, and faithful in His promises universally; but he applies badly, in the particular, that fidelity of the divine promises to himself; for as error and doubt against faith make the intellect doubt or disagree, so desperation weakens the affect and makes it distrust, with faith standing only in the intellect, and no application thence arising into the will.

> *VULT autem dicere, peiorem, idest, perniciosiorem; nam procul dubio peius est odium Dei, quod est contra Charitatem, Reginam virtutum, ut docet etiam D. Thom.* art. III. *et Valentia* loco citato*, qui dicunt peiorem esse Infidelitatem, quia est contra Deum in se, ut est veritas; at Desperatio est contra Deum, ut participatur a nobis, nempe per bonitatis diffusionem. Est autem peius malum pugnare contra Deum, ut est verax, per infidelitatem; vel ut est bonus in se, per odium, quam desperare, se participaturum de bonitate, ut arguit S. Thom.* art. III. *et cum eo Fuliensis* lib. III. de fide, et Spe, c. VI. post D. Bonav. loco cit. *ubi admonet, desperantem saepe credere, Deum in dictis veracem; et in promissis fidelem universaliter; sed male particulari sibi applicare illam divinarum promissionum fidelitatem, nam sicut error, et dubitatio contra fidem facit, ut Intellectus dubitet, vel discordat, ita desperatio infirmat affectum, et facit, ut diffidat, stante fide tantum in intellectu, nullaque inde proveniente applicatione in voluntatem.*

Disputation VII: On Presumption

1 PResumption is taken in various ways: and indeed among the Jurists, by interpreting, or consenting for the absent, or judging according to presumed causes, it signifies nothing illicit: but in the discipline of morals, one sort is interior, whereby one who prefers his own sense wrongly to another's; another is exterior, whose signs are (says the Seraphic Doctor, part 1, in the Mirror of Discipline, chapter 5) eyes too lofty, the head raised, and a haughty countenance. But how it is to be taken here, I shall show below.

> ***De Praesumptione.***
>
> *PRaesumptio variis modis sumitur: et quidem apud Iuristas, interpretando, vel consensum absentis, vel iudicando iuxta praesumptas causas, non illicitum quid sonat: in Disciplina vero morum, alia est interior, qua sensum proprium perperam qui praefert alieno; alia exterior, cuius indicia sunt* (inquit Seraphicus Doctor part. 1. in speculo disciplinae, cap. 5.*) sublimiores oculi, elatum caput, et facies vultuosa. Hic autem quomodo sumatur, infra indicabo.*

Sole Question: What presumption is, and what kind of sin

1 Here Presumption is taken for the act opposed to Hope *by excess*.

> Quid sit PRAESUMPTIO, et quale peccatum.
>
> *Hic sumitur Praesumptio pro actu opposito Spei* per excessum.

2 Now Hope is of obtaining from God grace, and glory, and the other supernatural gifts inordinately, that is, otherwise than God has ordained that they be obtained. Therefore it fights against the glory of God, as the Holy Doctor observes, *in the first sermon of the Hexaëmeron*.

> *Est autem Spes obtinendi a Deo gratiam, et gloriam, et reliqua dona supernaturalia inordinate, idest, aliter, quam Deus ea obtinenda statuit. Ideo contra Dei gloriam pugnat, ut advertit S. Doctor,* sermone primo Hexaëmeron.

3 HENCE you have, that it is a sin mortal in genus: for it gravely fights against God's judgment and will. So D. Bonaventure, in the place cited, D. Thomas 2. 2. *question 21. article 1.* Suarez *disp. 1. sect. 3.* Sanchez *Tom. 1. Decal. Lib. 2. cap. 14.* Valencia *disp. 2. question 3. part 2.* Bannes *question 21. article 2. disp. 2.* Fagundez *on the first precept of the Decal. cap. 31. num. 20.*

> *HINC habes, esse peccatum ex genere mortale: nam graviter contra Dei iudicium, et voluntatem pugnat. Ita D. Bonavent. loco citando, D. Thom.* 2. 2. quaest. 21. art. 1. *Suarez* disp. 1. sect. 3. *Sanchez* Tom. 1. Decal. Lib. 2. cap. 14. *Valentia* disp. 2. quaest. 3. puncto 2. *Bannes* quaest. 21. art. 2. disp. 2. *Fagundez* in primum praeceptum Decal. cap. 31. num. 20.

4 IT SEEMS, moreover, that Despair is graver than Presumption: for the latter is against God's mercy, which is most natural to him and proper in its effects; but Presumption is against Justice, as D. Bonaventure notes in *3. dist. 26. dub. 2.* at the end, and D. Thomas *question 1. article 2.* Suarez *disp. 2. sect. 3.* Fagundez *Lib. 1. cap. 31. n. 26.*

> *VIDETUR autem gravior Desperatio, quam Praesumptio: nam illa est contra Dei misericordiam, quae est illi maxime naturalis, et in effectibus propria; Praesumptio vero est contra Iustitiam, ut notat D. Bonav. in* 3. dist. 26. dub. 2. *in fine, et D. Thom.* quaest. 1. art. 2. *Suarez* disp. 2. sect. 3. *Fagundez* Lib. 1. cap. 31. n. 26.

5 Presumption, moreover, is opposed not only to Hope, but also to Fear, as Holy Thomas teaches, *article 3.* Valencia *disp. 2. question 3. part 2.* and D. Bonaventure *dist. 34.*

> *OPPONITUR autem Praesumptio non modo Spei, sed etiam Timori, ut docet S. Thom.* art. 3. *Valentia* disp. 2. quaest. 3. puncto 2. *et D. Bonavent.* dist. 34.

6 The Holy Doctor observes, moreover, *dist. 26. art. 1. question 3. ad 2.* that Hope is a mean between presumption and despair, not after the manner of a participation of the extremes, but as excluding the extremes.

> *OBSERVAT autem S. Doctor* dist. 26. art. 1. quaest. 3. ad 2. *Spem esse mediam inter praesumptionem, et desperationem, non ad modum participationis de extremis, sed excludentis extrema.*

7 THEREFORE Presumption can be manifold: First, by willing beatitude by one's own powers, with Pelagius. Second, without penance and works, with Luther, etc. Third, by willing at the end of life, after a lax life, to be raised up by God. So Suarez *disp. 2. section 4.* Sanchez *Tom. 1. Decal. Lib. 2. cap. 33.* Medina *Lib. 1. of the summa, cap. 14. §. 2. folio 79.* Bannes *in the place cited*, Azorius *Tom. 1. Lib. 9. cap. 2. question 7.* Fagundez *number 2.*

> *IGITUR Praesumptio potest multipliciter esse: Primo, volendo beatitudinem propriis viribus cum Pelagio. Secundo, sine poenitentia, et operibus, cum Luthero, etc. Tertio, volendo in fine vitae, post laxam vitam, sublevari a Deo. Ita Suarez* disp. 2. sectione 4. *Sanchez* Tom. 1. Decal. Lib. 2. cap. 33. *Medina* Lib. 1. summae, cap. 14. §. 2. folio 79. *Bannes* loco citato, *Azorius* Tom. 1. Lib. 9. cap. 2. quaestio 7. *Fagundez* numero 2.

8 MOREOVER it can be with heresy and without heresy. It will be with heresy if there be present the judgment that salvation can be had by one's own powers, or without merits. So Valencia *question 3. part 2.* Sanchez *num. 8.* Fagundez *1. 2.* Bassaeus *V. Spes.*

> *POTEST autem esse et cum haeresi, et sine haeresi. Erit cum haeresi, si adsit iudicium, posse haberi salutem propriis viribus, vel sine meritis. Ita Valentia* quaest. 3. puncto 2. *Sanchez* num. 8. *Fagundez* 1. 2. *Bassaeus* V. Spes.

9 BUT NOTE that Presumption can be against humility, as D. Bonaventure teaches *p. p. Cenil. sect. 17.* and it is a species of pride. It can be against fortitude, and coincide with temerity, etc. But of these species of presumption this is not the place to treat.

> *ADVERTE vero, Praesumptionem posse esse contra humilitatem, ut docet D. Bonav.* p. p. Cenil. sect. 17. *et est species superbiae. Potest esse contra fortitudinem, et coincidere cum temeritate, etc. Verum de his praesumptionis speciebus, non est hic agendi locus.*

Disputation VIII: On Charity

1 ON CHARITY, the Seraphic Bonaventure left monuments of his divine nature indeed brilliant and worthy, written as if with solar rays, that they might gleam in the eyes of all, everywhere in his Opuscula, and in other books; but especially in the *Diaeta salutis, tit. 5. c. 2.* he illustrates it with various comparisons, by which he symbolically epitomizes whatever he has said of it more fully elsewhere, reducing the whole to its figurative Type, its virtual act, and its final fruit.

> ***De Charitate.***
>
> *DE CHARITATE, Seraphicus Bonaventura praeclara quidem, et digna, quod solaribus radiis exarata, omnium in oculis rutilent, in Opusculis passim, aliisque in libris, Divinae suae indolis monumenta reliquit; praecipue vero in* Diaeta salutis, tit. 5. c. 2. *variis eam comparationibus illustrat, quibus Symbolice epilogat, quicquid alibi de ea fusius dixerit, totum autem reducit ad Typum eius figuralem, actum virtualem, et fructum finalem.*

2 TRULY, since these things serve more for inflaming the affections than for Scholastic erudition, I refer the reader to that place, where he will admire Charity as gold proved, most precious; as burning iron, everywhere Ductile; as wine seasoned, always sweet. He will also behold it as a noble bird, ever flying upward and touching the earth only by necessity of sustenance; as a laden ship, sailing over the sea of this world by the breath of the Holy Spirit alone; as, finally, death slaying the wicked sense of the flesh, or Carnality. But here, as the gift of the school, we shall discourse on Charity, as the Seraphic Doctor handed it down *in the various distinctions, on the books of the Sentences.*

> *VERUM haec cum magis inflammando affectui, quam Scholasticae inserviant eruditioni, eo lectorem remitto, ubi Charitatem, tanquam aurum probatum, maxime pretiosam; tanquam ferrum ignitum, ubique Ductilem; tanquam vinum conditum, semper dulcem admirabitur. Eam etiam ut nobilem avem, sursum semper volantem nec terram, nisi necessitate victus, tangentem; ut navim onustam, solo Spiritus sancti flatu in huius mundi Pelago navigantem; ut denique mortem, Carnis improbum sensum, seu Carnalitatem suspiciet perimentem; hic vero pro munere scholae de Charitate disseremus, pro ut eam Seraphicus* variis distinctionibus, in libros Sententiarum, *tradiderit.*

Question I: What charity is

1 I ASSUME first, that Charity is here taken for supernatural love. For it can be assumed for natural love, which is divided into Friendship and Concupiscence. Second, for supernatural love, which is divided in the same way. I omit the third member of the division, of shameful love, which is indeed improperly called Charity, Judges 9. *You shall strike him with the charity of my lips*, that is, with lips simulating while speaking a flattering love.[1] See D. Bonaventure *Lib. 5. Compend. Theol. cap. 24.* Charity is truly so called from charis, which signifies grace in Greek, as D. Bonaventure notes *dist. 27. question 3.*

[1] N. Editor's note: the print/OCR reads 'labiis simulantibus lantibus amorem blandum'; 'lantibus' is not Latin and the print itself shows the same garble; rendered from the evident sense ('simulating a flattering love with the lips').

> Quid sit CHARITAS.
>
> *SUPPONO primo, Charitatem hic accipi pro amore supernaturali. Potest enim supponi pro amore naturali, qui dividitur in Amicitiam, et Concupiscentiam. Secundo pro amore supernaturali, qui eodem modo dividitur. Omitto divisionis tertium membrum amoris turpis, qui sane improprie dicitur Charitas, Iudit. 9.* Percuties eum labiis

charitatis meae, *idest labiis simulantibus amorem blandum. Vide D. Bonavent.* Lib. 5. Compend. Theol. cap. 24. *Dicitur vero Charitas a charis, quod significat gratiam in Graeco, ut notat D. Bonavent.* dist. 27. quaest. 3.

2 Now Charity, Dilection, and love of God are the same, as D. Bonaventure notes *de profectu Religiosi, Book 2. cap. 23.* Therefore Charity is love.

Est autem Charitas, Dilectio, et amor Dei, idem, ut notat D. Bonavent. de profectu Religiosi, Libro 2. cap. 23. *Itaque Charitas est amor.*

3 For this reason Christ first asked Peter: *Dost thou love me more than these?* and afterward: *Lovest thou me?* Wherefore St. Dionysius, and St. Augustine, cited below at D. Bonaventure *in primo, dist. 10. dub. 1.*, reprehend those saying that Love signifies a libidinous affection, but Dilection an ordered one. Yet the Holy Doctor finds some distinction among these three: that Love signify the adherence of the affections to the beloved; whence St. Dionysius *cap. 4. de divin. nom. says: We call love unitive.* Dilection moreover signifies election; for dilection is so called from choosing among many, as we have *Can. 5. Dilectus meus, electus e millibus.* Charity, however, adds a pre-esteemedness; for that is called charum which is esteemed greatly on that account.[1] Thus the Apostle *1. Timot. 1. calls the faithful charissimi (most dear)*. The same the Holy Doctor teaches, *in primo, in the exposition of the Prologue, dub. 4.* which pertains to the Etymology of Charity; but as to love and charity together *dist. 10. of the first Sent. dub. 4.* I shall bring other distinctions below.

1 Editor's note: the print/OCR reads 'charum enim dicitur, quod magni terea aestimatur'; 'terea' is a stray or defective letterform; the Latin was rendered 'quod magni aestimatur' (which is greatly esteemed).

Ideo enim Christus primo quaesivit a Petro: Diligis me plus his? *et postea:* Amas me? *Propterea S. Dionysius, et S. Augustinus, infra citandi apud D. Bonavent.* in primo, dist. 10. dub. 1. *reprehendunt dicentes, Amorem significare affectum libidinosum: Dilectionem vero ordinatum: Attamen aliquam distinctionem invenit in his tribus S. Doctor, ut Amor significet affectus adhaesionem ad amatum; quare S. Dionysius* cap. 4. de divin. nom. ait: Amorem unitivum dicimus. *Dilectio vero praeterea dicit electionem, dicitur enim dilectio e pluribus, ut habetur* Can. 5. Dilectus meus, electus e millibus. *Chatitas vero addit praeappretiationem; charum enim dicitur, quod magni aestimatur. Sic Apostolus* 1. Timot. 1. vocat fideles charissimos. *Idem docet S. Doctor,* in primo, expositione Prologi, dub. 4. *quod spectat ad Ethymologiam Charitatis; quo ad amorem vero, et charitatem simul* dist. 10. primi sent. dub. 4. *Alias distinctiones afferam infra.*

4 I assume second, with D. Bonaventure *in primo, dist. 17. part. 1. question 1. and 2.*, as I shall show also *in question 4.*, as I showed in the prima secundae, *tract. 5. disp. 3. q. 2.*, that Charity is a created habit. But the Apostle bears witness, *Rom. 5. it is poured forth in our hearts by the Holy Spirit, who is given to us*, where he speaks of the charity by which we love God, as D. Augustine teaches *Lib. de Spiritu, et littera, cap. 32. and 1 Corinthians 13. Faith, Hope, Charity remain, these three: but the greater of these is Charity.* Whence the Council of Trent *sess. 6. cap. 7.* defines that in justification faith, hope, and inhering charity are infused. They define it in many ways, as the Holy Doctor relates in *3. dist. 27. dub. 1.*

Suppono secundo cum D. Bonavent. in primo, dist. 17. part. 1. quaest. 1. et 2. *ut ostendam etiam* quaestione 4. *ut ostendi prima secundae,* tract. 5. disp. 3. q. 2. *Charitatem esse habitum creatum, Teste autem Apost.* Rom. 5. ea diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis, *ubi sermo est de charitate, qua Deum diligimus, ut docet D. Augustinus* Lib. de Spiritu, et littera, cap. 32. et prima Corinth. 13. Manent fides, Spes, Charitas, tria haec: maior autem horum est Charitas. *Quare Concilium Trident.* sess. 6. cap. 7. *definit, in iustificatione infundi fidem, Spem, et Charitatem inhaerentem. Hanc multis modis definiunt, ut refert S. Doctor in* 3. dist. 27. dub. 1.

5 It is defined by D. Augustine *Lib. 1. de moribus Ecclesiae, cap. 11. Charity is the most just affection of the soul, joining us with God*, and in the soliloq. *Charity is the virtue by which we desire to see God and to enjoy him*, and *Lib. de Spiritu, et anima, cap. 16. Charity is the life coupling the lover with the beloved*, and by the Apostle, *1 Timot. 1. the end of the precept is charity from a pure heart, a good conscience, and an unfeigned faith.*

> *Definitur a D. Augustino* Lib. 1. de moribus Ecclesiae, cap. 11. Charitas est animi affectio iustissima, coniungens nos cum Deo*, et in soliloq.* Charitas est virtus, qua Deum videre, eoque perfrui desideramus*, et* Lib. de Spiritu, et anima, cap. 16. Charitas est vita copulans amantem cum amato*, et ab Apostolo,* prima Timot. 1. finis praecepti est charitas de corde puro, conscientia bona, et fide non ficta.

6 But to explain these definitions, he sets up something against each.

> *Ut autem has definitiones explanet, aliquid contra singulas opponit.*

7 Against the first. Dilection and charity are the same; therefore, since the Master defines charity by dilection, he defines the same by itself. Moreover, this definition befitted natural love in the state of innocence: therefore it is not proper to charity.

> *Contra primam. Idem est dilectio, et charitas; cum ergo Magister definit charitatem per dilectionem, definit idem per se ipsum. Deinde amori naturali in statu innocentiae conveniebat haec definitio: Ergo non est propria charitatis.*

8 Against the second, because the affection of the soul is from the soul: but Charity is from God. Moreover, this definition can befit Hope: therefore it is not proper to Charity.

> *Contra secundam, quia affectio animi est ab animo: Charitas autem est a Deo. Deinde haec definitio potest convenire Spei: Ergo non est propria Charitatis.*

9 Against the third. Vision corresponds to faith, and fruition to every virtue: therefore charity is ill-defined by seeing and enjoying. Moreover, desire is in the absence, and something imperfect; but Charity is most perfect: therefore it is ill-defined by Desire.

> *Contra tertiam. Visio respondet fidei, et fruitio est ad omnem virtutem: Ergo male definitur charitas per videre, et frui. Deinde desiderium est in absens, et quid imperfectum; sed Charitas est perfectissima: Ergo male definitur per Desiderium.*

10 Against the fourth it is, because to unite the lover with the beloved befits every love, as D. Dionysius teaches, *cap. 4. de divin. nomib. part. 4.* Therefore it is not proper to charity. Moreover, life is an absolute perfection: the coupling of the lover with the beloved is a respective quality: therefore it is ill-defined: *Charity is the life coupling.*

> *Contra quartam est, quia unire amantem cum amato, competit omni amori, ut docet D. Dionysius,* cap. 4. de divin. nomib. part. 4. *Ergo non est proprium charitatis. Deinde vita est perfectio absoluta: copulatio amantis cum amato, est qualitas respectiva: Ergo male definitur:* Charitas est vita copulans.

11 Against the last he objects. Charity is the root of the virtues, and the principle of merit: therefore it is not the end. Moreover, purity of heart is from faith, as is said *Acts 15. faith purifying hearts:* therefore it is not from charity.

> *Contra ultimam obiicit. Charitas est radix virtutum, et principium metendi: Ergo non est finis. Deinde puritas cordis est a fide, ut dicitur* Actorum 15. fide purificans corda: *Ergo non est a charitate.*

12 The Holy Doctor *answers*. That Charity is defined in a manifold way according to its manifold comparison.

> Respondet *S. Doctor. Charitatem secundum multiplicem comparationem multipliciter definiri.*

13 For Charity is compared to the object, and in this way it is defined by the Master. Although love and dilection are the same really, yet they differ formally in reason. For Dilection is broader than Charity. Whence it is customary to say: Love is of nature; dilection of the deliberative will; and Charity of grace. Moreover, Charity names the habit: Dilection names the act; and thus Charity is defined by dilection, as the less common by the more common, and the habit by its act; nor did it befit in the state of innocence as to the motive, but as to the formal reason.

> *Comparatur enim Charitas ad obiectum, et hoc modo definitur a Magistro. Quamvis autem sint idem amor, et dilectio realiter, tamen ratione differunt formali. Dilectio enim latius patet, quam Charitas. Unde solet dici: Amor est naturae; dilectio voluntatis deliberativae; et Charitas gratiae. Praeterea Charitas nominat habitum: Dilectio nominat actum; et ita definitur Charitas per dilectionem, tanquam minus commune, per magis commune, et habitus per suum actum, neque conveniebat in statu innocentiae quo ad motivum, sed quoad rationem formalem.*

14 Second, Charity can be compared to its proper act, and thus it is defined by D. Augustine *de moribus Ecclesiae, and Lib. de spiritu, et anima*; and when it is said: *It is an affection of the soul*, there is a causal predication, nor does it befit Hope, whose property is to raise up, not to unite: for it belongs to Faith to direct; to Hope to raise up; and to Charity to unite: to couple also, in an autonomastic way, befits charity, as he says in the act second of the relation.

> *Secundo potest Charitas comparari ad actum proprium, et sic definitur a D. Augustino* de moribus Ecclesiae, et Lib. de spiritu, et anima*, et cum dicitur:* Est animi affectio*, ibi est praedicatio causalis, neque convenit Spei, cuius proprium est erigere, non unire: Fidei enim est dirigere; Spei erigere; et Charitatis unire: copulare etiam modo Autonomastico convenit charitati, ut dicit in actu secundo relationem.*

15 Third, it can be compared to the ultimate end, and thus it is defined by D. Augustine *in the soliloquies: for the desire of seeing God is from charity.* Charity of the way is defined, which is imperfect: Or say, that desire is posited, with distaste excluded, which is also toward a thing present, as D. Peter says of the Angels, *epist. 1. Into which things the Angels desire to look.*

> *Tertio potest comparari ad finem ultimum, et sic definitur a D. Augustino* in soliloquiis: nam desiderium videndi Deum est a charitate*, Definitur autem charitas viae, quae est imperfecta: Vel dic, poni desiderium, excluso fastidio, quod est etiam rei praesentis, ut de Angelis ait: D. Petrus,* epist. 1. In quem desiderant Angeli prospicere.

16 Fourth, it can be compared to the habit, which is the principle of charity. Thus it is defined by the Apostle. Nor does it repugn that it be the form, and the end, and the efficient: for these causes can coincide. For the form is the end of generation, and the efficient of the operations of the composite.

> *Quarto potest comparari ad habitum, qui est charitatis principium. Sic definitur ab Apostolo. Neque repugnat, eam esse formam, et finem, ac efficientem: hae enim causae coincidere possunt. Sic enim forma est finis generationis, et efficiens operationum compositi.*

17 The Holy Doctor brings the same definitions of charity *Lib. 5. compend. cap. 23.*, where he expresses the Apostle's description more fully. It is called *the end*, that is, the complement of the law, and the end to which all the precepts are ordered, that charity itself may be increased. It is said: *from a pure heart*, that is, intellect, or intellection, as the Gloss says; for the act of charity is caused from

intellection: for the more purely and more perfectly a man understands God, the more apt he is to love. It is said: *from a good conscience*, that is, a pure conscience, which whoever has, hopes securely; *and an unfeigned faith*, that is, not fragile, nor feigned, but strong amid adversities.

> *Easdem definitiones charitatis affert S. Doctor* Lib. 5. compend. cap. 23. *ubi latius exprimit descriptionem Apostoli. Dicitur enim* finis*, idest, complementum legis, et finis ad quem omnia ordinantur praecepta, ut augeatur ipsa charitas. Dicitur:* de corde puro*, idest intellectu, seu intellectione, ut ait Glossa; ab intellectione enim causatur actus charitatis: quanto enim homo Deum purius, et perfectius intelligit, tanto aptior est ad diligendum. Dicitur:* de conscientia bona*, idest conscientia pura, quam qui habet, secure sperat,* et fide non ficta*, idest non fragili, nec simulata, sed inter adversa forti.*

18 There he brings a full description of Charity from D. Prosper *Lib. 3. de vita contemplativa, cap. 13. Charity is the right will utterly turned away from all things earthly, present, and future, joined to God inseparably, and united, kindled by a certain fire of the Holy Spirit, from whom it is, and to whom it is referred, wholly alien to every defilement, knowing not how to be corrupted, subject to no vice of changeableness, raised above all things that are loved carnally, most powerful over all affections, avid for divine contemplation, always unconquered in all things, the sum of good actions, the health of morals, the end of the celestial precepts, the death of crimes, the life of the virtues, the virtue of those fighting, the palm of the just, the armature of holy minds, the cause of good merits, the reward of the perfect: without which no one has pleased God, with which no one could displease him, fruitful in penitents, joyful in those progressing, glorious in those persevering, victorious in Martyrs, laborious in all the faithful without exception, from which whatever of good work there is, lives.*

> *Affert ibi amplam discriptionem Charitatis ex D. Prospero* Lib. 3. de vita contemplativa, cap. 13. Charitas est recta voluntas ab omnibus terrenis, et praesentibus, ac futuris prorsus aversa, iuncta Deo inseparabiliter, et unita, igne quodam Spiritus Sancti, a quo est, et ad quem refertur, incensa, inquinamenti omnino extranea, corrumpi nescia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, super omnia, quae carnaliter diliguntur, excelsa, affectionum omnium potentissima, divinae contemplationis avida, in omnibus semper invicta, summa bonarum actionum, salus morum, finis caelestium praeceptorum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma iustorum, sanctarum mentium armatura, causa meritorum bonorum, praemium perfectorum: sine qua nullus Dei placuit, cum qua aliquis Deo displicere non potuit, fructuosa in poenitentibus, laeta in proficientibus, gloriosa in perseverantibus, victoriosa in Martyribus, operosa in omnibus omnino fidelibus, ex qua, quidquid est boni operis, vivit.

19 This definition embraces the perfections of charity for every state, but not for the way alone. He defines it again in the opusc. Declaratio terminorum Theologiae: *Charity is the virtue by which God is loved for himself; and the neighbor for God:* but he says that Love is a natural affection, common to rational and irrational beings: that Dilection is the affection of rational beings. He has the same definition of charity in the *opusc. de tribus ternariis pecc. cap. 4.*

> *Haec definitio complectitur perfectiones charitatis pro omni statu, non autem pro sola via. Eam rursus definit opusc. Declaratio terminorum Theologiae:* Charitas est virtus, qua diligitur Deus propter se; et proximus propter Deum: *Amorem vero ait esse naturalem affectionem, communem rationalibus, et irrationalibus: Dilectionem esse affectionem rationalium. Eandem definitionem charitatis habet* opusc. de tribus ternariis pecc. cap. 4.

20 But he hands down the definition of Charity most exactly in the *septem Itineribus aeternitatis, itinerary 4.*

> *Exacte vero de* septem Itineribus aeternitatis, itinere 4. *definitionem tradit Charitatis.*

21 First, moreover, he prefaces that in divine matters Love, Dilection, and Charity can be taken for the same, as have St. Dion. *cap. 4. de divin. nominibus*, and D. Augustine *Lib. 8. de Trinitate, cap. 10.*

> *Praelibat autem primo, in divinis pro eodem posse sumi Amorem, Dilectionem, et Charitatem, ut habent SS. Dion.* cap. 4. de divin. nominibus, *et D. Augustinus* Lib. 8. de Trinitate, cap. 10.

22 But that he may the more segregate Divine love, he observes that many loves are given. The first is natural, which is an inclination to a good, not supposing cognition; thus all things love their own conservation. Whence Job 37. *The clouds desire the grain*, that is, it has a natural inclination to this good. The second is animal love, supposing sensible cognition, and this is in animals alone. The third is intellectual love, supposing intellective cognition; and this is twofold: one supposing an intellective cognition merely natural, or light; and it is from a will not deliberated; another supposes a deliberated cognition with respect to a good related to another, as end; and this is elective love: the former is still called natural. But if that love be toward a supernatural good, it will be from supernatural charity, as it is founded on the supernal cognition of faith. This also in the Angel is Angelic.

> *Ut autem magis Divinum amorem segreget, observat, dari multos amores. Primus est naturalis, qui est inclinatio ad bonum, non supponens cognitionem; sic omnes res amant sui conservationem. Ideo Iob 37.* Frumentum desiderat nubes, *idest, naturalem habet inclinationem ad hoc bonum. Secundus est amor animalis, supponens cognitionem sensibilem, et hic est in solis animalibus. Tertius est amor intellectualis, supponens cognitionem intellectivam; et hic est duplex, alius supponens cognitionem intellectivam tantum naturalem, seu lumen; et est a voluntate non deliberata: quidam supponit cognitionem deliberatam respectu boni relati ad aliud, ut finem; et hic est amor electivus: ille vero dicitur adhuc naturalis. Quod si ille amor sit ad bonum supernaturale, erit a charitate supernaturali, sicuti fundatur cognitione superna fidei. Hic etiam in Angelo est Angelicus.*

23 Therefore Love is the unitive virtue of the lover with the beloved proportionally, in the ways said.

> *Igitur Amor est virtus unitiva amantis cum amato proportionaliter, modis dictis.*

24 But that he may the more separate the dross of other affections from the gold of charity, he again distinguishes in man five loves.

> *Ut autem magis aliorum affectuum amoris scoriam ab auro charitatis separet, in homine iterum distinguit quinque amores.*

25 The first is natural affection, such as that of anyone toward his own body: *For no man ever hated his own flesh*, Ephes. 5. Likewise of a mother toward her son, of which Isa. 49. *Can a woman forget her infant, the child of her womb?* Indeed, as it is impossible for this affection not to harm unless bridled by reason, so that it not follow is the height of virtue.

> *Primus est affectus naturalis, qualis est cuiuslibet ad corpus suum:* Nemo enim unquam carnem suam odio habuit, *Ephes. 5. Item matris ad filium, de quo Isa. 49.* Numquid oblivisci potest mulier infantem uteri sui? *Hunc sane affectum, sicut non nocere impossibile est, nisi ratione fraenetur; ita non sequi, summae virtutis est.*

26 This affection always gladly embraces the delicate, but shuns the rough. Of this immoderate one Christ speaks, Ioan. 12. *He who loves his soul shall lose it.* Whence St. Augustine tract. 51. *If thou lovest ill, then thou hatest; if thou hatest well, then thou hast loved.* Hence you will grasp the saying of Cicero de amicitia: *The charity that is between parents and children cannot be broken, except by a detestable crime.* For he speaks as to the natural moderate inclination.

Semper iste affectus delicata libenter amplectitur; aspera vero refugit. De hoc immoderato loquitur Christus, Ioan. 12. Qui amat animam suam, perdet eam. *Proinde S. Augustinus tract. 51.* Si male amas, tunc odisti, si bene oderis, tunc amasti. *Hinc capies dictum Ciceronis de amicitia:* Charitatem, quae est inter parentes, et liberos, dirimi, nisi detestabili scelere, non posse. *Loquitur enim quo ad naturalem moderatam inclinationem.*

27 The second is carnal affection, which is twofold. One is a certain propensity toward some habit of someone, as the sweetness of eloquence, the elegance of countenance; thus Exodi 2. the daughter of Pharaoh loved Moses, an infant of elegant countenance, and adopted him as a son. The other, however, allures to things noxious; such was David's 2. Reg. 11. and Solomon's 3. Reg. 11. St. Dionysius de Ang. Hier. cap. 2. calls this affection *a distant Idol of true love*, and it is full of anxiety; but Charity is delightful.

Secundus est affectus carnalis, qui duplex est. Alius, quaedam propensio ad aliquam habitudinem alicuius, puta eloquii suavitatem, vultus elegantiam, sic Exodi 2. filia Pharaonis Moysen, infantem vultus elegantis amavit, et in filium adoptavit. Alter vero ad noxia pellicit; talis fuit Davidis 2. Reg. 11. et Salomonis 3. Reg. 11. Hunc affectum vocat S. Dionysius de Ang. Hier. cap. 2. Longinquum Idolum veri amoris, *estque plenus anxietate; at Charitas iucunda est.*

28 The third affection is dutiful, or official, as Richard says *de Trinitate, Lib. 3. cap. 3.*, which inclines souls to services and duties, which is a sign of a grateful mind: therefore it is to be admitted, though it be perilous. From this affection charity differs, which *does not seek the things that are its own*, 1 Corinth. 13.

Tertius affectus est officiosus, seu officialis, ut ait Richardus de Trinitate, Lib. 3. cap. 3. *qui ad obsequia, et officia animos inclinat, qui grati animi est signum: Ergo admittendus, tametsi periculosus sit. Ab hoc affectu distat charitas, quae* non quaerit, quae sua sunt, *prima Corinth. 13.*

29 The fourth is Rational, of which D. Gregory *Lib. 10. moral. cap. 4.*, which arises from the consideration of another's virtue. This is the affection that animates the soul, from the splendid deeds of elders, to undergo eminent things. It differs from charity, which arises from the interior breathing of the Holy Spirit.

Quartus est Rationalis, de quo D. Gregorius Lib. 10. moral. cap. 4. *qui ex consideratione alienae virtutis oritur. Hic est affectus, qui ex praeclare maiorum gestis animum ad eximia animat exantlanda. Differt a charitate, quae ab interiori Spiritus Sancti afflatu oritur.*

30 The fifth is spiritual affection, and this is threefold: one breathed in by a malignant spirit; another by the human spirit; another by the Holy Spirit. By a malignant spirit Amnon burned for Thamar, 2. Reg. 13. and Judas for gold against Christ Ioan. 13. From the human spirit arise spirits resembling charity; thus many laid down their life for their fatherland and citizens, as D. Augustine relates *Lib. 5. de civit. cap. 18.* and Cicero *Lib. 1. de offic.*, where he relates that there were two precepts of Plato, given to those willing to benefit the Republic. The first, that they so defend the utility of the citizens that whatever they do they refer to it, forgetful of their own advantages. The second, that they care for the whole body of the Republic principally, lest while they defend some part they desert the rest. From the Divine spirit, however, the affection of charity is infused.

Quintus est affectus spiritualis, et hic est triplex: Alius immissus a Spiritu maligno; alius a Spiritu humano; alius a Sancto Spiritu. A Spiritu maligno afflatus Amnon exarsit in Thamar, 2. Reg. 13. et Iudas in aurum contra Christum Ioan. 13. A Spiritu humano oriuntur Spiritus similes charitati; sic multi animam pro patria, et civibus posuere, ut referunt D. Augustinus Lib. 5. de civit. cap. 18. *et Cicero* Lib. 1. de offic. *ubi refert, duo fuisse Platonis praecepta,*

data volentibus Reipublicae prodesse. Primum, ut utilitatem civium sic tueantur, ut quaecumque agant, ad eam referant, obliti suorum commodorum. Secundum, ut totum corpus Reipublicae curent principaliter, ne dum aliquam partem tuentur, reliquas deserant. A Spiritu autem Divino affectus charitatis infunditur.

31 Truly this differs from the others. First in origin, because it is infused by God alone, as is said *Rom. 5.* The natural is born with nature, and the other is acquired. Second it differs formally, because it is the life of the soul; not so that one. Third, because it is the form of the other virtues; not so that one. Fourth in end, because it is toward a supernal end, leading out of guilt and conducting into grace; not so the others. These differences St. Bernard *serm. 50. in Cant.* and D. Bonaventure *in the place cited* intimate.

Differt vero hic ab aliis. Primo origine, quia a Deo solo infunditur, ut dicitur Rom. 5. *Naturalis vero cum natura enascitur, et altera acquiritur. Secundo differt formaliter, quia est vita animae; non sic ille. Tertio, quia est forma aliarum virtutum, non sic ille. Quarto in fine, quia haec est ad finem supernum, educens e culpa, et in gratiam conducens; non sic alii. Has differentias innuunt S. Bernardus* serm. 50. in Cant. *et D. Bonavent.* loco citato.

32 From this doctrine St. Bonaventure elicits what Charity is: *Charity is a created supernatural virtue, by which men love God inasmuch as he is a certain Good looking to a supernatural order for himself; and so its object is the goodness of God immediately; therefore it is a Theological virtue.* So commonly the Theologians, at D. Thom. *question 23.* Valencia *disp. 3. question 1. part 1.* Palau *tract. 6. disp. 1. p. 1.* Caspesius *tract. 17. disp. 1. sect. 2.* Morandus *tract. unico, question 21.*

Ex hac doctrina elicit S. Bonavent. quid sit Charitas: Charitas est virtus creata supernaturalis, qua homines Deum diligunt, quatenus Bonum quoddam spectans ad ordinem supernaturalem propter se, atque adeo eius obiectum est bonitas Dei immediate, ideo est virtus Theologica. *Ita communiter Theologi apud D. Thom.* quaest. 23. *Valentiam* disp. 3. quaest. 1. puncto 1. *Palaum* tract. 6. disp. 1. p. 1. *Caspensem* tract. 17. disp. 1. sect. 2. *Morandum* tract. unico, quaest. 21.

33 The name of charity in Hebrew is חבה: *Haabat.* Not *Nabaa,* as Valencia reads *disp. 3. question 1. part 1.* it signifies gratuitous love, Hierem. 31. *In perpetual charity I have loved thee.*

Nomen charitatis in Haebreo est חבה : Haabat. *Non* Nabaa*, ut legit Valentia* disp. 3. quaest. 1. puncto 1. *significat gratuitum amorem, Hierem. 31.* In charitate perpetua dilexi te.

34 Therefore charity is defined, *Virtue,* which indeed is in the genus of a good habit: but I shall prove it to be a habit, and a good, and to be a special Theological virtue. It is called supernatural *Haabat.* Then it is said that God is loved by charity for himself, as he is good, not for me, but in himself. Although St. Augustine *in primo solil. cap. 6.* say that charity is the desire of seeing God, it does not stand in the way; for this desire also refers beatitude to God himself, as I shall say with D. Bonaventure *question 17.*, and Caspesius notes *disp. 1. sect. 1. num. 5.* Moreover, the Definition will be expounded in the questions.

Igitur charitas definitur, Virtus*, quae sane est in genere habitus boni: eam vero probabo esse habitum, et bonum, esseque virtutem specialem Theologicam. Dicitur supernaturalis* Haabat. *Deinde dicitur charitate amari Deus propter se, ut est bonus, non mihi, sed in se. Quamvis autem S. Augustinus* in primo solil. cap. 6. *dicat, charitatem esse desiderium videndi Deum, non obstat; nam et hoc desiderium refert beatitudinem in Deum ipsum, ut dicam cum D. Bonavent.* quaest. 17. *et advertit Caspensis* disp. 1. sect. 1. num. 5. *Porro quaestionibus explicabitur Definitio.*

Question II: What the object of charity is

1 I assume from what was said *in the Tract. de fide*, that the object of the Virtues is twofold: the Material, which is the thing that is looked at; and the Formal, which is the reason under which it is looked at. Of both I inquire.

> *Suppono ex dictis* Tract. de fide, *duplex esse obiectum Virtutum: Materiale, et est res quae respicitur; et Formale, quod est ratio sub qua respicitur. De utroque quaero.*

2 THE COMMON opinion is, that the material object of charity is God, and the neighbor, and whatever can be loved for God, as the end is supernatural; yet so that God is the principal object of attribution, on account of which the rest are loved: for thus it was found in Hope, and in faith. And yet we do not confuse the material object with the formal, as *Arriaga disp. 31. sect. 2.* thinks; for the formal object is the reason under which God is loved, namely, as good in himself, as I shall say; and also as good to us: for the formal object is that which is the motive and specificative of the act itself, or determinant of the potency and habit toward acting about the material subject, as *Mastrius disp. 6. question 20. num. 516.* observes.

> *COMMUNIS sententia est, obiectum materiale charitatis esse Deum, et proximum, et quidquid propter Deum diligi potest, ut finis est supernaturalis; ita vero, ut Deus sit obiectum principale attributionis, propter quod reliqua amentur: sic enim, et in Spe, et in fide inventum est. Neque tamen nos confundimus obiectum materiale cum formali, ut putat* Arriaga disp. 31. sect. 2. *nam obiectum formale est ratio, sub qua amatur Deus, nempe, ut in se bonus, ut dicam; et etiam ut bonus nobis: Obiectum enim formale est, quod est motivum, et specificativum ipsius actus, sive determinativum potentiae, et habitus ad agendum circa materiale subiectum, ut observat* Mastrius disp. 6. quaest. 20. num. 516.

3 I ASSERT first, that the material object of the attribution of Charity is God.

> *ASSERO primo, obiectum materiale attributionis Charitatis esse Deum.*

4 *IT IS PROVED first by the Holy Doctor dist. 27. in dubiis litt. and dist. 28. question 6.* First from the definitions of charity brought above *question 1.*

> PROBATUR primo a S. Doct. dist. 27. in dubiis litt. et dist. 28. quaest. 6. *Primo ex definitionibus charitatis supra* quaest. 1. *allatis.*

5 THEN *from Deuter. 6. Matth. 20. Lucae 10. Thou shalt love the Lord thy God with thy whole heart, etc.* Which the *Holy Doctor pursues at length on Lucae 10.*

> *DEINDE* ex Deuter. 6. Matth. 20. Lucae 10. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo etc. *Quod late prosequitur* S. Doct. ad 10. Lucae.

6 *IT IS PROVED second by the Holy Doctor 3. dist. 26. art. 2. question 4.* Because the virtues looking to God immediately look to God distinctly, as an immediate object; such is Charity: Therefore.

> PROBATUR secundo a S. Doct. 3. dist. 26. art. 2. quaest. 4. *Quia virtutes Deum immediate respicientes distincte respiciunt Deum, ut obiectum immediate; Talis est Charitas: Ergo.*

7 *IT IS PROVED third by the Holy Doctor, the same dist. question 5.* That Theological virtue which is reformatory of the will; and stands in the will as concupiscible, is borne toward the highest Good, God: Charity is such a Virtue: Therefore.

PROBATUR tertio a S. Doct. eadem dist. quaest. 5. *Virtus illa Theologica, quae est reformativa voluntatis; et in voluntate stat concupiscibili, fertur in summum Bonum Deum: Charitas est talis Virtus: Ergo.*

8 *IT IS PROVED fourth by St. Bonav. dist. 28. question 6. and D. Thom. question 25. art. 1.* That is the first object of Charity, in which goodness first shines forth: such is God: therefore. This *Fulgent. lib. 3. cap. 9.* urges.

PROBATUR quarto a S. Bonav. dist. 28. quaest. 6. et D. Thom. quaest. 25. art. 1. *Id primum est obiectum Charitatis, in quo primo relucet bonitas: Talis est Deus: ergo. Id urget* Fulient. lib. 3. cap. 9.

9 I ASSERT second, that other things also pertain to the material object of charity, namely those which can have fellowship in the supernatural end, namely the neighbor, in whom we ourselves are included, as also our bodies look to it, and other men, as I shall say *in question 28.*

ASSERO secundo, alia etiam ad obiectum materiale charitatis pertinere, nempe ea, quae ad finem supernaturalem possunt habere societatem, scilicet proximus, in quo includimur nos ipsi, sicut et corpora nostra eo spectant, aliique homines, ut dicam quaest. 28.

10 *IT IS PROVED first by St. Bonav. in the places brought from the Scriptures,* which place the neighbor also in the precepts of charity. This the *Holy Doctor pursues at length in cap. 14. and following of Ioannis.*

PROBATUR primo a S. Bonav. locis adductis e Scripturis, *quae ponunt in praeceptis charitatis etiam proximum. Haec late prosequitur* S. Doct. in cap. 14. et sequentis Ioannis.

11 *IT IS PROVED second by the Holy Doctor dist. 28. question 1.* He who loves God wills him the good of his; but we with the neighbor can be loved in order to God, as his good: Therefore we can love the neighbor by the act of charity, by which we love God, and will him good. Whence *Ioan. 1. cap. 4. If we love one another, the charity of God is perfect in us.* D. August. 10. de Trinitate, cap. 8. consents. Whence *Matth. 25. What you have done to one of these my least, you have done to me.* For if Christ reckons as his goods those goods that are conferred upon men, men act most prudently when they will good to men, that in those the same goods may be attributed to God. *I confirm it,* because the neighbor is a something of God, partaker of beatitude: but it belongs to perfect friendship not only to love him with whom friendship is contracted primarily and principally, but also on account of him the things that pertain to him: for thus a friend loves a friend, and for him also the friend's son; yet this love of friendship does not extend by the same reason to the friend's Dog, as the *Holy Doctor* observes, who thence elicits that irrational things are not loved with charity, because they do not communicate with us in the supernatural good.

PROBATUR secundo a S. Doct. dist. 28. quaest. 1. *Amans Deum vult illi bonum illius; sed nos cum proximo possumus amari in ordine ad Deum, ut bonum eius: Ergo possumus diligere proximum per actum charitatis, quo diligimus Deum, et volumus illi bonum. Ideo* Ioan. 1. cap. 4. Si diligamus invicem, charitas Dei in nobis perfecta est. *Consentit* D. August. 10. de Trinitate, cap. 8. *Ideo* Matth. 25. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. *Si enim Christus bona sua reputat illa, quae hominibus conferuntur, prudentissime homines operantur, quando volunt bona hominibus, ut in illis eadem bona Deo tribuantur.* Confirmo, *quia proximus est quid Dei, particeps beatitudinis: Ad perfectam autem amicitiam spectat non solum diligere eum, quocum primario, et principaliter amicitia contrahitur, sed etiam ratione illius ea, quae ad ipsum spectant: Sic enim amicus diligit amicum, et propter eum etiam filium amici; non tamen hic amor amicitiae se extendit eadem ratione ad Canem amici, ut advertit* S. Doct. *qui inde eruit, non diligi charitate irrationalia, quia non communicant in bono supernaturali nobiscum.*

12 Wherein *Caspensis disp. 3. sect. 1. with D. Bonav. loc. cit. and dist. 9. art. 2. question 4.* observes that the neighbor can be honestly loved in two ways. First, on account of God's goodness alone, that is, from the desire of the divine good, because the good bestowed on the neighbor is in a certain way the good of God, and this dilection manifestly pertains to Theological charity; for it is one act by which we love God, and the neighbor for God, as the *Holy Doctor notes ad 3. and D. Thom. question 25. art. 1.*, and therefore it pertains to the same virtue. In another way the neighbor can be loved, either on account of the likeness in rational nature, or on account of the virtues, etc. and this dilection is not Charity, as D. Thom. also teaches *question 103. art. 3. ad 2. Vasquez lib. 1. de ador. disp. 6. cap. 2. and lib. 3. disp. 1. cap. 6. Caspens. loc. cit. num. 3. Valencia disp. 3. question 1. p. 1. at the end.*

> *Pro quo advertit* Caspensis disp. 3. sect. 1. cum D. Bonav. loc. cit. et dist. 9. art. 2. quaest. 4. *proximos duobus modis posse honeste diligi. Primo, propter solam Dei bonitatem, idest ex desiderio divini boni, quia bonum collatum in proximum, quodammodo est bonum Dei, atque haec dilectio manifeste pertinet ad charitatem Theologicam; unus est enim actus, quo diligimus Deum, et proximum propter Deum, ut* notat S. Doct. ad 3. et D. Thom. quaest. 25. art. 1. *atque adeo ad eandem pertinet virtutem. Alio modo potest diligi proximus, vel propter similitudinem in natura rationali, vel propter virtutes, etc. et haec dilectio non est Charitas, ut docet etiam* D. Thom. quaest. 103. art. 3. ad 2. Vasquez lib. 1. de ador. disp. 6. cap. 2. et lib. 3. disp. 1. cap. 6. Caspens. loc. cit. num. 3. Valentia disp. 3. quaest. 1. p. 1. in fine.

13 I ASSERT third, that the formal object of Charity is God as good in himself. *So D. Bonav. 3. dist. 26. art. 2. question 4. and 5. and dist. 27. and 28. passim, and frequently in the opuscula, and commonly the Theologians.*

> *ASSERO tertio, formale obiectum Charitatis esse Deum ut bonum in se.* Ita D. Bonav. 3. dist. 26. art. 2. quaest. 4. et 5. et dist. 27. et 28. passim, atque in opusculis frequenter, et communiter Theologi.

14 *IT IS PROVED first by the Holy Doctor.* The dilection by which someone is loved for himself ought to be absolute; but this dilection of charity is of this kind: Therefore.

> PROBATUR primo a S. Doct. *Dilectio, qua quis diligitur propter se, debet esse absoluta; sed haec dilectio charitatis est huiusmodi: Ergo.*

15 *IT IS PROVED second,* because Charity is the virtue perfecting the will in order to God, therefore as object; but it is the object as good: Therefore.

> PROBATUR secundo, *quia Charitas est virtus perficiens voluntatem in ordine ad Deum, ergo ut obiectum; sed est obiectum ut bonum: Ergo.*

16 But in truth, because also Natural love loves God's goodness, it is necessary to find something formal by which Charity is distinguished from it.

> *At vero, quia etiam Amor naturalis Dei diligit eius bonitatem, oportet aliquid formale invenire, per quod ab eo Charitas distinguatur.*

17 COMMONLY the *Thomists teach with the Angelic Doctor 1. 2. question 109. art. 3. ad 1.* that the formal object of charity is God, inasmuch as he is in himself good, with a goodness pertaining to the supernatural order, or with the goodness by which God is the principle of supernatural goods. *So Suarez disp. 1. sect. 2. Casp. disp. 1. sect. 1. Amicus, and other Recentiores, and it seems D. Bonav. de septem Itineribus aeternitatis, Itinere 4. cap. 2. and dist. 27. dub. 1. litt. around the definition of charity, from D. Aug. soliloq. 1. cap. 6. in haec 3. sent. and more fully dist. 28. question 1. whole, and dist. 27. question 2. ad 3.*

COMMUNITER Thomistae docent cum Doctore Angelico 1. 2. quaest. 109. art. 3. ad 1. *Formale obiectum charitatis esse Deum, quatenus in se bonum, bonitate pertinente ad ordinem supernaturalem, vel bonitate, qua Deus est principium bonorum supernaturalium.* Ita Suarez disp. 1. sect. 2. Casp. disp. 1. sect. 1. Amicus, et alii Recentiores, et videtur D. Bonav. de septem Itineribus aeternitatis, Itinere 4. cap. 2. et dist. 27. dub. 1. litt. circa definitionem charitatis, ex D. Aug. soliloq. 1. cap. 6. in haec 3. sent. et elatius dist. 28. quaest. 1. tota, et dist. 27. quaest. 2. ad 3.

18 MANY, however, say that the formal reason of the object of charity is expanded more broadly, and that it is the goodness of God, by which he is in himself infinitely good and perfect, according to every reason of being. Whence they infer that the same supernatural habit inclines to loving God as a natural end, and as the author of natural and supernatural goods. *So Vasquez p. 2. disp. 195. cap. 2. and 3. Coninch. disp. 21. dub. 2. For which opinion they bring Scotus 3. dist. 27. question unica, §. contra primam viam. And §. quantum ad istum articulum, and Arriaga judges it probable disp. 31. sect. 2. and 3. and Mastrius 3. disp. 6. question 20. num. 519. with Bassoli 3. dist. 28. question un. art. 1. Poncio disp. 32. question 1. and other Scotists. This opinion seems to be D. Bonav.'s dist. 28. question 1. ad 3. and dist. 26. art. 2. question 4. fund. 1.*

MULTI tamen dicunt, rationem formalem obiecti charitatis latius expandi, esseque bonitatem Dei, qua in se infinite bonus, et perfectus est, secundum omnem rationem entis. Unde inferunt, eumdem habitum supernaturalem inclinare ad diligendum Deum, ut finem naturalem, authoremque bonorum naturalium, et supernaturalium. Ita Vasquez p. 2. disp. 195. cap. 2. et 3. Coninch. disp. 21. dub. 2. pro qua sententia adducunt Scotum 3. dist. 27. quaest. unica, §. contra primam viam. Et §. quantum ad istum articulum, et probabile censet Arriaga disp. 31. sect. 2. et 3. et Mastrius 3. disp. 6. quaest. 20. num. 519. cum Bassoli 3. dist. 28. quaest. un. art. 1. Poncio disp. 32. quaest. 1. et aliis Scotistis. Videtur haec sententia D. Bonav. dist. 28. quaest. 1. ad 3. et dist. 26. art. 2. quaest. 4. fund. 1.

19 I ASSERT, that God is the formal object of Theological Charity, inasmuch as he is a supernatural good in himself.

ASSERO, Deum esse obiectum formale Charitatis Theologicae, quatenus est bonum supernaturale in se.

20 *IT IS PROVED,* otherwise supernatural Charity would not be distinguished from natural love; because it would not have a distinct formal object; but this repugns the Fathers. *It is confirmed;* for God has a different lovableness, inasmuch as he is a natural end, and as a supernatural end. Of this I have treated sufficiently *disp. 1. question 28. See there. It is confirmed by D. Bonav. dist. 26. dubio 1. from the definition of Charity,* which is the desire of supernatural beatitude, or of having God. *It is confirmed by the Holy Doctor in Cantic. 3. p. sect. 40.* Charity is the virtue ultimately rectifying the will in order to its object: therefore to the highest good under the reason of the highest; but this is the ultimate attainment of supernatural beatitude: Therefore.

PROBATUR, *alioqui non distingueretur Charitas supernaturalis ab amore naturali; quia non haberet distinctum obiectum formale; hoc autem repugnat Patribus.* Confirmatur; *nam Deus diversam habet amabilitatem, prout est finis naturalis, et ut finis supernaturalis. De hoc satis egi* disp. 1. quaest. 28. Vide ibi. Confirmatur a D. Bonav. dist. 26. dubio 1. ex definitione Charitatis, *quae est desiderium beatitudinis supernaturalis, seu habendi Deum.* Confirmatur a S. Doct. in Cantic. 3. p. sect. 40. *Charitas est virtus ultimo rectificans voluntatem in ordine ad eius obiectum: ergo ad summum bonum sub ratione suprema; sed haec est ultima consecutio beatitudinis supernaturalis: Ergo.*

21 *Mastrius answers num. 529.* That God also, as the author of creatures, can be the object of supernatural charity; whence the Saints were often roused from the love of creatures to the love of God, and since they burned so ardently into the love of God, it is incredible that they elicited only acts of natural love, as Coninch. notes *disp. 5. dub. 3.* It is confirmed by D. Bonav. *lib. 2. Pharetrae, cap. 25.* around the middle from D. August. *lib. 10. confess. cap. 6.* where he cries out: *Lord, thou hast struck my heart with thy love, and I loved thee. But heaven and earth, and all things that are in them, behold, on every side they say to me, that I should love thee, nor do they cease saying to all, that they may be inexcusable*, and there St. Augustine pours himself out, rising from the creatures into the love of God, from the light, from music, from foods, from odors; and Lib. de spiritu et anima, cap. 17. *Wretched I, how much I ought to love my God, who made me when I was not, redeemed me when I had perished. I was not, and from nothing he made me; not a stone, not a tree, not a bird, or any of the animals; but he willed me to be a man: he gave me to live, to sense, to discern, and to understand. I had perished, and he descended to the mortal, took on mortality, endured the passion, conquered death, and thus restored me.*

> RESPONDET Mastrius num. 529. *Deum etiam, ut authorem creaturarum, esse posse obiectum charitatis supernaturalis; unde Sancti saepe ex amore creaturarum in amorem Dei excitabantur, et cum tam ardenter exargerent in Dei amorem, incredibile est, elicuisse solos actus amoris naturalis, ut advertit Coninch.* disp. 5. dub. 3. *Confirmatur a D. Bonav.* lib. 2. Pharetrae, cap. 25. *circa medium ex D. August.* lib. 10. confess. cap. 6. *ubi clamat:* Domine amore tuo percussisti cor meum, et amavi te. Sed et caelum et terra, et omnia, quae in eis sunt, ecce undique mihi dicunt, ut te amem, nec cessant dicere omnibus, ut sint inexcusabiles*, et ibi diffunditur S. Augustinus ex creaturis exurgens in Dei amorem, e luce, e musicis, e cibis, ex odoribus, et Lib. de spiritu et anima, cap. 17.* Miser ego quantum deberem diligere Deum meum, qui me fecit, cum non eram, redemit cum perieram. Non eram, et de nihilo me fecit, non lapidem, non arborem, non avem, aut aliquod de animalibus; sed voluit me esse hominem: dedit mihi vivere, sentire, discernere, et intelligere. Perieram, et ad mortalem descendit, mortalitatem suscepit, passionem sustinuit, mortem vicit et sic me restauravit.

22 *The same* St. August. *epist. 3.* to Volusianus, at D. Bonav. loc. cit. Pharetrae: *Thou shalt love the Lord thy God with thy whole heart, and with thy whole soul, and with thy whole mind: and thou shalt love thy neighbor as thyself. Here is the Physica: because all the causes of all natures are in God the Creator. Here is the Ethica: because the good and honest life is formed from nothing else than when the things that are to be loved are loved as they ought to be loved, that is, God, and the neighbor. Here is the Logica: because truth, and the Light of the rational soul, is nothing but God.* See other things there in the Holy Doctor.

> Idem *S. August.* epist. 3. *ad Volusianum apud D. Bonav. loc. cit. Pharetrae:* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua: et diliges proximum tuum, sicut teipsum. Hic Physica: quoniam omnes omnium naturarum causae, in Deo Creatore sunt. Hic Ethica: quoniam vita bona, et honesta non aliunde formatur, quam cum ea, quae diligenda sunt, quemadmodum diligenda sunt, diliguntur, hoc est Deus, et proximus. Hic est Logica: quoniam veritas, Lumenque animae rationalis non nisi Deus est. *Vide alia ibi in S. Doctore.*

23 You can bring with the Seraphic Doctor the example of St. P. Francis, who rose from the creatures to the Creator: *Commanding praise to praise him, praise was always present to him; I say, the praise of the Savior: he invites the birds, the beasts, and the other creatures to the praise of the Creator.* Although he loved them with a love not of charity, but of piety, as the Holy Doctor says *dist. 28. question 1.*, yet from thence he flew upward to the supernal love of God.

> *Afferre potes cum Seraphico exemplum S. P. Francisci, qui ex creaturis in Creatorem assurgebat:* Laudans laudare monuit, laus illi semper affuit, laus inquam Salvatoris: invitat aves, bestias, et creaturas alias ad laudem Conditoris. *Quamvis autem eas amore non charitatis, sed pietatis diligeret, ut ait S. Doct.* dist. 28. quaest. 1. *tamen inde ad Dei amorem supernum evolabat.*

24 Truly, however, charity regards both reasons of goodness, so that as to the supernatural it needs the supernal light, as the Holy Doctor notes *loc. cit. de 4. Itinere aeternit. cap. 2.*; nevertheless it can, from the natural object known, with the light of faith added, rise to a supernatural act.

> *Ita vero charitas respicit utramque rationem bonitatis, ut ad supernaturalem egeat lumine superno, ut advertit S. Doct.* loc. cit. de 4. Itinere aeternit. cap. 2. *attamen potest ex obiecto naturali cognito, lumine fidei addito, consurgere ad actum supernaturalem.*

25 For indeed *disp. 1. de fide, question 28.* I have already maintained that supernatural acts are distinguished from natural ones by the objects. Therefore the answer to the authorities is, that the Saints rose from the creatures to God by natural love, by which they were disposed, that they might be raised up to God, as a supernatural end.

> *Enim vero* disp. 1. de fide, quaest. 28. *iam sustinui, actus supernaturales a naturalibus distingui ex obiectis. Ideo ad authoritates respondetur, Sanctos consurrexisse ex creaturis in Deum amore naturali, quo disponebantur, ut elevarentur in Deum, ut finem supernaturalem.*

26 Scotus objects, and with him Mastrius *num. 519.* That God, by the power of charity, is to be loved so, that he would still be loved even if he were never willing to be for us the cause of supernatural gifts: and in this way the Saints, burning with charity, love God. Otherwise, however, the Thomists, constituting God the object of Charity as he is the author of supernatural goods, make charity to be a love of concupiscence.

> *Obiicit Scotus, et cum eo Mastrius* num. 519. *Deus ex virtute charitatis ita amandus est, ut adhuc amaretur, etiamsi nunquam vellet nobis esse causa donorum supernaturalium: et hoc pacto Sancti, charitate ardentes, Deum diligunt. Alias vero Thomistae constituentes Deum Charitatis obiectum, ut est author bonorum supernaturalium, ponunt, charitatem esse amorem concupiscentiae.*

27 Yet this argument is weak, as Arriaga himself notes: for we do not say that we love God with charity only as a good for us; but as in himself a good diffusive of supernatural goods, or naturally communicable as to supernatural things; and under this reason he can excite a love of friendship.

> *Hoc tamen argumentum debile est, ut ipse advertit Arriaga: Non enim dicimus, nos charitate amare Deum solum, ut bonum nobis; sed ut in se bonum diffusivum bonorum supernaturalium, seu natura communicabilem secundum supernaturalia; et sub hac ratione potest excitare amorem amicitiae.*

28 Mastrius presses *num. 520.* That God, even if he were not communicable in this way, would still be lovable by Charity, because in himself good, he is infinitely perfect.

> *Instat Mastrius* num. 520. *Deus, etiamsi non esset communicabilis hoc modo, adhuc esset Charitate amabilis, quia in se bonus, est infinite perfectus.*

29 It is answered, that he is lovable as good in every way, but with natural love also; whence it does not follow that he ought to be the object of supernatural charity, otherwise the natural and supernatural habits would be confounded; and if the natural can attain the supernatural object, in

vain would the Councils, and the Scriptures, have required help through Christ, as I argued at length *disp. 1. question 28.*

> *Respondetur, esse amabilem, ut bonus usquequaque, sed amore etiam naturali; unde non sequitur, quod debeat esse obiectum charitatis supernaturalis, alioqui confunderentur habitus naturales, et supernaturales; et si naturalis potest attingere obiectum supernaturale, frustra Concilia, et Scripturae exigent auxilium per Christum, ut late argumentabar* disp. 1. quaest. 28.

Question III: Whether charity is properly the friendship of God

1 From the fact that God in himself is the object of Charity, it seems that charity is a friendship between God and men.

> *Ex eo, quod Deus in se est obiectum Charitatis, videtur, charitatem esse amicitiam inter Deum, et homines.*

2 Some have denied that there is friendship between God and men.

> *Negarunt aliqui, amicitiam inter Deum, et homines.*

3 Yet the true opinion is affirmative. So D. Bonav. *3. dist. 27. art. 2. quaest. 2. and in 1. dist. 48. quaest. ult. argumento 3.* which D. Thom. concedes *quaest. 23. art. 1.*, whom others commonly follow, as Valencia reports *disp. 3. quaest. 1. p. 2.*, Casp. *Tract. 17. disp. 1. sect. 2.*, Mastrius *disp. 6. quaest. 20. num. 535.*, Tannerus *disp. 2. quaest. 2. dub. 1.*, Fulgent. *lib. 3. cap. 8.*, Bassaeus *v. Charit.* I discussed this question *p. 1. tract. 1. disp. 17. quaestione 3.*

> *Vera tamen sententia est assertiva. Ita D. Bonav.* 3. dist. 27. art. 2. quaest. 2. et in 1. dist. 48. quaest. ult. argumento 3. *quod concedit D. Thom.* quaest. 23. art. 1. *quos alii sequuntur communiter, ut referunt Valentia* disp. 3. quaest. 1. p. 2. *Casp.* Tract. 17. disp. 1. sect. 2. *Mastrius* disp. 6. quaest. 20. num. 535. *Tannerus* disp. 2. quaest. 2. dub. 1. *Fulient.* lib. 3. cap. 8. *Bassaeus* v. Charit. *Hanc quaestionem discussi* p. 1. tract. 1. disp. 17. quaestione 3.

4 I assert with this opinion that there is friendship between God and just men.

> *Assero cum hac sententia, dari amicitiam inter Deum, et homines iustos.*

5 It is proved by D. Bonav. *ad 14. Ioan.* with those words: *You are my friends.*

> *Probatur a D. Bonav.* ad 14. Ioan. *illis verbis:* Vos amici mei estis.

6 It is proved secondly by S. Doct. *loc. cit. in 3.* and by Aristotle 8. Eth. cap. 10, where he says: The friendship of sons toward parents, and of men toward God, is like that toward something excellent. And in lib. 10. cap. 8 he says: *The wise, whose Wisdom extends to an honest life, are most dear to the Gods.*

> *Probatur secundo a S. Doct.* loc. cit. in 3. et Aristotele 8. Eth. cap. 10. ubi ait: Filiorum ad parentes, et hominum ad Deum esse amicitiam, sicut ad aliquid excellens. *Et lib. 10. cap. 8. ait:* Sapientes, quorum Sapientia extenditur ad vitam honestam, esse Diis amicissimos.

7 Now friendship is not of equality, but of excellence toward one supernal end, by communicating in goods; for equality is not essential to friendship; a Geometric proportion suffices. Moreover, Scripture asserts this friendship of God with men: *Iudit. 8. Abraham was made the friend of God.* Psal. 138. *Exceedingly honored are your friends, O God.* Sap. 7. *They were made partakers of the Friendship of God.* Isa. 41. *The seed of Abraham, my friends.* Lucae 12. *But I say to you, my friends*, where he also adds the mutual love

of benevolence, which is the foundation of friendship, according to Ioan. 16. *The Father himself loves you, because you have loved me.*

> *Est autem amicitia non aequalitatis, sed excellentiae ad finem unum supernum, communicando in bonis; non enim aequalitas est essentialis amicitiae; sed sufficit proportio Geometrica. Hanc porro Dei amicitiam cum hominibus asserunt Scripturae,* Iudit. 8. Abraham Dei amicus effectus est. *Psal. 138.* Nimis honorati sunt amici tui Deus. *Sap. 7.* Participes facti sunt Amicitiae Dei. *Isa. 41.* Semen Abraham amici mei. *Lucae 12.* Dico autem vobis amicis meis, *ubi etiam mutuum amorem benevolentiae, qui est fundamentum amicitiae, apponit, iuxta id Ioan. 16.* Ipse Pater amat vos, quia vos me amastis.

8 Then *Ioan. 15.* at those words: *I will no longer call you servants, but friends*, he puts another condition of friendship, which is communication in goods, and therefore says: *All things whatsoever I have heard from the Father, I have made known to you.* Hence also D. Peter: *You shall be made partakers of the divine nature.* And Rom. 8. *You have received the spirit of adoption, in which we cry: Abba* (Father.)

> *Deinde* Ioan. 15. *ad ea verba:* Iam non dicam vos servos, sed amicos, *ponit aliam conditionem amicitiae, quae est communicatio in bonis, ideo ait:* Quaecumque audivi a Patre, nota feci vobis. *Unde et D. Petrus:* Divinae efficiamini consortes naturae. *Et Rom. 8.* Accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus: Abba *(Pater.)*

9 That he be loved by the Lord for our own good is proved from the form of the precept: *You shall love the Lord your God, etc. As the Father has loved me, so have I loved you.*

> *Quod vero ad bonum nostrum diligatur a Domino, probatur ex forma praecepti:* Diliges Dominum Deum tuum, etc. Sicut dilexit me Pater, et ego dilexi vos.

10 That this love exists, fourthly, is clear from Rom. 8. *The Spirit gives testimony to our spirit, etc.*, that is, in that moral mode by which it can stand firm while we are on earth.

> *Quod quarto constet de hoc amore, patet Rom. 8.* Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, etc. *eo scilicet modo morali, quo licet in terris id constare.*

11 Thus the conditions of friendship, set out broadly by Aristotle *8. Eth. c. 3. 4. 5. and 9.* and D. Thom. here, are proved. See Gregory of Valencia *disp. 3. quaest. 1. puncto 2.*

> *Sic probatae sunt conditiones amicitiae, late ab Aristotele* 8. Eth. c. 3. 4. 5. et 9. *et D. Thom. hic. Vide Gregorium de Valentia* disp. 3. quaest. 1. puncto 2.

Question IV: Whether charity is a created habit

1 The MAGISTER, 1. dist. 17, is seen to assert that the charity by which we love God is the Holy Spirit himself, moving the will of man to love without any infused habit; yet he is interpreted most benignly by S. Doct.: not because the Holy Spirit is the form of the soul disposing it to love, but because he moves the affection immediately without a habit. Yet even in this he falls short.

> Utrum Charitas sit Habitus creatus.
>
> *MAGISTER 1. dist. 17. visus est asserere, charitatem, qua Deum diligimus, esse ipsum Spiritum Sanctum, moventem hominis voluntatem ad amandum sine aliquo habitu infuso; eum tamen perbenigne interpretatur S. Doct. non quia Spiritus Sanctus sit forma animae disponens ad amandum, sed quia immediate absque habitu moveat affectum. Attamen et in hoc etiam deficit.*

[2] I assert therefore that Charity is a habit. This is the common view of Theologians, and after the Council of Trent certain from faith.

> *Assero igitur, Charitatem esse habitum. Est communis Theologorum, et post Concil. Trident. certa ex fide.*

[3] *IT IS PROVED* by D. Bonav. That which has the ratio of a form infused by God, or by the Holy Spirit, is something created, distinct from its efficient cause, namely from the Holy Spirit; but *the Charity of God is poured forth in our hearts by the Holy Spirit, who is given to us* from cap. 5. ad Rom. The Major is evident: for God cannot be a form, otherwise he would be an imperfect inexisting part, and every cause differs really from its effect. By this argument the Council of Trent, session 6, defines, cap. 7, *The charity of God is poured forth in the hearts of those who are justified, and inheres in them.* And can. 11 defines that men are not justified by the sole remission of sins, with grace and charity excluded, which is poured forth and inheres in their hearts. Again, the Minor is proved from the Council of Orange, can. 25. *It is altogether a Gift of God to love God; for the Spirit of the Father and the Son pours charity into our hearts, whom we love with the Father and the Son.* The same is proved in the Council of Vienne, as is related in *Clement. unica, de summa Trinitate.* The Minor is confirmed again; for as Faith and Hope are ordered to reforming the mind, so much more is Charity, which is the life of the soul: therefore a form. But God cannot be a form, because he cannot enter into composition with another being, as is necessary for the esse of a form.

> PROBATUR *a D. Bonav. Id quod habet rationem formae infusae a Deo, seu Spiritu Sancto, est quid creatum, distinctum a sua causa efficiente, nempe a Spiritu Sancto; sed* Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis *ex cap. 5. ad Rom. Maior est evidens: Deus enim non potest esse forma, alioqui esset pars inexistens imperfecta, et omnis causa differt realiter a suo effectu. Hoc argumento, Concilium Trident. sess. 6. definit, cap. 7.* Charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iustificantur, atque ipsis inhaeret. *Et can. 11. definit, Homines non iustificari per solam remissionem peccatorum, exclusa gratia, et charitate, quae in illorum cordibus diffundatur, et inhaereat. Rursus Minor principalis probatur ex Concilio Araus. can. 25.* Prorsus Donum Dei est diligere Deum, diffundit enim charitatem in cordibus nostris Spiritus Patris, et Filii, quem cum Patre amamus, et Filio. *Idem probatur in Concil. Vien. ut refertur in* Clement. unica, de summa Trinitate. *Confirmatur rursum Minor; nam sicut Fides, et Spes ordinatae sunt ad reformandum animum, ita et multo magis Charitas, quae est vita animae: Ergo forma. Deus autem non potest esse forma, quia nequit ingredi compositionem cum alio ente, sicut ad esse formae est necesse.*

[4] *IT IS PROVED* by S. Doct. *fundamento 4.* from all the Scriptures which assert that Charity grows, diminishes, is lost, and recovered. Prima Ioan. 2. *Whoever keeps his word, truly in this the Charity of God is perfected.* Philip. 1. *This I pray, that the Charity of God may abound more and more.* Apoc. 2. *You have left your first Charity. Be mindful therefore from where you have fallen: and do penance.*

> PROBATUR *a S. Doct.* fundamento 4. *ex omnibus Scripturis, quae asserunt Charitatem crescere, minui, amitti, et recuperari. Prima Ioan. 2.* Qui servat verbum eius, vere in hoc Charitas Dei perfecta est. *Philip. 1.* Hoc oro, ut Charitas Dei magis, ac magis abundet. *Apoc. 2.* Charitatem primam reliquisti. Memor esto itaque unde excideris: et age poenitentiam.

[5] *IT IS PROVED* lastly. That which distinguishes the just man from the impious not only in act but also in rest, and which those who cannot have proper acts, such as infants, must have, must be created and inhering habitually: for the first cause is related in one way to all; such is Charity according to the Councils cited, defining that it is therefore also infused into infants. Only the Council of Vienne does not define it.

PROBATUR *ultimo. Id, quod distinguit iustum ab impio, non tantum in actu, sed etiam in quiete; et eos, qui nequeunt habere actus proprios, ut parvulos, debet esse creatum, et habitualiter inhaerens: nam prima causa uno modo se habet ad omnes; Talis est Charitas e Conciliis allatis, definientibus, eam ideo etiam parvulis infundi. Solum Viennense non definit.*

6 *IT IS PROVED* also *in corpore* by S. Doct. If the Holy Spirit were charity, he would be unifiable, and then either by nature or by grace: not by nature, as is evident. If by grace, then again by means of something else, etc.

PROBATUR *etiam* in corpore *a S. Doct. Si Spiritus Sanctus esset charitas, esset unibilis, et tunc vel per naturam, vel per gratiam: non per naturam, ut constat. Si per gratiam, rursum per aliud, etc.*

7 *IT IS PROVED* there also by the argument which Valencia uses: That by which the will, as principal cause, elicits the act of love must be created; but Charity is that by which it elicits, etc. Therefore.

PROBATUR *ibi etiam argumento, quo utitur Valentia Id, quo voluntas, tanquam causa principalis, elicit actum dilectionis, debet esse creatum; sed Charitas est ea, qua elicit, etc. Ergo.*

8 *YOU OBJECT first*. No accident is better than a substance: Charity is better than the soul, for it elevates and perfects it, and nothing is better than it, from D. August. *lib. 1. de moribus Ecclesiae:* Therefore.

OBIICIES primo. *Nullum accidens est melius substantia: Charitas est melior anima, nam eam elevat, et perficit, et nihil ea melius, ex D. August*. lib. 1. de moribus Ecclesiae: *Ergo.*

9 S. Doct. *answers* that Charity is better as the medium without which the soul lacking it cannot be ordered to the supernatural end: for it is proper to accidents to perfect a substance accidentally. But those things infused by God above nature perfect it intimately, of which they are the illustrious similitude and participation. Such an accident is charity, as is said in 2 Peter, 1, as Valencia notes with D. Thomas.

RESPONDet *S. Doct. Charitatem esse meliorem, ut medium, quo carens anima nequit ordinari ad finem supernaturalem: proprium est enim accidentium perficere accidentaliter substantiam. Intime vero ea perficiunt, quae super naturam a Deo infunduntur, cuius sunt praeclara similitudo, et participatio. Tale accidens est charitas, ut dicitur secunda Petri, 1. ut notat cum D. Thoma, etiam Valentia.*

10 *YOU OBJECT secondly.* No created goodness is equivalent to beatitude; but charity is equivalent to Beatitude; for by it we merit glory: Therefore.

OBIICIES secundo. *Nulla bonitas creata aequivalet beatitudini; sed charitas aequivalet Beatitudini; nam per eam meremur gloriam: Ergo.*

11 S. Bonav. *answers* that it is equivalent by divine estimation, which deems the work of charity worthy of eternal life.

RESPONDet *S. Bonav. aequivalere divina aestimatione, quae opus charitatis aestimat dignum vita aeterna.*

12 *YOU OBJECT thirdly.* Every created good is good by participation, and therefore can fail to be good: therefore lacking order.

OBIICIES tertio. *Omne bonum creatum est bonum per participationem, atque adeo potest non esse bonum: ergo carens ordine.*

13 *IT IS answered* that the thing ordered is one thing; the order another; and this cannot fail to be good.

> RESPONDetur *aliam esse rem ordinatam; aliam esse ordinem; et haec non potest, non esse bona.*

14 *YOU OBJECT fourthly.* The Holy Spirit can inflame the affection by himself; therefore a habit is required in vain. The Antecedent is proved: for God is charity, prima Ioan. 4. Therefore *prima Cor. 6.* it is said: *Who cleaves to God is made one spirit with him.*

> OBIICIES quarto. *Spiritus Sanctus seipso potest inflammare affectum; ergo frustra requiritur habitus. Probatur Antecedens. Deus enim charitas est, prima Ioan. 4. Ideo* prima Cor. 6. *dicitur:* Qui adhaeret Deo, unus spiritus efficitur cum eo.

15 S. Doct. *answers* that God himself is signified there, and yet Charity is required, informed by which we may work: *For we are God's helpers*, prima Cor. 3. Therefore inhering charity is posited not from a defect of divine power, but so that we may cooperate with God in a connatural mode, moving through something formally determining.

> RESPONDet *S. Doct. ibi significari Deum ipsum, sed tamen requiritur Charitas, qua informati operemur:* Dei enim adiutores sumus *prima Cor. 3. Igitur ponitur charitas inhaerens non ex defectu divinae virtutis, sed ut nos modo connaturali cooperemur Deo, moventi per aliquid formaliter determinans.*

16 *YOU OBJECT fifthly.* A natural virtue is farther from God than the will; but God moves nature immediately: Therefore.

> OBIICIES quinto. *Plus distat a Deo virtus naturalis, quam voluntas; sed Deus immediate movet naturam: Ergo.*

17 S. Doct. *answers* that nature, because it operates uniformly and necessarily, determined to one thing, does not need a regulating habit; unlike the will, which moves non-uniformly, being indifferent. Next, the soul is moved only within the limits of nature; but the will above nature, therefore it needs an elevating habit.

> RESPONDet *S. Doct. naturam, quia uniformiter necessario operatur determinata ad unum, non egere habitu regulante; sicuti voluntas, quae movet difformiter, quippe indifferens. Deinde anima movetur solum intra terminos naturae; at voluntas supra naturam, ideo eget habitu elevante.*

18 *YOU OBJECT sixthly.* Where there is a first mover, another virtue is superfluous; but God always moves the soul: Therefore.

> OBIICIES sexto. *Ubi est primus motor, superfluit alia virtus; sed Deus semper movet animam: Ergo.*

19 *IT IS answered* that another virtue is required for operating in the connatural mode, that it may be formally perfected.

> RESPONDetur, *aliam virtutem requiri ad modum connaturalem operandi, ut formaliter perficiatur.*

20 *YOU OBJECT seventhly.* No lesser virtue is necessary for reforming than for creating; but an infinite virtue is required for creating: Therefore also for reforming: but reformation is done through charity: Therefore this is the infinite Virtue of God.

> OBIICIES septimo. *Non minor virtus est necessaria ad reformandum, quam ad creandum; sed ad creandum requiritur virtus infinita: Ergo et ad reformandum: sed reformatio fit per charitatem: Ergo haec est Virtus Dei infinita.*

21 S. Doct. *answers* that reformation is from God as efficient, but because this is an elevation to works above nature, some disposing form is required.

> RESPONDet *S. Doct. recreationem esse a Deo efficiente, sed quia haec est elevatio ad opera supra naturam, requiritur aliqua forma disponens.*

22 *YOU OBJECT eighthly.* No vanity can be united to God; every creature is vanity: Therefore it cannot unite to God; but charity unites to God: Therefore it is not a creature.

> OBIICIES octavo. *Nulla vanitas potest Deo unire; omnis creatura est vanitas: Ergo non potest unire Deo; sed charitas unit Deo: Ergo non est creatura.*

23 S. Doct. *answers* that grace, as a creature, is empty; but as it is a Divine influence it is not vanity.

> RESPONDet *S. Doct. gratiam, ut creaturam, esse inanem; sed ut est influentia Divina non est vanitas.*

24 *YOU OBJECT ninthly.* That which orders to the ordered love must be proportioned; but charity orders to loving God, who is an infinite good: Therefore infinitely: Therefore it must be something infinite.

> OBIICIES nono. *Id, quod ordinat ad ordinatum amorem, debet esse proportionatum; sed charitas ordinat ad amandum Deum, qui est bonum infinitum: Ergo infinite: Ergo debet esse aliquid infinitum.*

25 S. Doct. *answers* that Charity does not make us love God as much as he is lovable, but as much as he ought to be loved by us, so that he be esteemed above all creatures, which could be infinite in number; and for this finite supernatural Charity suffices, that it be preferred in estimation to the other goods.

> RESPONDet *S. Doct. Charitatem non facere diligere Deum, quantum diligibilis est, sed quantum a nobis debet diligi, ut aestimetur super creaturas omnes, quae esse possent in infinitum, et ad hoc sufficit Charitas supernaturalis finita, ut caeteris bonis praeferatur aestimatione.*

26 From what has been said you have what censure was owed to those denying that charity is a habit: for I judge with Valencia here, and Soto *lib. 2. de natura, et gratia, cap. 17. et 18.*, Bannes *quaest. 23. art. 2.*, that it is indeed not heresy to deny it, from the Council of Vien. *loc. cit.* and Innocent, cap. *Maiores de Baptismo*, where the denying opinion is not condemned; but only the opposite is asserted as more probable. Yet I say it is rash, and proximate to error, as Valencia notes with Gabriel *dist. 23. art. 2. quaest. 2.*

> *Ex dictis habes, quae censura debeatur negantibus, charitatem esse habitum: arbitror enim cum Valentia hic, Soto* lib. 2. de natura, et gratia, cap. 17. et 18. *Bannes* quaest. 23. art. 2. *non esse quidem haeresim negare, ex Concilio Vienn.* loc. cit. *et Innocentio cap.* Maiores de Baptismo*, ubi sententia negans non damnatur; sed opposita tantum probabilior asseritur: Attamen dico, esse temerarium, et errori proximum, ut notat Valentia cum Gabriele* dist. 23. art. 2. quaest. 2.

27 For the Church in the Council of Trent seems to define this equivalently. And the Scriptures speak of charity as of a permanent habit: *Charity never falls away*, prima Corinth. 13. *There remain Faith, Hope, Charity, these three:* Apoc. 2. *You have left your first Charity, etc.* But if charity were not a habit, it would not incline so perfectly, easily, and delectably to loving God, as D. Thom. also argues with D. Bonav. *ad argumenta;* for potencies do not have a perfect connection to acts except through habits, which

were instituted by God for eliciting acts, giving the potency a mode of facility; and if they are supernatural, they elevate the potency even to sustaining acts.

> *Ecclesia enim in Concilio Trident. videtur id definire aequivalenter. Et Scriptura de charitate, ut de habitu permanente, loquuntur:* Charitas nunquam excidit, *prima Corinth. 13.* Manent fides, Spes, Charitas, tria haec: *Apoc. 2.* Charitatem primam reliquisti, etc. *Quod si charitas non esset habitus, non inclinaretur adeo perfecte, et facile, ac delectabiliter in amandum Deum, ut arguit etiam D. Thom. cum D. Bonav.* ad argumenta; *nam potentiae non habent perfectam connexionem ad actus nisi per habitus, qui a Deo ad actus eliciendos instituti sunt; dando potentiae modum facilitatis, et si quidem sunt supernaturales, elevant potentiam etiam ad substentandum actus.*

28 From these you will understand what the Magister opposes from prima Ioan. 3. *God is charity, and he who abides in charity abides in God, and God in him.* He means to say that God is the author of charity. For it is said also: *our Patience*, causally, *and he who abides in charity*, namely infused, etc. It is thus expounded by S. Doct. *opusculo Reductio artium ad Theologiam; et de septem donis, de Dono intellectus, cap. 5. et de 7. Itineribus aeternitatis, dist. 6.*

> *Ex his intelliges id, quod opponit Magister ex prima Ioan. 3.* Deus charitas est, et qui manet in charitate in Deo manet, et Deus in eo. *Vult dicere, Deum esse charitatis authorem. Sic enim dicitur etiam:* Patientia nostra, *causaliter,* et qui manet in charitate, *infusa scilicet, etc. Ita exponitur a S. Doct.* opusculo Reductio artium ad Theologiam; et de septem donis, de Dono intellectus, cap. 5. et de 7. Itineribus aeternitatis, dist. 6.

Question V: Whether charity is one special virtue

1 There WERE some with D. Bonau. asserting that all the Virtues are indivisibly one substance, multiplied in acts, yet in such a way that one has the acts of the others; whence Justice is prudent, and Prudence is just, Faith loves, Charity believes, and especially Charity, which, as the Apostle says, 1. Corinth. 13. *is patient, is benign*, and enumerates there fifteen works of virtue. They strongly lean on this opinion of D. August. from his saying *de moribus Ecclesiae*, where he says: *Virtue is nothing but the highest love of God.*

> *FUERUNT aliqui apud D. Bonau. asserentes, Virtutes omnes esse indivisim unam substantiam, multiplicatas actibus, ita vero, ut una aliarum actus habeat; unde et Iustitia est prudens, et Prudentia est iusta, Fides amat, Charitas credit, et magis Charitas, quae, ut ait Apostolus 1. Corinth. 13.* Patiens est, benigna est, *et enumerat ibi quindecim opera virtutum. Roborate nituntur hanc opinionem D. August. effato* de moribus Ecclesiae, *ubi ait:* Nihil esse virtutem, nisi summum amorem Dei.

2 OTHERS said that Charity, since it perfects the concupiscible power, which is diffused through all the other powers, is a general virtue, embracing the rest.

> *ALII dixere, Charitatem, quippe perficientem vim concupiscibilem, quae per omnes alias diffunditur vires, esse generalem virtutem, caeteras amplectentem.*

3 The TRUE opinion is that Charity is a special Virtue, distinct from the others. So S. Bonau., D. Thom., and the rest of the Theologians.

> *VERA sententia est, Charitatem esse Virtutem specialem, ab aliis distinctam. Ita S. Bonau. D. Thom. et caeteri Theologi.*

4 I ASSERT first that Charity is a special virtue, distinct from the others.

> *ASSERO primo, Charitatem esse virtutem specialem, ab aliis distinctam.*

5 IT IS PROVED by D. Bonau. first from the Apostle 1. Cor. 13. *There remain Faith, Hope, Charity, these three: but the greater of these is Charity.* Since therefore he calls charity one of the Theological virtues, and greater than the others; he admits that it is distinct, as Valencia also notes *disp. 3. quaest. 1. p. 1.*

> *PROBATUR a D. Bonau. primo ex Apostolo 1. Cor. 13.* Manent fides, Spes, Charitas, tria haec: Maior autem horum est Charitas. *Cum igitur charitatem unam e Theologicis, et caeteris maiorem dicat; fatetur, eam esse distinctam, ut notat etiam Valentia* disp. 3. quaest. 1. p. 1.

6 IT IS PROVED secondly by S. Doct. with the reason used by D. Thom., Valencia *loc. cit.*, Caspensis *disp. 1. sect. 3.*, Fuliens. *lib. 3. cap. 8.* That is a special virtue which has a special formal object. Such is charity: Therefore. The Minor is proved, because it tends to God insofar as in himself he is the highest good of the supernatural order, which cannot be had naturally. But no other Virtue regards this formal ratio, neither a moral one, as is evident per se, nor a Theological one; for Faith and Hope, which are Theological virtues, regard God under other ratios. For Faith regards him as he is the first and highest Truth: Hope regards God as a supernatural good, and the object of our beatitude, not in any way whatever, but as arduous to attain.

> *PROBATUR secundo a S. Doct. ratione, qua utitur D. Thom. Valentia* loc. cit. *Caspensis* disp. 1. sect. 3. *Fuliens.* lib. 3. cap. 8. *Illa est specialis virtus, quae habet speciale obiectum formale. Talis est charitas: Ergo. Minor probatur, quia tendit in Deum, quatenus in se est summum bonum supernaturalis ordinis, quod non potest naturaliter haberi. Hanc autem rationem formalem nulla alia Virtus respicit, neque moralis, ut per se patet, neque Theologica; nam Fides, et Spes, quae sunt virtutes Theologicae, sub aliis rationibus Deum respiciunt. Fides enim respicit eum, ut est prima, et summa Veritas: Spes autem Deum, ut bonum supernaturale; et obiectum beatitudinis nostrae, non utcumque; sed ut est arduum ad consequendum.*

7 IT IS PROVED thirdly by S. Doct. from the acts. Habits are found to differ by diverse acts; but the acts of charity are altogether diverse from the acts of the other virtues: Therefore.

> *PROBATUR tertio a S. Doct. ex actibus. Habitus per actus diversi comperiuntur; sed actus charitatis sont omnino diversi ab actibus aliarum virtutum: Ergo.*

8 IT IS PROVED fourthly by S. Doct. from the subject. The Theological virtues are ordered to rectifying the powers in relation to God; but charity rectifies a different power, namely the concupiscible; as Faith the rational, and Hope the irascible: Therefore.

> *PROBATUR quarto a S. Doct. ex subiecto. Virtutes Theologicae ordinatae sunt ad rectificandas potentias in ordine ad Deum; sed charitas diversam potentiam rectificat, nempe concupiscibilem; sicut Fides rationalem, et Spes irascibilem: Ergo.*

9 IT IS PROVED fifthly by S. Doct. by comparison to its opposite. Because the vice opposed to charity, namely the hatred of God, is distinguished from all the others: Therefore by reason of a special habit of one opposed Virtue; for one thing is opposed to one.

> *PROBATUR quinto a S. Doct. per comparationem ad suum oppositum. Quia vitium oppositum charitati, nempe odium Dei, distinguitur ab omnibus aliis: Ergo ratione habitus specialis unius Virtutis oppositae; nam unum uni opponitur.*

10 IT IS PROVED sixthly by comparison to the reward. When some things are so related that when one is perfected the others are evacuated, those habits must differ essentially; but the habit of Charity is perfected and consummated in the fatherland; while the habit of Faith and Hope is evacuated, as is said in prima *Corinth. 13.* Therefore.

PROBATUR sexto per comparationem ad praemium. Quando aliqui sic se habent, ut quando unus perficitur, alii evacuentur, necesse est, illos habitus essentialiter differre; sed habitus Charitatis in patria perficitur, et consummatur; habitus vero Fidei, et Spei evacuantur, ut dicitur prima Corinth. 13. *Ergo.*

11 IT IS PROVED seventhly in corpore from the principle which it represents. That the image of God be in the soul expressly, it is necessary that three distinct potencies be found; and that, reformed supernaturally, they have similitude, it is necessary that they be clothed with supernatural habits toward God; but on account of the image of creation they are one essence in three potencies, representing one Divine essence in three Persons: Therefore that it may express the supernatural similitude, for which it was created *Genes. 1. God created man to his Image and similitude*, it is necessary that the essence be endowed with sanctifying grace, and the three potencies with Theological habits: the Intellect indeed with Faith; Memory with Hope; and the Will with Charity. See *disp. 6. quaest. 10. in calce.*

PROBATUR septimo in corpore ex principio, quod repraesentat. Ut imago Dei sit in anima expresse, oportet, ut tres potentiae distinctae reperiantur; et ut reformatae supernaturaliter habeant similitudinem; oportet, ut habitibus supernaturalibus in Deum vestiantur; sed ob imaginem creationis sunt una essentia in tribus potentiis, repraesentantes unam essentiam Divinam in tribus Personis: Ergo ut exprimat similitudinem supernaturalem, ad quam condita est Genes. 1. Creavit Deus hominem ad Imaginem, et similitudinem suam*, oportet, ut essentia dotetur gratia sanctificante, et tres potentiae habitibus Theologicis, Intellectus quidem Fide; Memoria Spe; et Voluntas Charitate; Vide* disp. 6. quaest. 10. in calce.

12 YOU OBJECT first, prima Corinth. 13. *Charity is patient, benign, etc.* Therefore it is general.

OBIICIES primo, prima Corinth. 13. Charitas patiens est, benigna, etc. *Ergo est generalis.*

13 S. Doct. answers that the acts of the other virtues are elicited by them; but commanded by charity, which also elicits its proper acts of loving God.

RESPONDet S. Doct. actus aliarum virtutum elici ab eis; at imperari a charitate, quae et proprios elicit actus amandi Deum.

14 YOU OBJECT secondly: Charity is that Virtue by which every thing to be loved is loved, as D. Hieronymus says.

OBIICIES secundo Virtus est charitas, qua omne diligendum diligitur, ut ait D. Hieronymus.

15 S. Doct. answers that this definition is causal, because Charity moves all the virtues to operating, and what is chief, meritoriously; for without charity nothing profits for eternal life, as is said *1. Cor. 13.*

RESPONDet S. Doct. hanc definitionem esse causalem, quia Charitas movet omnes virtutes ad operandum, et quod caput est, meritorie; nam sine charitate nihil prosunt ad vitam aeternam, ut dicitur 1. Cor. 13.

16 YOU OBJECT thirdly, from D. Bernardo *lib. de diligendo Deo*, and D. August. *lib. 15. de civit. cap. 22. Virtue is nothing other than the order of love.*

OBIICIES tertio ex D. Bernardo lib. de diligendo Deo*, et D. August*. lib. 15. de civit. cap. 22. Virtus non est aliud, quam ordo amoris.

17 S. Doct. answers first that this is a causal definition; for charity is the commanding Cause, and thus even the efficient of the acts of the other virtues. It is also a form; for it gives to all their perfect

being in the genus of merit. Finally it is the End of the whole law and of the precepts, and joins to the ultimate End.

> *RESPONDet S. Doct. primo, hanc esse definitionem causalem; nam charitas est Causa imperans, atque adeo sic efficiens actus aliarum virtutum: Est etiam forma; nam omnibus dat esse perfectum in genere meriti. Tandem est Finis totius legis, et praeceptorum, et Fini ultimo coniungit.*

18 RESPONDET: S. Doct. answers secondly that that love which is put in the definition of Virtue is the love of whatever virtue, not charity.

> *RESPONDET Respondet S. Doct. secundo, amorem illum, qui ponitur in definitione Virtutis, esse amorem cuiuscumque virtutis, non charitatem.*

19 You object fourthly. As the precept of charity is related to the other precepts, so the habit of charity to the other habits: but the precept of charity embraces the other precepts: Therefore also the habit of charity all the other habits.

> *Obiicies quarto. Sicut se habet praeceptum charitatis ad alia praecepta; ita habitus charitatis ad alios habitus: sed praeceptum charitatis complectitur alia praecepta: Ergo et habitus charitatis omnes alios habitus.*

20 S. Doct. answers that Charity comprehends the other precepts not by identity, but by a certain reduction, in that they are reduced to the root of charity, as D. Gregor. says, *homil. 27. in Evang.*: not that the other virtues do not fulfill the precepts in their own genus, as Temperance abstaining from fornication; but because the other virtues without charity do not execute the precepts according to the divine execution.

> *Respondet S. Doct. Charitatem comprehendere non per identitatem, sed per quandam reductionem alia praecepta, quae ad radicem charitatis reducuntur, ut ait D. Gregor.* homil. 27. in Evang. *non quod, et aliae virtutes non adimpleant in suo genere praecepta, ut Temperantia abstinere a fornicatione; sed quia aliae virtutes sine charitate non exequuntur praecepta secundum executionem divinam.*

21 You object fifthly. As the object of charity is related to the objects of the other virtues, so the acts of charity to the acts of the other virtues; but the object of charity is the good, which is the common object of all the objects of the other virtues: Therefore the habit also is common.

> *Obiicies quinto. Sicut se habet obiectum charitatis ad obiecta aliarum virtutum; ita actus charitatis ad actus aliarum virtutum; sed obiectum charitatis est bonum, quod est obiectum commune omnibus obiectis aliarum virtutum: Ergo et habitus est communis.*

22 S. Doct. answers that Charity does not regard the Good as it is a passion of being, but the highest good immediately; and this is its material object, by which it is distinguished from the Cardinal virtues, which regard created good: Nor does it regard a good begun in any way whatever, but under the formal motivating ratio, as I said *quaest. 2.*

> *Respondet S. Doct. Charitatem non respicere Bonum, ut est passio entis, sed summum bonum immediate; et hoc est obiectum eius materiale, quo distinguitur a virtutibus Cardinalibus, quae bonum respiciunt creatum: Neque utcumque bonum inchoatum respicit, sed sub ratione formali motiva, ut dixi* quaest. 2.

23 You object sixthly. That which is superfluous is not admitted by God and nature; but the other virtues are superfluous: Therefore. The Minor is proved; for Charity suffices for merit. Therefore D. August. says *Hold charity, and do whatever you wish.* It suffices also for beatitude; for to enjoy is to

adhere in love, as D. August. says, *lib. 1. de Doctrina christ. cap. 4.* Therefore either the other virtues are superfluous; or Charity itself is General.

> *Obiicies sexto. Id, quod est superfluum, non admittitur a Deo, et natura; sed aliae virtutes sunt superfluae: Ergo. Minor probatur; nam Charitas ad meritum sufficit. Ideo ait D. August.* Tene charitatem, et fac quidquid vis. *Sufficit etiam ad beatitudinem; nam frui, est amore inhaerere, ut ait D. August.* lib. 1. de Doctrina christ. cap. 4. *Ergo vel aliae virtutes superfluunt; vel Charitas ipsa est Generalis.*

24 S. Doct. answers that charity is said to suffice for merit and for reward on account of the connection it has with the other virtues and dowries. For whoever has Charity has the other virtues; and whoever has the corresponding dowry has also the other dowries. Therefore it is not rightly inferred that the others are superfluous, because no one can merit unless he believes and hopes; nor is he fit for believing and hoping except through Hope and Faith.

> *Respondet S. Doct. charitatem dici sufficere ad meritum, et ad praemium, propter connexionem, quam habet cum aliis virtutibus, et dotibus. Qui enim habet Charitatem, habet alias virtutes; et qui dotem correspondentem, habet etiam alias dotes. Non itaque infertur recte, superfluere alias, quia non potest aliquis mereri, nisi credat, et speret; neque est habilis ad credendum, et sperandum, nisi per Spem, et fidem.*

Question VI: Whether charity is of a most special species

1 I assert that it is one ultimate in species. So the Theologians commonly hold, as at Tanner *disp. 2. quaest. 2. dub. 1. num. 19.*

> ***An Charitas sit una specie specialissima.***
>
> *Assero, esse unam specie ultima. Ita communiter Theologi apud Tannerum* disp. 2. quaest. 2. dub. 1. num. 19.

2 It is proved first by D. Bonaventure. Just as Faith regards God as the highest truth, so Charity regards him as the highest goodness; but because the first Truth is one, Faith is one, as the Apostle says *Ephes. 4. One faith:* Therefore. It is confirmed by *1 Corinth. 13. And now there remain Faith, Hope, Charity, these three:* where Faith and Charity are said to be one in the same way. With this argument Valencia deals in *disp. 1. quaest. 1. p. 1.*

> *Probatur a D. Bonav. primo. Sicut Fides respicit Deum, ut summam veritatem; ita Charitas eum respicit, ut summam bonitatem; sed quia prima Veritas est una, Fides est una, ut ait Apostolus* Ephes. 4. Una fides: *Ergo. Confirmatur prima* Corinth. 13. Manent Fides, Spes, Charitas, tria haec: *ubi eodem modo una dicitur Fides, et Charitas. Hoc argumento utitur Valentia* disp. 1. quaest. 1. p. 1.

3 It is proved secondly by S. Thomas. As the rational power is related to the true, and the irascible to the arduous, so the concupiscible is related to the good; but the rational power is perfected by one virtue in believing the truth, and the irascible in hoping for the arduous: Therefore also the concupiscible in loving the good; but this virtue is charity: Therefore.

> *Probatur secundo a S. Doct. Sicut se habet rationalis ad verum, irascibilis ad arduum; ita concupiscibilis ad bonum; sed rationalis in credendo verum, una virtute perficitur; et irascibilis in sperando arduo: Ergo et concupiscibilis in amando bonum; sed haec virtus est charitas: Ergo.*

4 It is proved thirdly by S. Thomas. The more unitive a thing is, the more one it is in itself; but *Charity is the bond of perfection* from *3. ad Coloss.* Therefore.

Probatur tertio a S. Doct. Quanto aliquid est unitivum, tanto in se est unum; sed Charitas est vinculum perfectionis *ex* 3. ad Coloss. *Ergo.*

5 It is proved fourthly by S. Thomas. In every genus in which there is an order of motions, the first mover must be one; but charity is the mover of all the virtues, commanding all the others: Therefore it is altogether one in species in all.

Probatur quarto a S. Doct. In omni genere, in quo est ordo motuum, oportet, ut primus motor sit unus; sed charitas est motrix omnium virtutum, caeteris omnibus imperans: Ergo est omnino una specie in omnibus.

6 It is proved fifthly by S. Thomas *in corpore*. If the ultimate object is one and the principal act is one, the habit is one; but the object of charity is one as ultimate, because it is the highest good, and the act of willing that highest good is one: Therefore, although that highest good be willed — God loved for his own sake, and for itself, and for the neighbor — there will be one Virtue; and by this the opposite argument is resolved, which labors to multiply charities because Charity is borne toward God and the neighbor.

Probatur quinto a S. Doct. in corpore. *Cuius unum est ultimum obiectum, et unus actus principalis, unus est habitus; sed obiectum charitatis est unum ultimum, quia est summum bonum, et unus actus volendi illud summum bonum; Ergo, licet illud summum bonum velit, Deo amato propter ipsum, et sibi, et proximo, erit una Virtus; et per hoc resolvitur argumentum oppositum, nitens multiplicare charitates, quia fertur Charitas in Deum, et proximum.*

7 For S. Thomas answers, and Valencia with him, that both are loved for the sake of one thing under one formal aspect, by which the habit is unified and distinguished.

Respondet enim S. Doct. et cum eo Valentia, utrumque amari propter unum sub una ratione formali, a qua unificatur, et distinguitur habitus

8 And if you say that charity wills for the neighbor not only the highest good but also other goods.

Et si dicas, charitatem velle proximo non solum bonum summum, sed etiam alia bona.

9 S. Thomas answers that the principal act is to will the highest good; the others only secondarily; and not elicited, but imperative, commanding the other virtues, say almsgiving, that it may give succor, etc.

Respondet S. Doct. actum principalem esse velle bonum summum; caetera vero secundario; nec elicitive, sed imperative, praecipiendo aliis virtutibus, puta eleemosynae, ut subveniat, etc.

10 You will object secondly. Where there are two diverse precepts, there are several habits enabling; but there are two precepts of charity: Therefore.

Obiicies secundo. Ubi sunt duo praecepta diversa, ibi sunt plures habitus habilitantes; sed duo sunt praecepta charitatis: Ergo.

11 S. Thomas answers that those two precepts are diverse materially, not formally; because one is included in the other. Hence it does not follow that the habit of charity is diversified formally.

Respondet S. Doct. Illa duo praecepta esse diversa materialiter, non formaliter; quia unum includitur in altero. Unde non sequitur, habitum charitatis diversificari formaliter.

12 You will object thirdly. Where there are diverse acts, there are diverse habits; but the acts of loving God for himself and the neighbor for God are diverse in genus: Therefore.

Obiicies tertio. Ubi sunt diversi actus, ibi sunt diversi habitus; sed diversi genere sunt actus amandi Deum propter se, et proximum propter Deum: Ergo.

13 S. Thomas answers that that diversity comes from a diverse comparison of the same formal object, not from a diversity of object, which is one; and therefore it does not follow that the formal object is diverse.

Respondet S. Doct. illam diversitatem venire ex comparatione diversa eiusdem obiecti formalis, non ex diversitate obiecti, quod unum est; et ideo non sequitur, esse diversum obiectum formale.

14 You will object fourthly. Wisdom, which is about eternal things, is another habit than science, which is about temporal things: And likewise Latria, which is the worship of God, is another virtue than Dulia, which is the worship given to one superior: Therefore by equal reason, the virtue by which God is loved is other than that by which the neighbor is loved.

Obiicies quarto. Sapientia, quae est de aeternis, est alius habitus, quam scientia, quae est de temporalibus: Et similiter Latria, quae est cultus Dei, est alia virtus, quam Dulia, quae est cultus proximi: Ergo pari ratione, et alia est virtus, qua diligitur Deus, et proximus.

15 S. Thomas answers by denying the parity: for Wisdom deals with eternal things according to eternal reasons; Science with temporal things, with a motive diverse from wisdom, namely according to temporal reasons; but Charity has one motivating aspect, namely the Divine goodness, which, since it is supremely lovable by any will whatsoever, not only as it is in itself but as it is participated by a creature, loves it under both aspects under one formal motivating aspect. The same diversity is found between Dulia and Latria, which worship with diverse motives.

Respondet S. Doct. negando paritatem: nam Sapientia negotiatur circa aeterna secundum rationes aeternas: Scientia circa temporalia, diverso motivo a sapientia, nempe secundum rationes temporales; sed Charitas unam habet rationem motivam, nempe Divinam bonitatem, quae cum sit summe amabilis a voluntate quacumque, non solum prout est in se, sed prout participatur a creatura, utraque ratione eam amat sub una ratione formali motiva. Eadem diversitas invenitur inter Duliam, et Lattiam, quae diversis motivis colunt.

16 You will object fifthly. Just as the Contemplative and the Active life differ from each other, so the acts of the contemplative and the active life ought to differ more than the acts of the contemplative life among themselves: Likewise the habit rectifying contemplation ought to differ more from the habit rectifying action than two habits rectifying contemplation itself differ; but Faith and Charity rectify contemplation and action, and they are not diverse; as appears from *1 Corinth. 13*. Therefore charity does not differ in species according as it regards God or the neighbor, but only as the motive differs, according as it bears on contemplation or action.

Obiicies quinto. Sicuti differunt vita Contemplativa, et Activa inter se; ita debent differre actus vitae contemplativae, et activae magis, quam actus contemplatinae inter se: Similiter plus debet differre habitus rectificans contemplationem, ab habitu rectificante actionem, quam duo habitus rectificantes ipsam contemplationem: Sed Charitas Dei et Fides, rectificantes contemplationem, sunt diversi; ut dicitur prima Corinth. 13. Ergo et charitas Dei, quae pertinet ad contemplationem; differt multo magis a charitate proximi, quae spectat ad actionem.

17 S. Thomas answers that "contemplative" and "active" denominate a state or the exercise of the virtues; but the diversity of state does not induce a diversity of habits, which arises rather from the

diversity of objects. Hence the same virtues direct men in both lives. Thus Faith directs toward both lives. Likewise Charity; hence it is not necessary that there be several.

> Respondet *S. Doct. contemplativam, et activam denominare statum, seu exercitium virtutum; diversitas autem status non inducit diversitatem habituum, quae oritur potius ex diversitate obiectorum. Unde eaedem virtutes dirigunt homines in utraque vita. Sic Fides ad utramque vitam dirigit. Similiter et Charitas; unde non est necesse, plures esse.*

18 *You will object* sixthly. Love of friendship and love of concupiscence are objects of Charity; but these two loves are diverse in genus: Therefore.

> Obiicies *sexto. Amor amicitiae, et amor concupiscentiae sunt obiecta Charitatis; sed hi duo amores sunt diversi genere: Ergo.*

19 *Responds* S. Thomas that Charity cleaves to the Highest Good with both loves, of concupiscence and of friendship, the latter indeed being principal, as D. Augustine says *de moribus Ecclesiae, cap. 14.* to which the other love of concupiscence is reduced; for something is loved with the love of concupiscence by him who is loved with the love of friendship. Therefore, because the formal object is one, namely God as good, to be united to whom, as D. Dionysius says *cap. 4. de divin. nominibus, p. 1.* according to the opinion of Hierotheus; Therefore there is one virtue in both loves, of friendship and of concupiscence.

> Respondet *S. Doct. Charitatem adhaerere Summo bono, amore utroque concupiscentiae, et amicitiae, qui quidem est principalis, ut ait D. August.* de moribus Ecclesiae, cap. 14. *ad quem alter concupiscentiae reducitur; amatur enim aliquid amore concupiscentiae ei, qui est amatus amore amicitiae. Igitur quia unum est obiectum formale, nempe Deus ut bonus, cui uniatur, ut ait D. Dion.* cap. 4. de divin. nominibus, p. 1. *ex sententia Hierothei; Ideo una est virtus in utroque amore amicitiae, et concupiscentiae.*

Question VII: Whether charity is the most excellent of the virtues

1 I assert that Charity is the most excellent of the Virtues.

> ***An Charitas sit virtutum praestantissima.***
>
> *Assero, Charitatem esse Virtutum excellentissimam.*

2 *It is proved* by D. Bonaventure first in *3. dist. 23. dub. 6.* from *1 Corinth. 13.* where it is said: *And the greater of these is Charity.* He gives the reason, because it alone is the mother, giving the form of virtue to the other virtues for merit, and giving them life, as S. Ambrose says in the *epistle to the Romans*.

> Probatur *a D. Bonav. primo in* 3. dist. 23. dub. 6. *ex* prima Corinth. 13. *ubi dicitur:* Maior horum est Charitas. *Rationem affert, quia ea sola est mater, dans formam virtutis aliis virtutibus ad meritum; dansque eis vitam, ut ait S. Ambrosius in* epistola ad Romanos.

3 *It is proved* secondly by D. Bonaventure in *3. dist. 36. dub. 3. and in 1. dist. 17. dub. 4. and art. un. dist. 36. quaest. 6.* because it is the form of the other virtues, as I shall show in the *following question: It is the bond of perfection. Coloss. 3. It is the end of the law. 1 Timothy 1.* Hence in *Matth. 22.* it is said: *This is the great first commandment.* For although in *Rom. 13.* it is said: *He that loveth his neighbor hath fulfilled the law,* S. Thomas answers *3. dist. 36. dub. 5.* that the Love of God is contained in it, or that it is contained in the love of God, to which it is ordered.

Probatur *secundo a D. Bonavent. in* 3. dist. 36. dub. 3. et in 1. dist. 17. dub. 4. et art. un. dist. 36. quaest. 6. *quia est forma aliarum virtutum, ut ostendam* quaest. sequenti: Est vinculum perfectionis. Coloss. 3. Est finis legis prima Timoth. 1. *Unde* Matth. 22. *dicitur:* Hoc est primum magnum mandatum. *Quamvis enim* Rom. 13. *dicatur:* Qui diligit proximum, legem implevit. *Respondet S. Doct.* 3. dist. 36. dub. 5. *in eo contineri Amorem Dei, vel illum in amore Dei, ad quem ordinatur.*

4 *It is proved* thirdly by D. Bonaventure first *dist. 17. p. 1. dub. 6.* for D. Augustine *15. de Trinitate, cap. 17. and serm. 35. de Tempore, and tract. 5. in 1. epist. Ioan.* says that charity alone distinguishes between the children of the kingdom and the children of perdition, and that it is the precious evangelical Pearl.

Probatur *tertio a D. Bonav. primo* dist. 17. p. 1. dub. 6. *nam D. August.* 15. de Trinitate, cap. 17. et serm. 35. de Tempore, et tract. 5. in 1. epist. Ioan. *ait, solam esse charitatem, quae distinguit inter Filios regni, et filios perditionis, illamque esse Margaritam pretiosam euangelicam.*

5 *It is proved* fourthly by S. Bonaventure here, with the reason which D. Thomas also uses *art. 6.* That virtue is the most excellent of all which regards God under the most excellent formal aspect: Such a virtue is Charity, which regards God as good in himself, which is the most excellent aspect according to our manner of understanding: Therefore. He pursues the same argument in *dist. 15. p. 1. dub. 4. and with him* Tanner *disp. 2. quaest. 2. dub. 1. num. 23.*

Probatur *quarto a S. Bonav. hic, ratione, qua utitur etiam D. Thom.* art. 6. *Illa est virtus omnium praestantissima, quae respicit Deum sub praestantissima ratione formali: Talis virtus est Charitas, quae respicit Deum, ut in se bonum, quae est ratio praestantissima secundum nostrum modum intelligendi: Ergo. Idem argumentum prosequitur* dist. 15. p. 1. dub. 4. et cum eo *Tanner.* disp. 2. quaest. 2. dub. 1. num. 23.

6 *It is proved* fifthly by S. Thomas *3. dist. 34. p. 1. quaest. 3.* from that text *1 Corinth. 12. Yet I show unto you a more excellent way.* The Gloss indicates the reason brought forward: *I show you a way of going to God, that is, Charity.* He adduces the same in *dist. 26. quaest. 5.* adding that: *The greater of these is Charity, 1 Cor. 13.*

Probatur *quinto a S. Doct.* 3. dist. 34. p. 1. quaest. 3. *ex illo* prima Corinth. 12. Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. *Glossa indicat rationem allatam:* Demonstro vobis viam eundi ad Deum, idest Charitatem. *Idem adducit* dist. 26. quaest. 5. *addens illud:* Maior horum est Charitas, prima Cor. 13.

7 S. Thomas runs through the excellence of Charity with brilliance in the *Diaeta, tit. 5. cap. 2.* and proves it from that text *1. Cor. 13. And now there remain faith, hope, charity, these three: but the greater of these is charity. Apoc. 3. I counsel thee to buy gold tried in the fire;* for charity is among the virtues as gold is among the metals. See, I beseech you, S. Thomas, who shows it compared in the Scriptures with many noble things. See also the *Pharetra, lib. 2. cap. 25.* where he gathers many most excellent things from the Fathers. Read the same in *lib. 5. Compendii Theologiae from cap. 23. to 27.* which is an Encomium of Charity. And in the *de septem Itineribus aeternitatis, the fourth Journey.*

Praeclare Charitatis praestantiam discurrit S. Doct. in Diaeta, tit. 5. cap. 2. *eamque probat illo* 1. Cor. 13. Manent fides, Spes, Charitas, tria haec: Maior autem horum est Charitas. Apoc. 3. Suadeo tibi emere aurum ignitum; *est enim charitas inter virtutes, sicut aurum inter metalla. Vide obsecro S. Doct. qui multis praeclaris eam comparatam in Scripturis ostendit. Vide etiam in* Pharetra, lib. 2. cap. 25. *ubi plurima e Patribus congerit eximia. Eundem lege* lib. 5. Compendii Theologiae a cap. 23. usque ad 27. *quod est Encomium Charitatis. Et* de septem Itineribus aeternitatis, Itinere quarto.

[8] *Observe*, that it is called the wedding garment, of which *Matth. 22.* speaks, and he who lacked it *was cast out*, as D. Bonaventure saw in the *Diaeta, tit. 5. cap. 2. after the middle;* for so it is expounded by the Fathers, as Valencia also notes *disp. 31. quaest. 1. p. 3.* So D. Gregory *homil. 18. in Evangelia.* Indeed Christ, who is the bridegroom, has it; but he has not faith, which the Sectarians wrongly understand by that wedding garment.

> Observa, *illam vocari vestem nuptialem, de qua* Matth. 22. *qua qui caruit,* eiectus est, *ut vidit D. Bonav. in* Diaeta, tit. 5. cap. 2. post medium; *sic enim exponitur a Patribus, ut advertit etiam Valentia* disp. 31. quaest. 1. p. 3. *Sic D. Gregorius* homil. 18. in Evangelia. *Sane Christus, qui est sponsus, eam habet; non habet autem fidem, quam intelligunt perperam Sectarii per vestem illam nuptialem.*

[9] *You will object* first. Scripture ascribes to faith the power of justifying, as is seen in the Apostle to the *Romans and Galatians,* and it is called the foundation of the spiritual edifice. *Hebr. 11.* Charity is its cause.

> Obiicies *primo. Scriptura adscribit fidei vim iustificandi, ut videre est in Apostolo ad* Rom. et Galat. *et vocatur fundamentum aedificii spiritualis.* Hebr. 11. *est causa charitatis.*

[10] S. Thomas answers *dist. 31. quaest. 1. ad 1. and dist. 23. passim*, that faith is called the foundation of the rude edifice, which rises and is erected through Hope, and is made firm in Charity. Moreover, justification is ascribed to faith as a disposition for grace, and form to charity, as I shall show in *dist. 36. quaest. 6.*

> Respondet *S. Doct.* dist. 31. quaest. 1. ad 1. et dist. 23. passim, *fidem vocari fundamentum rude aedificii, quod per Spem consurgit, et erigitur, et in Charitate firmatur. Fidei porro adscribitur iustificatio, tanquam dispositioni ad gratiam, et charitatem, quae est forma, ut ostendit* dist. 36. quaest. 6.

Question VIII: Whether charity is the form of the virtues

[1] The Sectarians laugh foolishly, hearing this title asserted by the Catholics.

> ***An Charitas sit Forma Virtutum.***
>
> *Rident Sectarii stulte, audientes hunc titulum, a Catholicis assertum.*

[2] Nevertheless it must be observed with caution, with D. Bonaventure, in what sense Charity can be called the form of the Virtues, as I said also in *disp. 1. quaest. 19.* where I treated this question more fully.

> *Oportet tamen eum D. Bonav. caute observare, quo sensu Charitas dici queat forma Virtutum, ut dixi etiam* disp. 1. quaest. 19. *ubi hanc quaestionem latius tractavi.*

[3] ¶ For the Virtues can be considered in three ways. First in order to the object, and in this sense, since they are specified or known by it, they must be formed by it, not by another extrinsic habit. Secondly they can be compared in order to the subject in which they are. Thus, although they are informing forms, they can nevertheless be perfected and actualized in order to God, inasmuch as, with Grace and Charity supervening, they are living and efficacious for meritorious works. Thirdly they are compared to the end; thus they are disposing forms, yet they are perfected and directed by charity, which is the directing weight. For the end, as end, is a good, which is the object of charity; and so, as regards this tendency, the remaining virtues are directed and completed in order to the end.

¶ *Tripliciter enim possunt Virtutes considerari. Primo in ordine ad obiectum, et hoc sensu cum ab eo specificentur, vel cognoscantur, oportet ab eo formari, non ab alio habitu extrinseco. Secundo comparari possunt in ordine ad subiectum, in quo sunt. Sic, licet sint formae informantes, tamen perfici, et actuari valent in ordine ad Deum, quatenus Gratia adveniente, et Charitate, vividae, et efficaces sunt ad meritoria opera. Tertio comparantur ad finem, ita sunt formae disponentes, tamen perficiuntur, et diriguntur charitate, quae est pondus dirigens. Finis enim, ut finis, est bonum, quod est obiectum charitatis; et ita quoad hanc tendentiam, reliquae virtutes diriguntur, et complentur in ordine ad finem.*

4 I assert therefore, in the last two senses, that Charity is the form of the Virtues.

Assero igitur, in ultimis duobus sensibus, Charitatem esse formam Virtutum.

5 *It is proved* by D. Bonaventure first, from that text to the *Galatians 5*. where the first fruit of the Holy Spirit is said to be Charity, as the life, according to *1 John 3. He that loveth not, abideth in death. And chapter 4. He that abideth in charity, abideth in God. And James 2. As the body without the spirit is dead, so also faith without works is dead.* Where the Apostle speaks of the works of Charity, according to that text *Galat. 5. Faith, which worketh by charity.* Hence D. Augustine, in the book on the knowledge of the true life, cap. 28. says: *Faith is animated by love, as the body is vivified by the soul.* And Dionysius, cap. 2. de Eccl. Hierarch. says: *Charity most fittingly gives form to the habits of our soul.* And D. Bernard, serm. 2. de resurrect.: *Faith* (he says) *is animated by love, and charity is the life of faith.*

Probatur *a D. Bonav. primo, ex illo ad* Galat. 5. *ubi primus fructus Spiritus Sancti dicitur Charitas, tanquam vita, iuxta* Id prima Ioan. 3. Qui non diligit, manet in morte. Et cap. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet. Et Iacobi 2. Sicut corpus sine anima mortuum est, ita fides sine operibus mortua est. *Ubi Apostolus loquitur de operibus Charitatis, iuxta id* Galat. 5. Fides, quae per dilectionem operatur. *Unde D. August. lib. de cognitione verae vitae, cap. 28. ait:* Fides dilectione animatur, sicut corpus anima vivificatur. *Et Dion. cap. 2. de Eccl. Hierarch. ait:* Charitatem aptissime formare habitus animae nostrae. *Et D. Bernardus, serm. 2. de resurrect.* Fidem *(ait)* dilectione animari, et charitatem esse vitam fidei.

6 *It is proved* thirdly by D. Bonaventure. That which rectifies the principle of works also actualizes and perfects the works; but charity rectifies the affection, which is the principle of the works of the other virtues, which depend on it: Therefore it also perfects and informs.

Probatur *tertio a D. Bonavent. Id, quod rectificat principium operum, actuat, et perficit etiam opera, sed charitas rectificat affectum, qui est principium operum aliarum virtutum, quae ab eo dependent: Ergo et perficit, et informat.*

7 *It is proved* fourthly. In moral matters the complement and the species are considered in order to the end; but the love of the highest good is that which makes the others tend toward their due end: Therefore the love of the highest good gives form and complement to all the gratuitous habits and to their works; but that love is Charity: Therefore. The same holds in Fulgentius, lib. 3. cap. 8. Basil, see *Charitas, num. 3.*

Probatur *quarto. In moralibus complementum, et species attenditur in ordine ad finem; sed amor summi boni est illud, quod facit caetera in finem debitum tendere: Ergo amor summi boni dat omnibus habitibus gratuitis, et eorum operibus formam, et complementum; sed ille amor est Charitas: Ergo. Id viget Fulgent. lib. 3. cap. 8. Basilius v.* Charitas, num. 3.

8 Hence it remains explicit by what reason Charity is the form of the Virtues; for it does not accomplish this by informing intrinsically, but by producing its own acts and commanding the others with the due ordination to the supernatural end, to which the studious life is ordered; the acts of the

other virtues are rendered in the genus of completed operation when they are rightly ordered to the end of eternal life. So D. Thomas also holds, 2. 2. quaest. 4. art. 3. ad 2. and quaest. 23. art. 8. ad 2.

> *Hinc manet explicitum, qua ratione Charitas sit forma Virtutum; non enim id praestat intrinsece informando, sed efficiendo suos actus, et alios imperando cum debita ordinatione ad finem supernaturalem, ad quem vita studiosa ordinata est; Redduntur actus aliarum virtutum in genere operationis completi, cum ad finem vitae aeternae recte ordinati sint. Ita sentit etiam D. Thom. 2. 2. quaest. 4. art. 3. ad 2. et quaest. 23. art. 8. ad 2.*

9 ¶ But it does not inform intrinsically, because it is not joined intrinsically to the other virtues or to their acts, as a part; as Capreolus notes, disp. 1. sect. 5. num. 35. with D. Bonaventure in corpore, where he explains it outstandingly.

> *¶ Non autem informat intrinsece, quia non unitur aliis virtutibus, aut actibus earum intrinsece, ut pars; ut advertit Capensis disp. 1. sect. 5. num. 35. cum D. Bonav. in corpore, ubi egregie id explicat.*

10 Therefore charity is called the form of the remaining virtues, either because it gives to their acts a certain moral dignity and meritorious being; or inasmuch as it refers them to the highest end they can have, that is, to God, inasmuch as he is good in himself. Thus S. Thomas explains it, also with respect to the arguments which are solved by this distinction: that Charity is not the intrinsic form constituting the Virtues in essential being; but only in right operation toward merit, as the end of eternal life; and accordingly they are not informed intrinsically, since all have their form in order to the objects, but only in order to the operations. From which it follows that faith and the other virtues without charity are still virtues, as I showed concerning faith in disp. 1. quaest. 21.

> *Igitur charitas dicitur forma reliquarum virtutum, vel quia earum actibus tribuit quandam moralem dignitatem, et esse meritorium; vel quatenus illas ad altissimum finem, quem habere possunt, hoc est ad Deum, quatenus est bonus in se, eas refert. Sic explicat S. Doct. etiam ad argumenta, quae solvuntur hac distinctione, Charitatem non esse formam intrinsecam constituentem Virtutes in esse essentiali; sed solum in recta operatione ad meritum, ut finem vitae aeternae; Atque adeo non informantur intrinsece, cum suam formam omnes habeant in ordine ad obiecta, sed solum in ordine ad operationes. Ex quo fit, ut fides, et aliae virtutes sine charitate, sint adhuc virtutes, ut ostendi de fide disp. 1. quaest. 21.*

11 Here the Doctors dispute: Whether Charity is distinct from the grace of God. This I have sufficiently done in the prima secundae, Tract. de Gratia, disp. 2. quaest. 3. But S. Thomas inquires into it under a certain Title, dist. 27. quaest. 3. Whether the Habit of Charity is merely gratuitous. Here indeed an opening is given to another controversial question, which is treated under another title, namely:

> *Hic disputant Doctores: An Charitas sit distincta a gratia Dei. Hoc satis egi prima secundae, Tract. de Gratia, disp. 2. quaest. 3. Id vero quaerit S. Doct. sub quodam Titulo dist. 27. quaest. 3. An Habitus Charitatis sit mere gratuitus. Hic vero ansam aperit alteri quaestioni controversae, quae sub alio titulo fertur, nempe.*

Question IX: Whether besides infused charity there is another charity, acquired by our own acts

1 Many questions are enclosed in this one. The first is: Whether besides the acts of supernatural charity there are given acts of natural charity. Next, whether, if such acts are given, a habit of natural charity is generated from them. The other question: Whether besides the infused habit a natural habit is acquired from supernatural acts, a new habit of charity.

> An praeter Charitatem infusam detur alia charitas, nostris actibus acquisita.

Multae in hac quaestiones clauduntur. Prima est: An praeter charitatis supernaturalis actus, dentur actus charitatis naturalis. Deinde an, si dantur tales actus, generetur ex eis habitus charitatis naturalis. Altera vero quaestio: An praeter habitum infusum naturalem acquiratur ex actibus supernaturalibus novus habitus charitatis.

2 As to the first question: whether there is given a natural love of God as the author of nature, distinct from the supernatural, there was a variety of opinions.

Quoad primam quaestionem: an detur amor naturalis in Deum, ut authorem naturae, distinctus a supernaturali, fuit opinionum varietas.

3 The negative opinion is defended by Vasquez in the prima secundae, 1. 2. disp. 195. adducing others from the school of D. Thomas, especially Bannez 2. 2. quaest. 23. art. 1. Likewise Alvarez 2. p. quaest. 30. memb. 1. art. 2. §. 2. ad 1. Albert 2. p. tract. 4. quaest. 14. memb. 4. art. 2. Scotus in 3. dist. 27. quaest. 1. but wrongly, as Tannerus notes, disp. 2. quaest. 2. dub. 2. num. 37. And indeed Vasquez himself recognized that this was a novelty.

Negativam sententiam tuetur Vasquez prima secundae, 1. 2. disp. 195. alios adducens e schola D. Thomae, praecipue Bannem 2. 2. quaest. 23. art. 1. Similiter Alensem 2. p. quaest. 30. memb. 1. art. 2. §. 2. ad 1. Albertum 2. p. tract. 4. quaest. 14. memb. 4. art. 2. Scotum in 3. dist. 27. quaest. 1. sed perperam, ut notat Tannerus disp. 2. quaest. 2. dub. 2. num. 37. Et sane ipse Vasquez cognovit, hanc esse novitatem.

4 The true opinion therefore is, that a twofold love of God is given, certainly of friendship; one, God being the natural end; the other, the end being supernatural. So D. Bonaventure in 2. dist. 3. p. 2. art. 3. quaest. 1. in corpore, and ad 3. which he referred to this. And in the prima secundae, tract. de Gratia, disp. 7. quaest. 11. §. Nota secundo. The same thought Alvarez 2. p. quaest. 131. membr. 3. and quaest. 91. membr. 1. ad 7. Alexander of Hales lib. 2. summae, tract. 1. cap. 4. Richard 2. dist. 3. art. 7. and dist. 28. art. 1. quaest. 1. Astim. in 2. dist. 39. quaest. 1. art. 2. Abul. in cap. 19. Matth. quaest. 177. Soto lib. 1. de natura, et gratia, cap. 22. Cajetan, Conrad, Medina, and other more recent Thomists on the prima secundae quaest. 109. art. 3. Cano relect. de poenit. p. 5. Valencia tom. 2. disp. 1. quaest. 1. p. 4. Tannerus disp. 2. quaest. 2. dub. 2.

Vera igitur sententia est, dari duplicem amorem Dei, utique amicitiae; alterum, ut finis naturalis; alterum ut finis est supernaturalis. Ita D. Bonav. in 2. dist. 3. p. 2. art. 3. quaest. 1. in corpore, et ad 3. quem retulit ad hoc. Et prima secundae, tract. de Gratia, disp. 7. quaest. 11. §. Nota secundo. Idem sensere Alensis 2. p. quaest. 131. membr. 3. et quaest. 91. membr. 1. ad 7. Altisiodor. lib. 2. summae, tract. 1. cap. 4. Richard. 2. dist. 3. art. 7. et dist. 28. art. 1. quaest. 1. Astim. in 2. dist. 39. quaest. 1. art. 2. Abul. in cap. 19. Matth. quaest. 177. Soto lib. 1. de natura, et gratia, cap. 22. Caietanus, Conrad. Medina, aliique Thomistae Recentiores prima secundae quaest. 109. art. 3. Cano relect. de poenit. p. 5. Valentia tom. 2. disp. 1. quaest. 1. p. 4. Tannerus disp. 2. quaest. 2. dub. 2.

5 The same S. Thomas taught most clearly in p. 1. quaest. 60. art. 5. and in the prima secundae, quaest. 109. art. 3. ad 1.

Idem praeclare docuit S. Thomas p. 1. quaest. 60. art. 5. et prima secundae, quaest. 109. art. 3. ad 1.

6 And indeed that it is given is defined by Pius V. and Gregory XIII., condemning proposition 34. of Michael Baius, who denied this division.

Et sane id dari, definiunt Pius V. et Gregorius XIII. damnantes propositionem 34. Michaelis Baii, qui hanc divisionem negabat.

7 *It is proved* also by the reason brought forward in the prima secundae, in the place cited, because God can be known under both aspects, and precisely as the author of nature, as the Philosophers acknowledged him: and as the author of grace and glory, as faith teaches: Therefore the will, under these distinct aspects, can pursue him with love, namely of friendship, since the end is twofold, and a good, and therefore to be loved, as S. Thomas argues ad 3.

> Probatur *etiam ratione allata prima secundae, loco adducto, quia Deus potest cognosci utraque ratione, et ut author naturae praecise, sicut agnovere ipsum Philosophi: et ut author gratiae, et gloriae, ut fides docet: Ergo voluntas sub his rationibus distinctis potest eum amore prosequi, nempe amicitiae, ut est duplex finis, et bonus, atque adeo amandus, ut arguit S. Doct. ad 3.*

8 Vasquez answers, cap. 4. that the goodness of God is indeed known by natural reason; but that it is not shown here that he is to be loved with the love of friendship, since not even among the gentiles is any trace of such love found; indeed Aristotle denied friendship between God and men.

> Respondet *Vasquez cap. 4. ratione quidem naturali cognosci bonitatem Dei; at vero non hic ostendi amandum amore amicitiae, cum neque inter gentiles aliquod talis amoris vestigium inveniatur; quin Aristoteles amicitiam inter Deum, et homines negavit.*

9 But Aristotle in 8. and 9. Eth. conceded from this chapter true friendship between God and men, inasmuch as God is loved as an end; although from another chapter he may assert it is not entirely complete, since it is a total sharing in goods; and indeed you will find no philosopher denying that God is loved for himself as a natural end, as Tanner noted, num. 42.

> *At Aristoteles 8. et 9. Eth. ex hoc capite concessit veram amicitiam inter Deum, et homines, quatenus amatur Deus ut finis; esto ex alio capite non omnino completam astruat, cum sit totalis communicatio in bonis; et sane nullum invenies philosophum negantem, amari Deum propter se, ut finem naturalem, ut notavit Tanner. num. 42.*

10 *You will object* first, that this twofold love is not found in Scripture or the Fathers, as is seen in D. Augustine on Ps. 53. *I will sacrifice to thee willingly,* and epist. 113. and in Bernard in the book on loving God.

> Obiicies *primo, non inveniri in Scriptura, vel Patribus hunc duplicem amorem, ut videre est in D. August. in id Psal. 53.* Voluntarie sacrificabo tibi*, et epist. 113. ac Bernardo lib. de diligendo Deo.*

11 *It is answered,* that a twofold love is found in exercise; for the Scriptures and the Fathers preach that God is to be loved from diverse motives and from a twofold principle, whether from the benefits of nature or from the gifts of grace: For thus also they propose a twofold faith to the objection, as Tanner noted, num. 47.

> Respondetur*, haberi duplicem amorem in exercitio; nam ex diversis motivis, duplicique ex capite diligendum Deum praedicant Scripturae, et Patres, sive ex beneficiis naturae, sive ex donis gratiae: Sic enim etiam duplicem obiectioni fidem proponunt, ut notavit Tanner num. 47.*

12 *You will object* secondly. That love could be had without grace, and yet the love of God as friendship is repugnant to mortal sin.

> Obiicies *secundo. Amor ille haberi posset sine gratia, cum tamen amor Dei amicitiae repugnet peccato lethali.*

13 *It is answered,* that this is not inconvenient; nor does every love of friendship conflict with sin, but only the supernatural one.

> Respondetur, *hoc non esse inconveniens; Neque omnis amor amicitiae repugnat peccato, sed supernaturalis.*

14 Whether, however, from this a natural habit of the love of God is produced; Cajetan denies it, prima secundae, quaest. 62. art. 3. and quaest. 109. art. 3. and Valencia here p. 1. §. 4.

> *An vero hinc producatur habitus naturalis amoris Dei; Negant Caietanus prima secundae, quaest. 62. art. 3. et quaest. 109. art. 3. Valentia hic p. 1. §. 4.*

15 But more correctly Aragon affirms it: 2. 2. quaest. 25. art. 1. ad ult. Tanner disp. 2 q. 2. dub. 2. n. 52. where he says it is the common opinion. Otherwise the foundation for finding acquired habits would vanish for us; and as to this, Meldula argues well, 3. disp. 6. quaest. 23. num. 589. since we find by clear experience that such habits are acquired. But those err, as I shall soon prove, who will that they are acquired by acts.

> *Rectius tamen affirmant Aragon: 2. 2. quaest. 25. art. 1. ad ult. Tanner. disp. 2 q. 2. dub. 2. n. 52. ubi ait, esse communem sententiam. Alioqui evanesceret nobis fundamentum inveniendi acquisitos habitus, et quoad hoc, bene arguit Meldula 3. disp. 6. quaest. 23. num. 589. cum liquido experimento inveniamus, sic habitus acquiri. Fallunt vero, ut mox probabo, volens, eos acquiri actibus.*

16 It can moreover be inquired, with Tanner, num. 64. Whether the habit and acts of charity, granted above, always differ in the formal object.

> *Potest autem inquiri cum Tannero num. 64. An habitus, et actus charitatis, concessi supra, differant semper in obiecto formali.*

17 I assert that natural and supernatural acts can indeed have the same material object, but the adequate formal object must always be distinct. So D. Bonaventure and the others cited above, as Tannerus notes, to whom Curielem adds, p. 1. quaest. 109. art. 3. For acts are specified by the object, or are known as specified by it: But the acts of natural friendship have as object the goodness of God as it is the end of nature; but the acts of supernatural charity have as object the goodness of God inasmuch as it is a supernatural end. *It is confirmed;* for acts bear an intrinsic order to the formal object. What is objected on this will easily collapse.

> *Assero, posse quidem actus naturales, et supernaturales habere idem obiectum materiale, attamen semper formale adaequatum esse distinctum. Ita D. Bonavent. et alii supra allegati, ut notat Tannerus, quibus addit Curielem p. 1. quaest. 109. art. 3. Nam actus specificantur ab obiecto, vel ab eo specificati agnoscuntur: At vero actus amicitiae naturalis habent pro obiecto bonitatem Dei, ut est finis naturae, Actus vero charitatis supernaturalis habent obiectum bonitatem Dei, quatenus est finis supernaturalis.* Confirmatur; *nam actus dunt intrinsecam ordinem ad formale obiectum. Ea, quae obiiciuntur, hinc facile ruent.*

18 As to the other question: Whether from supernatural acts a new habit of charity is acquired, distinct from the infused one; or whether that habit is perfected by those acts, with new degrees added: And indeed I shall inquire into the latter in quaest. 11.

> *Quoad alteram quaestionem: An actibus supernaturalibus acquiratur novus habitus charitatis, distinctus ab infuso: An vero ille per eos actus perficiatur, additis novis gradibus: Et quidem hoc secundum inquiram quaest. 11.*

19 As to the former part, some hold that from the acts of Faith, Hope, and Charity new habits are generated, which are not Theological virtues, since they are not infused by God; yet they are Theological, because they are concerned immediately with God. So the Nominalists, and Scotus in 3.

dist. 23. and 26. whom his disciples follow, Arretinus disp. 27. art. 6. Poncius disp. 26. quaest. 2. Mastrius disp. 6. quaest. 23. and other Scotists.

> *Quoad priorem partem censent aliqui, ex actibus Fidei, Spei, et Charitatis generari novos habitus, qui non sunt virtutes Theologicae, cum non sint a Deo infusi; esse tamen Theologicos, quia circa Deum immediate versantur. Ita Nominales, et Scotus in 3. dist. 23. et 26. quem sequuntur discipuli, Arretinus disp. 27. art. 6. Poncius disp. 26. quaest. 2. Mastrius disp. 6. quaest. 23. et alii Scotistae.*

20 The same think Aversa quaest. 55. sect. 7. Coninch. lib. 1. de virtutibus, disp. 7. dub. 3. Oviedo 1. 2. tract. 3. controv. 2. p. 4.

> *Idem sentiunt Aversa quaest. 55. sect. 7. Coninch. lib. 1. de virtutibus, disp. 7. dub. 3. Oviedo 1. 2. tract. 3. controv. 2. p. 4.*

21 The second opinion denies that an acquired Charity is given. So D. Thomas 1. 2. quaest. 51. art. 4. ad 3. and the Thomists. This seems to be the opinion of D. Bonaventure 3. dist. 27. quaest. 3. in corpore, and in the de septem Itineribus AEternitatis, Itinere 4. cap. 3. at the end, where he always persists, that from the acts of the supernatural habit of charity one indeed advances in the perfection of the same habit, but no new one is produced; but that habits produced anew are from natural acts.

> *Secunda sententia negat, dari Charitatem acquisitam. Ita D. Thom. 1. 2. quaest. 51. art. 4. ad 3. et Thomistae. Haec videtur sententia D. Bonav. 3. dist. 27. quaest. 3. in corpore, et de septem Itineribus AEternitatis, Itinere 4. cap. 3. ad finem, ubi semper persistit, ex actibus habitus supernaturalis charitatis proficere quidem in perfectione eiusdem habitus, non tamen novum produci; sed habitus de novo productos esse ex naturalitate.*

22 The same think Vasquez p. 2. disp. 79. cap. 10. Caspens. de charitate, dist. 2. sect. 2. and commonly, as Tanner relates, disp. 2. quaest. 2. dubio 4.

> *Idem sentiunt Vasquez p. 2. disp. 79. cap. 10. Caspens. de charitate, dist. 2. sect. 2. et communiter, ut refert Tanner. disp. 2. quaest. 2. dubio 4.*

23 I assert with this opinion, that no acquired habit of Charity is given.

> *Assero cum hac sententia, non dari habitum Charitatis acquisitum.*

24 *It is proved.* Either that habit, acquired from the acts of the infused habit, would be of the same species as the infused habit, or of a diverse one. Not the first, because an infused habit is such that it cannot be made by nature: Nor the second, because a habit is made from acts of the same species.

> Probatur. *Vel is habitus, acquisitus ex actibus infusi habitus, esset eiusdem speciei cum habitu infuso, vel diversae. Non primum, quia habitus infusus talis est, ut per naturam fieri non possit: Neque secundum, quia habitus fit ex actibus eiusdem speciei.*

25 *I urge:* Either this habit, acquired from the acts of the infused virtue, would be natural, or supernatural; not the first, because it would not be of the same species as the acts from which it is obtained; but a natural habit is of the same species as the acts from which it is generated. Nor the second, because otherwise it would not be made from our acts.

> Urgeo: *Vel hic habitus, acquisitus ex actibus virtutis infusae, esset naturalis, vel supernaturalis; non primum, quia non esset eiusdem speciei, cuius sunt actus, e quibus comparatur; habitus autem naturalis est eiusdem speciei cum actibus, ex quibus generatur. Neque secundum, quia alioqui ex actibus nostris non fieret.*

26 Mastrius answers, that it would be a natural habit, because the acts of these virtues are supernatural only as regards the manner, not the substance.

> Respondet Mastrius, *fore habitum naturalem, quia actus harum virtutum sunt supernaturales tantum, quoad modum, non quoad substantiam.*

27 But this answer was refuted in disp. 1. quaest. 27.

> *Sed haec responsio revulsa est disp. 1. quaest. 27.*

28 *You will object,* because a Catholic, accustomed to elicit acts of faith and charity, acquires facility in believing; but this does not come from the infused habit, because it would produce the same effect in a Neophyte. Next it is proved, because a heretic, after the supernatural habit is lost, retains the same facility regarding those things which he still believes: Therefore from a habit acquired by supernatural acts. The same argument holds for Hope and Charity; for the same heretic experiences himself prompt to love and to hope.

> Obiicies, *quia Catholicus, assuetus elicere actus fidei, et charitatis, acquirit facilitatem credendi; sed haec non provenit ex habitu infuso, quia eundem effectum produceret in Neophyto. Deinde probatur, quia haereticus, post amissum habitum supernaturalem, retinet eandem facilitatem circa illa, quae adhuc credit: Ergo ex habitu acquisito per actus supernaturales. Idem argumentum viget de Spe, et Charitate; nam idem haereticus se promptum experitur ad amandum, et sperandum.*

29 S. Thomas answers, dist. 27. cit. *from D. Augustine in the book de spiritu, et anima, near the beginning, that by the acts of the infused virtue the infused habit is perfected and increased by God, but no new one is acquired.* So the other Thomists also answer. And indeed, as it has its origin from God, so it is increased by God, as D. Bonaventure teaches, 1. dist. 17. p. 2. quaest. 2. Therefore by supernatural acts the increase of charity is measured out to man, as D. Augustine teaches, epist. 106. cited by S. Bonaventure, fundamentum 1. and I shall show in quaest. 11. That something of facility remains in the heretic; *it is answered* that this is done through the acts of the natural order, which are usually elicited together with the supernatural ones.

> Respondet S. Doct. *dist. 27. cit.* ex D. August. in lib. de spiritu, et anima, circa principium per actus virtutis infusae perfici, et augeri a Deo habitum infusum, non vero novum acquiri. *Sic respondent etiam alii Thomistae. Ita vero ut sicut a Deo habet ortum; ita a Deo augeatur, ut docet D. Bonavent. 1. dist. 17. p. 2. quaest. 2. Itaque actibus supernaturalibus metetur homo augmentum charitatis, ut docet D. August. epist. 106. apud S. Bonavent. fundamento 1. et ostendam quaest. 11. Quod vero maneat aliquid facilitatis in haeretico;* Respondetur *id fieri per actus ordinis naturalis, qui simul elici solent cum supernaturalibus.*

Question X: Whether charity can be formless

1 I assert that Charity is never formless.

> ***An Charitas possit esse informis.***
>
> *Assero, Charitatem nunquam esse informem.*

2 *It is proved by St. Bonaventure.* A virtue which makes a man beloved of God, and just and perfect, is always formed: such is Charity: Therefore. The minor is proved from John 14: *He that loveth me, shall be loved of my Father.* Colossians 3: *Above all these things have charity, which is the bond of perfection.* First Corinthians 13, where the perfections of charity are described, and without it the remaining virtues

are counted as nothing, as if without form. Therefore the form of the virtues cannot be formless: Charity is the form of the virtues, from what was said in question 8. Therefore.

> Probatur a D. Bonavent. *Virtus; quae dilectum facit Deo, et iustum, ac perfectum, semper est formata: Talis est Charitas: Ergo. Minor probatur Ioan. 14.* Qui diligit me, diligetur a Patre meo. *Coloss. 3.* Super omnia haec charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. *Prima Cor. 13. ubi perfectiones charitatis describuntur, et sine ea reliquae virtutes nihili pendentur, tanquam sine forma. Igitur forma virtutum non potest esse informis: Charitas est forma virtutum ex dictis quaest. 8. Ergo.*

3 *It is proved secondly.* That virtue by which a man is perfectly converted to God, loving Him above all things and keeping His law, cannot be formless: such is charity, which is *the end of the Law*, First to Timothy 1, *the bond of perfection*, Colossians 3. The same is said in Matthew 22 and Luke 10: *Thou shalt love the Lord thy God, etc. And thy neighbor as thyself: on these two commandments dependeth the whole law; this do, and thou shalt live.*

> Probatur secundo. *Ea virtus, qua perfecte conversus homo in Deum, illum diligit super omnia, observando eius legem, non potest esse informis: Talis est charitas, quae est* finis Legis*, prima ad Timot. 1.* Vinculum perfectionis*, Coloss. 3. Idem Matth. 22. et Lucae 10. dicitur:* Diliges Dominum Deum tuum, etc. Et proximum, sicut te ipsum: hoc fac, et vives.

4 *It is proved thirdly from the Saintly Doctor.* That virtue which is opposed to every mortal sin is always formed; such is Charity: Therefore. The major is evident. The minor is proved first from St. Augustine, de libero arbitrio, cap. 3, where it is said that every sin arises from concupiscence. Then it is proved from the Saintly Doctor, from St. Augustine, 14 de civitate Dei, cap. 18, where he says: that every affection arises from love, and the city of the devil is built up from disordered love; but the city of God from right love.

> Probatur tertio a S. Doct. *Virtus illa, quae omni peccato opponitur lethali, semper est formata; talis est Charitas: Ergo. Maior est evidens. Minor probatur primo ex D. August. de lib. arbitr. cap. 3. ubi dicitur, omne peccatum esse ex libidine. Deinde probatur a S. Doct. ex D. August. 14. de civit. cap. 18. ubi ait: Quod omnis affectio oritur ex amore, et civitas diaboli ex amore inordinato aedificatur; civitas autem Dei ex recto amore.*

5 That which he objects to himself, the Saintly Doctor easily resolves from the doctrine brought forward, drawn from the nature of charity, which either is sanctifying grace; or, if distinct, as is more certain, it always stands together with it, and accordingly, although there can be Fear, Faith, Hope, and the other virtues, it does not therefore follow that there can be Charity, which is the form and perfection of the virtues. Wherefore it implies a contradiction to have charity and to be impious.

> *Ea vero, quae sibi obiicit, S. Doct. facile solvit ex doctrina allata, sumpta ex natura charitatis, quae vel est gratia sanctificans; vel si distincta, ut certius est, cum ea semper stat, atque adeo, licet possint esse Timor, Fides, Spes, et aliae virtutes; non ideo potest esse et Charitas, quae est forma, et perfectio virtutum. Quare implicat, habere charitatem, et esse impium.*

6 From all these questions we have that Charity is supernaturally infused, and cannot be had by the powers of nature. For so it is said in *Romans 5*: *The charity of God is poured forth in our hearts;* or *infused*, as Cyprian signifies in *libro de exhortatione ad Martyrium, cap. 9*, and as the Council of Trent understands and defines, *session 6, cap. 9*, and in other places above.

> *Ex his omnibus quaestionibus habemus, Charitatem esse supernaturaliter infusam, neque viribus naturae haberi posse. Sic enim* Rom. 5. *dicitur :* Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris : *vel* infusa*, ut significat Cyprianus* lib. de

exhortatione ad Martyrium, cap. 9. *et intelligit, ac definit Concilium Trident.* sess. 6. cap. 9. *et aliis locis supra.*

7 The REASON of St. Bonaventure is formed from all the questions brought forward, especially from this one, thus: That virtue which infallibly raises to a supernatural end, and to supernatural friendship with God, is an infused supernatural virtue, or entity; such is Charity, from what has been said: Therefore. That it is from God as efficient cause, the Scriptures testify, *Romans 5, 2 Timothy 1, First John 3 and 4.*

RATIO D. Bonavent. ex omnibus allatis qq. *praecipue ex ista, sic formatur : Illa virtus, quae infallibiliter elevat ad finem supernaturalem, et ad Dei amicitiam supernaturalem, est virtus, seu entitas supernaturalis infusa; Talis est Charitas, ex dictis : Ergo. Eam vero esse a Deo efficiente testantur Scripturae* Rom. 5. 2. Timot. 1. Prima Ioan. 3. et 4.

Question XI: Whether charity increases, and how

1 IOVINIANUS established by this heresy that there is no augmentation of charity, but that all are equal in merits and all in reward; which error I refuted in *prima parte, Tract. 1. disput. 11, and prima secunda, Tract. de Gratia, disput. 4.* Thus also I expelled, as infected, the Sectarians.

IOVINIANUS haeresi hac statuit, nullum esse augmentum charitatis, sed omnes meritis, omnesque praemio esse aequales, cuius errorem repuli prima parte Tract. 1. disput. 11. et prima secunda, Tract. de Gratia, disput. 4. *Sic etiam Sectarios infectatus explosi.*

2 OTHERS with St. Bonaventure said that Charity is increased by another diverse one succeeding, as days are said to grow, not by addition to the days, for instance of April, but by others of May succeeding.

ALII apud D. Bonav. dixere, augeri Charitatem per aliam diversam succedentem, sicuti dicuntur crescere dies, non per additionem ad dies, puta Aprilis, sed per alios succedentes Maii.

3 Others said that charity is increased, but by a deeper rooting alone in the subject. Thus the Thomists with St. Thomas here, and Valencia *quaest. 1. p. 3.*

Alii dixere, augeri charitatem, sed per maiorem solam radicationem in subiecto. Ita Thomistae cum D. Thom. hic, Valentia quaest. 1. p. 3.

4 The TRUE opinion of the Theologians, however, is that charity is increased by the addition of degrees: to this Cajetan tries to reduce St. Thomas.

VERA tamen sententia Theologorum est, augeri charitatem per additionem graduum : Ad hanc conatur Caietanus reducere D. Thomam.

5 St. Bonaventure observes, however, in *quaest. 5.* that augmentation is a passion of quantity, which is twofold: one of bulk, the other of virtue, from St. Augustine *libro de quantitate animae, cap. 3.* In spiritual things, indeed, that is virtue which in bodily things is bulk. Increment is also given in qualities according to the intension of degrees, as in heat up to the eighth; and in this way the question is raised about the augmentation of charity: whether it is increased according to intension and virtue, which is truly a physical augmentation, by which other forms also grow. But a moral augmentation can also be given, by which the subject, growing morally in the order of merit,

meritoriously causes such an augmentation; and in this sense St. Augustine spoke, *epist. 106, apud D. Bonav.: Charity merits to be increased, that, when increased, it may merit to be perfected.*

> *ADVERTIT autem* quaest. 5. *S. Bonavent. augmentum esse passionem quantitatis, quae duplex est; alia molis, alia virtutis, ex D. August.* lib. de quantitate animae, cap. 3. *In spiritualibus vero id est virtus, quod in corporalibus moles. Datur etiam incrementum in qualitatibus secundum intensionem graduum, ut in calore usque ad octavum, et hoc modo quaeritur de augmento charitatis: An augeatur secundum intensionem, et virtutem, quod sane augmentum est physicum, quo aliae etiam formae crescunt. Dari vero potest etiam augmentum morale, quo moraliter in ratione meriti crescens subiectum meritorie causet tale augmentum, et hoc sensu locutus est D. August.* epist. 106. apud D. Bonav. Charitas meretur augeri, ut aucta mereatur perfici.

6 Secondly, the Saintly Doctor observes, in the *following question*, that some said charity is increased by the sole diminution of the contrary concupiscence: but he himself asserts outright that it is increased by the intension of itself; otherwise it could not have been increased either in the Angels or in innocent man.

> *ADVERTIT secundo, S. Doct.* quaest. sequenti, *aliquos dixisse, augeri charitatem per diminutionem solam contrariae cupiditatis: Sed omnino ipse asserit, eam augeri per intensionem ipsius; alioqui, neque in Angelis, neque in homine innocente potuisset augeri.*

7 I ASSERT first that Charity is intensified substantially and meritoriously.

> *ASSERO primo, Charitatem intendi substantialiter, et meritorie.*

8 It is PROVED first by St. Bonaventure with the argument of St. Augustine *epist. 106,* which the Council of Trent uses, *sess. 6. de Iustificatione cap. 10.* The increment of charity is made by merit in Charity itself, which the just man has on the way, and it is perfected in the fatherland: but this is the true physical Charity, poured forth in our hearts: therefore. This argument supposes first that we can merit the increment of charity, which is proved *from 4. ad Ephes.: Let us grow in charity. Philip. 1: This I pray, that your charity may more and more abound; and first Thessal. 3: May the Lord multiply you, and make you abound in charity. Apoc. 1: He that is just, let him be justified still. Eccles. 18: Fear not to be justified even to death. Prima Cor. 9: He will increase the growths of the fruits of your justice.* Whence St. Augustine above: *Grace merits to be increased, that, when increased, it may merit to be perfected.* And St. Gregory, *homil. 15. in Evang.: Every virtue is increased, as it were, by certain degrees; and thus, by the increments of merits, it is led to the summit.* Finally *Iacob. 2: You see that a man is justified by works, and not by faith only.*

> *PROBATUR primo a D. Bonav. argumento D. August.* epist. 106. *quo utitur Concilium Trident.* sess. 6. de Iustificatione cap. 10. *Incrementum charitatis fit per meritum in Charitate ipsa, quam habet iustus in via, et perficitur in patria : Sed haec est vera Charitas physica, diffusa in cordibus nostris : ergo. Hoc argumentum supponit primo, nos posse mereri incrementum charitatis, quod probatur* ex 4. ad Ephes. Crescamus in charitate. Philip. 1. Hoc oro, ut charitas vestra magis abundet, et prima Thessal. 3. Vos Dominus multiplicet, et abundare faciat in charitate. Apoc. 1. Qui iustus est, iustificetur adhuc. Eccles. 18. Ne verearis usque ad mortem iustificari. Prima Cor. 9. Augebit incrementa frugum iustitiae vestrae. *Unde D. August. supra :* Gratia meretur augeri, ut aucta mereatur perfici. *Et D. Gregorius,* homil. 15. in Evang. Unaquaque virtus, quasi quibusdam gradibus augetur; et sic per incrementa meritorum ad summum perducitur. *Tandem* Iacob. 2. Videtis quod ex operibus iustificatur homo, et non ex fide tantum.

9 Next, the argument supposes that the augmentation of the same charity is brought about, which the cited passages of Scripture prove; and therefore the Church prays: *Grant us, O Lord, the increase of*

faith, hope, and Charity; and the philosophical reason is at hand, for intension is the addition of a new degree, or of virtue, to the same thing, as Aristotle teaches *1. de Gener. text. 31,* and St. Bonaventure observes *quaest. 2. fund. 2.*

> *DEINDE supponit argumentum, fieri augmentum eiusdem charitatis, quod probant loca scripturarum allata, et ideo orat Ecclesia :* Da nobis Domine, fidei, spei, et Charitatis augmentum; *et ratio philosophica adest, nam intensio, est additio novi gradus, vel virtutis ad idem, ut docet Aristoteles* 1. de Gener. text. 31. *et advertit S. Bonavent.* quaest. 2. fund. 2.

10 THIRDLY it supposes that the same charity is perfected in the fatherland,[1] which is asserted in *prima Cor. 13: Charity never falleth away.* And therefore the Apostle says, *prima Corinth. 15,* speaking of merit and reward, to which it corresponds: *One is the brightness of the sun, another the brightness of the moon, another of the stars. For star differeth from star in brightness: so also is the resurrection of the dead. It is sown in corruption, it shall rise in incorruption. It is sown in ignominy, it shall rise in glory.*

1 Editor's note: the print/OCR reads 'eandem chastatem perfici in patria'; 'chastatem' (chastity) contradicts the context, which is entirely about charity (1 Cor. 13 is quoted immediately after); rendered as 'charitatem' (charity).

> *TERTIO supponit, eandem charitatem perfici in patria, quod asseritur* prima Cor. 13. Charitas nunquam excidit. *Et ideo ait Apostolus* prima Corinth. 15. *loquens de merito, et praemio, illi respondente :* Alia claritas solis, Alia claritas Lunae, alia stellarum. Stella enim a stella differt in claritate : sic et resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria.

11 The MINOR is of faith, proved in prima secunda, *Tract. de Gratia, disp. 3.* This argument is strengthened also by the other foundations of the Seraphic Doctor.

> *MINOR est de fide probata prima secunda,* Tract. de Gratia, disp. 3. *Hoc argumentum caeteris etiam fundamentis Seraphici roboratur.*

12 THE SECOND foundation, therefore, is: Every motion from lesser to greater, the thing remaining, is an augmentation: but Charity, remaining essentially the same that it is on the way, is increased in the fatherland: Therefore. The major is evident. The minor is proved *from 1. Cor. 13: Charity never falleth away.*

> *SECUNDUM ergo fundamentum est: Omnis motus a minori ad maius, re manente, est augmentum : Sed Charitas manens eadem essentialiter, quae in via, augetur in patria : Ergo. Maior est evidens. Minor probatur* ex 1. Cor. 13. Charitas nunquam excidit.

13 THE THIRD foundation. To the quantity of the charity of the way there corresponds the reward of glory and of the charity of the fatherland; but in the fatherland the rewards will be unequal, as I showed *from prima Cor. 15.* Therefore.

> *TERTIUM fundamentum. Quantitati charitatis viae respondet praemium gloriae, et charitatis patriae; sed in patria erunt praemia inaequalia, ut ostendi* ex prima Cor. 15. *Ergo.*

14 THE FOURTH. A being which is not the highest can be made better: Charity is not the highest good; otherwise it would be the same in each individual, and accordingly would have equal effects in all and each, which is false; for in one just man it works more and higher things than in another. Nor is it the highest, that it could be, since it is the perfection by which a man is formally constituted on the way toward the ultimate term of the fatherland. Whence the Saintly Doctor forms the argument thus, which St. Thomas also uses, *art. 4.* That perfection by which a man is formally constituted on

the way toward a term can be increased; but Charity is that perfection by which a man is constituted on the way toward beatitude, which is the ultimate term: Therefore. The major is evident; for it belongs above all to a wayfarer that he be able to advance on the way. The minor is proved by St. Bonaventure *quaest. 2. fundamento 3,* because Charity is as it were a *Light, growing from the dawn of grace to the most brilliant noon of glory.* Therefore *Proverb. 4: The path of the just, as a shining light, goeth forward, and groweth even to the perfect day.* Valencia uses the same reason *disp. 3. quaest. 2. p. 3.*

> *QUARTUM. Ens, quod non est summum, potest meliorari : Charitas non est summum bonum, alioqui esset in singulis idem; atque adeo haberet in omnibus, et singulis, aequales effectus, quod est falsum; nam in uno iusto plura, et altiora operatur, quam in alio. Neque est summam, quod possit esse, cum sit perfectio, per quam homo constituitur formaliter in via ad ultimum terminum patriae. Ex quo sic format S. Doct. argumentum, quo utitur etiam D. Thom.* art. 4. *Illa perfectio, per quam homo constituitur formaliter in via ad terminum, potest augeri; sed Charitas est illa perfectio, per quam homo in via constituitur ad beatitudinem, quae est ultimus terminus: Ergo. Maior est evidens; nam ad viatorem maxime pertinet, ut in via progredi queat. Minor probatur a D. Bonavent.* quaest. 2. fundamento 3. *quia Charitas est quasi* Lux, crescens ab aurora gratiae ad meridiem praeclarissimam gloriae. *Ideo* Proverb. 4. Iustorum semita, quasi Lux splendens, procedit, et crescit usque ad perfectum diem. *Eadem ratione utitur Valentia* disp. 3. quaest. 2. p. 3.

15 I ASSERT secondly that this augmentation is physically from God.

> *ASSERO secundo, hoc augmentum physice esse a Deo.*

16 *IT IS PROVED* IT IS PROVED by St. Bonaventure, quaest. 2, fundamento 4, and his reply. A thing is increased by the same by which it is produced: but charity is infused by God: Therefore. The major is proved, because the same virtue is capable of acting upon the essence, and upon the degrees of the essence, and its accidents; the minor is proved from Romans 5: *The charity of God is poured forth in our hearts by the Holy Ghost, who is given to us.* Second Timothy 1: *God hath given us the spirit of love;* first John 3: *Behold what manner of charity God hath given us, that we should be called, and be, the sons of God;* and cap. 4: *Charity is of God.* Cajetan uses this argument on art. 6 of St. Thomas, and Valencia, disput. 3, quaest. 2, p. 3, assert. 7, where he discusses: whether, at least by God's absolute power, man could be, at least instrumentally, the physical cause of the augmentation of charity: and indeed he himself asserts it, thinking that charity is not created. But this was exploded in p. 1, Tract. 3, disputation 1, where I showed that infused habits are created.

> PROBATUR *a D. Bonavent. quaest. 2. fundamento 4. et corpore. Ab eodem res augetur, a quo producitur: Sed chatitas infunditur a Deo: Ergo. Maior probatur, quia eadem est virtus potens in essentiam, et in gradus essentiae, et accidentia eius, Minor probatur Rom. 5.* Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. *Secunda Timoth. 1.* Dedit nobis Deus spiritum dilectionis, *prima Ioan. 3.* Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, ut filii Dei nominemur, et simus, *et cap. 4.* Charitas ex Deo est. *Hoc argumento utuntur Caietanus ad art. 6. D. Thom. et Valentia disput. 3. quaest. 2. p. 3. assert. 7. ubi discutit: An saltem absoluta Dei potentia posset homo, saltem instrumentaliter, esse causa physica augmenti charitatis: Et quidem ipse id asserit, putans, charitatem non creari. Sed hoc explosum est p. 1. Tract. 3. disputatione 1. ubi ostendi, habitus infusos creari.*

17 *You will object* first. Every form is unchangeable, consisting in something indivisible.

> Obiicies *primo. Omnis forma est invariabilis, consistens in indivisibili.*

18 The Saintly Doctor *answers* that this is true as to universal essences, and even singular ones as to what is essential, but not by reason of the subject, against Scotus, 1. dist. 17, quaestione 4. The Saintly Doctor does not will that the form be changed essentially in subjects, but by a certain substantial perfection of the individual, as is clear in the rational soul; but he wills that it be varied accidentally by intensive degrees per se.

> Respondet *S. Doct. verum esse quoad essentias universales, et etiam singulares quoad essentialia, non autem ratione subiecti, contra Scotum 1. dist. 17. quaestione 4. Non vult S. Doctor, formam in subiectis essentialiter mutari, sed quadam substatiali individui perfectione, ut patet de anima rationali; accidentalem vero gradibus intensivis per se vult variari.*

19 *You will object* secondly. Simplicity does not admit magnitude.

> Obiicies *secundo. Simplicitas non admittit magnitudinem.*

20 He *answers* that it does not admit magnitude of bulk; but of virtue.

> Respondet*, non admittere magnitudinem molis; sed virtutis.*

21 *You will object* thirdly. Augmentation in bodily things is according to accident, from 5 *Phys.* t. 8.

> Obiicies *tertio. Augmentum in corporalibus est secundum accidens ex 5.* Phys. *t. 8.*

22 The Saintly Doctor *answers* that quantity is accidental to the how-much; but the augmentation of quantity is substantial to it; for it is made from its own entity by degrees, which in moral virtue are essential.

> Respondet *S. Doct. quantitatem esse quanto accidentalem; at quantitatis augmentum sibi substantiale esse; fit enim ex propria entitate per gradus, qui in virtute morali essentiales sunt.*

23 He *answers* secondly that the term of augmentation in bodily things is a quantity perfect per se; but per accidens it is increased also by the addition of substance, unless it comes about by rarefaction or protension; for when quantity is increased, the subject also is increased, in which it may be, although the formal term of augmentation is the quantity itself; so therefore in spiritual things the quantity of virtue is increased in Charity, which is indeed an accident, but one consubstantial with that form; as the third degree of heat, and the following ones, according to which it is intensified.

> Respondet *secundo, terminum augmenti in corporeis esse quantitatem perfectam per se; at per accidens augeri etiam additione substantiae, nisi fiat per rarefactionem, vel protensionem; cum enim augetur quantitas, augetur et subiectum, in quo illa sit, licet terminus formalis augmentationis sit ipsa quantitas; sic igitur in spiritualibus augetur quantitas virtutis in Charitate, quae est accidens quidem, sed tamen est illi formae consubstantialis; sicuti calori tertius gradus, et sequentes, secundum quos intenditur.*

24 *You will object* fourthly. If Charity is increased substantially, it is changed substantially; but *Charity never falleth away,* from prima Cor. 13. Therefore.

> Obiicies *quarto. Si Charitas substantialiter augetur, mutatur substantialiter, sed:* Charitas nunquam excidit, *ex prima Cor. 13. Ergo.*

25 The *answer is made* that Charity remains with respect to its being of itself; yet it is simply increased by degrees.

> Respondetur*, Charitatem manere respectu esse sui; simpliciter tamen augeri per gradus.*

26 *You will object* first, to prove that charity is increased by itself, because it is more powerful than fire; but fire by its own heat increases itself by combustion: Therefore.

> Obiicies *primo, ad probandum, charitatem augeri a seipsa, quia potentior est, quam ignis; sed ignis suo calore seipsum auget combustione: Ergo.*

27 The Saintly Doctor *answers* that Charity is not active as to creation.

> Respondet *S. Doct. Charitatem non esse activam ad creationem.*

28 *You will object* secondly, with St. Thomas, to prove that it is not increased by the addition of degrees, because it is simple.

> Obiicies *secundo cum D. Thom. ad probandum, eam non augeri per additionem graduum, quia est simplex.*

29 The Saintly Doctor *answers* that Charity has degrees of perfection, and therefore can be increased; nor do degrees according to intension repugn to a quality, even if it be a simple quality, for thus also heat is intensified. In the same way the Saintly Doctor answers in 2. dist. 27. art. 2. quaest. 2. ad 1.

> Respondet *S. Doct. Charitatem habere gradus perfectionis, ideo posse augeri; neque qualitati repugnant gradus secundum intensionem, etiamsi sit simplex qualitas, sic enim etiam calor intenditur. Eodem modo respondet S. Doct. in 2. dist. 27. art. 2. quaest. 2. ad 1.*

30 *You will say:* The point has a quantity of virtue, and yet cannot be increased.

> Dices: *Punctum habet quantitatem virtutis, nec tamen augeri potest.*

31 The Saintly Doctor *answers* that this happens because the point is complete in an indivisible of its genus, whence nothing can be united to it so as to be increased, because it is essentially such.

> Respondet *S. Doct. id evenire, quia punctum est in suo genere indivisibili completum, unde nihil ei potest uniri, ut augeatur, quia essentialiter est tale.*

32 NEXT he answers that the point is indivisible in the genus of quantity of bulk; but in the genus of quantity of virtue, no perfection is indivisible simply, except the Divine. Moreover, the point is an act, imperfect in the genus of quantity, which is not perfect in act; but only terminative with respect to lines; therefore it has not an infinite active power, but passive; whence it cannot produce lines, but terminate them; wherefore it is not compared to the Divine virtue, nor can it be augmented, as Charity can.

> *DEINDE respondet, punctum esse in genere quantitatis molis indivisibile; at in genere quantitatis virtutis, nulla perfectio est indivisibilis simpliciter, praeter Divinam. Praeterea punctum est actus, in genere quantitatis imperfectus, qui non est perfectus in actu; sed solum terminativus respectu linearum; ideo non habet potentiam infinitam activam, sed passivam; unde nequit lineas producere, sed terminare; quare non comparatur virtuti Divinae, nec potest augmentari, sicut Charitas.*

33 *You will object* secondly. Every addition implies composition, and this induces a diminution of virtue: Therefore, the greater the addition, the feebler charity becomes; and the feebler, the less.

> Obiicies *secundo. Omnis additio dicit compositionem, et haec diminutionem virtutis inducit: Ergo quanto maior sit additio, tanto impotentior fit charitas; et quanto impotentior, tanto minor.*

34 The Saintly Doctor *answers* first that as much as is added of formal parts to anything, so much is added of act and virtue; otherwise a lesser fire would be more powerful than a greater; and a syrup composed of many things would be feebler than one of its ingredients. Therefore charity is increased according to the degrees of the form.

> Respondet *S. Doct. primo, quantum additur de partibus formalibus alicui, tantum addi de actu, et virtute, alioqui minor ignis esset potentior, quam maior; et Sirupus compositus ex multis, esset impotentior, quam unum ex ingredientibus illius. Itaque charitas augetur secundum gradus formae.*

35 He *answers* secondly that increased Charity is not more composite, but more simple; for things stand in a contrary way in the quantity of bulk and in the quantity of virtue; for in the quantity of bulk the simplest is the least and weakest, as the point; and therefore in that genus approach to simplicity is diminution; but recession from the simplicity of the point is by addition: but in the how-much of virtue, the simplest is the greatest, namely God; therefore approach to simplicity is by addition; for the more degrees of perfection a creature has, the more it approaches the perfection, and accordingly the simplicity, of God: thus the Soul and the Angel excel the other creatures in the imitation of God, and yet do not exclude the simplicity of quantity. Therefore also charity, the more perfect, the more like to God.

> Respondet *secundo, Charitatem augmentatam non esse magis compositam, sed magis simplicem; contrario enim modo se habet res in quantitate molis, et in quantitate virtutis; in quantitate enim molis simplicissimum est minimum, et debilissimum, ut punctus; et ideo in hoc genere accessus ad simplicitatem est diminutio; recessus vero a simplicitate puncti est per additionem: at in quanto virtutis, simplicissimum est maximum, nempe Deus, ideo accessus ad simplicitatem, est per additionem; quanto enim creatura plures gradus habet perfectionis, tanto magis ad Dei perfectionem, atque adeo simplicitatem accedit: Sic Anima, et Angelus praecellunt in Dei imitatione reliquis creaturis, neque tamen excludunt simplicitatem quantitatis. Ideo et charitas, quo perfectior, eo similior Deo.*

36 *You will object* thirdly. If some degree is added to charity; either it is charity, or it is not. If not: Therefore it does not increase it. If the first: Therefore the first charity, with respect to the incoming charity, is material: Or if they do not stand thus, one will not be made, because one is not made out of many, unless one be as matter; the other, as act.

> Obiicies *tertio. Si additur charitati aliquis gradus; vel is est charitas, vel non. Si non: Ergo non auget illam. Si primum: Ergo charitas prima, respectu charitatis advenientis, est materialis: Vel si non sic se habent, non fiet unum, quia non fit unum ex pluribus, nisi unum sit ut materia; alterum, ut actus.*

37 The Saintly Doctor *answers* that the imperfect stands in the manner of the material with respect to a more perfect degree; thus heat as four stands with respect to itself intensified as eight; and in this way charity as four stands as in potency to the eighth degree, nor is there any inconvenience.

> Respondet *S. Doct. Imperfectum se habere ad modum materialis, respectu gradus perfectioris, sic calor ut quatuor, se habet, respectu sui, ut octo intensi; et hoc modo charitas ut quatuor se habet, ut in potentia ad octavum gradum, nec est ullum inconveniens.*

38 ¶ From this the argument of Valencia *assert. 4.* is resolved, by which he strives to prove that charity is not increased by the addition of some degree of charity, otherwise there would be several charities: for by those degrees one intensified quality is made; as from several degrees of heat one heat is made as four, or as eight.

¶ *Ex quo resolvitur argumentum Valentia* assert. 4. *quo nititur probare, charitatem non augeri per additionem alicuius gradus charitatis, alioqui essent plures charitates: Nam illis gradibus fit una qualitas intensa; sicut e pluribus gradibus caloris fit unus calor ut quatuor, vel ut octo.*

39 ¶ But what he himself teaches, *assert. 5.* that the augmentation of charity is made by a certain mode of perfection actualizing the subject; I confess to be unintelligible to me, because a natural virtue always acts with its whole self in the same subject: ergo, remaining the same, it always does the same: Therefore the just man is not apt to elicit more perfect acts, even if he grows in charity, as the Saintly Doctor argued in quaestione 1, fundamento 5. For the greatness of the effect comes from the greatness of the virtue; and the greatness of the virtue from the greatness of the essence. For either that virtue is the essence itself, or not. If the first: Therefore, the virtue being increased, the essence is increased. If the second: Either that virtue has an essence from which it flows, or not; if it has one; either it is the essence itself of charity, or another; if the essence itself of charity: Therefore, the virtue being increased, charity must have been increased; but if it has another essence, I ask about it: whether it is charity or not; and then it will be necessary either to go on to infinity, or to arrive at some new entity of charity, which may be the cause of that virtue.

¶ *Quod vero ipse docet* assert. 5. *augmentum fieri charitatis per quemdam modum perfectionis in subiecto actuando; fateor mihi inintelligibile esse, quia virtus naturalis agit semper tota in eodem subiecto: ergo manens eadem, semper facit idem: Ergo iustus non est aptus perfectiores actus elicere, quamvis crescat in charitate, ut arguebat S. Doct. quaestione 1. fundamento 5. Nam maioritas effectus venit ex maioritate virtutis; et maioritas virtutis ex maioritate essentiae. Vel enim illa virtus est ipsa essentia, vel non. Si primum: Ergo aucta virtute augetur essentia. Si secundum: Vel illa virtus habet essentiam a qua fluat, vel non; si habet; vel est ipsa essentia charitatis, vel alia; Si ipsa essentia charitatis: Ergo aucta virtute, oportet, auctam esse charitatem; si vero habet aliam essentiam. Quaero de illa: An sit charitas, necne; et tunc oportebit, vel abire in infinitum, vel devenire ad aliquem novam charitatis entitatem, quae sit causa illius virtutis.*

40 It is confirmed by St. Bonaventure *fundamento 1, and quaest. 2, fundamento 4,* because the moral act by which that charity is increased is new, from St. Augustine *epist. 106.* Likewise the physical act of God influencing: Therefore a new entity of Charity is produced.

Confirmatur a D. Bonav. fundamento 1. et quaest. 2. fundamento 4. *quia actio moralis, qua augetur illa charitas, est nova ex D. August.* epist. 106. *Similiter actio Physica Dei influentis: Ergo nova entitas Charitatis producitur.*

41 Valencia answers that it is enough if a new effect, formally distinct, accede to the new act. Thus to a new local motion a new mode accedes.

Respondet Valentia, satis esse, si novae actioni adveniat novus effectus formaliter distinctus. Sic novo motui locali, novus modus advenit.

42 Against this, first, because he equivocates: for that place, or *Ubi*, is an entity making in itself a new predicament, while with respect to the located thing it is a mode. Therefore let him concede to me that a new entity accedes to charity, which, since it is a virtue, must also accede with the new entity of Charity; and not a solitary new mode in the subject, without a new addition made to charity.

Contra primo, quia aequivocat: nam locus ille, seu Ubi *est entitas in se faciens novum praedicamentum, isto respectu locati sit modus. Igitur concedat mihi, novam entitatem advenire charitati, quae cum sit virtus, oportet ut et cum nova entitate Charitatis adveniat; non autem novus modus solitarius in subiecto, absque nova additione facta charitati.*

43 Therefore let there be the third Assertion, and proved, that the augmentation of charity is made by a newly added degree of charity. It is common to the Philosophers, and to almost all the Theologians.

> *Igitur sit Assertio tertia, probataque, augmentum charitatis fieri per novum additum gradum charitatis. Est communis Philosophis, et Theologis fere omnibus.*

44 Here many things are disputed by the Doctors. First: whether grace and charity are increased by whatever works of whatever Virtues; but of this I treated in t. 2, *Tract. de Gratia, disp. 4. quaest. 4.* Next: whether by every work, or act, the remission and the augmentation of charity are acquired together. Of this I treated *loc. cit. quaest. 12.* Thirdly: whether this augmentation accedes immediately. Of this I discoursed *there, disp. 3, from quaest. 2, against Scotus; and it is* the common opinion of the Theologians, according to Turrianus *disp. 68. dub. 4.* Therefore the Council of Trent, *sess. 6. cap. 10.* defines that the justified, by the observance of the commandments, grow in justice itself by the grace of God received: and therefore it says that the Church prays: *Grant us the increase of faith, Hope, and Charity.* And indeed the arguments brought forward above show that this augmentation is made immediately after meritorious acts, as it were through moral causes, upon whose operation God physically infuses charity. Therefore, on account of the authority of the Council of Trent, Mastrius asserts, in 2. *disputatione 7. numero 359,* that the opposing opinion cannot be sustained, and he reprehends Faber.

> *Hic multa disputantur a Doctoribus. Primo: An quibuscumque operibus quorumcumque Virtutum augeatur gratia, et charitas; Sed de hoc egi t.* 2. Tract. de Gratia, disp. 4. quaest. 4. *Deinde: An quolibet opere, seu actu remissio acquiratur augmentum charitatis. De hoc egi* loc. cit. quaest. 12. *Tertio: An hoc augmentum illico adveniat. De hoc disserui* ibi, disp. 3. a quaest. 2. contra Scotum; et est *sententia communis Theologorum apud Turrianum* disp. 68. dub. 4. *Ideo Concil. Trident.* sess. 6. cap. 10. *definit, Iustificatos, per observationem mandatorum, crescere in ipsa iustitia per gratiam Dei acceptam: Et ideo ait, Ecclesiam orare:* Da nobis fidei, Spei, et Charitatis augmentum. *Et sane argumenta supra allata ostendunt, hoc augmentum fieri statim post actus meritorios, tanquam per causas morales, ad quarum operationem Deus physice infundit charitatem. Ideo propter authoritatem Concilii Tridentini, Mastrius* 2. disputatione 7. numero 359. *oppositam sententiam non posse sustineri, asserit, et reprehendit Fabrum.*

45 *You will say:* If the augmentation is conferred immediately after the first instant: Therefore, if the act of charity is continued for some time, in which there are infinite instants, it will be increased to infinity.

> *Dices: Si statim confertur post primum instans augmentum: Ergo si continuetur actus charitatis per aliquod tempus, in quo sunt instantia infinita, augebitur in infinitum.*

46 It is *answered* with Suarez *opusc. de revivisc. merit. disp. 2. sect. 5,* Caspensis *disp. 2. sect. 6, from St. Bonaventure dist. 17. quaest. ult.* that the augmentation is finite, because it is not reckoned according to duration by the division of time and of the act into aliquot parts; but according to the succession, or instantaneousness, of the work, in a physical manner; and works are done in a finite time; and according to the instants of the equal parts in which there is the operation; for as to the aliquot parts, to which finite things correspond, there are infinite instants, to which the aliquot parts of acts correspond; but they are not measured in this way, but according to a scarcely determined time.

> *Respondetur cum Suarez* opusc. de revivisc. merit. disp. 2. sect. 5. *Caspensi* disp. 2. sect. 6. ex D. Bonavent. dist. 17. quaest. ult. *augmentum esse finitum, quia non computatur secundum durationem per divisionem temporis, et actus in partes aliquotas; sed secundum successionem, vel instantaneitatem operis, modo physico; fiunt autem opera tempore finito; et secundum instantia partium aequalium, in quibus est operatio; nam quoad partes aliquotas, quibus*

respondent finita, sunt infinitae, quibus respondent partes aliquotae actuum; sed hoc pacto non mensurantur, sed secundum tempus vix determinatum.

47 From what has been said also, *Disp. de merito, in the questions cited, especially 8, and from what is said here,* that question lies resolved: whether the augmentation of Charity, of merit, and of glory grows from the inequality of the works which are commanded by Charity; so that, if charity, the same as four, commands two acts, one of Temperance, the other of Faith, the merit is increased from the mere inequality of these works, even though the commanding charity is equal.

Ex dictis etiam Disp. de merito, quaestionibus allegatis maxime 8. et ex dictis hic *resoluta iacet illa quaestio: An augmentum Charitatis, meriti, et gloriae, crescat ex inaequalitate operum, quae imperantur a Charitate; ita ut, si charitas, eadem ut quatuor, imperet duos actus; alterum Temperantiae; alterum Fidei, augeatur meritum ex mera inaequalitate horum operum; cum tamen charitas imperans sit aequalis.*

48 And indeed the opinion of Bannes is false, *quaest. 25. art. 6. dub. 5,* saying that it grows only unto an accidental reward. But the true opinion is that of Victoria *relect. de augmento charit. num. 11,* Valencia *disput. 3. quaest. 2. p. 3,* and Caspensis *sect. 7, after St. Thom. p. 2. quaest. 114. art. 4. ad 2,* that merit grows substantially.

Et quidem falsa est opinio Bannes quaest. 25. art. 6. dub. 5. *dicens, crescere solum ad praemium accidentale. Vera est autem sententia Victoriae* relect. de augmento charit. num. 11. *Valentia* disput. 3. quaest. 2. p. 3. *et Caspensis* sect. 7. post D. Thom. p. 2. quaest. 114. art. 4. ad 2. *crescere meritum substantialiter.*

49 It is proved from the said cited passages. As simply corresponds to simply, so more to more: but merit simply is had from the acts of the other virtues: Therefore also its augmentation. Therefore in the Council of Nicaea, in which the heresy of Jovinian was condemned, excluding the inequality of merits, when the Pontiff had condemned it, he writes to Ambrose, Bishop of Milan, and to the others, *epist. 81: The rustic, that is, the howling of wolves, is he who maintains no grace of virginity, no order of chastity, abolishing for different persons the degrees of different merits, as if there were one palm, and the titles of rewards did not abound.* Here he beats back Jovinian, who wished conjugal continence from unlawful things to be as meritorious as virginity, which is against the Apostle, *prima Corinth. 7: He that joineth his virgin in marriage doth well: and he that giveth her not in marriage doth better,* which words the Council adduces, and subjoins: *Better is virginity, by which the inheritance of the heavenly kingdom is acquired, and the succession of heavenly merits is found.* By which it is shown that he speaks of the reward, and of essential merit: for he names virginity simply better, as the Saintly Doctor also observes, *in 4. dist. 31. quaest. 1.*

Probatur ex dictis locis citatis. Sicut se habet simpliciter ad simpliciter; ita magis ad magis: sed meritum simpliciter habetur ex actibus aliarum virtutum: Ergo et augmentum. Ideo in Concilio Thelensi, in quo haeresis Ioviniani damnata est, excludens inaequalitatem meritorum, cum Pontifex eam damnasset, scribit Episcopo Mediolanensi Ambrosio, et aliis, epist. 81. Agrestis, idest, Luporum ululatus est, nullam virginitatis gratiam, nullam castitatis ordinem servare, diversis diversorum gradus abrogare meritorum, quasi una sit palma, et non abundent tituli praemiorum. *Retundit hic Iovinianum, qui volebat, ita meritoriam esse coniugalem continentiam ab illicitis, sicuti virginitatem, quod est contra Apostolum,* prima Corinth. 7. Qui iungit virginem suam, benefacit: et qui non iungit, melius facit, *quae verba adducit Concilium, et subdit:* Melior virginitas, per quam regni caelestis haereditas acquisita, et caelestium meritorum reperta successio. *Quo ostenditur, loqui de praemio, et merito essentiali: nam virginitatem simpliciter meliorem nominat, ut advertit etiam S. Doct.* in 4. dist. 31. quaest. 1.

50 This is also expressed in those words *Matth. 19: There are eunuchs who have castrated themselves for the kingdom of heaven,* which St. Jerome uses, *lib. 1. cont. Iovinianum.* The same St. Bonaventure uses *in Diaeta, titulo 6. capite 2.*

> *Id etiam exprimitur illis verbis* Matth. 19. Sunt qui seipsos castraverunt propter regnum caelorum, *quo utitur D. Hieron.* lib. 1. cont. Iovinianum. *Eodem utitur D. Bonavent.* in Diaeta, titulo 6. capite 2.

51 The same is proved by St. Bonaventure *ad 21. Lucae,* by the example of that Widow, who, one mite cast into the Gazophylacium, pleased God more than those who were throwing in whole gold coins; but this was done because she cast in of her want: Therefore merit grows from the force of the work, as St. Gregory, homil. 5 in Evang., and Beda upon those words expound.

> *Idem probatur a D. Bonavent.* ad 21. Lucae, exemplo illius Viduae, quae uno minuto demisso in Gazophylacium, plus Deo placuit, quam illi, qui integros aureos iaciebant; hoc autem factum est, quia de sua penuria misit: Ergo ex vi operis crescit meritum, ut exponunt S. Gregorius homil. 5. in Evang. et Beda ad ea verba.

52 Bannes answers that she prevailed by a greater charity: it is confirmed by him from St. Gregory *loc. cit., and* the Glossa *Interlin. on this passage, and St. Vincent, serm. 4. in septuag.,* saying that God weighs, not how much is offered, but from how much affection, as St. Bonaventure relates on that passage.

> *Respondet Bannes, eam praevaluisse ex maiori charitate: Confirmatur ab eo ex D. Gregorio* loc. cit. et *Glossa* Interlin. ad hunc locum, et D. Vincentio serm. 4. in septuag. dicentibus, Perpendere Deum, non quantum offertur, sed ex quanto affectu, ut refert S. Bonavent. ad eum locum.

53 But it teems with equivocation: for they wish to say that God regards not only that which is given, but rather with what affection, which indeed is not only from charity, but from the object of that virtue. Therefore Christ says *Matth. 10: Whosoever shall give a cup of cold water to one of the least of these, shall not lose his reward,* as the Saintly Doctor observes on that passage of *Luca,* where he brings forward other passages of Scripture proving that even the affection of the other virtues pertains to essential merit. Thus 66. *Isaia: Upon whom shall I look, except upon the poor, and the contrite of heart, and trembling at my words. Psalm. 101: He hath regarded the prayer of the humble. And Eccl. 35: Do not the tears of the widow go down to the cheek? for from the cheek they go up even to heaven. And Tobiae 4: If thou have but little, be studious to impart even a little gladly.*

> *Sed aequivoco scatet: Volunt enim dicere, Deum non respicere solum id, quod datur; sed magis quo affectu, qui quidem est, non solum ex charitate, sed ex obiecto illius virtutis. Ideo ait Christus* Matth. 10. Qui dederit uni ex minimis meis calicem aquae frigidae, non perdet mercedem, *ut observat ad eum locum* Luca S. Doct. *ubi alia affert Scripturae loca probantia, etiam affectum aliarum virtutum esse ad meritum essentiale. Sic 66.* Isaia: Ad quem respiciam nisi ad pauperculum, et contritum corde, et trementem sermones meos. Psalm. 101. Respexit in orationem humilium. Et Eccl. 35. Nonne lachrymae viduae ad maxillam descendunt: a maxilla enim ascendunt usque ad caelum. Et Tobiae 4. Si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude.

[Page 102 of the 1676 edition is missing from the only scan of this volume available to us, and therefore from this text. It held the end of Question XI and the heading and beginning of Question XII; the heading is supplied from the printed index.]

Question XII: Whether charity can be increased without limit

1 Thou shalt love the Lord thy God with thy whole heart, and with thy whole soul, and with thy whole strength; but this precept is fulfilled with perfect execution only in the fatherland. Therefore it

must be granted that it is then fulfilled completely when there is no other capacity in the heart; otherwise it would not be said *with the whole heart*. Nor is it true that a more intense quality makes the nature of the subject more disposed beyond its capacity; but within its limits. Therefore, if some subject is apt to receive so much heat as 4, it will not be able for 5 to accede. Thus therefore neither does the supernatural disposition dilate the power of capacity to infinity, but unto a limited term.

> *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota virtute, hoc vero praeceptum perfecta executione solum in patria impletur. Igitur oportet dari, ut tunc complete impleatur, quando non est alia capacitas in corde, alioqui non diceretur* in toto corde. *Neque est verum, qualitatem intensiorem reddere magis dispositam naturam subiecti ultra eius capacitatem; sed intra limites eius. Itaque, si aliquod subiectum est aptum recipere tantum calorem ut 4. non poterit advenire ut 5. Sic igitur neque supernaturalis dispositio dilatat potentiam capacitatis in infinitum, sed usque ad terminum limitatum.*

2 It is PROVED secondly by the Saintly Doctor. What in bodily things is bulk, that in spiritual things is virtue, and they stand proportionally, as St. Augustine teaches *de quantitate animae, cap. 3.* but in the quantity of bulk, by reason of the subject, the whole augmentation has a certain fixed state, because, as Aristotle says, 2 *de anima, textu 41: Of all things constituted by nature there is a term, and a ratio, of magnitude and of augmentation:* Therefore similarly in the quantity of virtue. Gallus uses this reason *3. dist. 13. quaest. 1. cap. 3,* and the author of the controversiae, Sotus *contr. 10, secunda Pars.*

> *PROBATUR secundo a S. Doctore. Quod est in corporeis moles, hoc est in spiritualibus virtus, et proportionaliter se habent ut docet D. Augustinus* de quantitate animae, cap. 3. *sed in quantitate molis ratione subiecti totum augmentum habet certum statum, quia, ut ait Aristoteles* 2. de anima, textu 41. Omnium natura constantium terminus est, et ratio magnitudinis, et augmenti: *Ergo similiter in quantitate virtutis. Hac ratione utuntur Gallus* 3. dist. 13. quaest. 1. cap. 3. *et author controvers. Sotus* contr. 10. secunda, Parti.

3 But the reason is taken in both genera also from the finitude of perfection; for as the quantity of bulk is finite according to the natural and ordinary course, so also grace, which is a participation of God. Therefore it is said *Sap. 11: Thou hast ordered all things in number, measure, and weight.* Thus Scotus also argues. For it is a finite participation of the infinite; otherwise heat could be infinite. By which the response of Mastrius is refuted, *disp. 10. Phys. quaest. 4. n. 65: That the fire of hell can grow on the part of the receptive subject.*

> *Ratio autem sumitur in utroque genere etiam ex finitate perfectionis; Sicuti enim quantitas molis est finita secundum cursum naturalem ordinarium, ita et gratia, quae est participatio Dei. Ideo ait* Sap. 11. Omnia in numero, mensura, et pondere disposuisti. *Sic arguit etiam Scotus. Est enim participatio finita infiniti, alioqui calor esse posset infinitus. Quo refellitur Mastrii responsio* disp. 10. Phys. quaest. 4. n. 65. Ignem inferni crescere posse e parte subiecti receptivi.

4 Cajetan answers that the reason is not the same concerning natural things and supernatural things: for heat, for example, is a participation of the infinite, not with formal congruence; but Charity is with formal congruence; for God is formally Charity, but heat is not formally God. Further, concerning natural things Aristotle indeed says, 2 *Animae* text. 41: *Of natural things also the augmentation has a state.*[2]

[2] Editor's note: the print/OCR reads 'Omnium naturalium etiam statum augmentum'; kept as printed because both the scan transcription and the OCR dump agree, though the Aristotle quotation (2 *Animae* text. 41) appears garbled in the 1655 print itself.

Respondet Caietanus, non esse parem rationem de naturalibus, et supernaturalibus: Nam calor, v. g. est participatio infiniti, non cum convenientia formali; Charitas autem est cum convenientia formali; nam Deus formaliter est Charitas, non autem formaliter est calor. Porro de naturalibus quidem ait Aristoteles 2. Animae *text. 41.* Omnium naturalium etiam statum augmentum.

5 BUT this response is cold; for it seems to suppose that Charity, by which we are perfected, is God himself, and not a created habit, which is an error. But suppose that God is formally Charity; nevertheless he himself is not that Charity by which we are perfected by habit, or act. Whence the parity runs, that since Charity is a created participation of God, it has a finite and terminated perfection. But that the object of love is infinite makes nothing, as the Saintly Doctor observes *ad ultimum;* for the object is God, infinite, with whom our created Charity is not commensurate.

SED haec responsio frigida est; nam videtur supponere, Charitatem, qua perficimur, esse ipsum Deum, non autem habitum creatum, quod est error. Esto autem Deus sit formaliter Charitas, attamen ipse non est illa Charitas, qua nos perficimur habitu, vel actu. Unde currit paritas, quod cum Charitas sit participatio creata Dei, habeat finitam, et terminatam perfectionem. Quod vero obiectum amoris sit infinitum, nil facit, ut observat S. Doctor ad ultimum; *nam obiectum est Deus infinitus, cui non commensuratur Charitas nostra creata.*

6 Caspensis answers that the habit is not varied by the multiplication of the parts continuing it, and participating the same nature, but by the diversity of the essential degrees, of which the quiddity and the species of it consist; and this has more place in acts, which regard an infinite object. Mastrius answers the same *loco citato, Scrin 3. disp. 2. quaest. 3. art. 1.*

Respondet Caspensis; non variari habitum ex multiplicatione partium continuantium, atque eamdem naturam participantium, sed ex diversitate graduum essentialium, e quibus constat quidditas, et species illius, et hoc magis locum habet in actibus, qui respiciunt obiectum infinitum. Idem respondet Mastrius loco citato Scrin 3. disp. 2. quaest. 3. art. 1.

7 BUT this response is frivolous: for in accidental beings the degrees of intension are substantial, for example in heat eight degrees signify the summit of the perfection of heat, nor can it ascend to nine; for the virtue arises from the essence, nor does it transcend it. Therefore the degrees of Charity, since they arise from a finite essence, must be finite, as the Saintly Doctor argues; for an effect is not nobler than its cause. But although acts regard an infinite object, nevertheless they regard it, as the habit also does, according to their own capacity, and virtue, which is created; and accordingly from a finite potency they have a finite intension. This argument, however, is not to the taste of the Saintly Doctor, as I said *p. p. Tract. 5. disp. 8. quaest. 5.*

SED haec responsio frivola est: Nam in entibus accidentalibus gradus intensionis sunt substantiales, v. g. in calore octo gradus dicunt summam perfectionem caloris, neque potest ad novem ascendere; nam virtus oritur ex essentia, nec eam transcendit. Itaque gradus Charitatis, cum ex essentia finita oriantur, debent esse finiti, ut arguit S. Doctor; non enim est effectus nobilior sua causa. Quamvis vero actus respiciant obiectum infinitum, illud tamen respiciunt, sicuti et habitus, secundum suam capacitatem, et virtutem, quae creata est; atque adeo a potentia finita habent finitam intensionem. Hoc tamen argumentum non est ad quadrum S. Doctoris, ut dixi p. p. Tract. 5. disp. 8. quaest. 5.

8 It is PROVED thirdly. That is perfect to which in its genus no addition is possible: but there is given a perfect Charity in the fatherland: Therefore. The major is Aristotle's, *primo caeli, textu 12.* The minor is proved from prima *Corinth. 13: When that which is perfect shall come, that which is in part shall be done away;* but this perfect, he says, is Charity.

PROBATUR tertio. Perfectum est, cui in suo genere non est possibilis additio: sed datur Charitas perfecta in patria: Ergo. Maior est Aristotelis primo caeli, textu 12. *Minor probatur ex prima* Corinth. 13. Cum advenerit quod perfectum est, evacuabitur, quod ex parte est; *hoc autem perfectum, ait, esse Charitatem.*

9 It is PROVED fourthly by the Saintly Doctor. The more perfect anything is among creatures, the more it is joined to an end: but Charity is perfect: Therefore; but if it were augmentable to infinity, it would have no end.

PROBATUR quarto a S. Doctore. Quanto aliqua res perfectior est inter creaturas, tanto fini coniungitur: sed Charitas est perfecta: Ergo; at si esset in infinitum augmentabilis, non haberet finem.

10 St. Thomas ANSWERS that Charity has an end, but in the other life. Yet this does not resolve it, because an end, which is a terminus, must be given to each finite thing in itself.

RESPONDET D. Thomas, Charitatem habere finem, sed in alia vita. Hoc tamen non solvit, quia finis, qui est terminus, debet dari cuique finito in se.

11 They have ONE reason only, taken from the infinity of God the agent, and from the part of the object, which is infinitely lovable.

UNICAM rationem habent, sumptam ex infinitate agentis Dei, et ex parte obiecti, quod est infinite amabile.

12 BUT these are worn away by St. Bonaventure. For although the object be infinitely lovable, nevertheless the power of the creature is finite; whence, as it is infinitely intelligible, nevertheless the intelligibility is limited by reason of the created intellective power; so also in our matter. But that the principal agent is infinite makes nothing; otherwise all the effects of God would be infinite; but they are limited by their own capacity; for God does not act as much as he can act, as the Saintly Doctor observes.

SED haec atteruntur a S. Bonavent. Nam licet obiectum sit infinite amabile, tamen potentia creaturae est finita; unde, sicuti est infinite intelligibile, attamen ratione potentiae creatae intellectivae limitatur intelligibilitas; ita etiam in re nostra. Quod vero agens principale sit infinitum, nihil facit, alioqui omnes effectus Dei essent infiniti, sed limitantur ex propria capacitate; non enim Deus agit, quantum potest agere, ut observat S. Doctor.

Question XIII: Whether, and how, charity in this life is perfect

1 IT IS CERTAIN, as the holy Doctor says *dist. 17, last question, that there are some perfect in Charity, even in the wayfaring state.* That perfection is twofold, as D. Bonaventure teaches *3. dist. 30, question 2.* One is of necessity, which excludes mortal sin, by observing the law: the other of supererogation, of which *Matth. 19. If thou wilt be perfect, go, etc.* But the perfection of this life is that in Charity of which the latter speaks, *Ioan. 3, not one that excludes even venial sins;* for this is the perfection of the fatherland, while this other is that of the way, of Christ, and of his sweetest mother, as S. Bonaventure indicates *loco cit.* and the Council of Milevis defines *cap. 6, 7, and 8.* and the Council of Trent *session 6, cap. 11 and can. 13.* Hence D. Augustine *Lib. 1. de doct. Christ. cap. 39.* concludes that there is no perfection in the way equal to the perfection of some blessed soul. Therefore in this life there is perfect charity, as D. Augustine says above, and D. Bernard *serm. 2. de S. Michaële,* when, the passions having been tamed, the soul is found expedite for the acts of the virtues. The Charity of the way is divided into the Charity of Beginners, of the Proficient, and of the Perfect. See D. Thom. *art. 8.*

CERTUM est, ut ait S. Doctor dist. 17. quaest. ultima, dari aliquos in Charitate perfectos, etiam in via. *Ea vero perfectio est duplex, ut docet D. Bonavent.* 3. dist. 30. quaest. 2. *Alia necessitatis, quae excludit peccatum mortale, observando legem: alia supererogationis, de qua* Matth. 19. Si vis perfectus esse, vade, etc. *Ea autem est huius vitae perfectio in Charitate, de qua secunda,* Ioan. 3. non quae excludat etiam venialia; *haec enim est perfectio patriae, et in via, Christi, et dulcissimae matris, ut indicat S. Bonavent.* loco cit. *et definit Concilium Milevit.* cap. 6. 7. et 8. *et Tridentinum* sess. 6. cap. 11. et can. 13. *Unde D. Augustinus* Lib. 1. de doct. Christ. cap. 39. *concludit, nullam esse perfectionem in via, quae sit aequalis cum perfectione alicuius beati. Igitur in hac vita est perfecta charitas, ut ait D. August. supra, et D. Bernardus* serm. 2. de S. Michaële, *quando edomitis passionibus expedita invenitur anima ad actus virtutum. Dividitur Charitas viae in Charitatem Incipientium, Proficientium, et Perfectorum. Vide D. Thom.* art. 8.

2 IT IS PROVED by D. Bonaventure *primo, dist. 27. part. 2. quaest. 2.* Forms are intensified by approach to their term and by the removal of the admixture of the contrary, from Aristotle *3. Top. cap. 4. and 3. Phys. text 19.* but as concupiscence diminishes, Charity in the way is increased and perfected, from D. Augustine *Lib. 83. qq. question 36. and in Enchir. last chapter; which is 121.* For the fervor of Charity is intensified, which leads to perfection, although the degrees of Charity themselves would also be increased even if concupiscence were not present, as is evident in the Angels, and in Adam innocent, in whom Charity would have been increased *confess. cap. 29. He loves thee less who loves something with thee which he does not love for thy sake.*

PROBATUR a D. Bonavent. primo, dist. 27. part. 2. quaest. 2. *Formae intenduntur per accessum ad terminum, et impermixtionem contrarii, ex Aristotele* 3. Top. cap. 4. et 3. Phys. textu 19. *sed quo minuitur concupiscentia, edaugetur, et perficitur Charitas in via, ex D. Augustino* Lib. 83. qq. quaest. 36. et in Enchir. cap. penultimo; quod est 121. *intenditur enim fervor Charitatis, qui ad perfectionem deducit, licet et gradus ipsi Charitatis augeantur, etiamsi non adesset concupiscentia, sicut patet in Angelis, et in Adamo innocente, in quibus aucta esset Charitas* confess. cap. 29. Minus te amat, qui aliquid tecum amat, quod non propter te amat.

[Page 104 of the 1676 edition is missing from the only scan of this volume available to us, and therefore from this text. It held the end of Question XIII and the heading and beginning of Question XIV; the heading is supplied from the printed index.]

Question XIV: Whether charity can be diminished

1 The holy Doctor *answers,* Charity is diminished as to fervor. And although by venial sin one disposes oneself to the ruin of Charity; yet God does not on that demerit, congruously, diminish charity; just as he increases it from the disposition of good acts, because God is more prone to show mercy than to punish. Hence the following objection is solved.

Respondet *S. Doctor, minui Charitatem quoad fervorem. Quamvis autem per veniale peccatum se disponat ad ruinam Charitatis; tamen non minuit Deus ex hoc demerito congruo charitatem; sicut auget ex dispositione actuum bonorum, quia pronior est Deus ad miserendum, quam ad puniendum. Hinc solvitur sequens obiectio.*

2 You *object* secondly. As man advances while profiting, so he falls back; but by progress Charity is increased: Therefore while he falls back, it is diminished.

Obiicies *secundo. Sicut homo progreditur proficiens, ita retrocedit; sed per profectum augetur Charitas: Ergo dum retrocedit, minuitur.*

3 The holy Doctor *answers,* from what has been said, that man in falling back is only weakened as to fervor, because Charity is not destroyed except by the mortal contrary; while he profits, he ascends as

to the degrees of Charity meritoriously. Moreover God is more prone to bestow graces than to inflict punishments.

> Respondet *S. Doctor, ex dictis, hominem retrocedendo solum debilitari quoad fervorem, quia Charitas non destruitur, nisi a mortali contrario, dum autem proficit, ascendit quoad gradus Charitatis meritorie. Deinde pronior est Deus ad gratias, quam ad poenas immittendas.*

4 You *object* thirdly. That which is the cause of its own weakening in the term is the cause of diminution in the way; but the will in aversion is the cause of the destruction of Charity: Therefore also in disposition it is the cause of diminution.

> Obiicies *tertio. Id, quod est causa suae debilitationis in termino, est causa diminutionis in via; sed arbitrium in aversione est causa destructionis Charitatis: Ergo et in dispositione est causa diminutionis.*

5 The holy Doctor *answers,* by denying the Major: for a substantial form is destroyed only in the term, and no part of it in the time of the dispositions.

> Respondet *S. Doctor, negando Maiorem: forma enim substantialis destruitur solum in termino, et nulla pars eius in tempore dispositionum.*

6 He *answers secondly,* that the Major is true when the disposition and the term are of the same rational character; but in our case the term is mortal sin; the disposition, however, is venial.

> Respondet *secundo, Maiorem esse veram, quando dispositio, et terminus sunt eiusdem rationis; at in casu nostro, terminus est peccatum mortale; dispositio autem est veniale.*

7 He *answers thirdly,* that Charity depends on the Divine influence and acceptance; and thus God increases it, accepting the works; nor does he impute venial sins to this penalty.

> Respondet *tertio, Charitatem pendere a Divina influentia, et acceptatione; et ita auget, acceptans opera; neque venialia ad hanc poenam imputat.*

8 You *object* fourthly. Opposites naturally come to be about the same thing; but charity is increased: Therefore it is also diminished.

> Obiicies *quarto. Opposita nata sunt fieri circa idem; sed charitas augetur: Ergo et minuitur.*

9 The holy Doctor *answers,* granting the Major, unless one be present by nature and the other not: increase is in Charity by nature, with the acceptance of God added; but diminution comes only from our own will: Therefore.

> Respondet *S. Doctor, Maiorem veram, nisi alterum insit per naturam, alterum non sit: augmentum inest ex natura Charitati, addita Dei acceptatione; diminutio autem ex nostro arbitrio tantum venit: Ergo.*

10 You *object* fifthly. Things that are separable can be separated; but the first degrees of Charity were without the degrees added by increase: Therefore.

> Obiicies *quinto. Quae sunt separabilia, possunt separari; sed primi gradus Charitatis erant sine gradibus additis per augmentum: Ergo.*

11 The holy Doctor *answers,* that there is nothing to separate them, and therefore they cannot be separated; for neither can we do it, who do not physically influence the habit of Charity; nor yet God, who does not influence it except to destruction, and indeed with man first turning himself away.

> Respondet *S. Doctor, nihil esse quod eos separet, ideo nequeunt separari; non enim nos id possumus, qui non influimus physice in Charitatis habitum; neque etiam Deus, qui non influit nisi ad destructionem, et quidem homine se prius avertente.*

Question XV: Whether charity can be lost, and how

1 Of old there was the error of the Jovinians, who said that Charity and grace, once had, cannot be lost. So reports D. Jerome *Lib. 1 [contra Iovinianum] and 1 against the same.*

> ***An Charitas corrumpi queat, et quomodo.***
>
> *Fuit antiquitus error Ioviniani dicentis, charitatem, et gratiam semel habitam, amitti non posse. Sic refert D. Hieronymus* Lib. 1. et 1. contra eundem.

2 In that error was also Pelagius, as is clear from D. Augustine *Lib. de haeresibus, cap. 88.* Likewise the Beghards and Beguines, as is clear from the Clementine, *Ad nostram.* Wycliffe, as Vega reports *Lib. 12 super Concilium, cap. 22.* Finally Calvin, who devoured nearly all heresies, swallowed this one too *Lib. 3 Instit. cap. 4.* Bellarmine reports and refutes them *Lib. 3 de Iustific. cap. 14.* Bouetius *demonstr. 2 Symb. 2 art. 3.* Valencia *1. 2 disp. 3 q. 2 puncto 4.* S. Bonaventure calls this error madness.

> *In eo errore fuit etiam Pelagius, ut constat ex D. Augustino* Lib. de haeresibus, cap. 88. *Similiter Beguardi, et Beguinae, ut constat ex Clementina,* Ad nostram. *Vuicleph, ut refert Vega* Lib. 12. super Concilium, cap. 22. *Tandem Calvinus, qui omnes fere devoravit haereses, hanc quoque deglutivit* Lib. 3. Instit. cap. 4. *eos refert, et refellit Bellarminus* Lib. 3. de Iustific. cap. 14. *Bouetius* demonst. 2. Symb. 2. art. 3. *Valentia* 1. 2. disp. 3. quaest. 2. puncto 4. *Hunc errorem S. Bonaventura vocat insaniam.*

3 Yet the true and Catholic de fide teaching is that a just man can fall from Charity.

> *Vera tamen, et Catholica de fide sententia est, posse iustum cadere a Charitate.*

4 *It is proved* by D. Bonaventure first by examples recounted many times in Scripture.

> Probatur *a D. Bonavent. primo exemplis in Scriptura pluries enarratis.*

5 For first Adam and Eve, established in grace, sinned most grievously; whence the sin of Adam found death *Rom. 5. By one man sin entered into this world, and by sin death.*

> *Primo enim Adam, et Eva, in gratia constituti, gravissime peccarunt; unde peccatum Adae mortem invenit* Rom. 5. Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors.

6 Next Saul was just; for so you have *1 Reg. 9. Saul was elect and good: and there was not among the sons of Israel a man better than he.* The same is intimated *cap. 15 and 16,* and adduced by D. Augustine *Lib. 2 ad Simplicianum, quaest. 1.* Cyprian *Lib. 1 epist. 5.* Whence you see Calvin lying, who denies it.

> *Deinde Saul erat iustus; Sic enim habes primo* Reg. 9. Erat Saul electus, et bonus: et non erat vir de filiis Israel melior illo. *Idiplum insinuatur* cap. 15. et 16. *et afferunt D. Augustinus* Lib. 2. ad Simplicianum, quaest. 1. *Cyprianus* Lib. 1. epist. 5. *Ex quo vides mentiri Calvinum, id negantem.*

7 Accordingly David was so just that of him it was said, *Act. 13. I have found David the man after my own heart, who shall do all my wills.* This testimony was taken from *1 Reg. 16.* But who will deny that he sinned gravely by the homicide of Urias and adultery with Bethsabee? Surely his penitential Psalms openly testify to his repentance, which presupposes sin.

Proinde David adeo iustus erat, ut de eo dictum sit, Act. 13. Inveni David virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. *Sumptum est autem hoc testimonium ex* primo Reg. 16. *At eum graviter peccasse homicidio Uriae, et adulterio cum Bethsabea, quis negabit? Sane Psalmi eius poenitentiales aperte testantur poenitentiam ipsius, quae peccatum supponit.*

8 The son of David also, Solomon, was just; for of him *2 Reg. 7.* the Lord says: *I will be to him a Father, and he shall be to me a son;* and *cap. 12. And he called his name Solomon, and the Lord loved him. And he sent by the hand of Nathan the prophet, and called his name, Beloved of the Lord, because the Lord loved him.* He was the son of David, a holy man, from which Calvin and Peter Martyr infer that he was holy. But that this man in old age fell from justice, Scripture testifies *3 Reg. 11.* where his Idolatries are enumerated, and his filthy loves with forbidden women *Exodi 34,* and he is proclaimed condemned by many holy Fathers, whom Serlogus reports in the *Antilogiae of the Canticle,* Pineda *de rebus Salomonis,* and others. Hear D. Augustine *Lib. 22 cont. Faustum, cap. 88. What shall I say of Solomon? Whom holy Scripture vehemently charges and condemns; and it commemorates nothing at all of his repentance or of God's indulgence toward him.*

Filius etiam Davidis Salomon erat iustus, de eo enim 2. Reg. 7. *ait Dominus:* Ego ero illi in Patrem, et ipse erit mihi in filium, et cap. 12. Et vocavit nomen eius Salomon, et Dominus dilexit eum. Misitque in manu Nathan prophetae, et vocavit nomen eius, Amabilis Domino, eo quod eum Dominus diligeret. *Davidis viri sancti erat filius, ex quo inferunt Calvinus, et Petrus Martyr, fuisse sanctum. Hunc autem virum in senectute a iustitia excidisse, testatur Scriptura* 3. Reg. 11. *ubi Idolatriae eius recensentur, et spurci amores in foeminas vetitas* Exodi 34. et *a pluribus SS. PP. damnatus conclamatur, quos referunt Serlogus in* Antilogiarum Cant. *Pineda* de rebus Salomonis, *et alii. Audi D. Augustinum* Lib. 22. cont. Faustum, cap. 88. De Salomone quid dicam? Quem vehementer arguit sancta Scriptura, atque condemnat; nihilque de poenitentia eius, vel in eum indulgentia Dei, omnino commemorat.

9 Let us come to the just of the New Testament. Peter without doubt was just, of whom *Matth. 16. Blessed art thou Simon Bar-Iona.* And *Ioan. 13. He who is washed, needeth not but to wash his feet, etc. And you are clean, but not all.* For he knew who was about to betray him. Therefore he acclaims all the Apostles as just, Judas excepted; and yet he sinned lethally, denying Christ, as he notes from D. Augustine *tract. 66 in Ioan.* S. Bonaventure *ad eum locum,* and the Magdeburgenses confess it *Centur. 1 Lib. 2 cap. 10.*

Veniamus ad iustos novi testamenti, Petrus sine dubio iustus erat, de quo Matth. 16. Beatus es Simon Bar-Iona. *Et* Ioan. 13. Qui lotus est, non indiget, nisi ut lavet pedes, etc. Et vos mundi estis, sed non omnes. *Sciebat enim quis esset eum traditurus. Ideo omnes Apostolos iustos acclamat, Iuda excepto; et tamen lethaliter peccavit, negando Christum, ut notat ex D. Augustino* tract. 66. in Ioan. *S. Bonavent.* ad eum locum, *et fatentur Magdeburgenses* Centur. 1. Lib. 2. cap. 10.

10 Iudas therefore was previously just, as D. Jerome shows *Lib. 3 adversus Pelagianos,* from those words of the Lord, *Ioan. 17. Father, those whom thou hast given me I have kept, and none of them is lost but the son of perdition,* as S. Bonaventure saw *in his commentary.*

Ivdas igitur fuit antea iustus, ut ostendit D. Hieron. Lib. 3. adversus Pelagianos, *ex illis verbis Domini,* Ioan. 17. Pater quos dedisti mihi custodivi, et nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, *ut vidit S. Bonau.* in commentario.

11 Similarly the other Apostles, whom I showed above to be just, doubted in faith, as it is had *in Mark and Luke, last chapter.*

> *Similiter alii Apostoli, quos supra iustos ostendi, dubitaverunt in fide, ut habetur.* Marci, et Lucae ultimo.

12 Some disciples also *Ioannis 6. went back and left Christ.*

> *Aliqui etiam discipuli* Ioannis 6. retro abeuntes, Christum dereliquerunt.

13 *It is proved* secondly by S. Thomas from the testimonies of Scripture asserting it. *Prima Corinth. 10. He who thinks himself to stand, let him take heed lest he fall. Ezech. 18. When the just man shall turn himself away from his justice and do iniquity, he shall die in it. The same is had in chapter 33.* Bouer adds these.

> Probatur *secundo a S. Doctore testimoniis Scripturarum, id asserentibus*. Prima Corinth. 10. Qui se existimat stare, videat ne cadat. Ezech. 18. Cum averterit se iustus a iustitia sua, et fecerit iniquitatem, morietur in illa. Idem habetur capite 33. *Subsumit Bouer.*

14 By yourselves justice stands in Faith alone: Therefore it also is lost. *Lucae 8. For that on the rock, who when they hear the word with joy receive it; but these have no roots, for they believe for a while, and in time of temptation fall away.* To which passage S. Thomas adds *Deuter. 32.* of the people: *He forsook God his saviour.* And *Oseae 7. Woe to them, for they have departed from me. Ioan. 15. Every branch in me not bearing fruit, he will take it away.* Where S. Bonaventure observes that these branches were once living, and are taken away because the graces of God are lacking, contrary to the warning *Heb. 12.* and are taken away stripped of grace and cast into the fire, as D. Augustine expounds *tract. 81.*

> *Per vos iustitia stat in sola Fide: Ergo et haec amittitur.* Lucae 8. Nam quod super petram, qui cum gaudio suscipiunt verbum, sed hi radices non habent, sed ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt. *Ad quem locum S. Doctor addit id* Deuter. 32. *de populo:* Recessit a Deo salutari suo. *Et* Oseae 7. Vae eis, quoniam recesserunt a me. Ioan. 15. Omnem palmitem, in me non ferentem fructum, tollet eum. *Ubi observat S. Bonavent. palmites hos vivos aliquando fuisse, et tolli, quia desunt gratiae Dei contra monitum* Heb. 12. *tolli autem privatos gratia, et mitti in ignem, ut exponit D. Augustinus* tract. 81.

15 *Matth. 24. Iniquity shall abound, and the Charity of many shall grow cold. But he that shall persevere to the end, he shall be saved. Prima Cor. 9. I chastise my body, lest perhaps, when I have preached to others, I myself should become a reprobate. Galat. 5. You are made void of Christ, who are justified in the Law; you are fallen from grace. Prima Timot. first chapter. Some have suffered shipwreck concerning the faith. And cap. 4. In the last days some shall depart from the Faith; and cap. 6. Which some seeking after, have erred from the Faith. Heb. 6. It is impossible for those who were once illuminated, have tasted also the heavenly gift, and been made partakers of the Holy Spirit; have nevertheless tasted the good word of God and the powers of the world to come, and are fallen away, to be renewed again unto repentance. Apoc. 2. I have somewhat against thee: that thou hast left thy first Charity; be mindful from whence thou art fallen, etc.*

> Matth. 24. Abundabit iniquitas, refrigescet Charitas multorum. Qui autem perseveraverit usque finem, hic salvus erit. Prima Cor. 9. Castigo corpus meum, ne forte cum aliis praedicavero, ipse reprobus efficiar. Galat. 5. Evacuati estis a Christo, qui in Lege iustificamini, a gratia excidistis. Prima Timot. primo. Quidam circa fidem naufragaverunt. Et cap. 4. In novissimis diebus discedent quidam a Fide; et cap. 6. Quam quidam appetentes, erraverunt a Fide. Heb. 6. Impossibile est, eos, qui semel illuminati sunt, gustaverunt etiam donum caeleste, et participes facti sunt Spiritus sancti; gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque saeculi venturi, et prolapsi sunt, renovari iterum ad poenitentiam. Apoc. 2. Habeo adversum te pauca: quod Charitatem primam reliquisti; memor esto unde excideris, etc.

16 *It is PROVED thirdly* from the definition of the Church. In the Council of Vienne, as is had in the Clementine *cis*; of Trent *sess. 6 cap. 12 and 13 and can. 23.* where it is said: *If anyone shall say that a man once justified cannot sin again, nor lose grace, and therefore that he who falls and sins was never truly justified; let him be anathema.*

> PROBATUR tertio *ex definitione Ecclesiae. In Conciliis Vien. ut habetur in Clement.* cis. *Tridentino* sess. 6. cap. 12. et 13. et can. 23. *ubi dicitur:* Si quis dixerit, hominem semel iustificatum, amplius peccare non posse, neque gratiam amittere, atque ideo eum, qui labitur, et peccat, nunquam vere fuisse iustificatum; anathema sit.

17 *It is PROVED fourthly* by S. Thomas from the authorities of the Fathers which the Master reports. To these add the holy Augustine *Lib. de corrept. et gratia, cap. 13 and Lib. de praedest. Sanctorum, cap. 14.* Cyprian *Lib. de Lapsis,* Ambrose *exhort. ad Poenit.* Jerome *Lib. 2 contra Iovinianum,* Gregory *lib. 1 moral. c. 42 and lib. 30 cap. 32.* Chrysostom *homil. 24 in Matth.*

> PROBATUR quarto *a S. Doctore authoritatibus Patrum, quas refert Magister. His adde SS. Augustinum* Lib. de corrept. et gratia, cap. 13. et Lib. de praedest. Sanctorum, cap. 14. *Cyprianum* Lib. de Lapsis*, Ambros.* exhort. ad Poenit. *Hieron.* Lib. 2. contra Iovinianam*, Gregor.* lib. 1. moral. c. 42. et lib. 30. cap. 32. *Chrysost.* homil. 24. in Matth.

18 *It is PROVED fifthly* by S. Thomas: It is certain that baptized infants are justified and enriched with grace and Charity, and yet many in adult age sin gravely, even by falling away from the Faith. The major is conceded also by the Lutherans; indeed Calvin, Peter Martyr, and Bucer assert it even without baptism, as Bellarmine reports, who presses this argument.

> PROBATUR quinto *a S. Doctore: Certum est, parvulos baptizatos iustificari, et ditari gratia et Charitate, et tamen multi in aetate adulta peccant graviter, etiam deficiendo a Fide. Maior conceditur etiam a Lutheranis, imo sine baptismo id asserunt Calvinus, Petrus Martyr, Bucerus, ut refert Bellarminus, qui hanc rationem urget.*

19 But who will say that all of them are predestinated and impeccable? Yet if all baptized in infancy are predestinated and cannot perish, by what reasoning do we cry all the baptized children of Antichrist and miserably fallen?

> *Quis autem dicet, eos omnes esse praedestinatos, et impeccabiles? At si omnes baptizati in infantia praedestinati sunt, et perire non possunt, qua ratione nos omnes baptizatos, filios clamant Antechristi, et misere elapsos?*

20 *It is PROVED sixthly.* It is easier to fall away from Charity than to make progress; and to fall than to rise; it is easier also to lose Charity than faith; because when Faith is lost, Charity is lost, but not the reverse; but it is possible for a man who has not Charity to acquire it: it is possible also for a man having Faith to fall away from the Faith: Therefore it is easier for one having Charity to fall from it.

> PROBATUR sexto. *Facilius est deficere a Charitate, quam proficere; et cadere, quam resurgere; facilius est etiam perdere Charitatem, quam fidem; quia perdita Fide, perditur Charitas, sed non e contra; sed possibile est, hominem, qui non habet charitatem, eam acquirere: possibile est etiam, hominem habentem Fidem, a Fide deficere: Ergo facilius est, habentem Charitatem ab ea cadere.*

21 *It is PROVED seventhly* by S. Thomas: The state of the way is such that free will is free for good and for evil, which is clear from so many precepts, exhortations, promises for good works, threats against sins, with which the whole of Scripture is filled for the present state; all of which would be in vain if man could not fall and did not have liberty toward either.

PROBATUR septimo *a S. Doctore: Status viae est talis, ut liberum arbitrium ad bonum, et ad malum sit liberum, quod constat ex tot praeceptis, exhortationibus, promissis pro bonis operibus, minis peccatorum, quibus tota referta est Scriptura pro statu praesenti; quae omnia essent frustra, si non posset homo cadere, et ad utrumque libertatem haberet.*

22 *The heretics OBJECT* with many authorities, Cant. 8. *Many waters cannot extinguish Charity.*

OBIICIUNT *haeretici multas authoritates, Cant. 8.* Aquae multae non potuerunt extinguere Charitatem.

23 *S. Thomas responds in the Diaeta, tit. 5 cap. 2.* that Charity is that fire of which *Lucae 12. I am come to cast fire on the earth, and what will I, if it be kindled?* and it is kindled by our will cooperating, as S. Thomas observes ad *12 Lucae*. And so Charity is not extinguished so long as we do not will it to be extinguished. Water indeed that is natural extinguishes fire naturally; but waters that are not natural, among which tribulations also are reckoned, do not extinguish Charity. S. Ambrose *Lib. 1 de Iacob cap. 7.* and Gregory to this passage understand tribulations by these waters: *for Charity endureth all things,* from *prima Cor. 13*.

Respondet S. Doctor in Diaeta, tit. 5. cap. 2. *Charitatem esse ignem illum, de quo* Lucae 12. Ignem veni mittere in terram, et quid volo, nisi ut accendatur? *accenditur autem arbitrio nostro cooperante, ut observat S. Doctor ad 12.* Lucae. *Itaque Charitas non extinguitur quamdiu nos nolumus eam extingui. Aqua sane naturalis, naturaliter extinguit ignem; sed aquae non naturales, inter quas etiam tribulationes computantur, non extinguunt Charitatem. Per has autem aquas intelligunt tribulationes S. Ambrosius* Lib. 1. de Iacob cap. 7. *Gregorius ad hunc locum:* Charitas enim omnia suffert, *ex* prima Cor. 13.

24 *They OBJECT secondly* with Ioan. 4. *Whoever shall drink of this water shall not thirst forever; but there shall be made in him a fountain of water springing up unto life eternal.*

OBIICIUNT secundo *id Ioan. 4.* Qui biberit ex aqua hac, non sitiet in aeternum; sed fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam.

25 *S. Thomas responds to this passage* that he who, drinking of this water, rests in it forever, does not thirst for the waters of concupiscence; and while he refuses the waters of the concupiscence of Egypt, he does not lose these waters: *For they that drink me shall yet thirst*. Eccl. 24, says the Wise Man. Therefore if beside the precious fountain of spiritual goods, which when had are ever more dear, standing in them we hold our lips greedily, as St. Augustine says *Lib. 1 de doct. Christiana, cap. 38.* and Gregory *homil. 36 in Evang.* and ever drink greedily, he will give perennial waters. See also collation 21 of S. Bonaventure on *cap. 4 Ioannis*, where he treats of it admirably.

Respondet S. Doctor ad hunc locum; *illum, qui bibens ex aqua hac, semper in ea quiescit, non sitire aquas concupiscentiae; et dum renuit aquas AEgypti concupiscentiae, non amittere aquas istas:* Qui enim bibunt me, adhuc sitient. *Eccl. 24. ait Sapiens. Igitur si iuxta pretiosum fontem bonorum spiritualium, quae habita semper Chariora sunt, stantes in eis labia avide teneamus, ut ait Sancti, Augustinus* Lib. 1. de doct. Christiana, cap. 38. *et Gregorius* homil. 36. in Evang. *semperque avide biberimus; perennes dabit aquas. Vide etiam collationem 21. S. Bonav. in* cap. 4. Ioannis, *ubi egregie differit.*

26 *They OBJECT thirdly* with Rom. 8. *For I am sure that neither death, nor life, etc. shall be able to separate us from the Charity of God.*

OBIICIUNT tertio *id Rom. 8.* Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, etc. poterit nos separare a Charitate Dei.

27 *S. Thomas responds in the Diaeta, tit. 5 cap. 2, and de sex alis Seraphim, cap. 2 and 7 and 8, and de septem Itineribus AEternitatis, dist. 6 and Itinere 4 dist. 5 art. 2.* with D. Augustine *Lib. de moribus Ecclesiae, cap. 11.* that the power of Charity is here expressed, that if it burn in us it makes us undaunted against all tribulations; provided however that we wish to be constant, as Bellarmine also says; and therefore Augustine warns in the same place that Charity can be lost in the way.

> Respondet S. Doctor in Diaeta, tit. 5. cap. 2. et de sex alis Seraphim, cap. 2. et 7. et 8. et de septem Itineribus AEternitatis, dist. 6. et Itinere 4. dist. 5. art. 2. *cum D. Augustino* Lib. de moribus Ecclesiae, cap. 11. *hic exprimi virtutem Charitatis, ut si ardeat in nobis, reddat nos intrepidos contra omnes tribulationes; si tamen nos constantes esse velimus, ut ait etiam Bellarminus; ideo enim ibidem S. Augustinus monet, posse Charitatem in via amitti.*

28 *S. Thomas responds secondly de septem Itineribus AEternitatis, Itinere 4 dist. 5, and in the little work on the Incendium amoris, cap. 2.* that the Apostle speaks with a certain vehemence of resolve, inflamed in prayer, and promising to himself a certain moral security from the grace of God.

> Respondet secundo *S. Doctor* de septem Itineribus AEternitatis, Itinere 4. dist. 5. et opusculo Incendii amoris, cap. 2. *loqui Apostolum ex quadam vehementia propositi, in oratione accensi, et Dei gratia moralem quandam securitatem sibi promittentis.*

29 *They OBJECT fourthly* with prima Corinrh. 13. *Charity never falleth away.*

> OBIICIUNT quarto *id prima Corinrh. 13.* Charitas nunquam excidit.

30 *S. Thomas responds 3 dist. 31 art. 3 quaest. 1.* that it does not fall away of itself, because both in this life and in the future it has its place, as the Gloss says: but in contrast to Faith and Hope, which cease from their entity; the Apostle does not will, however, that no one fall from Charity. S. Thomas also refers to the responses of the Master.

> Respondet S. Doctor 3. dist. 31. art. 3. quaest. 1. *eam ex se non excidere, quia et in hac vita, et in futura locum suum habet, ut ait Glossa: ad oppositum sane Fidei, et Spei, quae ex sua entitate cessant; non vult autem Apostolus, nullum a Charitate excidere. Remittit S. Doctor etiam ad responsiones Magistri.*

31 *They OBJECT fifthly*, prima Ioan. 3. *Whoever is born of God sinneth not: for his seed abideth in him, and he cannot sin; because he is born of God.*

> OBIICIUNT quinto*, prima Ioan. 3.* Qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen illius in eo manet, et non potest peccare; quoniam ex Deo natus est.

32 *It is answered* from D. Augustine *tract. 5 in epist. Ioan.* Jerome *Lib. 1 adversus Pelag. and Lib. 2 contra Iovinianum*, that while grace abides in us, preserving us in the state of sons of God, we cannot sin; for on that supposition Charity abides, which is contrary to aversion from God: This response is also D. Bonaventure's *ad tertium*.

> Respondetur *ex D. Augustino* tract. 5. in epist. Ioan. *Hieronymo* Lib. 1. adversus Pelag. et Lib. 2. contra Iovinianum*, manente gratia in nobis, in esse filiorum Dei conservante, nos peccare non posse; nam ex suppositione manet Charitas, contraria aversioni a Deo: Haec responsio est etiam D. Bonaventurae* ad tertium.

33 *They also ADD* the presumptuous saying attributed to Augustine *epist. 111. Charity which can be deserted was never true.*

> Addunt *etiam, dictum praesumptum Augustini* epist. 111. Charitas, quae deseri potest, nunquam vera fuit.

34 *It is answered*, that this is not D. Augustine's.

> Respondetur, *illud non esse D. Augustini.*

35 *S. Thomas responds secondly 3 dist. 31 dub. 1.* that the major is true, that is, with respect to the accomplishment of the End, whence it is rather called vain, or void of the end of Faith.

> Respondet secundo *S. Doctor* 3. dist. 31. dub. 1. *maiorem esse veram, idest quo ad confectionem Finis, unde potius dicitur vana, seu fine Fide.*

36 *You OBJECT first*, Charity is stronger than natural love; but the latter unites indissolubly: Therefore.

> OBIICIES primo, *Fortior est Charitas amore naturali; sed hic unit indissolubiliter: Ergo.*

37 *S. Thomas responds*, that Charity is not more noble than natural love in indissolubility, but in object and term and supernatural end.

> Respondet *S. Doctor, Charitatem non esse nobiliorem amore naturali in indissolubilitate, sed in obiecto, et termino, ac fine supernaturali.*

38 *You OBJECT secondly.* A weaker cannot expel a stronger with more force; but Charity is strong as death: Therefore.

> Obiicies *secundo. Non potest validius ab infirmiori expelli; sed Charitas est fortis, ut mors: Ergo.*

39 *S. Thomas responds*; that Charity is not expelled in combat by sin, but fails from the demerit of the sinner and God refusing influx.

> Respondet *S. Doctor; non pelli Charitatem in pugna a peccato, sed deficere ex demerito peccantis, et Deo negante influxum.*

40 *You OBJECT thirdly;* Because sin arises either from love or from perverse fear, from D. Bernard *Lib. de diligendo Deo, cap. 8.* but one having Charity admits neither a perverse fear that depresses, nor a love that wrongly inflames: Therefore.

> Obiicies *tertio; Quia peccatum oritur, vel ex amore, vel ex timore pravo, ex D. Bernardo* Lib. de diligendo Deo, cap. 8. *sed habens Charitatem non admittit, aut timorem prave deprimentem, aut amorem male incendentem: Ergo.*

41 *S. Thomas responds*, that these evil affections are not actually in the composite sense together with Charity prior in time to sin; yet they can be induced previously in origin and expel Charity; for free will, made straight by Charity, can be curved by cupidity.

> Respondet *S. Doctor, hos malos affectus non esse actu in sensu composito cum Charitate prius tempore peccato; possunt tamen induci prius origine, et expellere Charitatem; nam liberum arbitrium, rectum a Charitate, potest cupiditate incurvari.*

42 *You OBJECT fourthly:* The will follows the predominant affection; but this is Charity: Therefore.

> Obiicies *quarto: Arbitrium sequitur affectionem praedominantem; sed haec est Charitas: Ergo.*

43 *It is answered*, that the will follows the affection actually predominant, but not the habit; therefore, although Charity predominate by habit, nevertheless an act can arise that turns the will away, while man established in grace forgets God and thinks on the things of the world.

Respondetur, *arbitrium sequi affectionem actu praedominantem, non autem habitu; ideo, licet praedominetur habitu Charitas, tamen potest actus insurgere avertens arbitrium, dum homo in gratia constitutus, Dei obliviscitur, et cogitat, quae sunt mundi.*

44 *You OBJECT fifthly.* One having Charity has Christ for foundation, and the Holy Spirit for aid.

Obiicies *quinto. Habens Charitatem, habet Christum pro fundamento, et Spiritum sanctum pro adiutorio.*

45 *It is answered*, that Christ sustains only those willing, and the Holy Spirit aids those cooperating. But how mortal sin destroys Charity, physically or morally, was disputed *prima secundae, Tract. de Peccato, disp. 1 quaest. 6.* where I showed that grace and sin are opposed morally, not physically, with D. Bonaventure *in the places there adduced*, and *in 3 dist. 31 a. 1, Scotus in 4 dist. 16 quaest. 2 against the Thomists.*

Respondetur, *Christum sustentare solum volentes, et Spiritum sanctum adiuvare cooperantes. Quomodo vero peccatum mortale destruat Charitatem, physice, an moraliter, disputatum est* prima secundae, Tract. de Peccato, disp. 1. quaest. 6. *ubi ostendi, gratiam, et peccatum opponi moraliter, non physice, cum D. Bonavent.* locis ibi adductis, *et* in 3. dist. 31. a. 1. Scoto in 4. dist. 16. quaest. 2. contra Thomistas.

46 *It is proved* also by D. Bonaventure to the second. Man does not attain the effective production of Charity, because he cannot attain creation: Therefore neither annihilation. For every agent, as it acts from a subject, so it resolves its effect into a subject.

Probatur *etiam a D. Bonavent. ad secundum. Homo non attingit effective productionem Charitatis, eo quod nequit attingere creationem: Ergo neque annihilationem. Omne enim agens, sicuti agit e subiecto, ita in subiecto resolvit.*

47 *Whence* the response of Calpensis fell, taken from the corruption of natural forms, insofar as something which did not produce a form can destroy it by producing something contrary to it. This response, I say, is vain; because sin is not a formal entity able to expel Charity; but it is a privation: And if it were a form, it would not have annihilative virtue, just as it has not creative virtue.

Unde *ruit responsio Calpensis, sumpta ex corruptione formarum naturalium, quatenus potest aliquid, quod non produxit formam, eam destruere, producendo aliquid ei contrarium. Hoc inquam responsum vanum est; quia peccatum non est entitas formalis, potens expellere Charitatem; sed est privatio: Et si esset forma, non haberet virtutem annihilativam, sicuti non habet creativam.*

Question XVI: What is the proximate subject of charity

1 I assert with D. Bonaventure, passim, that it is the will. All subscribe to this assertion.

Quaenam sit subiectum Charitatis proximum.

Assero cum D. Bonavent. passim, esse voluntatem. Omnes subscribunt huic asserto.

2 *It is proved* by S. Thomas *in 2 Sent. dist. 26 q. 5, and in 3 dist. 23 q. 2, and dist. 27 q. 1 and following.* A habit is in some power as in a subject, in which is the act whose principle is the habit itself together with the power: but the act of love is in the will: Therefore also the habit of Charity, which is the principle of the act. The minor is proved: for the love of Charity is an appetite, which is borne toward the highest good, known by the intellect.

Probatur *a S. Doctore* in 2. dist. 26. quaest. 5. et in 3. dist. 23. quaest. 2. et dist. 27. quaest. 1. et sequentibus. *Habitus est in aliqua potentia, tanquam in subiecto, in qua est actus, cuius principium est ipse habitus*

una cum potentia: sed actus dilectionis est in voluntate: Ergo et habitus Charitatis, qui est principium actus. Minor probatur: nam dilectio Charitatis est appetitus, qui fertur in summum bonum, intellectu cognitum.

3 But S. Thomas teaches that it is in the concupiscible part, as Hope is in the Irascible; and Faith in the rational, as has often been said *disput. 1.*

Docet vero S. Doctor, eam esse in parte concupiscibili, sicuti in Irascibili est Spes; et in rationali Fides, ut saepe dictum est disput. 1.

4 He does not will, however, that it be in the sensitive concupiscible, which alone D. Thomas seems to acknowledge: but in the concupiscible of the rational appetite, which certainly is not lacking the powers and faculties by which it excels the sensitive, as *Aragon. q. 24 a. 1, Tannetus disp. 2 q. 2 dub. 3* note; *of these I treated in prima secundae, Tract. 5, which is on Grace, disp. 2 q. 4.*

Non vult autem, esse in Concupiscibili sensitiva, quam solam videtur agnoscere D. Thomas: sed in concupiscibili appetitus rationalis, qui profecto non caret viribus, et potentiis, quibus praecellit sensitivis, ut notant Aragon. quaest. 24. art. 1. Tannetus disp. 2. quaest. 2. dub. 3. De his egi prima secundae, Tract. 5. qui de Gratia, disp. 2. quaest. 4.

Question XVII: Whether God alone is to be loved out of charity, or the neighbor also

1 There are two precepts of Charity: *Thou shalt love the Lord thy God with thy whole heart, etc. And thy neighbor as thyself, Deut. 6. Matth. 22.* Therefore the love of neighbor is included in the object of Charity. Hence John *1, cap. 4: This commandment we have from God: that he who loves God should love also his brother.*

An solus Deus ex Charitate diligendus sit; an etiam proximus.

Duo praecepta Charitatis sunt: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, etc. Et proximum, sicut te ipsum, Deuter. 6. Matth. 22. *Itaque amor proximi includitur in obiecto Charitatis. Ideo Ioannes* prima, cap. 4. Hoc mandatum habemus a Deo: ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum.

2 He *distinguishes* the ways in which the acts regard the neighbor together with God: either as distinct objects terminating, or as the one, namely God, being the object and the ultimate end; while the neighbor is the object as a means loved for the sake of the end.

Distinguit *autem, quibus modis actus respiciant proximum simul cum Deo, vel ut obiecta distincta terminantia, vel ut alter, nempe Deus, sit obiectum, et finis ultimus; proximus vero sit obiectum, tanquam medium amatum in finem.*

3 If God is loved as the object and the other as the ultimate end, then one and the same motion and act can tend to both, because by the same motion we will the end and the means as such ordered to it. And thus we love the neighbor by willing to God this good, namely the neighbor; and therefore what is given to the neighbor is said to be given to God, *Matth. 25.* Therefore, since we love the neighbor in order to God, that he may be in God; under one aspect we love God and the neighbor, and so with one act, as St. Thomas and St. Bonaventure say *in the arguments in the first place.*

Si est in unum, tanquam in obiectum, et in alterum, ut finem ultimum; sic potest uno, et eodem motu, et actu tendere in utrumque, quia eodem motu volumus finem, et media, ut talia ad eum. Sic autem diligimus proximum, volendo Deo hoc bonum, scilicet proximum, et ideo id etiam, quod datur proximo, dicitur datum Deo Matth. 25. *Cum igitur diligamus proximum in ordine ad Deum, ut in Deo sit; sub una ratione diligimus Deum, et proximum, atque adeo uno actu, ut ait D. Thom. et D. Bonavent.* in argumentis primo loco.

4 But if God and the neighbor are considered precisely as two objects terminating love, he distinguishes further: for to love is to will a good; but the good can be a twofold object of Charity: that which is willed, and the one to whom it is willed. If therefore God is compared with the neighbor uniformly, as the one to whom we will a good; then by one motion he is borne toward God, by another toward the neighbor, because they are loved as distinct termini, and one is more intense, the other more remiss; and thus two precepts require this. But if they are compared non-uniformly, so that the neighbor is the good that is desired, and God is the one to whom the good is desired, then with one act he loves the neighbor, and with that very act loves God.

> *Quod si considerentur Deus, et proximus praecise, ut sunt duo obiecta, terminantia amorem, sic distinguit adhuc: Diligere enim, est velle bonum; potest autem bonum duplex esse obiectum Charitatis, et id, quod est volitum, et is, cui est volitum. Si igitur comparetur Deus cum proximo uniformiter, tanquam is, cui volumus bonum; sic alio motu fertur in Deum; alio in Proximum, quia amantur ut termini distincti, et unus est intensior, alter remissior; et ita duo praecepta exigunt; si autem comparentur difformiter, ut proximus sit bonum, quod optat, et Deus sit is, cui optatur bonum, sic uno actu amat Proximum; cumque amat Deo.*

5 The Saintly Doctor asserts, therefore, first that God and the neighbor are loved by two acts, as material termini.

> *Asserit igitur primo S. Doctor, duobus actibus amari Deum, et proximum, ut terminos materiales.*

6 This is *proved* by the Saintly Doctor first: Motions are numbered by subject, time, and terminus or object; but the terminus or object of the love of God is one thing, and that of the love of the neighbor another: Therefore. The major is Aristotle's *5 Phys. text 38*. The minor is clear from what has been said.

> Probatur *a S. Doctore primo: Motus numerantur subiecto, tempore, et termino, sive obiecto; sed alius est terminus, sive obiectum dilectionis Dei; alius dilectionis Proximi: Ergo. Maior est Aristotelis* 5. Phys. textu 38. *Minor patet ex dictis.*

7 It is *proved* second by the Saintly Doctor: What presupposes diverse considerations is also sought by diverse acts; but we cannot with one act foreknow God and the neighbor as precise termini: nor love them. The major is proved from 2 *Top. cap. 4, in the declaration of locus 33*.

> Probatur *secundo a S. Doctore: Quod diversas considerationes praeexigit; diversis etiam actibus appetitur; sed non possumus uno actu praecognoscere Deum, et Proximum, ut terminos praecisos: neque amare. Maior probatur ex 2.* Top. cap. 4. in declarat. loci 33.

8 *It is PROVED third by the Saintly Doctor.* The same motion cannot at once be more intense and more remiss; but the motion of love toward God is more intense than toward the neighbor: Therefore it is one and another.

> PROBATUR tertio a S. Doctore. *Idem non potest esse motus simul intensior, et remissior; sed motus dilectionis in Deum est intensior, quam in proximum: Ergo est alius, et alius.*

9 *It is PROVED fourth by the Saintly Doctor:* Peter and Paul are more conformed in the reason of a lovable object than Paul and God; but one motion of love cannot be toward Peter and Paul: Therefore.

> PROBATUR quarto a S. Doctore, *magis conformatur in ratione obiecti diligibilis Petrus, et Paulus, quam Paulus, et Deus; sed non potest unus motus dilectionis esse in Petrum, et Paulum: Ergo.*

10 *It is PROVED fifth by the Saintly Doctor.* The precept regards the use and act of the virtue, but there are two precepts of Charity: Therefore.

> PROBATUR quinto a S. Doctore. *Praeceptum respicit usum, et actum virtutis, sed duo sunt praecepta Charitatis: Ergo.*

11 He ASSERTS second, that there is one act toward God and the neighbor in the first way, as toward the means and the end, and as toward the good, Q. d. est Bonum, Cui.

> *ASSERIT secundo, unum esse actum in Deum, et proximum primo modo, tanquam in medium, et finem, et tanquam in bonum, Q. d est Bonum, Cui.*

12 It is *PROVED by the Saintly Doctor first.* The motion toward the end and toward the medium as such ordered to it is the same, because a motion is not numbered according to the difference of the medium but of the extremity; but the motion of Charity is toward God as toward the end, and toward the neighbor as the medium: Therefore.

> PROBATUR a S. Doctore primo. *Idem est motus in finem, et medium, ut tale est ad illum, quia motus non numeratur secundum differentiam medii, sed extremi; sed motus Charitatis est in Deum, tanquam in finem; et in proximum, ut medium: Ergo.*

13 *It is PROVED second by the Saintly Doct.* Where there is one beloved, there is one act of love; for a motion is specified by its object, at least as regards us; but in the neighbor nothing is loved except God, by the act of Charity: Therefore.

> PROBATUR secundo a S. Doct. *Ubi est unum dilectum, ibi unus actus dilectionis; nam motus specificatur ab obiecto, saltem quo ad nos; sed in proximo non diligitur, nisi Deus, per actum Charitatis: Ergo.*

14 BUT if you should say that to love the neighbor in himself on account of a rational nature like ours, or on account of his virtues, is not an act of Charity, as *St. Bonaventure notes, this dist. 27. art. 2. quest. 2, and dist. 9. art. 2. quest. 4; St. Thomas 2. 2. quest. 109. art. 3. ad 2; Vasquez Lib. 1. de adorat. disp. 6. cap. 2, and Lib. 3. disp. 1. cap. 6; Caspensis de Charitate, disp. 3. sect. 1.* The same hold *Turrianus, Coninchius, and Arriaga, apud Mastrium disp. 6. quest. 22, of whom I shall treat in quest. 29.*

> *SI autem dicas, diligi proximum in seipso ob naturam rationalem nobis similem, vel ob eius virtutes, non est actus Charitatis, ut notat* D. Bonavent. hac dist. 27. art. 2. quaest. 2. et dist. 9. art. 2. quaest. 4. D. Thom. 2. 2. quaest. 109. art. 3. ad 2. Vasquez Lib. 1. de adorat. disp. 6. cap. 2. et Lib. 3. disp. 1. cap. 6. Caspensis de Charitate, disp. 3. sect. 1. *Idem sentiunt* Turrianus, Coninchius, et Arriaga apud Mastrium disp. 6. quaest. 22. de quo agam quaest. 29.

15 *It is PROVED third:* As the image of St. Peter is venerated in order to St. Peter with one act, as *Damascene says Lib. 4. de Fide, cap. 17,* because the honor of the image passes to the prototype; so too the love of the neighbor is referred to God; and hence there is one act by which God and the neighbor are loved, as referred to God the prototype.

> PROBATUR tertio; *Sicut adoratur imago D. Petri in ordine ad D. Petrum uno actu, ut ait* Damascenus Lib. 4. de Fide, cap. 17. *quia honor imaginis transit ad prototypum; Sic etiam dilectio proximi refertur ad Deum; atque adeo unus est actus, quo diligitur Deus, et proximus, ut ad Deum prototypum.*

16 In this, however, there is a disparity, because honor is not terminated in any way upon the image, but passes wholly to St. Peter; whereas the neighbor in some way terminates the act of love, and in

this sense he is commanded to be loved by a distinct precept; even though in the said way, as end and medium, etc., they are loved by one act.

> *In hoc tamen est disparitas, quia honor non terminatur ullo modo ad imaginem; sed totus transit ad D. Petrum; at proximus aliquo modo terminat actum amoris, et hoc sensu, diverso praecepto iubetur amare; esto modo dicto, ut finis, et medium, etc. uno actu amentur.*

17 *It is PROVED fourth:* Where one thing is for the sake of another, there is only one; but the neighbor is loved for the sake of God: Therefore by one love. This, however, is true in such a way that they can also be the object of love as two termini.

> PROBATUR quarto: *Ubi unum propter aliud, ibi est unum tantum; sed proximus diligitur propter Deum: Ergo una dilectione. Hoc tamen verum est, ita ut etiam tanquam duo termini, possint esse obiectum amoris.*

18 *It is PROVED fifth,* because although there are several Divine persons, nevertheless they are loved by one love, because there is one objective reason of goodness: Similarly there is one reason of the highest goodness, on account of which God and the neighbor are loved.

> PROBATUR quinto, *quia tametsi sint plures Divinae personae; tamen una amantur dilectione, quia una est ratio obiectiva bonitatis: Similiter una est ratio summae bonitatis, propter quam amatur Deus, et proximus.*

19 He NOTES, however, that the reason in this case is diverse, because the terminating goodness of the neighbor and of God is not altogether the same, in the way in which the goodness of the three persons is, communicating in one essence; whence it stands in a different manner; and because from the diversity of comparisons arises the diversity of acts, while from the unity of the principal motivating reason arises the unity of the habit. Hence it is that the act by which God and the neighbor are loved is one, although the motions are one and another.

> *ADVERTIT tamen, diversam esse in hoc rationem, quia non est eadem omnino terminativa bonitas proximi et Dei, eo modo, quo est bonitas trium personarum, communicantium in una essentia; unde differenti modo se habet; et quia ex diversitate comparationum consurgit diversitas actuum; ex unitate vero rationis principalis motivae exurgit unitas habitus; hinc est, ut actus, quo amatur Deus, et proximus, unus sit, licet motus alius, et alius.*

Question XVIII: Whether charity is to be loved out of charity

1 I ASSERT that not only God, who is Charity, but also the habit and act of Charity are willed and loved by the very act of Charity itself.

> *ASSERO, non solum Deum, qui idest Charitas, sed etiam habitum, et actum Charitatis esse volitum, et amatum ipso actu Charitatis.*

2 *It is PROVED by St. Bonavent. first,* from *St. Augustine 8. de Trinitate, chapter 7,* on which St. Thomas also relies.

> PROBATUR a D. Bonavent. primo, *ex* D. Augustino 8. de Trinitate, capite 7. *quo nititur etiam D. Thom.*

3 *It is PROVED second by the same argument* that St. Thomas uses. The object of the will is universal good. Therefore whatever falls under the aspect of good can be the object of the will and of its acts; and because the very willing of good is a certain good, the will, which is perfected when it reflects upon itself, can will this good; but that very willing of this good is supernatural, because it is willed in order to a supernatural friendship with God, while we wish this good of Charity to all; and

similarly in ourselves, while we love love itself; indeed, we refer that love by Charity to the Divine friendship, and to God in himself, as *Tannerus notes, disput. 2. quest. 3. dub. 1.*

> PROBATUR secundo eodem argumento, *quo utitur D. Thom. Voluntatis obiectum est bonum universale. Igitur quidquid sub ratione boni cadit, potest esse obiectum voluntatis, et actuum eius, et quia ipsum velle bonum, est quoddam bonum, potest voluntas, quae perficitur, dum supra se reflectitur, velle hoc bonum; at ipsam velle hoc bonum, est supernaturale, quia est volitum in ordine ad amicitiam supernaturalem cum Deo, dum omnibus optamus hoc bonum Charitatis; et similiter in nobis, dum ipsum amorem amamus; sane referimus illum Charitate ad Divinam amicitiam, atque ad Deum in se, ut notat* Tannerus disput. 2. quaest. 3. dub. 1.

4 *It is PROVED third.* We love our neighbor because we see him to have Charity: Therefore also Charity itself, on account of which we love that neighbor; because on account of which a thing is such, that thing is more so. But we love these by Charity because they are in order to God to be loved in himself.

> PROBATUR tertio. *Amamus proximum, quia videmus, eum habere Charitatem: Ergo et ipsam Charitatem, propter quam amamus ipsum proximum; quia propter quod, unumquodque tale, et illud magis; diligimus autem haec Charitate, quia sunt in ordine ad Deum in se amandum.*

5 You OBJECT first from St. Augustine *Lib. 1. de doctrina Christiana, cap. 23: There are only four things lovable by Charity: God, ourselves, our neighbor, and the neighbor's body.*

> *OBIICIES primo ex D. Augustino* Lib. 1. de doctrina Christiana, cap. 23. Quatuor tantum sunt amabilia Charitate, Deus, nos ipsi, proximus, et corpus proximi.

6 The Saintly Doctor answers that St. Augustine speaks of things to be loved with the love of friendship, that is, of those to whom good is wished; thus also St. Thomas.

> *RESPONDET S. Doctor, S. Augustinum loqui de amandis, amore amicitiae, quibus nempe optatur bonum; ita etiam D. Thomas.*

7 You OBJECT second. Charity is loved either with the love of concupiscence or of friendship; not of friendship, for this is between likes; not of concupiscence, because this concerns things not possessed.

> *OBIICIES secundo. Vel amatur Charitas amore concupiscentiae, vel amicitiae; Non amicitiae, nam haec est inter similes: Non concupiscentiae, quia haec est de rebus non habitis.*

8 It is ANSWERED that there is complacency in the Charity possessed. Moreover, spiritual love of the good, and its possession, excites to desiring while it refreshes; and it refreshes while it excites, as *St. Gregory says, homil. 36. in Evang.* and *St. Augustine Lib. 1. de doctrina Christiana, cap. 38.*; and the Saintly Doctor runs on to those words *Ioan. 4: He who drinks of the water that I will give him, etc.*

> *RESPONDETUR, Charitatis habitae esse complacentiam. Deinde spiritualis dilectio boni, eiusque possessio excitat ad desiderandum, dum reficit; et reficit, dum excitat, ut dicit* S. Gregorius, homil. 36. in Evang. *et* D. Augustinus Lib. 1. de doctrina Christiana, cap. 38. *et discurrit S. Doctor ad ea verba* Ioan. 4. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, etc.

9 You OBJECT third. As Faith is related to believing, and hope to hoping, so Charity to loving; but no one having Faith believes Faith, because, as *St. Augustine says, 13. de Trinitate, cap. 1: believing, he knows*

that he believes, and sees that he believes; but credence is of things not seen; similarly no one hopes hope itself, but has it: Therefore neither does he love Charity.

> *OBIICIES tertio. Sicut se habet Fides ad credere; spes ad sperare; ita Charitas ad diligere, sed nullus habens Fidem, credit Fidem, quia ut dicit* D. Augustinus 13. de Trinitate, cap. 1. credens, scit se credere, et videt se credere; *credulitas autem est de non visis; similiter autem nullus sperat spem ipsam, sed eam habet: Ergo nec diligit Charitatem.*

10 The Saintly Doctor answers that the act of Faith declares imperfection, and likewise the act of Hope; whence, if either habit were reflected upon itself, it would diminish from the reason of a habit: Wherefore he who believes credence does not have it; and hope likewise; but love is a perfect act, like knowledge. Hence as he knows perfectly who knows that he knows, so he loves perfectly who loves the love with which he loves.

> *RESPONDET S. Doctor, actum Fidei dicere imperfectionem, similiter et actum Spei; unde, si uterque habitus reflecteretur, diminueret de ratione habitus: Quare qui credit credulitatem, non habet eam; et spem similiter; Sed dilectio est actus perfectus, sicut scientia. Unde sicut perfecte scit, qui scit se scire, ita perfecte diligit, qui amat dilectionem, qua diligit.*

11 You OBJECT fourth. If Charity loves Charity, either she loves it by another love or by herself. If by another: Therefore that one too by another, and so on to infinity; if by the same: dem. *Contra:* No special form reflects upon itself unless it is among the first intensions, such as unity, truth, goodness; hence it is not said: whiteness whitens: Therefore neither: beloved love is.

> *OBIICIES quarto. Si diligit Charitas Charitatem, vel eam diligit alia dilectione, vel se ipsa. Si alia: Ergo et illa per aliam, et sic in infinitum; si eadem: dem:* Contra: *Nulla forma specialis super se ipsam reflectitur, nisi sit e primis intensionibus, sicut unitas, veritas, bonitas; unde non dicitur: albedo albat: Ergo nec: dilectio dilecta est.*

12 *St. Bonaventure answers:* to love with the same habit, but by another act. To the point about reflection he answers that reflection sometimes comes from nature, and thus it is in universals; sometimes it comes from the reason of that in which it is; and thus it is in forms which are in potencies born to convert upon themselves, and insofar as they are converted upon themselves; and because the cognitive potency knows itself, and the will is an instrument moving itself; therefore by science one knows his science, and by Charity he loves himself, as loving that very love.

> Respondet *S. Bonavent. diligere eodem habitu, sed per alium actum. Ad id de reflexione, respondet, reflexionem aliquando venire ex natura, et sic est in generalibus; aliquando venire ratione eius, in quo est; et sic est in formis, quae sunt in potentiis, natis supra se converti, et in quantum supra se convertuntur; et quia potentia cognitiva se ipsam cognoscit, et voluntas est instrumentum, seipsam movens; ideo per scientiam scit aliquis suam scientiam, et per Charitatem, se, ut ipsam, diligit.*

Question XIX: Whether all gratuitous gifts are to be loved out of charity

1 The *first* opinion, found in St. Bonaventure, is that these gifts are not loved by an elicited act of Charity; for Charity does not love our own advantage, as a natural affection does, but is poured out toward another, as St. Gregory says *homil. 17. in Evang.*; and because our spiritual advantage is placed in these gifts, which order us to beatitude; therefore the love of such gifts is elicited by natural love, but commanded by Charity, whose office it is to command our acts, that they may be rightly moved toward their ends.

> An omnia dona gratuita sint C*HARITATE* diligenda.

> Prima *opinio apud D. Bonavent. est, haec dona non esse amata actu Charitatis elicito; Charitas enim non amat proprium commodum, ut affectus naturalis, sed in alterum protenditur, ut ait D. Gregorius* homil. 17. in Evang. *et quia commodum nostrum spirituale reponitur in hisce donis, quae nos ordinant ad beatitudinem; ideo amor talium donorum est a dilectione naturali elicitive; sed a Charitate imperative, cuius est imperare actibus nostris, ut recte moveantur in suos fines.*

2 The Saintly Doctor attacks this view; For Charity tends also to our own beatitude, that we may enjoy God. Then, because although it belongs to nature to seek the advantages of the body, yet to love spiritual gifts belongs to gratuitous love.

> *Hunc modum impugnat S. Doctor; Nam Charitas tendit etiam in propriam beatitudinem, ut Deo fruatur. Deinde, quia licet naturae sit quaerere commoda corporis; tamen spiritualia dona amare est dilectionis gratuitae.*

3 The *second* opinion is that, since good is the object of Charity, and the act receives its species from the object, the intensity of the act of loving varies according to the reason of good: But something is called good in a twofold way: in one way concretively, because it is ordered to beatitude as to an end. In another way abstractively, because it is that by which one is ordered to the end. Therefore the gratuitous gifts are not called good in the first way but in the second; because by them we are directed to beatitude. Hence they are more called goodnesses than goods, and more reasons for loving than lovable things; therefore these are not properly to be loved out of Charity, but rather the recipients of the gifts are loved out of Charity. And since an accident together with its subject constitutes one thing, therefore loves are not multiplied toward these gifts so as to be distinct from the loves by which men are loved.

> Secunda *opinio est, quod cum bonum sit obiectum Charitatis, et actus recipiat speciem ab obiecto, intensio actus diligendi variatur secundum rationem boni: Bonum autem dicitur aliquid dupliciter: Uno modo concretive, quia est ordinatum ad beatitudinem, ut finem. Alio modo abstractive, quia est id, quo ordinatur ad finem. Dona igitur gratuita non dicuntur bona primo modo, sed secundo; quia illis dirigimur nos ad beatitudinem. Ideo magis dicuntur bonitates, quam bona, et magis rationes diligendi, quam diligibilia; ideo haec non sunt proprie ex Charitate diligenda, sed potius Charitate diliguntur susceptivi donorum. Quoniam vero accidens cum suo subiecto unum constituit, ideo non multiplicantur dilectiones ad haec dona, quae sint distinctae a dilectionibus, quibus amantur homines.*

4 *Against* this the Saintly Doctor argues: For even God, who is the highest goodness, falls among the things to be loved out of Charity.

> Contra *arguit S. Doctor: Nam etiam Deus, qui est bonitas summa, compatatur inter diligenda ex Charitate.*

5 *Then:* On account of which a thing is such, that thing is more such; but spiritual gifts are goods on account of which men are loved: Therefore much more are they themselves to be loved, as St. Thomas also argues *art.* 2.

> Deinde: *Propter quod, unumquodque tale, et illud magis tale; sed dona spiritualia sunt bona propter quae homines diliguntur: Ergo multo fortius ipsa diligenda sunt, ut arguit etiam D. Thom.* art. 2.

6 He *asserts,* therefore, that spiritual gifts are loved by Charity; yet not with friendship, because for those gifts no good is wished; but with the love of concupiscence, insofar as they are goods for us toward union with God. For thus the Saints sigh out of Charity for the gifts of heaven.

> Asserit *igitur, dona spiritualia diligi Charitate; non tamen amicitia, quia eis donis non desideratur bonum; sed amore concupiscentiae, quatenus nobis bona sunt ad unionem cum Deo. Sic enim Sancti ex Charitate dona coelestia suspirant.*

7 It is *proved* first by St. Bonaventure from St. Augustine *8. de Trinitate, cap. 7, where he says: He who loves his neighbor, it follows that he loves also that very love.*

> Probatur *primo a D. Bonavent. ex D. Augustino* 8. de Trinitate, cap. 7. ubi ait: Qui diligit proximum, consequens est, ut etiam ipsam dilectionem diligat.

8 *Second* it is proved by St. Bonaventure. That which orders to beatitude is to be loved out of Charity; such are these gifts: Therefore.

> Secundo *probatur a S. Bonavent. Id, quod ordinat ad beatitudinem, est Charitate diligendum; talia sunt haec dona: Ergo.*

9 *Third* it is proved. Such gifts are to be expected and asked of God; and he who loves them merits by loving: but the chief meritorious love is the love of Charity: Therefore.

> Tertio *probatur. Talia dona sunt a Deo expectanda, et petenda; et qui illa diligit, diligendo meretur: sed praecipua dilectio meritoria, est dilectio Charitatis: Ergo.*

10 Nevertheless he concludes that these means are loved by Charity secondarily, as the Saintly Doctor explains, *quest. 6.*

> *Colligit tamen, secundario amari Charitate haec media, ut explicat S. Doctor,* quaest. 6.

11 *Fourth.* As gratuitous love is related to the gifts of grace, so natural love to the gifts of nature. But these are loved with natural love: Therefore.

> Quarto. *Sicut se habet dilectio gratuita ad dona gratiae; ita dilectio naturalis ad dona naturae. Sed haec amantur amore naturali: Ergo.*

12 You *object* first. No creature lacking reason is to be loved out of Charity, because it does not communicate in life with us.

> Obiicies *primo. Nulla creatura ratione carens, est amanda Charitate, quia non communicat in vita nobiscum.*

13 It is *answered* that it is true that such creatures are not loved with the love of friendship, but of concupiscence.

> Respondetur, *verum esse, tales creaturas non diligi amore amicitiae; sed concupiscentiae.*

14 You *object* second: To love is to will good to someone; but we do not will good to these gifts.

> Obiicies *secundo: Diligere est velle alicui bonum; his autem donis non volumus bonum.*

15 It is *answered* that this is true of the love of friendship; but the love of concupiscence is rather to desire a good.

> Respondetur, *verum esse de dilectione amicitiae; amor vero concupiscentiae est potius bonum desiderare.*

16 You *object* third. Only the beatifiable are lovable by Charity, inasmuch as they can communicate with us in supernatural life.

> Obiicies *tertio. Sola beatificabilia sunt Charitate amabilia, quippe quae possunt communicare nobiscum in vita supernaturali.*

17 It is *answered* that this is conceded of the love of friendship, and St. Augustine enumerates only these *Lib. primo de doctrina Christiana, capite 23*.

> Respondetur, *hoc concedi de dilectione amicitiae, et haec sola enumerat D. Augustinus* Lib. primo de doctrina Christiana, capite 23.

Question XX: Whether irrational creatures are to be loved out of charity

1 In two ways, as St. Bonaventure says, something can be loved out of Charity: First, elicited by the proper act upon the proper object. Second, commanded, when it commands other virtues their acts. Therefore he teaches that irrational creatures can be loved by Charity commanding natural piety, but not by a proper elicited act. The reason, which St. Thomas also uses, is that Charity is a certain supernatural friendship; but friendship is borne toward a friend to whom we wish good, as toward an end; and we cannot properly will good to brutes, since they are incapable, as Aristotle teaches 2 *Physic. tex. 59*. Then, friendship implies a communication in goods; and if it is supernatural, in supernatural goods; but man does not communicate with irrational creatures in the good life, which is the communication of friends, from Aristotle 8 *Eth. cap. 3. and 4.* much less does he communicate in the goods of eternal life, by which communication supernatural friendship is sustained.

> An irrationalia ex C*HARITATE* sint diligenda.
>
> *Duobus modis, ut ait S. Bonavent. potest aliquid ex Charitate diligi: Primo elicitive per actum proprium in proprium obiectum. Secundo imperative, dum imperat aliis virtutibus actus earum. Igitur docet, posse Charitate, imperante pietati naturali, diligi irrationalia: non autem actu elicito proprio. Ratio est, qua utitur etiam D. Thom. quia Charitas est amicitia quaedam supernaturalis; Amicitia autem fertur in amicum, cui volumus bonum, tanquam in finem; at brutis non possumus velle bonum proprie, cum sint incapacia, ut docet Aristoteles 2.* Physic. tex. 59. *Deinde amicitia dicit communicationem in bonis; et si est superna, in bonis supernis; at homo non communicat cum irrationalibus in bona vita, quae est amicorum communicatio, ex Aristotele 8.* Eth. cap. 3. et 4. *multo minus communicat in bonis vitae aeternae; qua communicatione nititur amicitia superna.*

2 In another way also the Saintly Doctor opens and expounds his meaning. In a threefold way something can be loved out of Charity: First, as object and end; and in this way God is loved. Second, as a loved object, not as an end, and in this way the neighbor is loved; because we wish him the highest good. Third, something can be loved out of Charity, not as an end or beloved object, nor on its own account, but on account of another; and in this way irrational creatures are loved, inasmuch as God is loved in them, in the manner in which someone who loves a friend also loves his dog, as *Tannerus notes, disp. 2. quest. 3. dub. 1.* Therefore the love of Charity, which is friendship toward God, extends to the neighbor as the children of God; just as the friendship by which I love Peter extends also to his son; yet not to his flesh. But if you should ask what virtue elicits that love in creatures, the Saintly Doctor answers that it is a certain natural piety, by which, considering all Creatures as the works of God, it rises to praises and love of God, as St. P. Francis wonderfully exhibited; for the more one returns to natural uprightness, the more from the very creatures he is raised up to God the maker.

> *Alio etiam modo sensum suum aperit, et exponit S. Doctor. Tripliciter potest aliquid diligi ex Charitate: Primo ut obiectum, et finis; et hoc pacto diligitur Deus. Secundo ut obiectum dilectum, non ut finis, et hoc modo diligitur proximus; quia ei volumus summum bonum. Tertio diligi potest aliquid ex charitate; non ut finis, vel obiectum amatum, neque intuitu ipsius, sed alterius; et hoc modo irrationalia diliguntur, quatenus in illis diligitur Deus ad modum, quo*

aliquis diligens amicum, etiam canem eius diligit, ut notat Tannerus disp. 2. quaest. 3. dub. 1. *Igitur amor Charitatis, qui est amicitia ad Deum, extenditur ad proximum, tanquam filios Dei; sicut amicitia, qua diligo Petrum, extenditur etiam ad eius filium; non tamen ad eius carnem. Si autem quaeras; quae virtus amorem istum eliciat in creaturas. Respondet S. Doctor esse pietatem quandam naturalem, qua Creaturas omnes considerans ut opera Dei, in Deum consurgit laudibus, et amore, ut mirifice praestitit S. P. Franciscus; quanto enim aliquis ad rectitudinem revertitur naturalem, tanto magis ex ipsis creaturis erigitur in Deum opificem.*

3 I ASSERT therefore that irrational creatures are not loved by Charity.

ASSERO igitur, irrationalia non diligi Charitate.

4 It is PROVED by the Saintly Doctor, first from St. Augustine *Lib. 1. de doctrina Christiana, cap. 33.* where he teaches that only those things are loved out of Charity which, by a certain society, are referred with us to God, as man and angel, or our own body.

PROBATUR a S. Doctore, primo ex D. Augustino Lib. 1. de doctrina Christiana, cap. 33. *ubi docet, ea sola ex Charitate diligi, quae nobiscum societate quadam referuntur in Deum, ut homo, et Angelus, vel corpus nostrum.*

5 It is PROVED second. Only those can be loved out of Charity which communicate in the object of Charity, which is the uncreated good, namely God. For Charity is a Theological virtue: Therefore only those can be loved by Charity which are able to enjoy the beatific object: But irrational creatures are not such: Therefore.

PROBATUR secundo. Ea sola diligi possunt ex Charitate, quae communicant in obiecto Charitatis, quod est bonum increatum, seu Deus. Charitas enim est virtus Theologica: Igitur ea sola Charitate diligi possunt, quae frui valent obiecto beatifico: Talia autem non sunt irrationalia: Ergo.

6 It is PROVED third by the Saintly Doctor. Charity is the bond of perfection; but irrational creatures cannot be bound to us by the virtues: Therefore.

PROBATUR tertio a S. Doctore. Charitas est vinculum perfectionis; sed irrationalia nequeunt nobiscum virtutibus necti: Ergo.

7 It is PROVED fourth by the Saintly Doctor. The love of Charity is a friendship of the superior order to natural friendship; but this cannot be between us and irrational creatures: Therefore. The minor is proved, because for the love of friendship it is required first that we wish good to a friend; but for good to be able to be willed to him, he must be able to use that good; but irrational creatures have no dominion over good; whence Aristotle says *2. Phys. textu 39.* that for this reason we do not say of such things that anything happens to them well or ill, except by similitude. Second, because every friendship is founded upon some likeness of life; for nothing is so proper to friendship as a good life, as the Philosopher says *Lib. 8. Eth. cap. 3. and 4.*; but irrational creatures cannot communicate with us in life.

PROBATUR quarto a S. Doctore Amor Charitatis est ordinis superioris amicitia naturali; sed haec non potest esse inter nos, et irrationalia: Ergo. Minor probatur, quia ad amorem amicitiae requiritur primo ut amico velimus bonum; ut autem possit ei esse volitum bonum, oportet ut possit uti illo bono; irrationalia vero non habent dominium in bonum; unde ait Aristoteles 2. Phys. textu 39. *quod ideo huiusmodi rebus non dicimus, aliquid bene, vel male contingere, nisi secundum similitudinem. Secundo, quia omnis amicitia fundatur in aliqua similitudine vitae; nihil enim proprium est adeo amicitiae, sicut bona vita, ut ait Philosophus* Lib. 8. Eth. cap. 3. et 4. *creaturae autem irrationales nequeunt nobiscum in vita communicare.*

8 It is PROVED fifth. Only those are to be loved by Charity which are included in the two precepts; but irrational creatures are not included in them, because they are neither neighbor nor God: Therefore.

> *PROBATUR quinto. Ea sola diligenda sunt Charitate, quae includuntur duobus praeceptis; sed irrationalia non includuntur in eis, quia non sunt proximus, nec Deus: Ergo.*

9 You OBJECT first. Charity makes us conformed to God; but God loves all the things that he made *Sap. 11.* Therefore.

> *OBIICIES primo. Charitas facit nos Deo conformes; sed Deus diligit omnia; quae fecit* Sap. 11. *Ergo.*

10 The Saintly Doctor answers that God loves creatures not by Charity, willing them eternal good, but they are only the object of his natural love; but Charity wills the highest good.

> *RESPONDET S. Doctor, Deum diligere creaturas, non Charitate, volendo eis bonum aeternum, sed solum esse ipsarum naturale; Charitas autem vult summum bonum.*

11 Nor does Charity conform our wills to the divine will, because in God there is one most simple love, which is borne toward diverse things; but we cannot imitate him in simplicity; rather we are borne by several loves: indeed by Charity toward rational creatures, to whom the highest good can be willed; but by piety toward irrational ones, because Charity is only toward those who communicate with God, as St. Augustine says *tract. 65. in Ioannem.*

> *Neque Charitas conformat voluntates nostras voluntati divinae, quia in Deo est unus amor simplicissimus, qui ad diversa fertur; non possumus autem imitari in simplicitate; sed pluribus amoribus ferimur; Charitate quidem in rationalia, quibus potest esse volitum summum bonum; pietate vero in irrationalia, quia Charitas est solum ad communicantia cum Deo, ut ait S. Augustinus* tract. 65. in Ioannem.

12 You OBJECT second. As Faith is related to believing God the Creator of rational and irrational creatures, so also to loving: Therefore we can also love irrational creatures, as ordered to God, by Charity.

> *OBIICIES secundo. Sicut se habet Fides ad credendum Deum Creatorem rationalium, et irrationalium, ita et ad amandum: Ergo possumus etiam irrationalia, ut ordinata in Deum, diligere Charitate.*

13 The Saintly Doctor answers that the reason is not parallel, for Faith regards God not only as end but also as beginning; therefore it believes him the maker even of irrational creatures; but Charity regards God only as end and good; and because irrational creatures do not tend with rational ones by the same reason to the highest good, therefore they are not loved by Charity.

> *RESPONDET S. Doctor, non esse parem rationem, nam Fides respicit Deum, non modo, ut finem, sed etiam ut principium; ideo credit eum conditorem etiam irrationalium; Charitas vero respicit Deum solummodo, ut finem, et bonum; et quia creaturae irrationales cum rationalibus non tendunt eadem ratione in summum bonum, ideo non diliguntur Charitate.*

14 You OBJECT third. Rational creatures are to be loved out of Charity because they are like God; But irrational creatures also are like God: Therefore.

> *OBIICIES tertio. Creaturae rationales diligendae sunt ex Charitate, quia Deo sunt similes; At vero etiam irrationales sunt Deo similes: Ergo.*

15 The Saintly Doctor answers that not any likeness whatsoever makes something an object lovable by Charity, but that which renders it capable, as St. August. says *14. de Trinit. cap. 3.* For Charity wishes the highest good to the beloved; but we do not enjoy this except through knowledge and love, which are in those only that have the reason of the Divine image.

> *RESPONDET S. Doctor, non quamlibet assimilationem facere aliquid obiectum diligibile ex Charitate; sed eam, quae reddit capacem, ut ait D. August.* 14. de Trinit. cap. 3. *Charitas enim optat summum bonum amato; hoc autem non fruimur, nisi per cognitionem, et amorem, quae in iis tantum sunt, quae habent rationem Divinae imaginis.*

16 You OBJECT fourth. Virtue and vice are about the same; but toward irrational creatures there can be a depraved love contrary to Charity: Therefore also Charity.

> *OBIICIES quarto. Virtus, et vitium sunt circa idem; sed circa irrationalia potest esse amor pravus, contrarius Charitati: Ergo et Charitas.*

17 The Saintly Doctor answers that although virtue and vice are about the same subject, they are not about the same object; for more is required for virtue than for vice. Then the argument fails, because although Charity is a special love, yet it is not necessary that Charity itself and every special opposite vice be about that same object. Therefore, although cupidity is about temporal goods, it does not follow that the virtue of Charity is about them; and therefore it is not necessary that these temporal things be loved by Charity, but that they be dispensed by the rules of liberality and retained with moderation.

> *RESPONDET S. Doctor, quod licet virtus, et vitium sint circa idem subiectum; non sunt tamen circa idem obiectum; plura enim exiguntur ad virtutem, quam ad vitium. Deinde deficit argumentum, quia licet Charitas sit amor specialis; tamen non est necesse, ut circa illud idem obiectum sit Charitas ipsa, et omne vitium speciale oppositum. Ideo, licet cupiditas sit circa bona temporalia, non oportet quod circa illa sit virtus Charitatis; et ideo non oportet, haec temporalia Charitate amari, sed ex liberalitatis regulis dispensari, et moderate retineri.*

18 You OBJECT fifth. Meritorious love is out of Charity; but someone loves riches so that he may make alms from them: Therefore he loves them out of Charity.

> *OBIICIES quinto. Amor meritorius est ex Charitate; sed aliquis amat divitias, ut faciat ex eis eleemosynas: Ergo eas amat ex Charitate.*

19 The Saintly Doctor answers that that act is meritorious even if it is only from Charity commanding. Then, when one loves temporal things in order to serve God, he directs his love to God; nevertheless the affection of Charity is not extended to all, as has been said.

> *RESPONDET S. Doctor, actum illum esse meritorium, etiamsi sit a Charitate solum imperante. Deinde, cum quis diligit temporalia ad serviendum Deo, dirigit suum amorem in Deum; non tamen affectus Charitate extenditur ad omnes, ut dictum est.*

Question XXI: Whether a man ought to love himself out of charity

1 I ASSERT that the love of oneself is also included in the precept of Charity.

> ***An homo debeat seipsum ex CHARITATE diligere.***
>
> *ASSERO, Charitatis praecepto includi etiam sui dilectionem.*

2 It is PROVED by the Saintly Doctors; for in the precept of the love of neighbor it is said: *thou shalt love him as thyself;* but we love our neighbor out of Charity: therefore by the same Charity also ourselves, as St. Aug. observes *serm. 3. post Pentecost.* and the Saintly Doct. *dist. 28. q. 6. ad 2.*

> *PROBATUR a SS. Doctoribus; nam in praecepto dilectionis proximi habetur:* diliges eum, sicut te ipsum; *sed proximum ex Charitate diligimus: ergo eadem Charitate etiam nos ipsos, ut observat etiam D. Aug.* serm. 3. post Pentecost. *et S. Doct.* dist. 28. q. 6. ad 2.

3 It is PROVED second by the Saintly Doctor, because to love God with the whole heart, with the whole soul, and with the whole mind is to love oneself. Therefore it is said *Lucae 10.* after the precepts of Charity have been handed down: *Do this, and thou shalt live.*

> *PROBATUR secundo a S. Doctore, quia diligere Deum ex toto corde, ex tota anima, et ex tota mente, est seipsum diligere. Ideo dicitur* Lucae 10. *post tradita praecepta Charitatis:* Hoc fac, et vives.

4 That a special precept need not have been handed down, the Saintly Doctor admonishes, because from natural inclination we are sufficiently inclined toward ourselves: *For no man ever hated his own flesh.* Ephes. 5. Therefore a third commandment was not necessary, as St. Augustine says *Lib. 1. de doctrina Christiana, cap. 24.*

> *Non oportuisse autem speciale praeceptum tradere admonet S. Doctor, quia ex naturali propensione satis ad nos inclinamur:* Nemo enim unquam carnem suam odio habuit. *Ephes. 5. Ideo non oportuit tertium mandatum, ut ait D. Augustinus* Lib. 1. de doctrina Christiana, cap. 24.

5 Yet the Saintly Doctor NOTES, *dist. 28. quest. 5. in the body, and quest. 6. there,* that since Charity, properly speaking, is friendship, we can speak of Charity in a twofold way: in one way under the common aspect of friendship; and in this sense friendship toward oneself is not had, because friendship implies the union of several, as D. Dionysius says *cap. 4. de divin. nominibus, part. 2.*; but toward oneself for each one there is unity, which is more powerful than union with another. Therefore with *a more sublime love* than friendship we love ourselves; for as unity is the principle of union, so the love by which one loves himself is the form and root of friendship. For we have friendship toward others in this, that we bear ourselves toward them as toward ourselves; for it is said in *9. Eth. cap. 8. that the things of friendship which are toward another come from those which are toward oneself.* In another way we can speak of Charity as it is the friendship of man with God principally,[1] and in consequence toward the things that are God's, among which is also man himself, who has Charity; and thus among the other things that he loves out of Charity, as pertaining to God, he loves also himself out of Charity. Thus Tannerus also discusses it *disp. 2. quest. 3. dub. 1.*

[1] Editor's note: the print reads 'de Charitate, pto vt est amicitia' — a defective letterform (apparently broken 'r' in 'pro'); rendered 'prout est' (insofar as it is).

> *ADVERTIT vero S. Doctor,* dist. 28. quaest. 5. in corpore, et quaest. 6. ibidem, *quod cum Charitas, proprie dicta, sit amicitia; dupliciter possumus loqui de Charitate; uno modo sub ratione communi amicitiae; et hoc sensu non habetur amicitia ad seipsum, quia amicitia dicit unionem plurium, ut ait D. Dionysius* cap. 4. de divin. nominibus, part. 2. *unicuique autem ad seipsum est unitas, quae est potior unione cum alio. Igitur* amore sublimiori, *quam amicitia, diligimus nos ipsos; sicut enim unitas est principium unionis; ita amor, quo quis diligit se ipsum, est forma, et radix amicitiae. In hoc enim amicitiam habemus ad alios, quod ad eos nos habemus, sicut ad nos ipsos; dicitur enim in* 9. Eth. cap. 8. quod amicabilia, quae sunt ad alterum, veniunt ex his, quae sunt ad seipsum. *Alio modo possumus loqui de Charitate, prout est amicitia hominis cum Deo principaliter, et ex consequenti ad ea, quae sunt Dei,*

inter quae etiam est ipse homo, qui Charitatem habet; et sic inter caetera, quae ex Charitate diligit, quasi ad Deum pertinentia, etiam se ipsum ex Charitate diligit. Sic discutit etiam Tannerus disp. 2. quaest. 3. dub. 1.

6 From these understand what St. Gregory means *homil. 27. in Evang. that Charity cannot be had as less than between two;* whence he infers that Charity is not had toward oneself; clearly in the reason of friendship, as the Saintly Doctors expound it.

Ex quibus intellige, quid velit D. Gregorius homil. 27. in Evang. quod Charitas minus quam inter duos haberi non potest; *unde infert, ad seipsum non haberi Charitatem; in ratione sane amicitiae, ut exponunt Sancti Doctores.*

Question XXII: Whether a man ought to love his own body out of charity

1 I ASSERT that it is so. It is the common opinion of the Theologians.

An homo debeat corpus suum ex Charitate diligere.

ASSERO, ita esse. Est communis sententia Theologorum.

2 *It is proved* first by D. Bonaventure, from *Ephes. 5: Husbands ought to love their wives as their own bodies; but wives are to be loved out of Charity: Therefore also bodies.*

Probatur *a D. Bonavent. primo, ex* 5. Ephes. Viri debent diligere uxores suas, sicut corpora sua, sed uxores sunt diligendae ex Charitate: Ergo et corpora.

3 *It is proved* secondly by the Holy Doctors from D. Augustine, *Book 1. of de doctrina Christiana, chapter 23.*

Probatur *secundo a SS. DD. ex D. Augustino* Lib. 1. de doctrina Christiana, capite 23.

4 *It is proved* thirdly by S. Bonaventure: everything beatifiable is lovable out of Charity: such are bodies: *Therefore.*

Probatur *tertio a S. Bonav. omne beatificabile est Charitate diligibile: Talia sunt corpora:* Ergo.

5 *It is proved* fourthly by S. Thomas. In the order of Charity kinsfolk are to be preferred to strangers, as Ambrose teaches in the *Cam. Gloss on ch. 2;* but kinship exists only on the part of bodies: Therefore, since our bodies are above all joined to us for this reason, they are to be loved out of Charity.

Probatur *quarto a S. Doctore. In ordine Charitatis consanguinei sunt praeferendi extraneis, ut docet Ambrosius in* Glossa Cam. 2. *sed consanguinitas non est nisi ex parte corporum: Ergo cum maxime sint nobis hac ratione coniuncta corpora nostra, sunt Charitate diligenda.*

6 *It is explained* by S. Thomas, *in corpore.* Charity is a weight inclining toward the highest good and perfect beatitude, and consequently makes us love everything lovable. Thus God must first be loved as blessed by essence: then the Spirits as beatifiable by participation: lastly bodies as beatifiable by the overflowing from the soul. So also Tannerus *disp. 2. quaest. 3. dub. 1.*

Explicatur *a S. Doctore,* in corpore. *Charitas est pondus inclinans ad summum bonum, et perfectam beatitudinem, atque adeo facit, ut diligamus omne beabile. Sic igitur amandus Deus primo beatus per essentiam: Deinde Spiritus per participationem beabiles: ultimo corpora beabilia per redundantiam ex anima. Ita etiam Tannerus* disp. 2. quaest. 3. dub. 1.

7 *You will object* first, *Ioan. 12: He who loves his life shall lose it;* but there it is understood as meaning animation unto life.

Obiicies *primo* Ioan. 12. Qui amat animam suam, perdet eam; *sumitur autem ibi, prout dicit animationem ad vitam.*

8 S. Bonaventure and D. Thomas answer that Christ urges us to hate the carnal life, not as meaning natural life, which is good, coming from God, and therefore to be loved: hence it is not lawful to kill oneself; but to hate the carnal life, as meaning the life fostered by the fire of concupiscence.

Respondet *S. Bonavent. et D. Thom. Christum hortari ad odiendam vitam carnalem, non prout dicit naturalem vitam, quae est a Deo bona, atque ideo amanda: Unde non licet interficere seipsum; sed ad odiendam vitam carnalem, ut dicit vitam, concupiscentiae igne foventem.*

9 *You will object* secondly. That which impedes beatitude is not to be loved out of Charity: such is the body, *Galat. 5: The flesh concupisceth against the spirit.* And *Rom. 7: I see another law in my members, fighting against the law of my mind, etc.* Whence he said: *Who shall deliver me from the body of this death?*

Obiicies *secundo. Id, quod impedit beatitudinem, non est Charitate diligendum: tale est corpus,* Galat. 5. Caro concupiscit adversus spiritum. *Et* Rom. 7. Sentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis, etc. *Unde dicebat:* Quis me liberabit de corpore mortis huius.

10 The Holy Doctors answer that the Apostle does not reject bodily life as it is natural; for it is not an impediment to salvation for that reason, but on account of concupiscence arising from sin.

Respondent *SS. DD. Apostolum non refugere vitam corporalem, ut est naturalis; neque enim ea est impedimentum ad salutem tali ratione, sed propter concupiscentiam ortam ex peccato.*

11 *You will object* thirdly. *Charity never falleth away, 1 Corinth. 13;* therefore the things that are to be loved out of Charity do not fall away; but bodies fall: Therefore.

Obiicies *tertio.* Charitas nunquam excidit, prima Corinth. 13. *ergo quae diligenda sunt ex Charitate, non excidunt; sed corpora cadunt: Ergo.*

12 S. Thomas answers that bodies are destined for perpetual incorruption in beatitude: hence, although now they are sown in corruption, yet they shall rise in glory; and consequently they are to be loved out of Charity.

Respondet *S. Doct. corpora ad perpetuam incorruptionem in beatitudine destinata esse: Unde, quamvis nunc seminentur in corruptione; tamen resurgent in gloria; atque adeo diligenda sunt Charitate.*

13 *You will object* fourthly. That which makes lovable out of Charity is communication in the image of God: But bodies do not have the Divine image: Therefore.

Obiicies *quarto. Id, quod facit diligibile ex Charitate, est communicatio in imagine Dei: Sed corpora non habent imaginem Divinam: Ergo.*

14 S. Thomas answers that of themselves they are indeed lovable by reason of the image and the capacity for God; hence bodies, because they participate in the image and beatitude only by reason of union, are therefore to be loved secondarily.

Respondet *S. Doct. per se quidem ea diligibilia esse ratione imaginis, et capacitatis Dei; unde corpora, quia solum participant, ratione unionis, imaginem, et beatitudinem, ideo secundario diligenda sunt.*

Question XXIII: Whether sinners are to be loved out of charity

1 The holy Doctors distinguish in sinners the nature by which they were created to the image of God, capable of beatitude; and according to this they say they are to be loved out of Charity; on the other side they see in them faults, on account of which they lack the free likeness of God, and are turned away from God, hateful, as Tannerus also admonishes, *disp. 2. quaest. 3. dub. 1.*

> ***An peccatores sint ex Charitate diligendi.***
>
> *Distinguunt Sancti Doctores in peccatoribus naturam, qua creati sunt ad Dei imaginem, capaces beatitudinis, et secundum hanc, Charitate amandos dicunt; ex altera parte vident in eis culpas, ob quas Dei similitudine gratuita carent, et sunt a Deo aversi, odibiles, ut admonet etiam Tannerus* disp. 2. quaest. 3. dub. 1.

2 They assert, therefore, that sinners are to be loved out of Charity by reason of nature.

> *Asservnt igitur, peccatores ratione naturae amandos Charitate.*

3 *It is proved* by S. Thomas, first from *Matth. 5,* where Christ commands his holy disciples: *Love your enemies;* but the enemies of the just are the impious.

> Probatur *a S. Doct. primo ex* Matth. 5. *ubi discipulis suis sanctis praecipit Christus:* Diligite inimicos vestros; *inimici autem iustorum sunt impii.*

4 *Secondly.* All the predestined are to be loved out of Charity; but among these many, according to present justice, are wicked, as I showed *quaest. 15.* Therefore.

> Secvndo. *Omnes praedestinati sunt Charitate amandi; sed ex his multi secundum praesentem iustitiam sunt pravi, ut ostendi* quaest. 15. *Ergo.*

5 *Thirdly.* All are to be loved for whom we ought to pray; but prayer is commanded even for sinners, *Matth. 5: Pray for them that calumniate you:* Therefore they are to be loved. The major is clear, because Christ places one of the effects of Charitable love: *Pray for them that persecute, etc.*

> Tertio. *Omnes sunt diligendi, pro quibus orandum; sed pro peccatoribus etiam orandum praecipit* Matth. 5. Orate pro calumniantibus vos: *Ergo sunt amandi. Maior patet, quia unum ex effectibus dilectionis Charitativae ponit Christus:* Orate pro persequentibus, etc.

6 *Fourthly.* Our Charity ought to be conformed to the Charity of Christ; but Christ loved the impious, and prayed for those crucifying him, *Lucae 23: Father, forgive them: for they know not what they do. Rom. 5: But God commendeth his Charity towards us: because when as yet we were sinners, Christ died for us.*

> Qvarto. *Nostra Charitas debet Charitati Christi conformari; sed impios dilexit Christus, oravitque pro crucifigentibus,* Lucae 23. Pater, ignosce illis: non enim sciunt quid faciunt. Rom. 5. Commendat autem Charitatem suam Deus: quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.

7 The arguments to the contrary prove only that sinners are to be hated, insofar as they are such.

> *Argumenta in contrarium solum probant, odiendos peccatores, quatenus tales sunt.*

8 Furthermore it is objected. Charity is the bond of unity: Therefore only those are to be loved who are of the unity of the mystical body; but some wicked are not of the unity of the mystical body of the Church, as infidels and heretics; the other impious are dead members.

Porro obiicitur. Charitas est vinculum unitatis: Ergo illi soli sunt diligendi, qui sunt de unitate corporis mystici; sed aliqui mali non sunt de unitate corporis mystici Ecclesiae, ut infideles, et haeretici; caeteri vero impii sunt membra mortua.

9 S. Thomas answers that Charity is the bond of perfection and of unity subjectively in the just man, but is terminated toward those who can be of the unity, as toward its object. And so it is not necessary that Charity put both extremes actually united; but it suffices that it put the subject, in which it is, in act, the other being in habit; as science puts the knower in act, but the knowable in habit.

Respondet *S. Doctor, Charitatem esse vinculum perfectionis, et unitatis subiective in iusto; terminari vero ad eos, qui possunt esse de unitate, tanquam ad obiectum. Itaque non est necesse, ut Charitas ponat utraque extrema actu unita; sed sufficit, ut ponat in actu subiectum, in quo est alterum in habitu; sicut scientia ponit scientem in actu; scibile vero in habitu.*

10 From these things it is also gathered, by the same reasoning, that insofar as sinners are men capable of beatitude, even if they are impious, they can love themselves out of Charity; but if they love iniquity, they hate their own soul, *Psal. 10.* See D. Thom. *art. 7.*

Ex his etiam colligitur, eadem ratione, quatenus peccatores sunt homines capaces beatitudinis, etiamsi impii sint, posse seipsos diligere ex Charitate; si autem diligunt iniquitatem, odio habent animam suam Psal. 10. *Vide D. Thom.* art. 7.

Question XXIV: Whether it is necessary to love enemies out of charity

1 By the name of enemy is understood one who hates iniquitously, as S. Thomas notes; for one who troubles us for a just cause is not to be reckoned an enemy, even if he is so reckoned according to the opinion of the vulgar, as the Apostle said, *Galat. 4: Am I become your enemy, because I tell you the truth?*

Nomine inimici intelligitur odiens inique, ut advertit S. Doctor; nam qui iusta de causa nobis esset molestus, non esset censendus inimicus, etiamsi secundum opinionem vulgi talis censeatur, ut dicebat Apostolus, Galat. 4. Inimicus factus sum vobis, verum dicens.

2 The first opinion with the Master, which D. Bonaventure also reports, is that enemies are indeed necessarily to be loved when begging pardon, penitent, and prompt to make satisfaction; but that enemies formally reduplicatively are not to be loved, and that to love these is only of perfection.

Prima opinio apud Magistrum, quam refert etiam D. Bonavent. est, necessario quidem inimicos diligendos, petentes veniam, poenitentes, et ad satisfactiones promptos; non autem inimicos formaliter reduplicative, sed hos diligere esse tantum perfectionis.

3 Yet the true opinion is, and the common one, that enemies, as enemies, or the impious, are not to be loved; nevertheless in the state of enmity they are not to be excluded from the neighbor, loved by the elicited acts of Charity, by which we should will them the supernatural good of beatitude; not however that by imperated acts we should will them transient temporal goods, but it suffices not to rejoice in their evils, according to that, *Proverb. 24: Rejoice not when thy enemy shall fall, and Eccles. 8: Be not glad over thy dead enemy.* So the Holy Doctors with the Holy Fathers and Theologians commonly, as Valencia reports *disp. 3. quaest. 3. p. 2.* Caspensis *disp. 3. sect. 2.* Tannerus *disp. 2 quaest. 3. dub. 1.*

Vera tamen sententia est, et communis, inimicos, ut inimicos, seu impios, non esse diligendos; attamen in statu inimicitiae non esse excludendos a proximo, dilecto actibus elicitis Charitatis, quibus velimus eis bonum supernaturale

beatitudinis; non tamen, ut actibus imperatis velimus eis bona temporalia transitoria, sed sufficit non gaudere de malis eorum, iuxta id Proverb. 24. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, et Eccles. 8. Noli de mortuo inimico tuo gaudere. *Ita SS. D. D. cum SS. PP. et Theologis communiter, ut referunt Valentia* disp. 3. quaest. 3. p. 2. *Caspensis* disp. 3. sect. 2. *Tannerus* disp. 2 quaest. 3. dub. 1.

4 I assert first, that it cannot be denied without prejudice to the Faith that the precept of loving enemies exists in the Evangelical Law.

Assero primo, non posse negari sine praeiudicio Fidei, in lege Evangelica praeceptum diligendi inimicos, extare.

5 IT IS PROVED by S. Thomas, first from those places where we are commanded to love the neighbor, *Deuter. 6. Matth. 22;* for so S. August. notes in *Psal. 118.* and on Christian discipline, and *serm. 59. de Tempore, and 221.*

PROBATUR a S. Doct. primo ex illis locis, ubi praecipimur diligere proximum, Deuter. 6. Matth. 22. *sic enim advertit S. August. in* Psal. 118. *et de disciplina christiana, et* serm. 59. de Tempore, et 221.

6 SECONDLY it is proved by S. Thomas, from the reason that Christ adduces for loving enemies: *For if you love them that love you, what reward shall you have,* where the Gloss: *None from heaven.* Then thus: Charity cannot be without reward in the heavens; but those loving friends, and not enemies, will not be rewarded in heaven: Therefore they do not have Charity. Where note that that proof has force not only as regards the love of friends and the exclusion of enemies, as if they were to be rewarded for other works, and for the state of grace, in the way that the just are to be rewarded with eternal life for saying an idle word, even if not for that word; but the force is that no reward is simply to be expected from that exclusion of enemies; for if you take only the love of friends without the exclusion of enemies, it is a meritorious act, as I shall show in the *following quaest.*

SECUNDO probatur a S. Doctore, ex ratione, quam affert Christus diligendi inimicos: Si enim dilexeritis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis, *ubi Glossa:* Nullam de caelo. *Tunc sic: Charitas non potest esse sine praemio in caelis; sed diligentes amicos, et non inimicos, non praemiabuntur in caelo: Ergo Charitatem non habent. Ubi nota, vim habere probationem illam, non modo quantum quoad amorem amicorum, et exclusionem inimicorum, quasi praemiandi sint ob alia opera, et pro statu gratiae, quo pacto praemiandi sunt vita aeterna iusti dicentes verbum otiosum, etiamsi non ob illud verbum; sed vis est, nullum praemium simpliciter expectandum ex illa exclusione inimicorum; nam si solam dilectionem amicorum accipias sine exclusione inimicorum, est actus meritorius, ut ostendam* quaest. sequenti.

7 THEREFORE it is proved thirdly by S. Thomas, from the precept of Christ, *Matth. 5: But I say to you, love your enemies.* Where the Interlinear Gloss: *It does not suffice not to hate.*

IGITUR probatur tertio a S. Doctore, ex praecepto Christi, Matth. 5. Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros. *Ubi Glossa Interlin.* Non sufficit non odisse.

8 It is PROVED fourthly by S. Thom. that what is necessary for the remission of sins is a precept; but to spare enemies, and not exclude them from the object of Charity, is so necessary: Therefore. The major is evident. The minor is proved by S. Thomas from *Matth. 6: If you will forgive men their offences: your heavenly Father will also forgive you your offences. But if you will not forgive men: neither will your Father forgive you your offences.* And in *Matth. 18.* he commands us to forgive injuries *unto seventy times seven, that is, always,* as D. Augustine observes; for the septenary number is the sign of universality, because in seven days the universe was created; the eleventh number is the sign of transgression, because it

transgresses the tenth, in which the Decalogue, the law of Charity, is described; but seven times eleven makes seventy-seven, which is the number of universality, removing the imperfection of the former number. He infers here also a most powerful motive; for Lamech is marked out seventy-seven times of malediction in *Genesi 4*. Lamech signifies the humbled one; but the sin of Lamech is the sin of the whole human race; and after the fall there run out 77 generations unto the Advent of Christ, as is had in *Lucae 3*. Therefore he means to say that it is commanded us to remit all sins committed against us; just as Christ remitted all our sins committed against his majesty, nay more, expiated them with the blood of the Son. Whence he infers the word of the Apostle, *250: And be ye kind one to another; forgiving one another, as God hath forgiven you in Christ*. D. Augustine observes this. Hence in the same *cap. 18. Matth.* is brought the parable of the servant, who, unwilling to forgive a small debt to his fellow-servant, when nevertheless a debt of ten thousand talents had been forgiven him — which sums to a hundred and twenty millions of gold, in the Persian reckoning — was condemned to perpetual prison.

> *PROBATUR quarto a S. Doct. id, quod necessarium est ad remissionem peccatorum, est praeceptum; sed parcere inimicis, eosque non excludere ab obiecto Charitatis, est ita necessarium: Ergo. Maior est evidens. Minor probatur a S. Doct. ex* Matth 6. Si dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet et vobis Pater vester caelestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus: nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra. *Et* Matth. 18. *praecipit, ut dimittamus iniurias* usque septuagies septies, idest semper*, ut observat D. August. nam numerus septenarius est signum universitatis, quia septem diebus creatum est universum; numerus undecimus est signum transgressionis, quia transgreditur decimum, in quo Decalogus, lex Charitatis, describitur; septies autem undecim facit septuagies septies, qui est numerus universitatis, auferens imperfectionem prioris numeri. Infert hic etiam praepotens motivum; nam Lamech septuagies septies maledictionis indicantur* Genesi 4. *Lamech significat humiliatum; peccatum vero Lamech, peccatum totius generis humani; post lapsum vero excurrunt 77. generationes usque ad Adventum Christi, ut habetur* Lucae 3. *Igitur vult dicere, praeceptum esse nobis remittere omnia peccata contra nos patrata; sicuti et Christus omnia peccata nostra, contra suam maiestatem patrata, remisit, imo et sanguine filii expiavit. Unde infert id Apostoli.* 250 Donantes vobismetipsis, sicut Deus in Christo donavit vobis. *Id observat D. Augustinus. Hinc eo* cap. 18. Matth. *affertur parabola servi, qui nolens dimittere exile debitum conservo, cum tamen sibi dimissum esset debitum decem millium talentorum, quae summant centum et viginti milliones auri, more Persico, damnatus est carcere perpetuo.*

9 It is PROVED fifthly by S. Thomas. The flesh is more an enemy to man than any enemy whatsoever; but *no man ever hated his own flesh. Ephes. 5.* Therefore.

> *PROBATUR quinto a S. Doct. Plus inimica est caro homini, quam inimicus quicumque; sed* nemo unquam carnem suam odio habuit. Ephes. 5. *Ergo.*

10 It is PROVED sixthly by S. Thomas. Where there is the reason of the object of Charity, there also the act of Charity is to be terminated; but the object of Charity is the neighbor, insofar as he is communicable of eternal life with us, and in this all our enemies also concur; and for that reason they are neighbors, as Valencia also teaches, *loco cit*. Therefore.

> *PROBATUR sexto a S. Doct. Ubi est ratio obiecti Charitatis, ibi est etiam actus Charitatis terminandus; sed obiectum Charitatis est proximus, quatenus est communicabilis ei vita aeterna nobiscum, et in hac omnes etiam inimici nostri conveniunt; et ob id proximi sunt, ut docet etiam Valentia* loco cit. *Ergo.*

11 From these many deduce that this is a precept of nature, which pressed also in the time of the old law. Therefore *Exodi 23: If thou meet thy enemy's ox or his ass going astray, bring it back to him; if thou see the*

ass of him that hateth thee lie under a burden, thou shalt not pass by, but shalt lift him up with him; Levit. 19: Seek not revenge, nor be mindful of the injury of thy citizens.

> *Ex quibus deducunt multi, hoc esse praeceptum naturae, quod urgebat etiam tempore legis veteris. Ideo* Exodi 23. si occurreris bovi inimici tui, seu asino erranti, reduc ad eum, si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed sublevabis eum eo Levit. 19. Non quaeras ultionem; neque memor eris iniuriae concivium tuorum.

12 The RATIO is taken from what is said by D. Bonaventure; for we are bound by the law of nature to love the neighbor, as is had in *Deuter. 6. Matth. 22.* But the enemy is also a neighbor.

> *RATIO sumitur ex dictis a D. Bonavent. nam tenemur iure naturae diligere proximum, ut habetur* Deuter. 6. Matth. 22. *Proximus autem est etiam inimicus.*

13 However, this PRECEPT does not bind to having an act of Charity singularly toward enemies; but only generally toward all, and enemies are not to be excluded from it; so the Priest prays: *memento, Domine, and of all those present;* may he not exclude the enemy assisting. Similarly not from common benefits in necessity, spiritual or temporal. Moreover, to benefit enemies outside necessity is a work of counsel and of signal perfection, as D. Augustine teaches, *in Enchir, cap. 73,* as Caspensis notes, and I shall say in *quaest. 25.*

> *PRAECEPTUM autem hoc non ligat ad habendum actum Charitatis singulatim in hostes; sed solum generalem ad omnes, et ab eis non excludendus hostes, verum Sacerdos orat;* memento Domine, et omnium circumstantium; *non excludat inimicum assistentem. Similiter neque a beneficiis communibus in necessitate spirituali, vel temporali. Caeterum benefacere hostibus extra necessitatem, est opus consilii, et egregiae perfectionis, ut docet D. Augustinus* in Enchir, cap. 73. *ut notat Caspensis, et dicam* quaest. 25.

14 QUOAD the act, indeed, or the affect of love, it is a precept, as the same S. Augustine teaches, *Lib. 1. de doctrina Christiana, cap. 22,* and *Tract. 8. in primam Ioan.,* and other Fathers with Valencia. Therefore Christ says: *love your enemies, etc. that you may be the children of your Father who is in heaven;* Therefore this is necessary for the filiation of adoption, without which no one enters into the inheritance of the kingdom of heaven. Whence Christ says, *Matth. 5: Unless your justice abound more than that of the Scribes and Pharisees, you shall not enter into the kingdom of heaven.* And among the doctrines and false traditions of the Pharisees was this: *Thou shalt love thy neighbour, and shalt hate thy enemy.* Therefore, that we may be able to enter into the kingdom of heaven, he says: *Love your enemies, that you may be the children of your Father.* From which it is deduced that this is necessary, and consequently a precept, as S. Thomas argues, on the second and 4th foundation. Therefore the Apostle says, *Rom. 12: If thy enemy be hungry, give him to eat: if he thirst, give him to drink: for, doing this, thou shalt heap coals of fire upon his head* — coals of Charity, surely, according to Ambrose, Augustine, Bede, and D. Thomas, not of eternal punishment, according to Chrysostom with Tannerus, *disput. 2. quaest. 3. dub. 1.*

> *QUOAD actum vero, seu affectum dilectionis, est praeceptum, ut docet idem S. Augustinus* Lib. 1. de doctrina Christiana, cap. 22. *et* Tract. 8. in primam Ioan. *et alii Patres apud Valentiam. Ideo Christus ait:* diligite inimicos vestros, etc. ut sitis filii patris vestri, qui in caelis est; *Ergo hoc est necessarium ad filiationem adoptionis, sine qua nemo ingreditur haereditatem regni coelorum. Unde ait Christus,* Matth. 5. Nisi abundaverit iustitia vestra plusquam Scribarum, et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum. *Inter doctrinas autem, et traditiones falsas Pharisaeorum, erat hoc:* Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum. *Propterea, ut possimus ingredi regnum coelorum, ait:* Diligite inimicos vestros, ut sitis filii Patris vestri. *Ex quo*

deducitur, necessarium esse hoc, atque adeo praeceptum, ut arguit S. Doctor, fundamento secundo, et 4. Ideo ait Apostolus Rom. 12. Si inimicus tuus esurierit, ciba illum: si sitierit potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius*, Charitatis utique, carbones, iuxta Ambrosium, Augustinum, Bedam, et D. Thomam, non supplicii aeterni, iuxta Chrysostomum apud Tannerum* disput. 2. quaest. 3. dub. 1.

15 *You will OBJECT first, Matth. 5: You have heard that it was said to them of old: Thou shalt love thy neighbor, and shalt hate thy enemy:* Therefore the ancient Law of God is kept whole, even if the enemy were hated. It is confirmed, because the moral Law is contained in the ten precepts, and in it there is no mention of loving the enemy. Therefore the Gloss on 3. Reg. 7: *Hiram made a molten sea of ten cubits.* The Gloss there: *By the ten precepts in the law, the Lord expressed all things that we ought to do.*

OBIICIES primo Matth. 5. Audistis, quia dictum est antiquis: Diliges proximum, et odio habebis inimicum tuum: *Ergo Lex Dei integra antiqua servata est, etiamsi odio haberetur inimicus. Confirmatur, quia in decem praeceptis Lex moralis continetur, et in ea non fit mentio inimici diligendi. Ideo Glossa ad id 3. Reg. 7.* Fecit Hiram mare fusile decem cubitorum. *Glossa ibi:* Decem praeceptis in lege, omnia, quae facere debemus, Dominus expressit.

16 S. Thomas answers first that the law did not command this, but that the Pharisees deduced it by way of opposition, because in *Leuit. 19.* it was said: *Thou shalt love thy neighbour,* or as our version has it: *friend;* for the Hebrew רֵעַ rea signifies companion or friend; but by friend they understood a companion from the stock of Abraham and Jacob, as if the other nations were to be hated and destroyed, because it is said, *Deutet. 25: Thou shalt blot out his name under heaven. Beware thou forget not,* as Maldonatus glosses: *But they were deceived,* because, although it said certain nations were to be destroyed, yet not all; nay rather, to be loved, since they were to be joined in one wall by the corner stone, as is said in *Isaie 28. Ephes. 2. Prima Petri 2. Psalm. 117.* See Molanus on that place, Cornelius a Lapide, and other expositors. And so the place is interpreted in this way by the Imperfect *homil. 13. in Matth.*, ascribed to Chrysostom, and others, whom Tostatus follows, *quaest. 344.* S. Thom. *3. dist. 30. art. 1.* Valencia *disp. 3. quaest. 3. puncto 2,* where he calls it the perverse tradition of the Pharisees; and Cornelius a Lapide, observing that in the ancient law it was only permitted to kill for justice, but not to hate. For thus also the Judge kills the guilty. Therefore Caspensis *num. 11.* calls it the wicked interpretation of the Pharisees. So also Tannerus *disp. 2. quaest. 3. dub. 1.*

RESPONDet S. Doctor primo*, hoc non praecepisse legem, sed id deduxisse Pharisaeos ex opposito, quia* Leuit. 19. *dictum erat:* Diliges proximum*, vel ut noster vertit:* amicum*, Hebraeus enim* רֵעַ *rea significat socium, vel amicum; per amicum autem intelligebant socium ex genere Abrahae, et Iacob, quasi caeterae gentes essent odio habendae, et delendae, quia dicitur* Deutet. 25. Delebis nomen eius sub caelo. Caue ne obliuiscaris*, ut glossat Maldonatus:* At decepti *sunt, quia, licet quasdam gentes delendas diceret; tamen non omnes; imo diligendas,quippe essent in unum parietem lapide angulari sociandae, ut dicitur* Isaie 28. Ephes. 2. Prima Petri 2. Psalm. 117. *Vide Molanum ad eum locum, Cornelium a Lapide, aliosque expositores. Itaque hoc pacto interpretari sunt locum istum, Imperfectus* homil. 13. in Matth. *Chrysostomo adscriptus, et alii, quos sequuntur Tostatus* quaest. 344. *S. Thom.* 3. dist. 30. art. 1. *Valentia* disp. 3. quaest. 3. puncto 2. *ubi eam vocat perversam traditionem Pharisaeorum, atque Cornelius a Lapide, observantes, in lege antiqua solum concessum ad iustitiam occidere, non autem odio habere. Sic enim et Iudex occidit reos. Ideo Caspensis* num. 11. *vocat eam pravam interpretationem Pharisaeorum. Sic etiam Tannerus* disp. 2. quaest. 3. dub. 1.

17 THEN S. Thomas answers, and with him Tannerus, that hatred was conceded, or permitted, of old to the law as regards its effects, as has been said; but not the affect of hatred; and indeed as to effect

he conceded it not toward private adversaries, but toward the idolatrous Chanaanites, the warring enemies of the Church. And so those who are said to be enemies above in *Exodi 23. Leuit 19.* were private enemies, but friends as regards the Republic. From which it follows that it was so conceded by the law; but that Christ corrected that law and issued the new precept of the Gospel, as Legislator, and that indeed a perfect one. So with an incredible consensus nearly the ancient Fathers: Irenaeus *Lib. 4. cap. 22.* Tertullianus *Lib. de Patientia*, Clemens Alex. *lib. 6. strom.* Hilarius *can. in Matth. 4.* Epiph. *in Ptolemaitas, haeresi 31.* Basil. *homil. in Psalm. 14.* Chrysostomus *homil. 16. in Matth.* Auctor imperf. *homil. 11.* Ambrosius *serm. 5. in Psalm. 118.* Hieronymus *epist. ad Heroniam, de Monogamia*, Theophylac. and Euthym. on this place, whom Maldonatus adduces and follows, *in cap. 5. Matth. num. 21.* But this exposition fits better for proving that Christ came in the Gospel not only as a good messenger, but also enacted Laws as Legislator, against the heretical Pelagians, of whom Hieronymus *Lib. primo*, and against the sectaries of our time. Therefore he corrects the law, and wills that the name of neighbor be extended to all, since they communicate in the capacity for God and Beatitude, as Hieronymus, Augustinus, Theophylac. and others expound, with Cornelius a Lapide.

> DEINDE respondet S. Doctor, *et cum eo Tannerus, concessum, seu permissum antiquitus legi odium, quoad effectus, ut dictum est; non autem affectum odii; et sane quoad effectum concessit, non in adversarios privatos, sed in Idolatras Chananaeos, inimicos pugnaces Ecclesiae. Itaque illi, qui* Exodi 23. Leuit 19. *supra dicuntur inimici, erant inimici privati, sed amici quoad Rempublicam. Ex quibus sequitur, ita lege concessum fuisse; eam vero legem Christum correxisse, et novum Euangelii praeceptum edidisse, ut Legislatorem, et illud sane perfectum. Ita incredibili consensu fere antiqui Patres, Irenaeus* Lib. 4. cap. 22. *Tertullianus* Lib. de Patientia, *Clemens Alex.* lib. 6. strom. *Hilarius* can. in Matth. 4. *Epiph.* in Ptolemaitas, haeresi 31. *Basil.* homil. in Psalm. 14. *Chrysostomus* homil. 16. in Matth. *Auctor imperf.* homil. 11. *Ambrosius* serm. 5. in Psalm. 118. *Hieronymus* epist. ad Heroniam, de Monogamia, *Theophylac. et Euthym. ad hunc locum, quos allegat, et sequitur Maldonatus* in cap. 5. Matth. num. 21. *magis autem quadrat haec expositio ad probandum, Christum in Euangelio venisse, non ut bonum tantum nuncium, sed etiam Leges sanxisse, ut Legislatorem contra haereticos Pelagianos, de quibus Hieronymus* Lib. primo, *et sectarios nostri temporis. Igitur legem corrigit, et vult, nomen proximi extendi ad omnes, quippe communicantes in capacitate Dei, et Beatitudinis, ut exponunt Hieronymus, Augustinus, Theophylac. et alii apud Cornelium a Lapide.*

18 And this is the first fundamental reason of D. Bonav., by which he shows that enemies are to be loved, because according to the Law and interpretation of Christ, enemies also are included in the neighbor.

> *Et haec est prima ratio fundamentalis D. Bonav. qua ostendit, inimicos diligendos, quia iuxta Christi Legem, et interpretationem, in proximo includuntur etiam inimici.*

19 *You will OBJECT secondly from the Gloss on Lucae 6: Love your enemies,* which says it belongs to the perfect.

> OBIICIES secundo ex Glossa ad id Lucae 6. Diligite inimicos vestros, *quae dicit, esse perfectorum.*

20 S. Thomas answers that to love with elicited affect is a precept; but with imperated works of affect, outside necessity, it belongs to perfection, and thus the Gloss speaks.

> RESPONDet S. Doctor, *diligere affectu elicito esse praeceptum; affectu vero, imperante opera, extra necessitatem, perfectionis esse, et ita loqui Glossam.*

21 *You will OBJECT thirdly.* To love enemies is a thing of wonder, as the Gloss says on *Psalm. 118: Reuela oculos meos; et considerabo mirabilia de lege tua.*

OBIICIES tertio. *Diligere hostes est mirabile, ut ait Glossa ad id* Psalm. 118. Reuela oculos meos; et considerabo mirabilia de lege tua.

22 S. Thomas answers that to love enemies belongs among the marvels which the world admires as most arduous to be commanded by Divine law; yet they can be done with the aid of grace and Charity, and with these marvels the Gloss includes loving enemies, but not with miracles, which are of grace freely given.

RESPONDet S. Doctor, *diligere hostes esse ex mirabilibus, quae tanquam maxime ardua mundus admiratur praecipi lege Divina; possunt tamen fieri gratia adiuvante, et Charitate, et cum his mirabilibus includit Glossa diligere hostes, non autem cum miraculis, quae sunt gratia gratis data.*

23 *You will OBJECT fourthly from D. Ambrose with the Master dist. 29: it suffices not to hate the enemy.*

OBIICIES quarto ex D. Ambrosio apud Magistrum dist. 29. sufficit non odisse hostem.

24 S. Thomas answers that that authority is truncated, for he says: *it suffices, if we love simply, and do not hate.*

RESPONDet S. Doctor, *authoritatem illam esse truncatam, ait enim:* sufficit, si simpliciter diligimus, et non odio habemus.

25 S. Thomas hands down remedies for hatred, *de profectu religiosi, cap. 29,* namely, to fear the vengeance of God, who does not remit the sins of him who hates, *Matth. 18.* To overcome evil by good, *Rom. 12.* See S. Thomas.

Remedia odii tradit S. Doctor, de profectu religiosi, cap. 29. *nempe timere vindictam Dei, qui non remittit odienti peccata* Matth. 18. *Vincere in bono malum* Rom. 12. *Vide S. Doctorem.*

Question XXV: Whether we are bound to show the effects of charity toward enemies, and which

1 IT IS TO BE ASSERTED that it is a precept to love the enemy not only in affect, but also in effects.

An teneamur CHARITATIS effectus in hostes ostendere, et quosnam.

ASSERENDUM, praeceptum esse, non solum affectu hostem diligere, sed etiam effectibus.

2 *It is PROVED by D. Bonaventure, first from the old testament, Exodi 23: If thou see the ass of him that hateth thee lie under a burden, thou shalt not pass by, but shalt lift him up with him. Prouerb. 25: If thy enemy be hungry, give him to eat: if he thirst, give him drink.* But these commandments were given to all the Israelites.

PROBATUR a D. Bonauent. primo ex veteri testamento, Exodi 23. si videris, Asinum odientis te, iacere sub onere, non pertransibis, sed sublevabis cum eo. Prouerb. 25. si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. *Haec autem mandata omnibus data sunt Israelitis.*

3 *It is PROVED secondly by S. Thomas, and S. Thom. from 5. Matth., where by the same precept it is enjoined: Love your enemies, and do good to them that hate you; and pray for them that persecute and calumniate you,* Where the Gloss: *The Church does three things: she loves, benefits, and prays: Therefore he who does not benefit enemies, and does not pray for them, is not a living member of the Church.*

PROBATUR secundo a S. Doctore, et S. Thom. ex 5. Matth. ubi eodem praecepto iniungitur: Diligite inimicos vestros, et benefacite his, qui oderunt vos; et orate pro persequentibus et calumniantibus vos,

Ubi Glossa: Ecclesia tria facit, diligit, benefacit, et orat: Ergo non est membrum viuum Ecclesiae is, qui non benefacit inimicis, et non orat pro eis.

4 *It is PROVED thirdly by S. Thomas. Where there is true Charity, there are its effects, just as where there is fire, there is the heating of the matter applied to it; but the effects of Charity are works shown forth for good, as is said in Ioan. 15: You are my friends, if you do the things that I command you, where Gregory, homil. 30. in Euang.: The proof of love is the showing forth of the work: Therefore; otherwise the love will be feigned.*

PROBATUR tertio a S. Doctore. Ubi est vera Charitas, ibi effectus eius, sicuti ubi est ignis, ibi calefactio materiae applicitae, sed effectus Charitatis sunt opera exhibita ad bonum, ut dicitur Ioan. 15. Vos amici mei estis, si feceritis quae eo praecipio vobis, ubi Gregorius homil. 30. in Euang. Probatio dilectionis, exhibitio est operis: Ergo; alioqui erit dilectio ficta.

5 *It is PROVED fourthly by S. Thomas: Our flesh is more an enemy to us than any enemy whatsoever; but we are bound to preserve it, as is said in Ephes. 5. Therefore.*

PROBATUR quarto a S. Doctore: Inimicior est caro nostra quouis inimico; sed hanc tenemur conservare, ut dicitur Ephes. 5. Ergo.

6 It is PROVED fifthly: To withhold the effects of Charity is an effect of hatred and of vengeance, which is contrary to Charity; but we are bound not to take vengeance, *Leuit. 19. Rom. 12.* Therefore we are bound not to withhold the effects of Charity.

PROBATUR quinto: Subtrahere effectus Charitatis, est effectus odii, et vindictae contrariae Charitati; sed tenemur non ulcisci Leuit. 19. Rom. 12. *Ergo tenemur non subtrahere effectus Charitatis.*

7 But S. Thomas OBSERVES in corpore that this precept presses in the necessity of the enemy, which he proves with that, *prima Ioan. 3: He that shall see his brother in necessity, and shall shut up his bowels from him: how doth the Charity of God abide in him? And he closes: My little children, let us not love in word, nor in tongue, but in deed, and in truth.*

OBSERVAT autem in corpore, S. Doctor, hoc praeceptum urgere in necessitate inimici, quod probat illo prima Ioan. 3. Si quis viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo: quomodo Charitas Dei manet in eo? Et claudit: Filioli mei, non diligamus verbo et lingua, sed opere, et veritate.

8 THEREFORE it is a precept in case of necessity to succor the enemy, especially in spiritual things, as I showed in the preceding quaest., from D. Augustine.

ITAQUE praeceptum est in casu necessitatis subvenire, maxime in spiritualibus, inimico, ut ostendi quaest. praecedenti, ex D. Augustino.

9 BECAUSE, however, here there is a twofold precept — one negative, not to hear, nor deny, the signs of love; the other affirmative, to show these signs — you must know that the negative, of not hating, etc., binds always. Therefore in *Matth. 18.* he is delivered to the tormentor who has not forgiven the injury. So *Nauar. cap. 14. num. 25.* Lorca 2.2. *sect. 3. disp. 25. num. 33.* Valencia *disp. 3. quaest. 3. punct. 2.* Suarez *disp. 5. sect. 5 num. 9.* Tannerus *disp. 2. quaest. 3. dub. 1.* Coninchez *disp. 24. dub. 6. num. 82.* Caspensis *disp 3 sect. 2.* Fagundez on the first precept of the Decalogue *Lib. 1. cap 28. num. 9.* with D. Bonaventure here, and in the preceding quaest. But insofar as it is affirmative, although it may seem not to bind to eliciting any internal act of love, nevertheless per accidens it often binds by reason of

avoiding scandal. Whence you ought to bear yourself toward the enemy so as not to show signs of enmity, which is left to the judgment of the prudent to determine; yet some rules are handed down.

> *QUIA vero hic est duplex praeceptum; alterum negativum, non audiendi, nec negandi, signa amoris: alterum affirmativum, haec signa ostendendi; scire debes, negativum, non odiendi, etc. ad semper obligare, Ideo* Matth. 18. *traditur tortori, qui non remiserit iniurias. Ita* Nauar. cap. 14. num. 25. *Lorca* 2.2. sect. 3. disp. 25. num. 33. *Valentia* disp. 3. quaest. 3. punct. 2. *Suarez* disp. 5. sect. 5 num. 9. *Tannerus* disp. 2. quaest. 3. dub. 1. *Coninchez* disp. 24. dub. 6. num. 82. *Caspensis* disp 3 sect. 2. *Fagundez in primum praeceptum Decalogi* Lib. 1. cap 28. num. 9. *cum D. Bonavent. hic, et quaest. praecedenti. Quatenus vero affirmativum est, licet videatur non obligare ad aliquem actum amoris internum eliciendum; per accidens tamen saepe obligar ratione scandali vitandi. Unde cum inimico ita te gerere debes, ut non ostendas signa inimicitiae, quod prudentis iudicio relinquitur videndum; sed tamen aliquas regulas tradunt.*

10 FIRST, when you pour out general prayers, do not exclude the enemy; for otherwise you do not bear yourself rightly in the Church, and you show yourself a dead member of the Church, which prays for all, as S. Thomas has it, *fundamento secundo.*

> *PRIMO cum orationes fundis generales, non excludas hostem; aliter enim te in Ecclesia non recte geris, et ostendis, te membrum mortuum Ecclesiae, quae pro omnibus orat, ut habet S. Doctor* fundamento secundo.

11 WHEN you bestow alms on a needy community, you ought not to exclude a needy enemy. So Syluester *V. Charitas, num. 3. §. 5.* Toletus *Lib. 4. summa, cap. 10.* Nauar. *summa Latina, cap. 25.* Fagundez *numero 10.*

> *CUM eleemosynas communitati indigenti largiris, non debes excludere inimicum egenum. Ita Syluester* V. Charitas, num. 3. §. 5. *Toletus* Lib. 4. summa, cap. 10. *Nauar.* summa Latina, cap. 25. *Fagundez* numero 10.

12 SIMILARLY, when you stand in the circle, you ought to address the enemy in common, and to salute him who greets you as he meets you. Hence S. Thomas, *de profectu religiosi, cap. 28. says: let them examine how they would minister food to a hungry enemy, if they deny salutation, especially if he seeks it.* Whence he gathers that such a one will not keep that: *Rom. 12. and prouerb. 25: If thy enemy be hungry, give him to eat.* So also D. Thom. 2. 2. *quaest. 25. art. 9.* and the expositors, and Suarez *disp. 5. de Charitate, sect. 5. n. 7.* Valencia *disp. 3. quaest. 3. puncto 3* toward the end, *vers. 3.* Coninch. *disp. 24. dub. 6. from num. 85.* Fagundez *loco cit.* who gathers two things from this: The first is, that it is mortal to deny these signs of Charity. So also Suarez *num. 7.* The second, that it is then a sin of scandal when alms and the other things are altogether public; for then necessity presses. But you are not bound per se to be the first to salute; not to return a salutation, however, is per se only venial, as Caspensis says, *num. 15.*, unless scandal be present. Bassaeus adds, *V. Charitas, num. 14.*, and notable contempt, where he says the circumstances are to be observed, especially if the condition be gravely unequal, and he does not so quickly condemn it as mortal. So Diana *part. 2. tract. 1. resol. 62.*

> *SIMILITER cum in circulo stas, alloqui communiter inimicum, et salutare eum obvium debes salutantem. Hinc S. Doctor* de profectu religiosi, cap. 28. dicit: examinent hi, quomodo esurienti inimico cibum ministrarent, si salutationem negant, maxime si affectet eam. *Unde colligit, hunc non servaturum illud:* Rom. 12. et prouerb. 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. *Ita etiam D. Thom.* 2. 2. quaest. 25. art. 9. *et expositores, et Suarez* disp. 5. de Charitate, sect. 5. n. 7. *Valentia* disp. 3. quaest. 3. puncto 3 *ad finem* vers. 3. *Coninch.* disp. 24. dub. 6. a num. 85. *Fagundez* loco cit. *qui duo hinc colligit: Primum est, esse mortale haec signa Charitatis negare. Ita etiam Suarez* num. 7. *Secundum, tunc esse peccatum scandali, quando omnino eleemosyna, et alia sunt publica; tunc enim necessitas urget. Non teneris autem primus esse ad salutandum per se; non resalutare vero, per se est solum veniale,*

ut ait Caspensis num. 15. *nisi scandalum adsit. Addit Bassaeus* V. Charitas, num. 14. *et notabilis contemptus, ubi circumstantias ait observandas, maxime si dispar sit graviter conditio, neque ita cito mortale damnat. Sic Diana* part. 2. tract. 1. resol. 62.

13 But the SIGNS of special love on any occasion of opportunity are only of perfection. So Fagundez *num. 11.* Coletus *Lib. 4. summa, cap. 10.* Caspensis *loco citato,* with D. Bonaventure *in corpore.* Nay, Nauar. adds, *loco cit.*, and Caietanus, *art 9.*, that even one reconciled with an enemy is not bound to show him first the services shown in the time of friendship; nay, it can even be necessary to abstain sometimes, if the familiarity is harmful, as Tannerus says, *disp. 2. quaest. 3. dub. 1. num 9.*

SIGNA vero specialis amoris in quavis opportunitate sunt tantum perfectionis. Ita Fagundez num. 11. *Coletus* Lib. 4. summa, cap. 10. *Caspensis* loco citato, *cum D. Bonavent.* in corpore. *Imo addit Nauar.* loco cit. *et Caietanus* art 9. *etiam reconciliatum cum inimico, non teneri ei prima obsequia, tempore amicitiae exhibita, exhibere; Imo potest esse necessarium, abstinere aliquando, si familiaritas sit nociua, ut ait Tannerus* disp. 2. quaest. 3. dub. 1. num 9.

14 We are bound also under mortal sin, to enemies begging pardon, to remit the injury, as regards hatred, and as regards the fault committed against us; but not as regards the satisfaction due, nor as regards the action we have against them in judgment. So the Doctors commonly with D. Thom. here; so Caietanus and Aragon. *ibi,* Toletus *Lib. 4. summae, cap. 10.* Syluester *V. Charitas, num. 4. §. 6.* Angelus *verbo iniuria, num. 6.* Nauar. *summa Latina, cap. 14. num. 25.* Tannerus *num. 8.* So *Lucae 17: If thy enemy return to thee, saying: It repenteth me: forgive him.* Whence S. Thomas observes, in his commentary, from Bede in the Gloss, that it is not commanded to forgive the sinner indiscriminately, but the penitent. Therefore he adds: *and if he sin against thee seven times in a day, and seven times in a day be converted unto thee, saying: It repenteth me; forgive him:* But he shows this elegantly thus: We are commanded to love the enemy, and to spare him, that we may be merciful, as the heavenly Father is merciful, and so may be his sons regenerated. But he himself spares the penitent, not the obstinate, *Ezech. 33: The wickedness of the wicked shall not hurt him, in what day soever he shall be converted.* Whence the Gloss of Bede on this place of Luke: *We are commanded to grant pardon otherwise to a brother asking, otherwise to an enemy persecuting: to the brother by granting remission we communicate, with the fellowship of Charity. To the persecutor wishing us evil, or, if he can, doing it, let us do with good will what we can, and this, by the example of Christ, Lucae 23: Father, forgive them; for they know not what they do. By the example of David, Psalm. 7: If I have rendered to them that repaid me evils, etc. and Act. 7, the example of Stephen: Lord, lay not this sin to their charge.* So S. Bonaventura.

TENEMUR etiam sub mortali, inimicis veniam petentibus iniuriam remittere, quantum ad odium, et quantum ad culpam in nos commissam; non vero quantum ad debitam satisfactionem, nec quantum ad actionem, quam erga illos habemus in iudicio. Ita communiter Doctores cum D. Thom. hic, sic Caietanus et Aragon. ibi, *Toletus* Lib. 4. summae, cap. 10. *Syluester* V. Charitas, num. 4. §. 6. *Angelus* verbo iniuria, num. 6. *Nauar.* summa Latina, cap. 14. num. 25. *Tannerus* num. 8. *Sic* Lucae 17. Si inimicus tuus reversus fuerit ad te dicens: poenitet me: dimitte illi. *Unde observat S. Doctor, in commentario, ex Beda in Glossa, Non iuberi passim peccanti, sed poenitenti dimittere. Ideo subdit:* et si septies in die peccaverit in te, et septies in die conversus fuerit ad te, dicens: poenitet me; dimitte illi: *Hoc autem eleganter ostendit sic: Praecipimur diligere inimicum, eique parcere, ut simus misericordes, sicut et Pater coelestis misericors est, et ita eius filii simus regenerati. Ipse autem poenitenti parcit non obstinato* Ezech. 33. Impietas impii non nocebit ei, in quacumque die conversus fuerit. *Unde Glossa Bedae in hunc locum Lucae:* Aliter fratri petenti, aliter inimico persequenti veniam dare praecipimur, fratri concessa remissione, socia Charitate communicamus. Persecutori malum nobis volenti, vel si potest, nobis facienti, bona voluntate faciamus, quod possumus, et hoc, exemplo Christi, Lucae 23. Pater ignosce illis; non enim sciunt quid

faciunt. Exemplo Dauidis Psalm. 7. Si reddidi retribuentibus mihi mala, etc. et Act. 7. exemplo Stephani: Domine ne statuas illis hoc peccatum. *Haec S. Bonaventura.*

15 Yet we are not bound to remit satisfaction; nay, Nauar. adds, *in summa Latina, cap. 14. num. 25.*, that sometimes some cannot be remitted even if they wish, as is had in *cap. Parochianos, de sent. excom. in verb. satisfaciant:* such is a son of a family, a servant, etc. So also Tannerus *num. 10.* with others.

Non tenemur tamen satisfactionem remittere, imo addit Nauar. in summa Latina, cap. 14. num. 25. *aliquando non posse aliquas remittere, etiamsi velint, ut habetur* cap. Parochianos, de sent. excom. in verb. satisfaciant: *talis est filiusfamilias, servus, etc. Ita etiam Tannerus* num. 10. *cum aliis.*

16 But when the injury is equal in time, gravity, and the other circumstances, let a mutual compensation be made, as Lessius says, *Tom. 1. Lib. 1. cap. 11. dub. 25. num. 133.*, against Nauar. *summa Latina, cap. 18. num 47.* and Caietanum, 2. 2. *quaest. 26. art. 2.*, who do not admit compensation, but wrongly; for it is given also in money and in other temporal goods: Therefore also in reputation. It is certain, indeed, that the one who offended first is bound to ask pardon first. But if one began, and the other gravely transgressed, the latter is bound to ask first. So Syluester in *Rosa aurea, cap. 56.*; yet always attend to the quality of the persons, as Fagundez notes, *num. 13.*

QUANDO autem est aequalis tempore, gravitate, et caeteris circumstantiis iniuria, fiat recompensatio mutua, ut ait Lessius Tom. 1. Lib. 1. cap. 11. dub. 25. num. 133. *contra Nauar.* summa Latina, cap. 18. num 47. *et Caietanum 2. 2.* quaest. 26. art. 2. *qui non admittunt compensationem, sed male; nam datur etiam in pecunia, et aliis bonis temporalibus: Ergo et in fama. Certum est vero, primum offendentem teneri primo veniam petere. Si vero unus incepit, et alter graviter excessit, tenetur iste primus petere. Ita Syluester in* Rosa aurea, cap. 56. *semper tamen attendas ad qualitatem personarum, ut notat Fagundez* num. 13.

17 But the ARGUMENTS to the contrary are solved by D. Bonaventure with this distinction: to be bound in necessity, and with the conditions given above; but outside necessity, it is asserted to be of perfection by the *Gloss on 5. Matth.* and by D. Augustine, *cap. 73. Enchir,* who *cap. 24. says: But whosoever does not forgive from the heart him that begs, and asks, or is penitent, let him by no means think that his sins are forgiven him by the Lord.* So D. Bonavent. *dist. 30.*

ARGUMENTA vero in contrarium solvuntur a D. Bonavent. hac distinctione, teneri in necessitate, et datis conditionibus supra; extra vero necessitatem, perfectionis asseritur a Glossa ad 5. Matth. a *D. Augustino* cap. 73. Enchir, *qui* cap. 24. ait: Quisquis autem roganti, et petenti, seu poenitenti, non ex corde dimittit, nullo modo existimet a Domino sua peccata dimitti. *Ita D. Bonavent.* dist. 30.

18 *He OBJECTS* still. It is natural that the enemy not be loved, but assailed.

OBIICIT *adhuc. Naturale est, ut inimicus non ametur, sed impugnetur.*

19 *He answers*, that nature indeed proceeds in necessary agents, as the hot against the cold; but enmity against men is against our nature; nay, even against the sociable nature of beasts of the same species. I will add: Grant that I am not bound to remit satisfaction in judgment, as I said, save where there is grave loss to the injured party; yet remission is to be urged, especially if he is to be punished by death, mutilation, etc., whence nothing accrues to the injured party. I do not refuse that, if the infamy must be washed away, satisfaction is to be sought, etc. Sylvest. verb. *Charitas*, quaest. 6. Malder. 2. 2. quaest. 25. art. 9. Filliuc. tract. 28. num. 25. Sylvius 2. 2. loc. cit. Laym. lib. 2. tract. 3. cap. 4. Tanner.

himself, disp. 2. quaest. 3. dub. 1. num. 11. Bassaeus verb. *Charitas*, num. 16. who admonish us to beware of vengeance palliated by justice.

> RESPONDET, *naturam in necessario agentibus, esto, procedere, ut calidum contra frigidum; at inimicitia contra homines, est contra naturam nostram; Imo et bestiarum eiusdem speciei sociabilem. Addam: Esto non tenear satisfactionem in iudicio remittere, ut dixi, praeciso gravi laesoris damno; tamen suadenda remissio, maxime si puniendus sit morte, mutilatione, etc. unde nihil laeso provenit. Non abnuo, si infamia sit eluenda, satisfactionem petendam etc. Sylvest. verb.* Charitas, *quaest. 6. Malder. 2. 2. quaest. 25. art. 9. Filliuc. tract. 28. num. 25. Sylvius 2. 2. loc. cit. Laym. lib. 2. tract. 3. cap. 4. Tanner. ipse disp. 2. quaest. 3. dub. 1. num. 11. Bassaeus verb.* Charitas, *num. 16. qui monent, ut vindictam, iustitia palliatam, caveamus.*

Question XXVI: Whether angels are to be loved out of charity

[1] I ASSERT that the Angels are to be loved out of Charity. *It is PROVED* by S. Thomas, ad 2., and D. Thom. in corpore. The friendship of charity is founded in the communication of eternal beatitude, in the participation of which we communicate with the Angels: for it is said, *Matth. 22: that in the resurrection men shall be as the Angels, in heaven.* Wherefore, although they differ in nature, by which natural friendship is constituted; they are nevertheless, according to supernatural things, toward the same end, and toward the same Good. And therefore they live together with us in eternal life, which is enough for supernatural friendship; just as natural fellowship is proper to friends according to nature, as Aristotle teaches, 8. *Eth. cap. 5.* The others use this same reasoning, as you will see in Tannerus, disp. 2. quaest. 3. dub. 1.

> *ASSERO, Angelos ex Charitate esse diligendos.* PROBATUR *a S. Doct. ad 2. et D. Thom. in corpore. Amicitia charitatis fundatur in communicatione beatitudinis aeternae, in cuius participatione communicamus cum Angelis: Dicitur enim* Matth. 22. In resurrectione futuros Homines, sicut Angelos, in caelo. *Quapropter, licet natura differant, qua constituitur amicitia secundum naturam; sunt tamen secundum supernaturalia ad eundem finem, et ad idem Bonum. Et ideo convivunt nobiscum in vita aeterna, quod satis est ad amicitiam supernaturalem; sicuti convictus naturalis est proprius amicorum secundum naturam, ut docet Aristoteles 8.* Eth. cap. 5. *Hac ratione utuntur caeteri, ut videbis apud Tannerum disp. 2. quaest. 3. dub. 1.*

Question XXVII: Whether demons, and the damned, are to be loved out of charity

[1] I ASSERT that demons are not to be loved with charity. *It is proved* first by D. Bonaventure. Only those who are ordered to the same end of supernatural life are to be loved with Charity; but demons are not orderable to eternal life with us: Therefore. The major is certain: for where we have *Thou shalt love thy neighbor as thyself*, it is expressed that only those are to be loved with Charity who can, like us, communicate in the same good that we wish for ourselves, as D. Augustine indicates, cited by the Master dist. 28. Note, however, that this is not expressly found in St. Augustine.

> *ASSERO, daemones non esse charitate diligendos.* PROBATUR *a D. Bonav. primo. Illi tantum, qui sunt ordinati ad eundem finem vitae supernaturalem, sunt Charitate diligendi; sed daemones non sunt ordinabiles ad vitam aeternam nobiscum: Ergo. Maior est certa: nam ubi habetur:* Diliges proximum sicut teipsum, *exprimitur, eos solos diligendos Charitate, qui possunt, sicut et nos, in eodem bono communicare, quod nobis optamus, ut indicat D. August. apud Magistrum dist. 28. Adverte tamen, id expresse non haberi in D. Augustino.*

[2] *It is proved* second by the Holy Doctor from that passage *Luke 10* where Christ recites the Precepts: *Thou shalt love the Lord thy God with thy whole heart: and thy neighbor as thyself.* But when Christ was asked,

And who is my neighbor? He concludes: *He who showed mercy upon him*, namely upon the wounded man. Where the Gloss says: *The neighbor is he upon whom mercy is bestowed, or who bestows it:* But demons are not such: Therefore.

> PROBATUR *secundo a S. Doct. ex illo* Lucae 10. *ubi Christus profert Praecepta:* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo: et proximum sicut te ipsum. *Interrogatus autem Christus:* Et quis est meus proximus? *Concludit:* Qui fecit misericordiam cum illo, *vulnerato scilicet. Ubi Glossa:* Proximus est is, cui impenditur, vel qui impendit misericordiam: *Sed daemones non sunt tales: Ergo.*

3 Maldonatus, moreover, OBSERVES on *Matthew 5* that here neighbor is designated not according to the ancient law, which declared only Jews to be neighbor, and therefore excluded the gentiles; but in the Evangelic manner, *where there is no distinction of Jew or Greek:* Hence that foreign Samaritan is neighbor to the man who fell among robbers, whom he helped with deeds; for he was not only neighbor to him, but also presented himself with him as Neighbor.

> *OBSERVAT autem Maldonatus ad 5.* Matthaei*, hic designari proximum, non iuxta legem antiquam, quae solos Iudaeos proximum declarabat, et ideo gentes excludebat; sed modo Evangelico,* ubi non est distinctio Iudaei, neque Graeci: *Ideo Samaritanus ille extraneus, est proximus illi, qui incidit in latrones, quem adiuvit operibus, hic enim non solum fuit illi proximus, sed etiam se cum illo ut Proximus exhibuit.*

4 Neighbor, moreover, is called by MANY NAMES in Scripture. First, by kinship, *Psalm 37. My friends and my neighbors drew near against me, and stood. Psalm 34. As though a neighbor, and as though our brother, so I pleased.* Second, by Religion, *Ecclesiasticus 15. He will exalt him among his neighbors*, and in this sense the ancient law spoke, at least according to the understanding of the Jews, not including enemies, that is, Pagans. Third, by communication in nature and in the supreme end; and thus man is neighbor to man, and the good Angel is neighbor, as D. Augustine teaches, *book 1. de doctrina Christiana, cap. 30.* Last, neighbor is said by proof from effects, and thus even that foreign Samaritan, who showed mercy, is truly neighbor, as Christ says. This from St. Bonaventure *on that text of Luke.*

> *MULTIPLICITER autem in Scriptura vocatur Proximus. Primo, cognatione,* Psal. 37. Amici mei, et proximi mei adversum me appropinquaverunt, et steterunt. Psal. 34. Quasi proximum, et quasi fratrem nostrum sic complacebam. *Secundo Religione,* Eccles. 15. Exaltabit illum apud proximos suos*, et hoc sensu loquebatur Lex antiqua, saltem secundum Iudaeorum intelligentiam, non includens inimicos, idest, Paganos. Tertio communicatione in natura, et fine supremo; et sic hominis homo, et Angelus bonus est proximus, ut docet D. August.* lib. 1. de doctrina Christiana, cap. 30. *Ultimo dicitur proximus probatione ex effectibus, et sic etiam extraneus ille Samaritanus, qui fecit misericordiam, est vere proximus, ut Christus ait. Haec S. Bonav.* ad eum Lucae textum.

5 *It is proved* third by the Holy Doctor, because Charity is borne toward those like us, either because they are just and communicate in spiritual life, or because they can be just and capable of glory, as D. Augustine says, 8. *de Trinit. cap. 6.* But demons are not such: Therefore.

> PROBATUR *tertio a S. Doct. quia Charitas fertur in similes, vel quia iusti sunt, et communicant in vita spirituali, vel quia possunt esse iusti, et habiles ad gloriam, ut ait D. August. 8.* de Trinit. cap. 6. *Sed daemones non sunt tales: Ergo.*

6 *It is proved* fourth by the Holy Doctor. The Church militant is a Sister conformed to the Church triumphant, and is therefore so called: *Descending from heaven, Apocalypse 21.* But the triumphant Court does not love demons: Therefore.

> PROBATUR *quarto a S. Doct. Ecclesia militans est Soror conformis triumphanti, quae ideo dicitur:* Descendens de caelo, Apoc. 21. *Sed Curia triumphans daemones non diligit: Ergo.*

7 *It is proved* fifth, because Charity does not comprehend those who are eternally separated from the Charity of Christ. Other authors use these arguments; see Tanner *disp. 2. quaest. 3. dub. 1.*

> PROBATUR *quinto, quia Charitas non comprehendit eos, qui in aeternum sunt a Charitate Christi separati. His mediis utuntur alii, Vide Tannerum* disp. 2. quaest. 3. dub. 1.

8 Almost all the ARGUMENTS to the contrary are solved by the Holy Doctor, granting that for natural friendship conformity in nature and in companionship suffices: But Charity means a supernatural friendship, for which demons are not fit.

> *ARGUMENTA in contrarium fere omnia solvit S. Doct. concedens, ad amicitiam naturalem sufficere conformitatem in natura, et convictu: Sed Charitas dicit amicitiam supernaturalem, ad quam Daemones non sunt idonei.*

9 *You will say* first: Demons benefit us toward merit and glory: Therefore they are to be loved with Charity.

> Dices *primo: Daemones nobis prosunt ad meritum, et gloriam: Ergo Charitate sunt diligendi.*

10 *The Holy Doctor REPLIES*: they benefit us against their own intention; therefore they contribute nothing to this.

> RESPONDET *S. Doct. proficere nobis contra intentum; ideo nihil faciunt ad hoc.*

11 *You will say* second: demons contribute to the honor of God and to justice being exalted: Therefore, since Charity loves God's honor, we ought also to love demons.

> Dices *secundo; daemones conferunt ad Dei honorem, et iustitiam exaltandam: Ergo, cum Charitas Dei honorem diligat, debemus etiam daemones diligere.*

12 *The Holy Doctor REPLIES*: this is true at most of that which contributes of itself by its own ordination. Therefore demons are indeed matter of the Divine justice worthy of praise, inasmuch as they are punished and forever deprived of beatitude; and hence we rise up to the praise of God; yet they are not objects of Charity, which requires an ordination in itself to beatitude, or at least as a means, such as the gifts of grace are.

> RESPONDET *S. Doct. id verum esse ad summum de eo, quod per se confert ex sui ordinatione. Igitur daemones sunt quidem materia Divinae iustitiae laudandae, quatenus puniti, et in aeternum privati beatitudine; et hinc nos ad Dei laudem insurgimus; non tamen sunt obiectum Charitatis, quod exigit ordinationem in se ad beatitudinem, aut ad minus, ut medium, sicuti sunt dona gratiae.*

Question XXVIII: Whether it is fitting that four things to be loved out of charity are enumerated

1 D. AUGUSTINE, *lib. 1. de doctrina Christiana, c. 23.*, enumerates four things to be loved with Charity. One above us, that is, God; one, which we ourselves are; a third next to us, that is, the Neighbor; a fourth below us, that is, our Body.

> *D. AUGUSTINUS* lib. 1. de doctrina Christiana, c. 23. *quatuor enumerat Charitate diligenda. Unum supra nos, idest Deum; Unum, quod nos sumus; tertium iuxta nos, idest, Proximum; Quartum infra nos, idest, Corpus nostrum.*

2 The SUFFICIENCY is taken from the very nature of Charity; for since this is a supernatural friendship, consisting in the communication of beatific life, in that communication there intervenes

first God, the cause of beatitude and the end to which we wish all good things. Second, others to whom we wish this good of beatitude, in which we may communicate: and these either communicate and participate directly, and they are Man and Angel; and this includes ourselves, and souls, and Angels, who are neighbors: or they participate indirectly by redundancy, and these are our bodies. So also D. Thomas *loc. cit.*, where see Malderus, Sylvius, and Tanner *disp. 2. quaest. 3. dub. 1.* Laym. *lib. 2. tract. 3. cap. 3.* Filliucius, *tract. 28. num. 8.* with Richard *3. dist. 28. art. 1.*

> *SUFFICIENTIA autem sumitur ex ipsius Charitatis natura; cum enim haec sit amicitia supernaturalis, consistens in communicatione vitae beatae, in qua quidem communicatione intervenit primo Deus, causa beatitudinis, et finis, cui omnia volumus bona. Secundo alii, quibus volumus bonum hoc beatitudinis, in quo communicemus: Et hi vel communicant, et participant directe, et sunt Homo, et Angelus; et hoc includit nos ipsos, et animas, et Angelos, qui sunt proximi: Vel participant indirecte per redundantiam, et haec sunt corpora nostra. Sic etiam D. Thomas* loc. cit. *ubi Malder. Sylvius, et Tanner.* disp. 2. quaest. 3. dub. 1. *Laym.* lib. 2. tract. 3. cap. 3. *Filliucius,* tract. 28. num. 8. *cum Richard.* 3. dist. 28. art. 1.

3 The sufficiency of things to be loved is also taken from COMPARISON with the one loving; for the one loving either has respect to that which is above himself, namely God; or to himself; or to his companions next to him, or to that which is below him; and in this way not only are the lovable objects enumerated, but also the order of love.

> *SUMITUR etiam sufficientia diligendorum ex comparatione ad diligentem; nam diligens, aut habet respectum ad id, quod est supra se, nempe Deum; Vel ad se; vel ad consocios iuxta se, vel ad id, quod infra se; et hoc pacto non solum obiecta diligibilia recensentur, sed etiam ordo dilectionis.*

4 *You will OBJECT* first: Things of the same species make one; but we and our neighbor are such: Therefore.

> OBIICIES *primo, Quae sunt eiusdem speciei, faciunt unum; sed nos, et proximus sumus tales: Ergo.*

5 *The Holy Doctor REPLIES*: they are one by nature, yet Charity first moves us on account of ourselves toward beatitude; then it regards the neighbor in order to beatitude; for the neighbor is less pertaining to us.

> RESPONDet *S. Doct. esse unum natura, tamen primo Charitatem movere nos propter nosmet ad beatitudinem: deinde respicere proximum in ordine ad beatitudinem; nam proximus est minus pertinens ad nos.*

6 *You will OBJECT* second: Scripture enumerates sufficiently the things to be loved, God and neighbor.

> OBIICIES *secundo. Scriptura satis enumerat diligibilia, Deum, et proximum.*

7 *The Holy Doctor REPLIES*: in these precepts we ourselves are included as to soul and body, as I showed *quaest. 21. and 22.*

> RESPONDet *S. Doct. in his praeceptis includi nos quoad animam, et corpus, ut ostendi* quaest. 21. et 22.

8 *You will OBJECT* third: Nothing is blessed besides three: God by essence, the soul by influence, and the body by redundancy, which are only three.

> OBIICIES *tertio. Nihil est beatum, praeter tria, Deus per essentiam, animus per influentiam, et corpus per redundantiam, quae sunt tantum tria.*

9 *St. Bonaventure REPLIES*: Charity regards its objects in an ordered way. For it is most orderly: hence it regards first ourselves, then those placed next to us.

> RESPONDet *S. Bonav. Charitatem sua obiecta respicere ordinate. Est enim ordinatissima: ideo respicit primo nos, deinde quae iuxta nos sunt posita.*

10 *You will OBJECT* fourth: D. Ambrose, in the *Gloss* on that Canticle 2, *He set charity in order within me*, enumerates six things to be loved: God, ourselves, Parents, sons and Brothers, Domestics, and Enemies.

> OBIICIES *quarto. D. Ambr. in* Gloss. *in id Cant.* 2. Ordinavit in me charitatem, *sex recenset diligibilia: Deum, Nos ipsos, Parentes, filios et Fratres, Domesticos, ac Inimicos.*

11 *The Holy Doctor REPLIES*: Ambrose distinguishes the neighbor by an accidental distinction, according as he is joined to us; but D. Augustine distinguishes according to the order of Charity in itself; hence it is considered according to the principal differences of good. See the Holy Doctor also *dist. 29. dub. 3. litt.*

> RESPONDet *S. Doct. Ambrosium distinctione accidentali distinguere proximum, prout nobis coniunctus est; at D. August. distinguit iuxta ordinem Charitatis secundum se; ideo attenditur secundum differentias principales boni. Vide S. Doct. etiam* dist. 29. dub. 3. litt.

12 *You will OBJECT* fifth: As our own body is to be loved, so also the neighbor's: If therefore our soul and the soul of the neighbor distinguish two members: Therefore also the bodies.

> OBIICIES *quinto. Sicut diligendum est corpus nostrum; ita et proximi: Si ergo animus noster, et animus proximi distinguunt duo membra: Ergo et corpora.*

13 *The Holy Doctor REPLIES*: our bodies and those of our neighbors are below us in the same order; hence they constitute one; but our soul and the soul of the neighbor are related in a different manner, because one is intrinsic, the other extrinsic, in the account of charity.

> RESPONDet *S. Doct. corpora nostra, et proximorum, esse infra nos in eodem ordine; unde unum constituunt; animum vero nostrum, et animum proximi diverso modo se habere, quia unus est intrinsecus, alter extrinsecus in ratione charitatis.*

14 *You will OBJECT* sixth: That which is against us is also to be loved out of charity.

> OBIICIES *sexto. Ex charitate diligendum est etiam id, quod est contra nos.*

15 *It is REPLIED*: that it is contained in the neighbor, who nevertheless is not loved as against us by reason of fault, but as next to us by reason of communication in the beatific life.

> RESPONDetur, *contineri id in proximo, qui tamen non diligitur, ut contra nos ratione culpae; sed ut iuxta nos ratione communicationis in vita beata.*

Question XXIX: Whether God, and the neighbor, are loved with the same habit of charity

1 NOTE that neighbor is said of us by reason of the identity of nature, coordinated to the blessed life.

> *NOTA, proximum dici nobis ratione identitatis naturae, coordinatae ad beatam vitam.*

2 This question is also proposed by the Moderns under another title: Whether the motive of Charity toward God and toward neighbor is the same.

> *HAEC quaestio alio etiam titulo a Modernis proponitur: An idem sit motivum Charitatis Dei, et proximi.*

3 The FIRST opinion is that the motives of the charity of God and of neighbor are diverse, such that the motive for loving God is His uncreated goodness; but the motive for loving neighbor is his supernatural perfection of sanctity, virtue, etc.

> *PRIMA opinio est, diversa esse motiva charitatis Dei, et proximi, ita, ut motivum diligendi Deum, sit increata eius bonitas; motivum vero diligendi proximum, sit eius supernaturalis perfectio sanctitatis, virtutis, etc.*

4 In favor of this are cited by Mastrius Vasquez, Caspensis, and other more recent authors, adducing D. Bonaventure. That author, however, having proposed the title *disp. 6. quaest. 22. of the third part*: Whether the motive of Charity toward God and toward neighbor is the same, proceeds thus.

> *Pro hac citantur a Mastrio Vasquez, Caspensis, et alii recentiores, adducentes D. Bonaventuram. Ille autem author, proposito titulo* disp. 6. quaest. 22. tertiae partis*: An idem sit motivum Charitatis Dei, et proximi, sic prosequitur.*

5 The FIRST opinion denies, and teaches, that the motive of the charity of God is His very uncreated goodness; but the motive of Charity, by which the neighbor is loved with the love of friendship, is the very supernatural goodness of the neighbor. For in two ways (says this opinion) can the neighbor be honestly loved: First on account of God's goodness alone, that is, from the desire of the divine good, because the good conferred upon the neighbor is in a certain way God's good, from the words of Christ, Matth. 25. *As long as you did it to one of these my least brethren, you did it to me*; and this love manifestly pertains to the Theological virtue of Charity. In the other way the neighbor can be loved, either on account of the rational nature which he has like ours, or on account of the sanctity of morals; in which love, since the formal object differs far from the formal object of Charity, he asserts it is not an elicited act of the Theological virtue, but of another inferior one. So Vasquez, Turrianus, Caspensis, Coninck, Arriaga, and other Recentiores, citing in their favor D. Thomas, D. Bonaventure, Richard, Durandus, and other older authors.

> *PRIMA sententia negat, docetque, motivum charitatis Dei esse ipsam increatam bonitatem: motivum vero Charitatis, quo proximus amore amicitiae diligitur, esse bonitatem ipsam supernaturalem proximi. Duobus enim modis (inquit haec sententia) potest proximus honeste diligi: Primo propter solam Dei bonitatem, idest ex desiderio divini boni, quia bonum, collatum in proximum, est quodammodo bonum Dei, ex verbis Christi, Matth. 25.* Quamdiu fecistis uni ex fratribus meis minimis, mihi fecistis*, atque haec dilectio manifeste pertinet ad Theologicam virtutem Charitatis. Alio modo potest diligi proximus, vel propter naturam rationalem, quam habet nostrae similem, vel propter morum sanctitatem, in qua dilectione, quoniam formale obiectum longe differt a formali obiecto Charitatis, asserit, illam non esse actum elicitum Theologicae virtutis; sed alterius inferioris. Ita Vasquez, Turrianus, Caspensis, Coninchius, Arriaga, et alii Recentiores pro se citantes D. Thomam, D. Bonaventuram, Richardum, Durandum, et alios antiquiores.*

6 These Doctors indeed ADMIT two motives of love, namely of God and of neighbor, yet they say one is the motive of that love which is Charity, as is clear from D. Bonaventure, adduced by these Doctors; indeed by Mastrius himself *num. 569. and* by Caspensis *disp. 3. de Charitate, sect. 1. num. 3.*, where the same is asserted as by Vasquez *lib. 1. de ador. disp. 6. cap. 2. and lib. 3. disp. 1. cap. 6.*; and certainly the words of D. Bonaventure in *3. dist. 9. art. 2. quaest. 4.*, where he is adduced by these, are in favor of the second opinion, to be reported shortly: For the Holy Doctor does not acknowledge those two habits, nor does he say one word about either of them.

HI vero Doctores duo quidem dilectionis motiva fatentur, Dei, scilicet et proximi, unum tamen dicunt esse motivum eius dilectionis, quae est Charitas, ut constat ex D. Bonav. allegato a Doctoribus his; imo ab ipso Mastrio num. 569. et *Caspensi* disp. 3. de Charitate, sect. 1. num. 3. *ubi idem asserit cum Vasquez* lib. 1. de ador. disp. 6. cap. 2. et lib. 3. disp. 1. cap. 6. et *sane verba D. Bonav. in* 3. dist. 9. art. 2. quaest. 4. *ubi ab his adducitur, sunt pro secunda sententia mox referenda: Neque enim S. Doct. illos duos habitus agnoscit, nec unum de illis verbulum dicit.*

7 Therefore Mastrius errs in reporting that these doctors deny there to be the same motive of the Charity of God and of neighbor, but posit two: Indeed he himself betrays his own error, while he says that these Doctors posit indeed two motives of the love of neighbor, one to be the goods of the neighbor; the other to be God, as the end; and that the former motive is not of Charity, but of an inferior virtue of love.

Fallitur igitur Mastrius referens, hos doctores negare, esse idem motivum Charitatis Dei, et proximi, sed ponere duos: Imo ipse suum errorem detegit, dum ait, hos Doctores ponere quidem duo motiva dilectionis proximi, alterum, esse bona proximi; alterum esse Deum, ut finem; et prius motivum non esse Charitatis, sed inferioris virtutis dilectionis.

8 The SECOND opinion, therefore, is that there is one motive by which God and neighbor are loved, namely uncreated goodness. So D. Bonaventure *loc. cit.* D. Thom. 2. 2. *quaest. 105. art. 3. ad 1.* Vasquez, Caspensis, Turtianus, Durandus, Richardus, Valencia, Suarez, Maldetus, Sylvius, whom Amicus adduces and follows *disp. 24. sect. 3.* The same think Lorca, Tannerus, Mastrius, adducing others, and among the rest Scotus *3. dist. 18. quaest. unica,* and all the Scotists. The same thinks D. Bonaventure *dist. 27. art. 1. quaest. 2. and art. 2. quaest. 3. in corpore.*

SECUNDA igitur sententia est, unum esse motivum, quo diligitur Deus, et proximus, scilicet bonitatem increatam. Ita D. Bonav. loc. cit. *D. Thom.* 2. 2. quaest. 105. art. 3. ad 1. *Vasquez, Caspensis, Turtianus, Durandus, Richardus, Valentia, Suarez, Maldetus, Sylvius, quos adducit, et sequitur Amicus* disp. 24. sect. 3. *Idem sentiunt Lorca, Tannerus, Mastrius, alios allegans, et inter caeteros Scotum* 3. dist. 18. quaest. unica*, et omnes Scotistas. Idem sentit D. Bonav.* dist. 27. art. 1. quaest. 2. et art. 2. quaest. 3. in corpore.

9 ¶ I SUPPOSE, which I distinguished in *quaest. 17.*, with D. Bonaventure, from which question some could have deduced that there are two motives of the Charity of God and of neighbor; but there he wills that there are two loves by reason of the material objects on account of which two precepts also are given: yet he asserts one motive, and one act of charity, and one habit, although there be given another habit of virtue, by which we love the neighbor on account of his likeness to us in nature, and on account of his sanctity: and in this is the true difference between the first and second opinion; for the first admits one motive of charity; nevertheless it posits another habit, by which the neighbor is loved by ordination to his perfections, as I said; which habit they do not call charity; but the Authors of the second opinion deny it altogether.

¶ *SYPPONO, quae distinxi* quaest. 17. *cum D. Bonav. ex qua quaestione nonnulli deducere potuerunt, duo esse motiva Charitatis Dei, et proximi; sed ibi vult, esse duos amores ratione materialium obiectorum, propter quae, duo etiam praecepta traduntur: at vero unum motivum asseverat, atque unum actum charitatis, unumque habitum, tametsi detur alius habitus virtutis, quo diligamus proximum propter similitudinem eius nobiscum in natura, et propter eius sanctitatem: et in hoc est differentia vera inter primam, et secundam sententiam; prima enim admittit unum motivum charitatis; attamen ponit alium habitum, quo ametur proximus per ordinem ad suas perfectiones, ut dixi; quem habitum, non charitatem vocant illi; Authores vero secundae sententiae eum omnino negant.*

10 ¶ I ASSERT first, that there is one habit of Charity, and one formal act of it toward God and neighbor.

> ¶ *ASSERO primo, unum esse habitum Charitatis, unumque actum formalem eius in Deum, et proximum.*

11 *It is proved by D. Bonaventure first, dist. 27. quaest. 2., by the arguments related in quaest. 6: where I showed this ex professo.*

> PROBATUR a D. Bonav. primo dist. 27. quaest. 2. argumentis, relatis quaest. 6: ubi id ex professo ostendi.

12 *It is proved second* from the Fathers, who define the same charity to be of God and of neighbor. So D. August. *8. de Trinit. cap. 8. and serm. de Dominica post Ascensionem. Bernardus serm. de coena Domini, Beda in 5. ad Romanos*, cited by Mastrius *num. 565.*

> PROBATUR secundo *ex PP. qui eandem charitatem esse definiunt Dei, et proximi. Ita D. August.* 8. de Trinit. cap. 8. et serm. de Dominica post Ascensionem. Bernardus serm. de coena Domini, Beda in 5. ad Romanos, *apud Mastrium* num. 565.

13 I ADD D. Gregory *homil. 38.*, cited by D. Bonaventure *lib. 2. Pharetrae, cap. 25: If anyone loves anyone, but does not love him for God's sake, he has not Charity; but he simulates that he has it, or thinks so: But Charity is true, when the friend is loved both in God, and the enemy is loved for God.* In these words he seems not only to assert one habit of Charity, but even to exclude every other habit of virtue by which we might love the neighbor on account of supernatural things.

> *ADDO D. Gregorium* homil. 38. *apud D. Bonav.* lib. 2. Pharetrae, cap. 25: Si quis quemlibet amat, sed propter Deum non amat, Charitatem non habet; sed habere se simulat, sive putat: Charitas autem vera est, cum et in Deo diligitur amicus, et propter Deum diligitur inimicus. *His verbis non solum unum habitum Charitatis asserere videtur, sed etiam excludere omnem alium virtutis habitum, quo proximum ob supernaturalia diligamus.*

14 For other Fathers see the same place. The authorities cited by Mastrius, however, seem to prove only the former point.

> *Alios Patres vide ibidem. Authoritates vero apud Mastrium, illud primum tantum probare videntur.*

15 *It is proved third by the Holy Doctor, by the places alleged.* Where there is the same formal object, there is one habit: but there is one formal object of charity: Therefore. The major is proved: for habits are specified by objects, certainly formal ones, as Aristotle teaches, alleged in *quaestione 6.* The minor is proved; for where there is the same motive, there is the same formal object; but in the Charity of God and of neighbor there is the same motive: Therefore. The minor is proved by D. Bonaventure, because in the neighbor nothing is loved but God, as D. Augustine says, adduced by the *second argument, dist. 26. art. 2. quaest. 2.*

> PROBATUR tertio a S. Doct. allegatis locis. *Ubi est idem obiectum formale, ibi unus habitus: sed unum est obiectum formale charitatis: Ergo. Maior probatur: nam habitus ab obiectis specificantur, sane formalibus, ut docet Aristoteles, allegatus* quaestione 6. *Minor probatur; nam ubi est idem motivum, ibi idem obiectum formale; sed in Charitate Dei, et proximi est idem motivum: Ergo. Minor probatur a D. Bonav. quia in proximo non diligitur, nisi Deus, ut ait D. August. adductus* argumento secundo, dist. 26. art. 2. quaest. 2.

16 THEN the Minor is proved by D. Bonaventure. When one thing is on account of another, there is one motive, and therefore one movement: But charity loves the neighbor on account of God: Therefore. The minor is proved third. When one thing is loved principally, then there is one love; but in the love of the neighbor God is principally loved: Therefore. This is the argument of D. Bonaventure *dist. 9. art. 2. quaest. 4. ad 3. and dist. 27. art. 1. quaest. 2. in corpore*, which Mastrius attributes to Scotus *num. 568.* The assumption is proved; because what is principally intended principally moves.

> *DEINDE probatur Minor a D. Bonaven. Quando unum est propter aliud, ibi unum motivum, atque unus ideo motus: Sed charitas diligit proximum propter Deum: Ergo. Probatur tertio minor. Quando unum est principaliter dilectum, tunc una est dilectio; sed in dilectione proximi principaliter dilectus est Deus: Ergo. Hoc est argumentum D. Bonav.* dist. 9. art. 2. quaest. 4. ad 3. et dist. 27. art. 1. quaest. 2. in corpore*, quod Scoto attribuit Mastrius* num. 568. *Probatur assumptum; quia, quod principaliter intenditur, principaliter movet.*

17 From these I see that the Seraphic Doctor admits indeed several material objects of charity, namely the divine goodness and created sanctity; but nevertheless the completed act, when created perfection is reduced to its end, without which direction the act of love of neighbor, by which his perfection, even supernatural, is loved, is not an act of a perfect virtue. And therefore with D. Gregory, alleged above, he denies that without this direction it is an act of virtue. I think this is what the Apostle willed, when he says: *He who loves his neighbor has fulfilled the law, Rom. 13.*; and John used to say: *Little children, love one another*, and preached nothing else. But when asked why he commended only this, he replied: *Because, if this be done, it suffices.* But certainly if a perfect love terminating in the perfections of man were granted, it certainly would not suffice for the observance of the Divine law, because God, who is principally commanded to be loved, would not be loved by it.

> *Ex his video, Seraphicum admittere quidem plura obiecta materialia charitatis, nempe divinam bonitatem, et creatam sanctitatem; sed tamen completi actum, dum creata perfectio reducitur in suum finem, sine qua directione non est virtutis perfectae actus ille dilectionis proximi, qua diligitur eius perfectio, etiam supernaturalis. Et propterea a D. Gregorio, supra allatus, sine hac directione negat, esse actum virtutis. Id arbitror voluisse Apostolum, cum ait:* Qui diligit proximum, legem implevit, Rom. 13. *et Ioannes dicere solebat:* Filioli diligite alterutrum*, et nihil aliud praedicabat. Interrogatus vero: Cur id solum commendaret, Respondit:* Quia, si hoc fiat, sufficit. *At sane si daretur dilectio perfecta terminans in hominis perfectiones, ea certe non sufficeret ad legis Divinae observantiam, quia non diligeretur per eam Deus, qui principaliter diligendus praecipitur.*

18 St. Bonaventure observes this acutely, *3. dist. 37. dub. 2. litt.*, and with him Mastrius *num. 569.* The Holy Doctor also indicates the same, *dist. 23. quaest. 1. ad 1.* Hence he argues from the foundation of *1. quaest., to be cited shortly:* When one thing is on account of another, then there is one only; but the love of neighbor, in order to be perfect, is on account of God: Therefore it is one with the love of God. Mastrius ascribes this argument to Scotus *num. 570.*

> *ID acute observat S. Bonav.* 3. dist. 37. dub. 2. litt. *et cum eo Mastrius* num. 569. *Idipsum etiam indicat S. Doct.* dist. 23. quaest. 1. ad 1. *Hinc arguit fundamento* 1. quaest. mox citandae: *Quando unum est propter aliud, tunc unum tantum; sed amor proximi, ut sit perfectus, est propter Deum: Ergo unus cum Dei amore. Hoc argumentum Scoto adscribit Mastrius* num. 570.

19 *It is proved fourth by D. Bonavent. dist. 27. art. 2. quaest. 3. in corpore.* The same object specifies the direct and the collative, or reflex act, even if it concur to the direct act immediately and directly; but to the reflex act only mediately and indirectly; the Reason is, because the principal specificative is

always that which is principally intended, whether it concur directly and immediately to the act, or indirectly and mediately: But that which is principally intended in the act of Charity is the goodness of God, in whatever way He is loved, whether directly or reflexly: Therefore the ultimate specification is always taken from it; for the principal act is specified by that on account of which it principally is, and is principally intended. The major is evident, because what is principally intended principally moves, and inflows into the very species of the act. The minor, in the act of love of the first mode, is clear enough; because what moves uniquely is the uncreated goodness: But of the act of love of the second mode it is proved, because then, although charity directly and immediately moves to loving the neighbor on account of his intrinsic goodness; yet it does not move on account of that absolutely, but respectively, inasmuch as it is a singular participation of the uncreated goodness: Therefore also in that second mode, although the uncreated goodness of God itself moves to that act mediately, and indirectly, or terminatively, and in an oblique manner, nevertheless it principally moves. Mastrius ascribes this argument of D. Bonaventure to Scotus *num. 568.*, although *in the following number* he reports D. Bonaventure teaching the same in *3. dist. 9. quaest. ultima: But* this argument in D. Bonav. *is dist. 27. loc. cit.*, which Amicus also uses.

> PROBATUR quarto a D. Bonavent. dist. 27. art. 2. quaest. 3. in corpore. *Idem obiectum specificat actum directum, et collativum, seu reflexum, etiamsi ad directum immediate, et directe concurrat; ad reflexum vero mediate solum, et indirecte; Ratio est, quia semper principale specificativum est id, quod principaliter intenditur, sive directe, et immediate; sive indirecte, et mediate ad actum concurrat: Sed quod actu Charitatis principaliter intenditur, est bonitas Dei, quocumque modo diligatur, sive directe, sive reflexe: Ergo semper ab illa sumitur ultima specificatio; ab illo enim actus principalis specificatur, propter quod principaliter est, et principaliter intenditur. Maior patet, quia, quod principaliter intenditur, principaliter movet, et influit in ipsam speciem actus. Minor in actu dilectionis proximi satis liquet primo modo; quia, quod unice movet, est bonitas increata: De actu vero dilectionis secundo modo probatur, quia tunc, licet charitas directe et immediate moveat ad diligendum proximum propter intrinsecam ipsius bonitatem; non tamen movet propter illam absolute, sed respective, ut nimirum singularis est participatio bonitatis increatae: Ergo etiam illo secundo modo, licet mediate, et indirecte, sive terminative, et in obliquo moveat ad illum actum bonitas ipsa increata Dei, adhuc tamen principaliter movet. Hoc argumentum D. Bonaventurae, Scoto adscribit Mastrius* num. 568. *licet* numero sequenti *referat D. Bonaventuram idem docentem in* 3. dist. 9. quaest. ultima: Sed *argumentum hoc in D. Bonav.* est dist. 27. loc. cit. *quo utitur etiam Amicus.*

20 Amicus and Mastrius, however, ADMIT that the charity of neighbor is terminated in God de facto; yet God could have instituted another habit of charity, by which we would love the neighbor in himself, independently of God, just as the saints are venerated with Dulia on account of their perfections.

> *ADVERTUNT autem Amicus, et Mastrius, charitatem proximi terminari ad Deum de facto; potuisse tamen Deum alium habitum charitatis condere, quo diligeremus proximum in se, independenter a Deo, quemadmodum, et sancti Dulia coluntur ob suas perfectiones.*

21 *Arriaga REPLIES* that Scripture and the Fathers only will that the habit of the love of God be connected with the habit by which the neighbor is loved; whether the neighbor be a material or a formal object.

> RESPONDET *Arriaga, Scripturam, et Patres solum velle, habitum dilectionis Dei esse connexum cum habitu, quo diligitur proximus; sive proximus sit obiectum materiale, sive formale.*

22 ¶ AGAINST: for the holy Fathers exclude other loves, as is clear from D. Gregory; and the love of neighbor is called the complement of the law, which would not be true, if the love of neighbor were not one with the love of God.

> ¶ *CONTRA: nam Sancti Patres excludunt alios amores, ut patet ex D. Gregorio; et amor proximi dicitur complementum legis, quod non esset verum, si amor proximi non esset unus cum Dei amore.*

23 *He REPLIES second* that, even if Scripture says: *He who loves his neighbor has fulfilled the law;* yet it does not follow that even the love of God proceeds from one habit; otherwise it would have to be inferred that no other supernatural habit distinct from charity exists; for he who loves God is chaste, is just, is patient, as is said *first Corinth. 13*. This argument is taken from D. Bonav. *3. dist. 33. quaest. 1. and dist. 37., the first argument to the contrary.*

> RESPONDET secundo, *etiamsi dicat Scriptura:* Qui diligit proximum, legem implevit; *tamen non sequi, ab uno habitu procedere etiam amorem Dei; alioqui deberet inferri, nullum alium habitum supernaturalem esse a charitate distinctum; nam qui diligit Deum, castus est, iustus est, patiens est, ut dicitur* prima Corinth. 13. *Hoc argumentum sumptum est e D Bonav.* 3. dist. 33. quaest. 1. et dist. 37. argumento primo ad oppositum.

24 But this evasion is precluded, as Mastrius saw *num. 573.* For first we do not deduce the unity of the habit of Charity from this text alone *Rom. 13.*, but from *first Corinth. 13.*, where Paul posits one charity, just as one faith, and hope; but these are each of one species: Therefore. An argument I used in *quaest. 6.* with D. Bonaventure *dist. 27. quaest. 2.*, taken from the unity of the object; because just as there is one first truth by which faith is unified, so there is one first and ultimate goodness, which is the object of charity. That other habits besides charity are necessary, is so; because charity exacts other acts only which are not acts of Charity, as the Holy Doctor notes *dist. 33. loc. cit. ad 1.*; but the charity of God and of neighbor elicits both acts as its own.

> *Sed haec evasio praecluditur, ut vidit Mastrius* num. 573. *Primo enim non educimus unitatem habitus Charitatis ex hoc solo* Rom. 13. *sed ex* prima Corinth. 13. *ubi Paulus unam charitatem ponit, sicuti unam fidem, et spem; sed hae sunt singulae speciei: Ergo. Quo argumento usus sum* quaest. 6. *cum D. Bonav.* dist. 27. quaest. 2. *sumpto ex unitate obiecti; quia sicut una est prima veritas, qua unificatur fides; ita una est bonitas prima, atque ultima, quae est obiectum charitatis. Quod vero necessarii sint alii habitus praeter charitatem, est; quia charitas alios actus solum impetat, qui non sunt actus Charitatis, ut notat S. Doct.* dist. 33. loc. cit. ad 1. *sed charitas Dei, et proximi elicit, tanquam proprios, utriusque actus.*

25 *You will OBJECT* first. Either the created goodness of the neighbor is the formal object of charity, or only the material object. If the first, I have my intent; if the second: Therefore supernatural goodness is not an honest good, because it cannot terminate the appetite, but is only a useful goodness, which is loved on account of others.

> Obiicies *primo. Vel bonitas creata proximi est obiectum formale charitatis, vel solum materiale. Si primum, habeo intentum; si secundum: Ergo bonitas supernaturalis non est bonum honestum, quia non potest terminare appetitum, sed est bonitas tantum utilis, quae amatur propter alios.*

26 D. Bonaventure *through the whole of the third question, art. 2. dist. 27. REPLIES* that the goodness of the neighbor is an honest and terminative object of the act of Charity; yet it does not terminate the act ultimately, which, since it has for its principal object the Divine goodness, as its ultimate formal object, continues and advances toward it, even if created goodness be terminative of the act and affection of charity subordinately; but the specificative reason is taken from the ultimate to which the

act tends and is terminated, and to which the object of created goodness is subordinated: From which it is clear that two virtues of charity are not necessary: one Theological; the other moral, because those two goodnesses are so related that one is ordered to the other; and where there is one on account of another, there is one only; even if that which is ordered to the other be terminative, it terminates less principally. With this doctrine they answer the argument of Amicus *loc. cit.* and Mastrius *num. 576.*, who attribute it to Scotus *3. dist. 31. quaest. un. §. Sed adhuc*, who drew it from D. Bonaventure *loc. cit.* I add, however, that Scotus in *dist. 28. quaest. un. ad argumenta* asserts that the goodness of the neighbor moves no more than a straw, which Arias benignly explains *dist. 28. art. 1.* as meaning: not to move as principal cause.

> Respondet *D. Bonav.* tota quaestione tertia, art. 2. dist. 27. *bonitatem proximi esse obiectum honestum, et terminativum actus Charitatis; non tamen ultimo terminare actum, qui cum habeat pro obiecto principali Divinam bonitatem, tanquam obiectum formale ultimum, pergit, ac progreditur ad illam, etiamsi bonitas creata subalterne sit terminativa actus, et affectus charitatis; ratio autem specificativa sumitur ab ultimo, ad quod tendit, et terminatur actus, et ad quod obiectum bonitatis creatae subordinatur: Ex quo patet, non esse necessarias duas virtutes charitatis: alteram Theologicam; alteram moralem, quia duae illae bonitates ita se habent, ut una ad alteram ordinetur; et ubi est unum propter alterum, ibi unum tantum; etsi illud, quod ad alterum ordinatur, sit terminativum, minus tamen principaliter terminat. Hac doctrina respondent argumento Amicus* loc. cit. *et Mastrius* num. 576. *qui eam attribuunt Scoto* 3. dist. 31. quaest. un. §. Sed adhuc*, qui eam hausit e D. Bonav.* loc. cit. *Addo tamen, Scotum* dist. 28. quaest. un. ad argumenta*, asserere, bonitatem proximi nihilo plus movere, quam festucam, quod benigne explicat Arriinus* dist. 28. art. 1. *intelligi, non movere, ut causam principalem.*

27 *You will say.* When I give alms, the act is terminated ultimately in that object out of piety toward the neighbor, and does not ascend to God, and in this way it is an act of virtue: Therefore there is a distinct habit: Therefore, etc.

> Dices. *Quando do eleemosynam, actus ultimo terminatur ad obiectum illud ex pietate in proximum, et non ascendit in Deum, et tali pacto est actus virtutis: Idco est habitus distinctus: Ergo, etc.*

28 *It is ANSWERED*, by denying the parity; for the habit of charity, being Theological, tends ultimately to God, nor is any other habit of charity known in Scripture and the Fathers.

> Respondetur*, negando paritatem; nam habitus charitatis, utpote Theologicus, tendit ultimo in Deum, nec est alius cognitus habitus charitatis apud Scripturam, et Patres.*

29 *You will OBJECT* second. If the motivating reason of the charity of the neighbor is the goodness of God, it follows that Charity is not a friendship properly so called of ours toward the neighbor: for according to Aristotle *8. Eth.* friendship is for the sake of the friend; for he loves the friend out of complacency in the friend himself.

> Obiicies *secundo. Si ratio motiva charitatis proximi est bonitas Dei, sequitur, Charitatem non esse amicitiam proprie dictam nostram ad proximum: nam secundum Aristotelem* 8. Eth. *amicitia est gratia amici; diligit enim amicum ex complacentia ipsius amici.*

30 *It is ANSWERED* from D. Bonaventure that the *argument alleged* would hold, if I granted that created goodness does not terminate the affection; but we say it does terminate it; yet so that it be ordered to the ultimate end, which is not against the reason of friendship: nor does Aristotle exclude that friendship be ordered to the ultimate end.

Respondetur *ex D. Bonav.* quaest. cit. argumentum *valiturum, si concederem, bonitatem creatam non terminare affectum; at dicimus, terminare; ita tamen, ut ad ultimum finem ordinetur, quod non est contra rationem amicitiae: neque Aristoteles excludit, amicitiam ordinari ad finem ultimum.*

31 *You will OBJECT* third. Two created honesties and goodnesses differ less than created goodness and uncreated goodness: but created goodness is twofold, the object of diverse virtues: Therefore. The major is evident, because created things are all finite; but created differs from uncreated as finite from infinite. It is taken from D. Bonaventure *fund. 4.*

Obiicies *tertio. Minus distant duae honestates, et bonitates creatae, quam bonitas creata, et increata: at bonitas creata duplex, est obiectum diversarum virtutum: Ergo. Maior patet, quia creatae sunt finitae omnes; at creata ab increata differt, ut finitum ab infinito. Sumitur ex D. Bonav.* fund. 4.

32 *It is ANSWERED* from D. Bonaventure *in corpore*, by denying the consequence; because although in the account of material object they differ more; yet in the account of formal object they do not differ more; because one moves by reason of the other, which is principal and ultimate, namely the goodness of God. Hence also various habits of created goodnesses are given, because the other, for instance of justice, is not ordered to the goodness of temperance; but the created goodness of the neighbor is loved in order to God, who alone is ultimately intended, as the Good in the Theological virtue. Mastrius subscribes, *num. 580.*

Respondetur *ex D. Bonav.* in corpore*, negando consequentiam, quia licet in ratione materiali obiecti magis differant; tamen in ratione obiecti formalis non differunt magis; quia unum movet ratione alterius principalis ultimi, quod est bonitas Dei. Unde etiam dantur varii habitus bonitatum creatarum, quia altera, puta iustitiae, non ordinatur ad bonitatem temperantiae; at bonitas creata proximi amatur in ordine ad Deum, qui solus ultimo intenditur, ut Bonum in virtute Theologica. Subscribit Mastrius,* num. 580.

33 *You will OBJECT* fourth. Human friendship tends ultimately to the good of the friend: Therefore also supernatural friendship.

Obiicies *quarto. Amicitia humana tendit ultimo ad bonum amici: Ergo et supernaturalis.*

34 *The Holy Doctor REPLIES, dist. 28. passim*, by denying the consequence; because the charity which is now given is a participation of that Charity by which God loves us on account of Himself, and is ordered to beatitude, and to supernatural life in God.

Respondet *S. Doct.* dist. 28. passim*, negando consequentiam; quia charitas, quae nunc datur, est participatio illius Charitatis, qua Deus nos diligit propter se, et ordinatur ad beatitudinem, et vitam supernaturalem in Deo.*

35 *You will OBJECT* fifth. Divine excellence differs less from created excellence than Divine goodness from created goodness; but for venerating the divine excellence Latria is given, which is a cult distinct from Dulia, by which created excellence is venerated: Therefore. Arriaga extracted this argument from D. Bonaventure *ad 3.*, where, denying the parity in the cult of images, he concedes (as it seems) that the parity holds in the cult of the Saints and of God, namely that as they terminate different cults, so also God and the neighbor terminate different loves, and that most of all because charity immediately regards the goodnesses, created and uncreated; but Religion immediately regards not the excellences but their cult, whence the minor seems the reason of distinguishing.

Obiicies *quinto. Minus differt excellentia Divina ab excellentia creata, quam bonitas Divina a bonitate creata; sed ad colendam excellentiam divinam datur Latria, quae est cultus diversus a Dulia, quo colitur excellentia creata: Ergo. Hoc*

argumentum exiraxit Arriaga e D. Bonav. ad 3. *ubi de cultu imaginum negans paritatem, concedit (ut videtur) de cultu Sanctorum, et Dei valere paritatem, quod sicuti terminant diversos cultus, ita et Deus, et proximus diversos amores, eo vel maxime, quod charitas immediate respicit bonitates, creatam, et increatam; Religio vero respicit immediate, non excellentias, sed earum cultum, unde minor videtur ratio distinguendi.*

36 *It is ANSWERED* with Amicus and Mastrius, from the argument of D. Bonaventure, that it can be inferred that it is not repugnant for such a diverse habit to be given; nevertheless that the one which now exists is terminative indeed toward two goodnesses, yet so that the created be ordered to the uncreated. I add from D. Bonaventure, better: that charity indeed is terminated in two distinct objects, God and the neighbor; Yet, because charity has for its object the good, which is the end; therefore in charity this must be received, and so Charity does not rest in created goodness, which is not the ultimate end, but orders it to the ultimate Uncreated; but religion does not regard God and the Saints under the account of good, but according to the excellences, of which one is not subordinated in the account of object, but only in the account of good; and this is the solution of D. Bonaventure *in corpore, where he embraces all the arguments*.

Respondetur *cum Amico, et Mastrio ex argumento D. Bonav. posse inferri, non repugnare dari talem habitum diversum; attamen illum, qui nunc est, esse terminativum sane ad duas bonitates, ita tamen, ut creata ad increatam ordinetur. Addo ego ex D. Bonav. melius, terminari sane charitatem ad duo obiecta distincta, Deum, et proximum; Attamen, quia charitas habet pro obiecto bonum, quod est finis; ideo hunc in charitate recipiendum, atque adeo Charitatem non sistere in bonitate creata, quae non est ultimus finis, sed eam ordinare ad ultimam Increatam; at religionem non respicere Deum, et Sanctos sub ratione boni, sed secundum excellentias, quarum altera in ratione obiecti non subordinatur, sed solum in ratione boni; et haec est solutio D. Bonav.* in corpore, ubi omnia complectitur argumenta.

37 *You will OBJECT* sixth. Acts specifically diverse require diverse habits; but the acts of charity toward God and toward neighbor are diverse: Therefore. The minor is proved *in the foundations of D. Bonaventure*: because the acts of love toward God are on account of themselves; but those of love of the neighbor, on account of God. Similarly the acts of love toward God are of a diverse species in appetition.

Obiicies *sexto. Actus specie diversi, diversos requirunt habitus; sed actus charitatis in Deum, et proximum, sunt diversi: Ergo. Minor probatur* in fundamentis D. Bonav. *quia actus amoris in Deum sunt propter se; at amoris proximi, propter Deum. Similiter actus amoris in Deum sunt speciei diversae in appetatione.*

38 *Mastrius REPLIES* that the major is true in acquired habits, because they are generated from acts of the same account, but not of infused ones.

Respondet *Mastrius, Maiorem in habitibus acquisitis esse veram, quia ex actibus eiusdem rationis gignuntur, non de infusis.*

39 *It is ANSWERED second* from D. Bonaventure *in corpore*, that this is true of acts terminatively ending in diverse objects; but the act of the charity of God and of neighbor tends toward the one goodness of God.

Respondetur *secundo ex D. Bonav.* in corpore*, verum de actibus ultimo terminantibus ad diversa obiecta; actus vero charitatis Dei, et proximi ad unam Dei bonitatem tendit.*

Question XXX: Whether there is order in charity

1 I ASSERT that the objects to be loved are in a certain order from the will.

> Utrum in CHARITATE sit ordo.
>
> *ASSERO, obiecta diligenda esse ordine quodam a voluntate.*

2 *IT IS PROVED* first by the Holy Doctors from 2 Kings, *Ordinavit in me charitatem* [He ordered charity in me].

> PROBATUR *a SS. Doctoribus primo ex 2. Cantic.* Ordinavit in me charitatem.

3 Next it is proved by St. Bonaventure from St. Augustine, *book I of de doctrina Christiana, cap. 23,* where he says: *God, who is above us, is to be loved first;* yet he did not say this, speaking of being loved first in time; but in the order of excellence and estimation.

> *Deinde probatur a S. Bonav. ex D. August.* lib. I. de doctrina Christiana, cap. 23. *ubi ait:* Primo diligendus est Deus, qui est supra nos; *non dixit autem hoc, loquens, prius tempore diligendum; sed ordine excellentiae, et aestimationis.*

4 THIRDLY from St. Ambrose in the Gloss brought forward on the words of the Canticles: *First God is to be loved, second we ourselves, third parents, then children, after them the household, who, if they are good, are to be preferred to wicked children.*

> *TERTIO ex D. Ambrosio in Glossa ad verba Canticorum adducta:* Primo Deus diligendus est, secundo nos ipsi, tertio parentes, inde filii, post domestici, qui si boni sunt, malis filiis praeponendi sunt.

5 *IT IS PROVED* fourthly by the Holy Doctor. Prior and posterior is according to relation to some principle, from Aristotle *5 Metaph. t. 16.* and to an end. Now order includes in itself some mode of prior and posterior; whence it is necessary that, where there is some principle and some end, there also be some order: but Charity tends to rectify the will toward God as toward a principle and supreme end, in the communication of which the friendship of Charity is founded; and therefore it is necessary that in those things which are loved by charity some order be attended to according to relation to the principle, which is God, who is also the supreme good, which is beatitude. St. Thomas also uses this argument. It is proved more fully by St. Bonaventure in *2 dist. 35 art. 2 quest. 1.* On this the others rely, with Tanner *disput. 2 quest. 3 dub. 2.*

> PROBATUR *quarto a S. Doct. Prius, et posterius est secundum relationem ad aliquid principium, ex Aristotele* 5. Metaph. t. 16. *et ad finem. Ordo autem includit in se aliquem modum prioris, et posterioris; unde oportet, ut, ubi est aliquod principium, et aliquis finis, sit etiam aliquis ordo: Charitas autem tendit ad rectificandam voluntatem in Deum, ut in principium, finemque supremum, in cuius communicatione amicitia Charitatis fundatur, et ideo oportet, in his, quae charitate diliguntur, attendi aliquem ordinem secundum relationem ad principium, quod est Deus, qui est etiam summum bonum, quod est beatitudo. Hoc argumento utitur etiam D. Thom. Maior probatur a D. Bonav. in* 2. dist. 35. art. 2. quaest. 1. *His nituntur alii, cum Tannero* disput. 2. quaest. 3. dub. 2.

6 *IT IS PROVED* fifthly by the Holy Doctor. One habit tends to one principal object, and to other things by order toward it: but Charity is one habit, having for its principal object the divine goodness, from what was said in *q. 19.* Therefore the other things loved are regarded as ordered toward it; and thus the principal object is God, to be loved first; then the rest. He repeats the same *in the body, and ad 2.*

PROBATUR *quinto a S. Doct. unus habitus tendit in unum obiectum principale, et in alia per ordinem ad illud: Sed Charitas est unus habitus, habens pro obiecto principali divinam bonitatem, ex dictis* q. 19. *Ergo caetera amata respiciunt, ut ordinata ad illud; atque adeo principalius obiectum est Deus, primo amandus; deinde caetera. Idem repetit* in corpore, et ad 2.

7 *IT IS PROVED* sixthly by the Holy Doctor. Order is owed more to deliberative love than to natural love; but natural love is ordered with respect to the things lovable: Therefore.

PROBATUR *sexto a S. Doctore magis debetur ordo amori deliberativo, quam naturali; sed naturalis est ordinatus respectu diligibilium: Ergo.*

8 *IT IS PROVED* seventhly. A bond rightly connecting many things to an end ought to bind them in order to the same end: but *Charity is the bond of perfection, from 3 ad Colossenses and from St. Dionysius cap. 4 of de Divinis nominibus,* and it binds many things together, being a most liberal love, embracing many diverse things to be gathered in the end: Therefore it unites them in order.

PROBATUR *septimo. Vinculum, multa recte connectens ad finem, debet ea ordinate colligare ad eundem finem: Sed* Charitas est vinculum perfectionis ex 3. ad Coloss. et ex D. Dion. cap. 4. de Divin. nominibus, *eaque multa colligans, cum sit amor maxime liberalis, complectens multa diversa in fine colliganda: Ergo ea unit ordinate.*

9 *IT IS PROVED* eighthly by the Holy Doctor. What weight is in bodies, love is in spirits, from St. Augustine *book 13 of Confessions cap. 9, and book 21 of de civitate Dei cap. 28, and 6 of de Trinitate cap. 10.* But weight ought to be well balanced: Therefore also love.

PROBATUR *octavo a S. Doct. Quod est pondus in corporibus, est amor in spiritibus, ex D. August.* lib. 13. confess. cap. 9. et lib. 21. de civit. cap. 28. et 6. de Trinitate, cap. 10. *Sed pondus debet esse bene libratum: Ergo et amor.*

10 You will OBJECT first. Where there is order, there is distinction; but charity with respect to diverse things is one: Therefore it is not ordered.

OBIICIES primo. Ubi ordo, ibi distinctio; sed charitas respectu diversorum est una: Ergo non ordinata.

11 St. Doctor RESPONDS that order in a habit is attended to in relation to the object; and although charity is not multiple in itself, it nevertheless has many material objects and many acts, by reason of which there are many precepts.

RESPONDEt S. Doct. ordinem in habitu attendi in ordine ad obiectum; quamvis autem charitas non sit multiplex in se, habet tamen multa obiecta materialia, et multos actus, ratione quorum sunt multa praecepta.

12 You will OBJECT secondly. Where there is order, there is proportion; but among things lovable there is no proportion; for between the created and the uncreated there is none: Therefore.

OBIICIES secundo. Ubi est ordo, ibi proportio; sed inter diligibilia non est proportio; creati enim ad increatum nulla est proportio: Ergo.

13 St. Doctor RESPONDS that proportion is twofold. One is proportion properly so called, which is the commensuration of things of the same genus, and in this sense the major is false. Secondly, proportion is said broadly, and is any relation which is attended to according to the convenience of analogy; and in this way there is a proportion of created good to the uncreated, and also an order according to the ratio of primitiveness and causality; for the end is more worthy than those things which are toward the end, and in this respect order is attended to in Charity.

RESPONDEt S. Doctor, quod proportio est duplex. Alia proprie dicta, quae est commensuratio rerum eiusdem generis, et hoc sensu falsa est maior. Secundo, proportio dicitur large, et est quaecumque habitudo, quae attenditur secundum convenientiam analogiae; et hoc modo datur proportio boni creati ad increatum, et etiam ordo secundum rationem primitatis, et causalitatis; finis enim dignior est his, quae ad finem, et quantum ad hoc, attenditur ordo in Charitate.

14 You will OBJECT thirdly. Order pertains to cognition, because it belongs to the wise to order: Therefore if order is not placed in cognition with respect to things to be known, much less ought it to be placed in Charity with respect to things to be loved. If you say that order is in the sciences. Against this: for charity follows the cognition of faith; but in its objects there is no order: Therefore.

OBIICIES tertio. Ordo spectat ad cognitionem, quia sapientis est ordinare: Ergo si non ponitur ordo in cognitione respectu cognoscendorum, multo minus debet poni in Charitate respectu diligendorum. Si dicas, quod ordo est in scientiis. Contra: nam charitas sequitur cognitionem fidei; sed in huius obiectis non est ordo: Ergo.

15 St. Doctor RESPONDS that there are two kinds of order. The first is of parts in a whole, and of things in the universe: and indeed to order belongs to the intellect. The other is the order of things toward an end, and this is from the will, which tends toward the good, and thus toward the end; and such is the order of Charity.

RESPONDEt S. Doct. duplicem esse ordinem: Primus est partium in toto, et rerum in universo: Et quidem ordinare est intellectus. Alter est ordo rerum in finem, et hic est a voluntate, quae tendit in bonum, atque adeo in finem, et talis est ordo Charitatis.

16 He RESPONDS secondly that order in habits is attended to in relation to the objects; and because the Supreme Goodness by essence, with respect to the other things lovable, which are participative, is deservedly to be esteemed of more worth; and among those things lovable some participate more or less of goodness, as body less than spirit: hence it is that the love of charity ought to be ordered according to these. For thus also among things knowable there is order: first are the first principles, in which there is the greater evidence of truth; then the knowledge of conclusions follows; and so the assumption can be denied. Nor is it the same with faith; for all the articles are compared equally to the First Truth, from whose revelation all are believed uniformly.

RESPONDEt secundo, ordinem in habitibus attendi per ordinem ad obiecta, quia vero Summa Bonitas per essentiam respectu aliorum diligibilium, quae sunt participantia, pluris merito aestimanda est, et ex eis diligibilibus aliqua plus, vel minus participat de bonitate, ut corpus minus, quam spiritus: hinc est, ut charitatis amor secundum haec sit ordinandus. Sic enim etiam in cognoscibilibus est ordo, ut prius sint prima principia, in quibus est maior veritatis evidentia; deinde scientia conclusionum subsequatur; et ita potest negari assumptum. Nec est simile de fide; omnes enim articuli ad primam veritatem aeque comparantur, ex cuius revelatione omnes uniformiter creduntur.

17 You will OBJECT fourthly. Just as in faith there is one ratio of believing, namely the supreme truth; so in Charity there is one ratio of loving, which is the supreme goodness: but from the fact that the Truth, which is the ratio of believing, is one, Faith is one, assenting equally to all the articles: therefore from the fact that there is one ratio of loving, charity is one, having itself in the same way toward all things lovable.

OBIICIES quarto. Sicuti in fide est una ratio credendi, scilicet summa veritas; ita in Charitate una ratio diligendi, quae est summa bonitas: Sed ex eo, quod una est Veritas, quae est ratio credendi, una est Fides omnibus articulis aequaliter affentiens: ergo ex eo, quod est una ratio diligendi, una est charitas, eodem modo se habens ad omnia diligibilia.

18 St. Doctor RESPONDS that the ratio is dissimilar, for in Charity the objects terminating the affection are unequal, even if all are reduced to one.

> *RESPONDEt S. Doct. disparem esse rationem, nam in Charitate inaequalia sunt obiecta terminantia affectum, esto omnia ad unum reducantur.*

19 You will OBJECT fifthly. Charity is one habit, naturally inclining to the good: therefore equally; for the same thing, always remaining the same, does the same.

> *OBIICIES quinto. Charitas est habitus unus, naturaliter inclinans ad bonum: ergo aequaliter; nam idem, semper manens idem, facit idem.*

20 St. Doctor RESPONDS that one thing always does the same given an equal disposition in natural objects; otherwise it acts diversely. Thus the sun illumines crystal more than stone; but the will is a potency acting by election, which is ruled by charity, and is itself also moved; it does not, however, remain always the same. Moreover it regards objects lovable in a diverse manner and degree.

> *RESPONDEt S. Doct. unum semper facere idem, data pari dispositione in obiectis naturalibus; alioqui diverse operatur. Sic Sol magis illuminat chrystallum, quam lapidem; at voluntas est potentia operans ex electione, quae regitur a charitate, quaeque et ipsa movetur; non autem manet eadem semper. Praeterea respicit obiecta, diverso modo, et gradu amabilia.*

21 You will OBJECT sixthly. If order is attended to in Charity, it is attended to either with respect to the habit or with respect to the act; not with respect to the habit, which is altogether one: if with respect to the act: then it is not ordered in a baptized infant, or in one sleeping, who have no act. Therefore I ask, what is attended to in the order of charity? and why is order attended to in it more than in the other virtues, since every virtue is ordered love, as St. Augustine says in *de moribus Ecclesiae?* And again, since about every good there are mode, species, and order, why is charity rather said to be ordered than moderated?

> *OBIICIES sexto. Si ordo attenditur in Charitate, aut attenditur penes habitum, aut penes actum; non quoad habitum, qui est omnino unus: Si quoad actum: Ergo non est ordinata in infante baptizato, vel in dormiente, qui non habent actum. Igitur quaero, quid attenditur in ordine charitatis? et cur attenditur magis in ipsa, quam in alia virtute ordo, cum omnis virtus sit amor ordinatus, ut ait D. August.* de moribus Ecclesiae? *Et rursus, cum circa omne bonum sit modus, species, et ordo, cur potius charitas dicitur ordinata, quam modificata?*

22 St. Doctor RESPONDS that order is attended to in the habit, in relation to the objects. Charity is therefore chiefly said to be ordered, because it is the weight whose it is to balance, and the bond of perfection, whose it is to gather all things in order.

> *Respondet S. Doct. attendi ordinem in habitu, in ordine ad obiecta. Praecipue igitur dicitur charitas ordinata, quia est pondus, cuius est librare; et vinculum perfectionis, cuius est omnia ordinate colligere.*

Question XXXI: Whether God is to be loved more than the neighbor

1 I ASSERT first that the habit of Charity is borne principally and more toward God.

> ***Utrum DEUS sit magis diligendus, quam proximus.***
>
> *ASSERO primo, habitum Charitatis principalius, et magis ferri in Deum.*

2 IT IS PROVED by St. Bonaventure first, because thus God commands, Matth. 22. *This is the first and greatest commandment*. You have the same in *Matth. 10. Lucae 14*.

> *PROBATUR a D. Bonav. primo, quia sic Deus praecipit, Matth. 22.* Haec est primum, et maximum mandatum. *Idem habes* Matth. 10. Lucae 14.

3 SECONDLY. The cause is prior to its effect; but the love of God is the cause of the love of neighbor: for man loves his neighbor precisely because he loves God, whose image he is, and whom God commands to be loved.

> *SECUNDO. Causa est prior suo effectu; sed dilectio Dei est causa dilectionis proximi: Ideo enim homo diligit proximum, quia diligit Deum, cuius est imago, et quem Deus iubet diligi.*

4 THIRDLY, because friendship principally and first regards that which has the ratio of an end, in which is found that good upon whose communication it is founded, and which is the cause of that good: but God is such a good, toward which the neighbor also is ordered, and is that from which that communication is derived in the supernatural life of beatitude, in which the perfect friendship of charity consists: Therefore. St. Thomas uses the same reason, which St. Bonaventure rubs up again, more in the body. And Tannerus disp. 2 quest. 3 dub. 2 num. 21. and the rest.

> *TERTIO, quia amicitia principalius, et prius respicit id, quod habet rationem finis, in quo invenitur illud bonum, super cuius communicatione fundatur, et est causa illius boni: Sed Deus est tale bonum, ad quod ordinatur et proximus, et est illud, a quo derivatur illa communicatio in vita supernaturali beatitudinis, in qua consistit amicitia charitatis perfecta: Ergo. Eadem ratione utitur etiam D. Thom. quam refricat S. Bonav. magis in corpore. Et Tannerus disp. 2. quaest. 3. dub. 2. num. 21. et caeteri.*

5 FINALLY: Love inclines first to that toward which it inclines more ardently, because the affection follows the greater inclination; but the love of Charity inclines more ardently to the loving of God than of one's neighbor: Therefore.

> *TANDEM: Amor inclinat prius ad illud, ad quod inclinat ardentius, quia affectus sequitur maiorem inclinationem; sed Charitatis amor, ardentius inclinat ad amandum Deum, quam proximum: Ergo.*

6 I ASSERT secondly. Charity as to exercise is first borne toward the neighbor, as the more imperfect act, so that through the active life it may rise to the perfect love of God, and to the contemplative; for he who wishes to be a perfect lover of God ought first to exercise himself in the love of neighbor; as he who wishes to be a good contemplative ought first to be a good active, as St. Gregory teaches. And in sign of this thing, the Holy Spirit was given twice. *First on earth, Ioan. 20. Second from heaven, Act. 2.* Because the love of charity must first be exercised in those things which we see, that we may be carried up through the love of visible things to the love of invisible ones; and according to this way proceed the reasons to be brought forward below: This is St. Bonaventure's.

> *ASSERO secundo. Charitas quoad exercitium prius fertur in proximum, tanquam actus imperfectior, ut per activam exurgat ad perfectum Dei amorem, et in contemplativam; qui enim vult esse perfectus amator Dei, prius debet se exercere in amore proximi; sicut qui vult esse contemplativus bonus, prius debet esse bonus activus, ut docet D. Gregorius. Et in huius rei signum, bis datus est Spiritus Sanctus.* Primo in terra, Ioan. 20. Secundo de caelo, Act. 2. *Quia prius oportet amorem charitatis exerceri in his, quae videmus, ut per amorem visibilium in amorem invisibilium rapiamur, et secundum hanc viam procedunt rationes infra afferendae: Haec D. Bonaventura.*

7 It is THEREFORE proved first. The destruction of one is destructive of the other, and its position is the position of the other: but the destruction of charity for one's neighbor is destructive of the charity of God, as Ioan. argues, prima, cap. 4. *He who does not love his brother, whom he sees; how can he love God, whom he does not see?* But that thing to which the position or destruction of the other consequently follows must be prior to it; and this is according to disposition, as St. Thomas also says *ad primum*.

> *PROBATUR ergo primo. Destructio unius, est destructiva alterius, et positio eius, est positio alterius: Sed destructio Charitatis proximi, est destructiva charitatis Dei, ut arguit Ioan. prima, cap. 4.* Qui non diligit fratrem suum, quem videt; Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? *Id autem, ad quod sequitur consequenter positio, vel destructio alterius, debet esse illo prius; hoc autem est secundum dispositionem, ut ait etiam D. Thom.* ad primum.

8 SECONDLY. *First that which is animal, then that which is spiritual follows, prima ad Corinthios 15.* but the love of neighbor is more sensible: Therefore it precedes.

> *SECUNDO.* Prius, quod animale est, deinde quod spirituale sequitur, prima Cor. 15. *sed dilectio proximi est sensibilior: Ergo praecedit.*

9 THIRDLY. The process is from the imperfect to the perfect, from the way to the terminus; but the love of God is more perfect, and the terminus toward which the love of neighbor tends: therefore.

> *TERTIO. Processus est ab imperfecto ad perfectum, a via ad terminum; sed dilectio Dei est perfectior, et terminus, ad quem dilectio proximi tendit: ergo.*

10 FOURTHLY. Action is prior to contemplation; but the love of neighbor is occupied with the active life; the love of God with the contemplative: Therefore.

> *QUARTO. Prior est actio contemplatione; sed dilectio proximi occupatur citea activam; Dilectio Dei circa contemplativam: Ergo.*

Question XXXII: Whether a man ought out of charity to love God more than himself

1 I ASSERT that he is so to be loved.

> ***Utrum homo debeat ex CHARITATE plus Deum diligere, quam se ipsum.***
>
> *ASSERO, ita diligendum.*

2 IT IS PROVED by St. Bonaventure first from *Deuter. 6. Matth. 22. Thou shalt love the Lord thy God with thy whole heart, and with thy whole soul, and with thy whole mind. This is the greatest and first commandment.* But the whole affection is commanded to be bestowed on no other: Therefore. The Holy Doctor proves the same on 14 Lucae, in these words: *If anyone comes to me, and does not hate father and mother, etc. and moreover his own soul also, he cannot be my disciple.*

> *PROBATUR a D. Bonav. primo ex* Deuter. 6. Matth. 22. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua. Haec est maximum, et primum mandatum. *Nulli autem alii impendendus praecipitur totus affectus: Ergo. Idem probat S. Doct. ad 14. Lucae, illis verbis:* Si quis venit ad me, et non odit patrem, et matrem, etc. adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus.

3 NEXT it is proved from Sts. Augustine and Ambrose, who admonish that God is to be loved before all things, as I said in question 28.

> *DEINDE probatur ex SS. August. et Ambrosio, qui Deum prae omnibus diligendum monent, ut dixi quaestione 28.*

4 THIRDLY it is proved by the Holy Doctor. On account of which each thing is such, that is the more such; but on account of God we love ourselves and our neighbor; and he is rightly so to be loved, because he is the supreme good: Therefore we are bound more to love God himself. The major is *Aristotle: Primo post, cap. 3. et 2 Metaph. t. 4.*

> *TERTIO probatur a S. Doct. Propter quod unum quodque tale, et illud magis tale; sed propter Deum diligimus nos, et proximum; et iure ita diligendus est, quia summum bonum: Ergo magis tenemur diligere ipsum Deum. Maior est* Aristoteles: Primo post, cap. 3. et 2. Metaph. t. 4.

5 IT IS PROVED fourthly. The end is to be loved more than those things which are toward the end; but God is the end of all: Therefore. The major is *Aristotle's 2 Phys. text. 23.*

> *PROBATUR quarto. Finis est magis diligendus, quam ea, quae sunt ad finem; sed Deus est finis omnium: Ergo. Maior est* Aristotelis 2. Phys. text. 23.

6 IT IS PROVED fifthly in the body. Right reason dictates that the supreme good is to be loved more than the other goods; but God is the supreme Good: Therefore. *Scotus uses this argument, as I shall say in the following question.*

> *PROBATUR quinto in corpore. Ratio recta dictat, summum bonum esse magis diligendum, quam caetera bona; sed Deus est summum Bonum: Ergo.* Hoc argumento utitur Scotus, ut dicam quaestione sequenti.

7 You will OBJECT first. Perfection does not invert the order of its perfectible; but grace is the perfection of nature, which without grace loves itself more than God: Therefore grace, added, perfects but does not invert this order.

> *OBIICIES primo. Perfectio non invertit ordinem sui perfectibilis; sed gratia est perfectio naturae, quae sine gratia magis diligit seipsam, quam Deum: Ergo gratia addita perficit, non invertit hunc ordinem.*

8 The Holy Doctor RESPONDS that nature has two things, a primitive Esse, and the defect of corruption: therefore that which is primitive and of perfection is perfected; but that which has defect is corrected and amended. Therefore disordered self-love is of corrupted nature, and so is corrected by grace.

> *Respondet S. Doct. naturam duo habere, et Esse primitivum, et defectum corruptionis: Id igitur, quod est primitivum, et perfectionis, perficitur; id autem, quod habet defectus, corrigitur, et emendatur. Igitur amor proprius inordinatus, est naturae corruptae, ideo corrigitur a gratia.*

9 You will OBJECT secondly. Just as if you add equals to equals, they remain equal; so if you add unequals, they remain unequal; but the love of ourselves before the advent of grace outweighs the love of God: Therefore also after its advent: Therefore according to the order of Charity we ought to love ourselves more.

> *OBIICIES secundo. Sicut si aequalibus addas aequalia, manent aequalia; ita si addas inaequalia, manent inaequalia; sed amor nostri ante adventum gratiae praeponderat amori Dei: Ergo et post eius adventum: Ergo secundum ordinem Charitatis debemus diligere magis nos ipsos.*

10 The Holy Doctor RESPONDS that the Major is true if what is added as equal respect both equally; but charity respects the love of God more than that which is for oneself; hence at the advent of Charity the love of self is diminished and the love of God increased.

RESPONDet S. Doct. Maiorem veram, si aequale additum, aequaliter respiciat utrumque; at vero charitas magis respicit amorem Dei, quam illum, qui est in seipsum; unde in adventu Charitatis minuitur amor sui, et augetur amor Dei.

11 You will OBJECT thirdly. The affection of love follows cognition; but we know ourselves more than God: Therefore we also love ourselves more.

OBIICIES tertio. Amoris affectus sequitur cognitionem; sed magis nos cognoscimus, quam Deum: Ergo magis etiam diligimus.

12 The Holy Doctor RESPONDS that love follows cognition not only as to Charity, but also as to the greater perfection of goodness. Therefore, although we know ourselves more clearly than God; nevertheless we acknowledge that the goodness of God is greater and to be esteemed of more worth.

Respondet S. Doct. amorem sequi ad cognitionem, non solum quoad Charitatem, sed etiam quoad bonitatis perfectionem maiorem. Igitur, licet clarius cognoscamus nos ipsos, quam Deum; tamen agnoscimus, maiorem esse bonitatem Dei, et pluris aestimandam.

13 *You will object* fourthly. As much as anyone loves God, so much does he desire to enjoy God; and as much as he desires to enjoy God, so much does he desire his own beatitude; and as much as he desires his own beatitude, so much does he love himself: Therefore he loves himself as much as he loves God.

Obiicies *quarto. Quantum aliquis diligit Deum, tantum appetit frui Deo; et quantum appetit frui Deo, tantum appetit sui beatitudinem; et quantum appetit sui beatitudinem, tantum se diligit: Ergo tantum diligit seipsum, quantum diligit Deum.*

14 *He responds*, St. Doctor, that as to the affection of concupiscence one loves God as much as he desires to enjoy God; but as to the love of friendship he loves God more, because he orders his own goodness ultimately to God, as toward an end more lovable, namely the good by essence, toward which as toward a principle the good by participation is ordered: For indeed the love of concupiscence does not make a plurality with the love of ourselves; and therefore it does not follow that by that love we love God and ourselves equally: for to love ourselves out of charity is nothing other than to wish the supreme good for ourselves.

Respondet *S. Doct. affectu quidem concupiscentiae tantum aliquem diligere Deum, quantum cupit Deo frui; at amore amicitiae magis diligere Deum, quia et suam bonitatem ordinat ultimo in Deum, tanquam in finem magis amabilem, utpote bonum per essentiam, ad quod tanquam ad principium, ordinatur bonum per participationem: Enimvero amor concupiscentiae non facit pluralitatem cum amore nostri; et ideo non sequitur, quod eo amore aequaliter Deum, et nos diligimus: diligere enim nos ex charitate, non est aliud, quam summum bonum nobis optare.*

15 *Next* he responds that the Major can be denied; because one can desire to enjoy God for the sake of God himself, and therefore love God more than his own beatitude, and this is the order of Charity.

Deinde *respondet, negari posse Maiorem; quia potest quis optare frui Deo propter ipsum Deum, et ideo magis diligere Deum, quam suam beatitudinem, et hic est ordo Charitatis.*

16 *You will object* fifthly. When two things are finite, one can be intensified and the other remitted, and reduced to equality; but charity toward God and ourselves is finite: Therefore it can come about that the charity of God is remitted while the love of ourselves is intensified by Charity: Therefore, etc.

> Obiicies *quinto. Quando duo sunt finita, potest unum intendi, et alterum remitti, et ad aequalitatem redigi; sed charitas in Deum, et nos, est finita: Ergo potest fieri, ut charitas Dei remittatur, dum amor nostri intenditur a Charitate: Ergo, etc.*

17 *He responds*, St. Doctor, that these loves are finite; nevertheless by reason of the object the love of God is infinite, and for this reason it cannot be equalled. Nor indeed is it new that the finite should infinitely exceed another finite: for thus a line infinitely exceeds a point, and so a point can never arrive at being equal to a line; indeed many, and infinite points will never make any length of a line. Thus, therefore, are created goods with respect to the supreme good for the rational soul; and so infinitely many created goods will never be so lovable, because the Divine good, even as participable by me, will always be loved as the end; and thus it will never be equalled by the love of self, or of any creature whatsoever.

> Respondet *S. Doct. amores hos esse finitos; attamen ratione obiecti amorem Dei esse infinitum, et hac de causa non posse aequari. Neque vero est novum, quod finitum excedat infinite aliud finitum: Sic enim linea excedit punctum infinite, et ita nunquam punctum potest pervenire, ut sit lineae aequale, imo plurima, et infinita puncta nunquam facient aliquam lineae longitudinem. Ita igitur sunt bona creata respectu boni summi Animae rationalis; Itaque infinita bona creata nunquam ita amabilia erunt, quia semper bonum Divinum, etiam ut participabile mihi, semper diligetur, ut finis; atque adeo nunquam aequabitur illi amor sui, vel cuiuscumque creaturae.*

18 *You will object* sixthly. Love is a unitive force; but one cannot be united to anyone more than to oneself.

> Obiicies *sexto. Amor est vis unitiva; non potest autem quis uniri cuicumque, magis quam sibi ipsi.*

19 *He responds*, St. Doctor, first, that nothing is more united to us than ourselves according to nature; but not according to affection. Therefore God can be more adhering to us in love; and in this second way love is a unitive force by affection, not by nature.

> Respondet *S. Doct. primo, nihil magis esse unitum nobis, quam nos secundum naturam; at non secundum affectum. Itaque potest Deus esse nobis magis inhaerens amore; et hoc secundo modo amor est vis unitiva affectu, non natura.*

20 *He responds* secondly, that God is more intimate to us, and we depend more on him than on intrinsic principles, because God indwells nature and makes it blessed.

> Respondet *secundo, Deum nobis esse magis intimum, et ab eo nos magis pendere, quam a principiis intrinsecis, quia Deus naturae illabitur, eamque beat.*

Question XXXIII: Whether nature inclines more to loving God than to loving ourselves

1 *The first* opinion denies that we are naturally inclined to love God more than ourselves. So Coninck, disp. 24, doubt 3, alleging in favor of it St. Bonaventure, Giles, of Auxerre, and other older authors.

> Prima *sententia negat, nos naturaliter inclinari ad diligendum Deum, magis quam nos ipsos. Ita Coninchius disp. 24. dubio 3. pro hac allegans D. Bonaventuram, Gabrielem, Altisiodorensem, et alios antiquiores.*

2 *The second* opinion is that we are naturally inclined to love God more than ourselves. This opinion is explicitly held by St. Bonav. here, as we saw in the preceding question, and it is clear in the body, the foundations, and the replies to the arguments, where nothing clearer could be read; for he asserts, and repeats, that nature, as nature is, inclines more toward God, even though by reason of depravity and corruption it be pressed more by self-love. St. Thomas follows him here, and with him all

Thomists, Cajetan, Bannes, Aragon; Scotus 3 dist. 27, single question, § Istis igitur rationibus, whom all Scotists follow, per Mastrius in 3 disp. 6 quaest. 25; Casati, treatise on Charity, disp. 3 sect. 5; Valencia here p. 2; Vasquez in I-II, disp. 194; Tannerus disp. 2 quaest. 3 dub. 3, wrongly citing St. Bonaventure 3 dist. 25 to the contrary.

> Secunda *sententia est, naturaliter nos inclinari magis ad diligendum Deum, quam nos metipsos. Haec sententia est expressa D. Bonav. hic, ut vidimus quaest. praecedenti, et patet in corpore, fundamentis, et ad argumenta, ubi nihil clarius legi potest; Asserit enim, et replicat, naturam, ut natura est, magis inclinare in Deum, esto ratione depravationis, et corruptionis, amore proprio magis urgeatur. Eum sequitur D. Thom. hic, ubi omnes Thomistae, Caietanus, Bannes, Aragonius; Scotus 3. dist. 27. quaest. unica §. Istis igitur rationibus, quem omnes Scotistae sequuntur apud Mastrium in 3. disp. 6. quaest. 25. Caspensis tract. de Charitate, disp. 3. sect. 5. Valentia hic p. 2. Vasquez prima secundae, disp. 194. Tannerus disp. 2. quaest. 3. dub. 3. male in oppositum adducens D. Bonaventuram 3. dist. 25.*

3 *I assert*, with this opinion, that we are naturally inclined to love God more than ourselves.

> Assero *cum hac sententia, naturaliter nos inclinari ad amandum magis Deum, quam nosmetipsos.*

4 *Many* reasons are brought forward by many. And many refute them, so as to exalt their own.

> Multas *rationes multi adducunt. Multique eas refellunt, ut suas extollant.*

5 *The first* reason is that of St. Thomas in the body, which St. Bonaventure intimates in 3 dist. 29 dub. 1 litt. and in the Diet, title 5 cap. 5, and serm. 2 on the One Holy Doctor. Every part naturally loves the common good and the good of the whole more than the good proper to the part; but the good of any created thing is compared to the Divine good as the good of a part to the good of the whole: Therefore. For God is the highest good, by whose participation other things are good, and without whom there is no good, and hence he is every good, and the good of the whole universe. The major is proved by the example of the serpent, which, so that it may save its head, in which is life, exposes its parts to blows; and the hand naturally exposes itself so that the head, and consequently the whole, may be saved; and water ascends lest there be admitted into the nature of the universe the absurdity of a vacuum.

> Prima *ratio est D. Thomae in corpore, quam innuit S. Bonav. 3. dist. 29. dub. 1. litt. et in Dieta, titulo 5. cap. 5. et serm. 2. de uno Sancto Doctore. Omnis pars naturaliter amat magis bonum commune, et totius, quam proprium partis: sed bonum cuiuscumque rei creatae comparatur ad bonum Divinum, ut bonum partis ad bonum totius: Ergo. Deus enim est summum bonum, cuius participatione caetera sunt bona, et sine quo nullum est bonum, ac proinde est omne bonum, et totale universi. Maior probatur exemplo Serpentis, qui ut salvet caput, in quo est vita, partes exponit ictibus; et manus se naturaliter exponit, ut salvet caput, et totum consequenter; et aqua ascendit, ne admittat in natura universi inconveniens vacui.*

6 *Scotus* attacks this reason in § Istae rationes: for the examples by which the assumption is supported only show that the whole loves itself, or its principal parts, more than the less principal ones; for water does not ascend by its own form naturally to fill the vacuum, but is violently snatched by nature, which cares for the order of the universe; nor does the hand expose itself, but man exposes it: similarly the serpent exposes its more principal parts so that the head may be saved. Hence therefore you have only that God loves the good of the Universe more than that of a part; or that the good of a principal part is loved more than that of a less principal one; but you do not conclude that any part of the Universe loves the good of the whole more than its own.

Hanc *rationem impugnat Scotus §. Istae rationes: Nam exempla, quibus nititur assumptum, solum ostendunt, totum magis diligere seipsum, vel partes principales, quam minus principales; non enim aqua sua forma naturaliter ascendit ad replendum vacuum, sed violenter rapitur a natura, curante Universi ordinem; neque manus seipsam exponit; sed homo eam opponit: Similiter Serpens exponit partes principaliores, ut caput servet. Hinc igitur solum habes, quod Deus diligat bonum Universi, magis quam partis; vel bene, esse partis principalis, quam minus principalis; sed non colligis, quod aliqua pars Universi magis diligat bonum totius, quam sui.*

7 *Scotus adds*, even were this granted in the examples; nevertheless the case is disproportionate; for those parts, by saving the whole, save themselves, which are parts of it; but a creature is not any part of God, although it be his effect. So also Mastrius.

Addit *Scotus, esto in exemplis id concedatur; attamen dispar est ratio; nam partes illae salvando totum, servant se ipsas, quae illius sunt partes; at creatura non est aliqua pars Dei, licet sit effectus illius. Sic etiam Mastrius.*

8 *But* these things are frivolous. First indeed, the nature of a part is ordered to the whole as to an end; and therefore it appetizes the good of the whole more. That it is violent for the form of water to ascend, if no necessity of the whole universe urges, amounts to nothing; but if a vacuum is at hand, it is moved by a natural motion, as being formally a part; for it is not moved miraculously by God, nor attracted by another: for does the vacuum have an active power? But suppose the nature of the universe naturally operates thus. Acting therefore is most innate to the part, and likewise to each of the parts,[4], and thus it is natural to be acted upon; for the particular nature follows the common nature, which is its rule. Hence Aristotle says in 1 Phys. text. 78: Each thing is apt to be acted upon and moved as it naturally acts and moves.

[4] Editor's note: the print/OCR reads 'maximè innatum partiformiter etiam singulis partibus'; 'partiformiter' is not attested Latin and both witnesses agree on it, so it was rendered as 'and likewise to each of the parts' (likely for 'parti, formaliter').

Sed *haec frivola sunt. Primo quidem natura partis est ordinata ad totum, tanquam finem; atque ideo plus appetit bonum totius. Quod enim formae aquae sit violentum ascendere, si nulla urgeat totius universi necessitas, nihil facit; at si instet vacuum, movetur motu naturali, ut est formaliter pars; non enim a Deo miraculose movetur, neque ab alio attrahitur: Numquid enim vacuum habet virtutem activam? At esto universi natura hoc naturaliter operetur. Sic igitur agere est maxime innatum partiformiter etiam singulis partibus, sicque naturale est agi; natura enim particularis sequitur naturam communem, quae est sui regula. Ideo ait Aristoteles 1. Phys. text. 78. Unumquodque aptum est agi, et moveri, sicut naturaliter agitur, et movetur.*

9 *Nor* is it true that the cause for which a part in the world, or in a serpent, or in a man, exposes itself to danger is that, by preserving the whole, it preserves itself, which is a part of the whole, etc.; on the contrary it is the opposite: for it undergoes its own destruction and perishing, so that by its own destruction the whole may be saved. For what preservation of water is there in departing from its natural place against its inclination?[3]

[3] Editor's note: the print/OCR reads 'Quae enim conservatio aquae dicedere a loco naturali ad infensum?'; 'dicedere' is a corrupted form, rendered 'decedere' (to depart); 'ad infensum' left as printed (cf. 'against its inclination').

Neque *verum est, quod causa, ob quam pars in mundo, vel serpente, aut homine, se exponit discrimini, sit, quia conservando totum, conservat seipsam, quae est pars totius, etc. imo contrarium est: Nam sui destructionem, et interitum subit, ut sui destructione salvetur totum. Quae enim conservatio aquae decedere a loco naturali ad infensum?*

10 To the disproportion last alleged by Scotus, St. Bonaventure replies at ad 6. For although a creature is not a component part of God, nevertheless it depends on him more than a part on the whole, and more than on itself, such that upon the destruction of God there follows, by way of intrinsic connection of Creatures, annihilation. Moreover God is an intimate pervader, penetrating, containing, and hence more intimate to us than we ourselves are to ourselves.

> *Ad disparitatem ultimo allegatam a Scoto occurrit D. Bonav. ad 6. Nam licet creatura non sit pars componens Dei, tamen ab eo pendet magis quam pars a toto, et magis quam a se ipsa, ita ut ad destructionem Dei, sequatur per locum intrinsecum Creaturarum annihilatio. Est praeterea Deus intimus pervadens, illabens, continens, atque adeo magis intimus nobis, quam nosmetipsi nobis.*

11 Mastrius repeats the same things, adding that water is drawn to fill the vacuum, from Aristotle 4 de Caelo, text 34: for it is drawn by nature on account of the common good.

> *Mastrius eadem refricat, addens, aquam trahi ad replendum vacuum ex Aristotele 4. caeli, textu 34. Enim vero trahitur a natura ob bonum commune.*

12 Durandus attacks the reason of the Holy Doctors, because it does not follow that he who exposes himself to danger for another loves that other more than himself; for a friend exposes himself to danger for a friend, or for money, and yet loves himself more than the friend, or money. Similarly a good citizen exposes his life for the Republic, and yet does not love the Republic more than himself, because in that act he wills for himself a greater good, namely the good of virtue, which he would not wish to lack for the whole Republic. Hence Aristotle in 9 Eth. cap. 8 says that the serious man in these and similar acts loves himself most.

> *Durandus rationem SS. Doctorum oppugnat, quia non sequitur, eum, qui se exponit discrimini pro alio, magis diligere illum, quam se; nam et amicus pro amico, vel pecunia, se exponit discrimini, et tamen magis diligit se ipsum, quam amicum, vel pecuniam. Similiter bonus civis exponit vitam pro Republica, nec tamen magis amat Rempublicam; quam se, quia in eo actu vult sibi maius bonum, idest bonum virtutis, quo nollet carere pro universa Republica. Unde Aristoteles 9. Eth. cap. 8. ait, quod vir studiosus in his, et similibus actibus maxime diligit seipsum.*

13 Yet Durandus labors over equivocations, as Casati saw in num. 32; for the Holy Doctors intend that when a part is naturally exposed on account of the common good, as the adequate cause, the whole is loved more; but he who exposes himself to danger for a friend, or the Republic, or money, does not expose himself naturally, nor on account of the good of the friend, or of the Republic; much less for money, as is clear from the things said by Durandus himself. Therefore it is beside the point. Then, willing the non-Being of self for a friend, etc., he loves more him whose Being he wills, with the destruction of his own Being, as Scotus also notes.

> *Laborat tamen Durandus in aequivocis, ut vidit Caspensis num. 32. nam SS. DD. id intendunt, ut quando naturaliter exponitur pars ob bonum commune, tanquam causam adaequatam, ametur magis totum; at exponens se discrimini pro amico, vel Republica, aut pecunia, non se exponit naturaliter, nec ob bonum amici, aut Reipublicae; multo vero minus pecuniae, ut constat ex dictis ab ipso Durando. Idco non est ad rem. Deinde volens non Esse sui pro amico, etc. magis diligit eum, cuius vult Esse, cum destructione Esse proprii, ut advertit etiam Scotus.*

14 Mastrius adds, with St. Bonaventure at the end, that with God destroyed, the creature itself is not destroyed[2], not only formally, because it depends on God; but also eminently according to the being it has in God; but if God remained, the creature itself would remain in the cause, from which it could be reproduced, as the Friend also notes, disp. 29 sect. 3.

[2] Editor's note: the print reads 'etiam ipse ho non destruitur'; 'ho' rendered as 'hoc' (the creature), the print's letterform being defective.

> *Addit Mastrius cum D. Bonav. ad ultimum, quod destructo Deo, etiam ipse hoc non destruitur, non solum formaliter, quia pendet a Deo; sed etiam eminenter secundum esse, quod habet in Deo; at si maneret Deus, maneret et ipse in causa, a qua posset reproduci, ut notat etiam Amicus disp. 29. sect. 3.*

[15] Hence therefore Scotus extracts another reason, which is St. Bonaventure's at the place cited. A valiant citizen ought, according to right reason, to expose himself to death on account of the good of the Republic, from Aristotle 9 Eth., because the public good ought to prevail over the private: Therefore much more ought man to love the Highest Good more than his own singular good; for it is incomparably greater than the common good of the Republic in respect of his own singular good.

> *Hinc igitur eruit Scotus aliam rationem, quae est D. Bonav. loc. cit. Fortis Politicus debet secundum rectam rationem se morti exponere ob Reipublicae bonum, ex Aristotele 9. Eth. quia bonum publicum debet praevalere privato: Ergo multo magis homo debet plus diligere Summum Bonum, quam bonum suum singulare; nam incomparabiliter est maius, quam bonum commune Reipublicae, respectu sui boni singularis.*

[16] But the objections of Durandus lie dissolved.

> *Oppositiones vero Durandi solutae iacent.*

[17] From these you have that also Scotus, who subtly divided the reason of St. Thomas, in which it was assumed that a part is exposed for the whole reasonably, at length fled to nearly the same middle term.

> *Ex quibus habes, etiam Scotum, qui subtiliter rationem D. Thomae dividit, in qua assumebat, exponi rationabiliter partem pro toto; tandem ad eundem fere medium terminum confugere.*

[18] ¶ It is proved thirdly by St. Bonaventure at ad 4. Rational nature loves beatitude supremely, from Aristotle and Augustine 13 de Trinitate cap. 5. But it does not love beatitude more than the beatifying object; rather it orders beatitude toward the Highest Good, God, by an ordered motion of friendship.

> *¶ Probatur tertio a D. Bonav. ad 4. Natura rationalis summe diligit beatitudinem ex Aristotele, et Augustino 13. de Trin. cap. 5. Sed non magis diligit beatitudinem, quam obiectum beatificans, imo beatitudinem ordinat ad Bonum summum Deum motu amicitiae ordinato.*

[19] From this also the hackneyed reply of Scotus lies rebuffed, which the Holy Doctor saw; namely, that from this it would follow that he loves himself more, for whom God is concupiscenced for fruition; for the love of concupiscence, by which I concupiscence a good for myself, presupposes the love of friendship, by which I love myself, and love God for my fruition.

> *Ex quo etiam detrita iacet responsio Scoti, quam S. Doct. vidit; nempe hinc sequi, maius dilectum se ipsum, cui concupiscitur Deus ad fruitionem; nam amor concupiscentiae, quo bonum mihi concupisco, supponit amorem amicitiae, quo me ipsum diligo, atque Deum ad mei fruitionem amo.*

[20] The Holy Doctor indeed replies that this comes about by the love of concupiscence; he warns, however, that this love of concupiscence does not make one number with the love of friendship of self, and thus one cannot properly be said to be prior to the other — which the P. also notes in his Treatise on the Angels, disput. 7 quaest. 2, where Scotus urged that the Angel first loved himself with the love of friendship, and afterwards wished glory for himself; while the love of beatitude is ordered

according to right reason toward the highest good and last end, God, and hence God is loved more than our fruition, if we follow reason. Add that with God taken away, beatitude is taken away from us.

> *Respondet vero S. Doct. amore concupiscentiae id evenire; monet tamen, hunc amorem concupiscentiae non facere numerum cum amore amicitiae sui, et ita non posse dici proprie unum altero priorem, quod etiam advertit P. t. Tract. de Angelis, disput. 7. quaest. 2. ubi Scotus urgebat, prius Angelum amasse se amore amicitiae, et postea optasse sibi gloriam; Amorem vero beatitudinis ordinati secundum rectam rationem ad summum bonum, et ultimum finem Deum, atque adeo plus amati Deum, quam nostram fruitionem, si rationem sequamur. Adde ablato Deo, tolli beatitudinem nobis.*

21 It is proved fourthly by St. Bonaventure in the foundations and the body, by his own proper reason, which the more recent authors commonly use, and which Mastrius declares proper to Scotus in num. 619. The reason of natural love follows the dictation of nature; but nature dictates that God is to be loved supremely above all things: Therefore. The major is certain; for the will depends on cognition, and natural volition on the natural light, as elicited volition on elicited cognition. The minor is proved: for ordered nature dictates ordered acts, but nature in itself is right and ordered: Therefore it dictates ordered acts of the will. It is confirmed by St. Bonaventure's minor to the third, because right reason dictates that what is truly the greater good is to be loved more, and that God is the highest good: Therefore he is to be loved above all things.

> *Probatur quarto a D. Bonav. in fundamentis, et corpore, ratione sua propria, quam usurpant communiter Recentiores, quamque propriam Scoti acclamat Mastrius num. 619. Ratio amoris naturalis sequitur dictamen naturae; sed naturae dictatur, Deum esse summe diligendum prae omnibus: Ergo. Maior est certa; nam voluntas dependet a cognitione, et volitio naturalis a lumine naturali, sicut volitio elicita a cognitione elicita. Minor probatur: Natura enim ordinata dictat actus ordinatos, sed natura secundum se est recta, et ordinata: Ergo dictat actus voluntatis ordinatos. Confirmatur a D. Bonav. Minor ad tertium, quia recta ratio dictat id, quod vere est maius bonum, esse magis amandum; et Deum esse summum bonum: Ergo suprat omnia amandum.*

22 It is confirmed secondly by St. Bonaventure at the first. Grace and charity do not disorder nature, but perfect it; but charity inclines to loving God above all things: Therefore nature too; otherwise, if nature inclined to loving self more, it would follow that charity does not perfect, but perverts nature.

> *Confirmatur secundo a D. Bonav. ad primum. Gratia et charitas non deordinat naturam, sed perficit; sed charitas inclinat ad Deum super omnia diligendum: Ergo et natura; alioqui si natura inclinaret ad diligendum magis se ipsum; sequeretur, charitatem non perficere, sed pervertere naturam.*

23 The whole reason is confirmed further, because nature is from God: Therefore it is good: Therefore its inclination too is from God. But it would be absurd for God to have instilled a disordered nature, since every effect tends to its cause: hence *All the Lord has worked for his own sake.*

> *Confirmatur adhuc tota ratio, quia natura est a Deo: Ergo bona: Ergo et eius inclinatio est a Deo. Absonum esset autem, Deum indidisse naturam inordinatam, cum omnis effectus ad suam causam tendat: dat:* Omnia autem propter semetipsum operatus est Dominus.

24 It is confirmed further: for things loved below another are for use, and what is loved above all things is to be enjoyed; such an object is God alone, who is the last end and highest good: Therefore. So argues the Holy Doctor in the body, and more broadly in the first dist. 1 art. 3 quaest. 1 and 2, from St. Augustine lib. 1 de doctrina Christiana cap. 4 and 33.

Confirmatur adhuc: Quae enim diliguntur infra aliud, sunt usui, et quod diligitur prae omnibus est fruibile; tale obiectum est solus Deus, qui est ultimus finis, et summum bonum: Ergo. Sic arguit S. D. in corpore, et latius in primo dist. 1. art. 3. quaest. 1. et 2. ex D. August. lib. 1. de doctrina Christiana, cap. 4. et 33.

25 It is confirmed further in the body. *God created all things in number, weight, and measure.* But charity is a weight, as I showed in quaest. 30, and a right weight, inasmuch as it is from God; and hence rightly balancing the affections according to the greater dignity of the objects.

Confirmatur adhuc in corpore. Deus creavit omnia in numero, pondere, et mensura. *Charitas autem est pondus, ut ostendi quaest. 30. et pondus rectum, utpote a Deo; atque adeo recte librans affectus, iuxta maiorem obiectorum dignitatem.*

26 Coninck replies that indeed an appreciative love of God above other things is dictated by nature, but not a more intense one; rather it is borne toward ourselves more strongly and vehemently, and in this sense he tries to reconcile the authors of both opinions.

Respondet Coninchius, aestimativum sane amorem Dei prae caeteris dictari a natura, non autem intensiorem, sed potius ferri in nos magis, ac vehementius, et hoc sensu conatur authores conciliare utriusque opinionis.

27 But our question concerns appreciative love, and the authors of the first opinion contend by their arguments that nature dictates an appreciative love of ourselves more than of God, as we shall see. From this you also have that the Seraphic Doctor was wrongly alleged for the first opinion, for this reason: because he asserts an appreciative love indeed of God, but not an intensive one, to be connatural, since sensible nature is borne more vehemently toward itself. If this love were the question, there would be no controversy.

At quaestio nostra est de amore aestimativo, et Authores prioris sententiae contendunt suis argumentis, naturam dictare amorem aestimativum nostri, magis, quam Dei, ut videbimus. Ex quo etiam habes, cum male allegasse Seraphicum pro priori sententia, ea de causa, quia amorem appretiativum quidem Dei, non autem intensivum, asserit connaturalem, eo quod natura sensibilis vehementius fertur in se. Quod si de hoc amore esset quaestio, nulla esset controversia.

28 *You will object first*. The whole reason for loving is congeniality; for the ratio of good and of the congenial are convertible; but nothing is more congenial to any thing than its own proper being: Therefore nothing is more loved according to the inclination of nature. It is confirmed, because whatever nature loves, it loves as united and conjoined to itself, as is gathered from Aristotle in the Elenchi cap. 2: *The good lovable is proper to each thing:* Therefore the more conjoined and one it is to itself, the more it is loved; but a creature is more united than God, since it is united to itself by identity, whereas God by the causality of efficiency. It is confirmed from Aristotle 9 Eth.: *Friendly things toward another are taken from friendly things toward self:* Therefore natural love toward God comes from natural love of ourselves: Therefore a creature naturally loves itself more than God.

Obiicies primo. Tota ratio diligendi est convenientia; ratio namque boni, et convenientis convertuntur; sed nihil est convenientius unicuique rei, quam suum proprium esse: Ergo nihil magis diligitur secundum inclinationem naturae. Confirmatur, quia quidquid natura amat, amat ut sibi unitum, et coniunctum, ut sumitur ex Aristotele, Elenchorum, cap. 2. Amabile bonum unicuique proprium: *Ergo quo magis coniunctum, et unum est, sibi magis amatur; at creatura est magis unita, quam Deus; cum ipsa sit sibi unita per identitatem; Deus autem per causalitatem efficientiae. Confirmatur ex Aristotele 9. Eth.* Amicabilia ad alterum, sumuntur ex amicabilibus ad se: *Ergo amor naturalis in Deum venit ex naturali amore nostri: Ergo creatura naturaliter magis se amat, quam Deum.*

29 *Mastrius replies* in num. 631, from St. Bonaventure at the end, that the reason of congenial lovability is found prior and more perfectly in God, as in the universal good and origin of all good, as the Holy Doctor explains *in the body*; whence there is no good lovable except as it participates in divine goodness. To the confirmation he replies that, even were it more united to itself by identity, nevertheless God is still more united to it by power; for since the creature depends more wholly on God its principle than on itself, and is more sustained and conserved by God intimately penetrating, therefore God is more united to the creature than it is to itself by power.

> Respondet *Mastrius* num. 631. ex D. Bonav. ad ultimum, *rationem convenientiae amabilitatis prius, et perfectius reperiri in Deo, tanquam in bono universali, et totius boni origine, ut explicat S. Doct.* in corpore; *unde nullum est bonum amabile, nisi ut participat de divina bonitate. Ad confirmationem respondet, quod, esto sit sibi magis unita per identitatem; adhuc tamen Deus est ei magis unitus per virtutem; cum enim creatura magis a Deo suo principio tota pendeat, quam a seipsa, magisque sustentetur, et conservetur a Deo intime illabente; ideo magis est Deus homini unitus, quam ipse sibi virtute.*

30 *Scotus replies secondly* in dist. 27 at the title in the solution of the principal arguments, and Mastrius in num. 632, from the last words of St. Bonaventure at the end, that unity indeed moves the affection of love; nevertheless goodness is properly that which is lovable: but God is infinitely better than all.

> Respondet *secundo Scotus* dist. 27. tit. in solut. principalium, *et Mastrius* num. 632. ex ultimis verbis D. Bonav. ad ultimum, *unitatem quidem movere affectum amoris; attamen bonitatem esse proprie illam, quae est amabilis: Deus autem est omnibus melior infinite.*

31 *To the third confirmation* Aristotle speaks of friendship among equals, in which ordered self-love is the measure of love toward another; for friendship toward another becomes known when I seek for another things similar to those I seek for myself; but if the friendship is of the lesser toward the greatest, it is denied that self-love is the measure; whence with respect to a superior, especially God, it is a super-friendship, because he is the fountain of goodness, which is rather the reason that other things are loved. Aristotle indeed speaks of particular foreign goods. So also Tannerus disp. 2 quaest. 5 dub. 3 num. 48.

> Ad tertiam confirmationem *loquitur Aristot. de amicitia inter aequales, in qua amor sui ordinatus, est mensura amoris ad alterum; innotescit quippe amicitia ad alterum, quando appeto alteri similia his, quae mihi; sed si amicitia sit minoris ad maximum, negatur, quod amor sui sit mensura, unde respectu superioris, praesertim Dei, est superamicitia, eo quod est fons bonitatis, quae est potius ratio, ut alia amentur. Aristoteles vero loquitur de bonis alienis particulatibus. Ita et Tannetus* disp. 2. quaest. 5. dub. 3. num. 48.

32 *You will object secondly.* It is established by experience that we incline more toward ourselves than toward God; whence when the necessity of dying for Christ occurs, nature flees, as appeared in many martyrs, and even in Christ the Lord.

> Obiicies secundo. *Experimento constat, nos magis in nos ipsos inclinare, quam in Deum; unde quando evenit necessitas moriendi pro Christo, refugit natura, ut patuit in multis martyribus, et etiam in Christo Domino.*

33 *It is replied first* that that repugnance comes from sense; for *the spirit indeed is prompt, but the flesh is weak*, Matth. 26. Nor is it absurd to follow what Casati introduces: that sense naturally loves nature more than God; for this is not absurd, because sense is not capable of enjoying God. Hence it has neither the light nor the cognition of preferring God to itself. So also Tannerus.

> Respondetur primo, *repugnantiam illam venire ex sensu; nam* Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma, *Matth. 26. Neque est absurdum id, quod inducit Caspensis sequi; quod sensus naturaliter amet magis naturam, quam Deum; hoc enim non est absurdum, quia sensus non est capax fruendi Deo. Unde nec lumen, nec cognitionem habet praeferendi Deum sibi. Ita etiam Tannerus.*

34 *Casati replies secondly*, from St. Bonaventure at the first, that this happens from a more vehement apprehension of one's own good, which is sensible; and therefore it moves nature more, weakened and depraved as it is.

> Respondet secundo *Caspensis ex D. Bonav.* ad primum, *id evenire ex apprehensione vehementiori boni proprii, quod est sensibile; et ideo magis movet naturam debilitatam, ac depravatam.*

35 *You will object thirdly.* If natural inclination were more toward God than toward us, grace would not be necessary for loving God above all things, which is against the Councils and the Fathers. Nor does Mastrius satisfy by saying that the Councils and Fathers speak of the state of fallen nature. For the contrary is the case, because St. Augustine in the Enchir. cap. 106 and the Council of Orange can. 19 assert the same of the state of innocence.

> Obiicies tertio. *Si inclinatio naturalis esset magis in Deum, quam in nos, non esset necessaria gratia ad diligendum Deum super omnia, quod est contra Concilia, et Patres. Nec satisfacit Mastrius dicens, Concilia, et Patres loqui de statu naturae lapsae. Contra enim est, quia D. August.* in Enchir. cap. 106. *et Concilium Arausican.* can. 19. *idem asserunt de statu innocentiae.*

36 *Mastrius replies* that it is true of supernatural love; but not of natural love, and that imperfect one by which nature strives toward God as a natural object, namely the Creator — an affection which is weakened in corrupted nature.

> Respondet *Mastrius, verum esse amore supernaturali; non autem naturali, et hoc imperfecto, quo eniteretur natura in Deum, ut naturale obiectum, puta Creator, quae affectio natura corrupta infirmatur.*

37 *You will object fourthly.* If this were true, man would never have sinned in the state of innocence, since nature would incline more toward God.

> Obiicies quarto. *Si id verum esset, nunquam homo in statu innocentiae peccasset, cum ad Deum natura magis propenderet.*

38 *It is replied* by denying the sequel; for a created object could be offered more vehemently and attract, as the Friend notes.

> Respondetur, *negando sequelam; quia potuit obiectum creatum vehementius offerri, et attrahere, ut notat Amicus.*

Question XXXIV: Whether a man ought to love himself more than his neighbor

1 It must be asserted. This is proved by the Holy Doctor first from the Saints, Augustine and Ambrose, who immediately after the love of God place the love of self, as we saw in *quaest. 28.*

> *Asserendum. Hoc probatur a S. Doct. primo e Sanctis, August. et Ambrosio, qui immediate post dilectionem Dei ponunt dilectionem sui, ut vidimus* quaest. 28.

2 Secondly, from Ecclus. 14: *He who is evil to himself, to whom will he be good?* Therefore one cannot orderly love one's neighbor unless one first loves oneself: for this reason in *Matth. 22* and *Deuter. 6* it

is said: *Thou shalt love thy neighbor as thyself.* Therefore the love of self is the exemplar of the love of neighbor: but the exemplar is superior to the exemplated.

> *Deinde ex 14. Eccl.* Qui sibi nequam est, cui alii bonus erit? *Ergo non potest aliquis ordinate diligere proximum, nisi prius diligat se: Ideo enim* Matth. 22. Deuter. 6. *dicitur:* Diliges proximum tuum, sicut te ipsum. *Ergo dilectio sui est exemplar dilectionis proximi: Exemplar autem est potius exemplato.*

3 Thirdly, from St. Augustine in the Enchir. cap. 76. See also Valencia disp. 3 quaest. 4 p. 3, Tanner disp. 2 q. 5 dub. 3.

> *Tertio ex D. August.* in Enchir. cap. 76. *Vide etiam Valentiam* disp. 3. quaest. 4. p. 3. *Tannet.* disp. 2. q. 5. dub. 3.

4 Fourthly. The order of charity is first toward the first principle and last end, which is the Highest Good; then toward the participants: Man therefore loves himself as a participant in that good; others indeed as Companions in the participation; and, the participants being equal, unity is preferable to union. St. Thomas uses the same middle.

> *Quarto. Ordo charitatis est prius in principium primum, et finem ultimum, qui est Summum Bonum; deinde in participantes: Homo igitur diligit se, ut participem illius boni; alios vero, ut Socios in participatione; data autem paritate participatis, unitas est potior unione. Eodem medio utitur D. Thomas.*

5 *It is confirmed first* by the Holy Doctor *in the body*, because a weight draws more the thing in which it is than that which is attached to it: but charity is a weight, as I showed in *quaest. 30.*

> Confirmatur primo *a S. Doct.* in corpore*, quia pondus magis trahit id, in quo est, quam id, quod ei adnectitur: Charitas autem est pondus, ut ostendi* quaest. 30.

6 *It is confirmed secondly.* Each thing appetizes perfection in itself more than in its like: Therefore we reasonably appetize that God be united to us more than to others like to us.

> Confirmatur secundo. *Unumquodque plus appetit perfectionem in se, quam in suo simili: Ergo rationabiliter magis appetimus, Deum nobis uniri, quam aliis nobis similibus.*

7 *It is confirmed thirdly* by the Holy Doctor and Valencia, because those are reproved and called fools who neglect their own salvation to procure that of another: *Matth. 16: What doth it profit a man, if he gain the whole world, and suffer the detrimment of his soul?*

> Confirmatur tertio *a S. Doct. et Valentia, quia illi reprehenduntur, ac stulti dicuntur, qui salutem propriam negligunt, ut procurent alienam,* Matth. 16. Quid prodest homini, si universum mundum lucretur; animae vero suae detrimentum patiatur.

8 Finally, if he ought to love each individual neighbor as himself: Therefore also another neighbor conjoined simultaneously double more, and four, quadruple, and so on to infinity. From this affection it follows that one cannot give one's life for the life of a friend to be saved; so Durand. 4 dist. 17 quaest. 6, Richard dist. 15 art. 3 quaest. 5, Gabriel dist. 16 quaest. 3 art. 1, Paludanus dist. 15 q. 3 art. 2, Bellarm. on good works lib. 3 cap. 8 tom. 3. Hence St. Augustine in lib. de mendacio cap. 6 says: *If anyone lose his bodily life for the bodily life of a friend, he does not love his neighbor as himself, but more than himself; which exceeds the rule of doctrine.*

> *Tandem, si singulos proximos deberet diligere, ut se ipsum: Ergo et alium proximum simul coniunctum duplo plus, et quatuor quadruplo, et sic in infinitum. Ex hac affectione sequitur, non posse aliquem dare vitam pro vita amici salvanda,*

ita Dutand. 4. dist. 17. quaest. 6. *Richard.* dist. 15. art. 3. quaest. 5. *Gabriel* dist. 16. quaest. 3. art. 1. *Paludanus* dist. 15. q. 3. art. 2. *Bellarm.* de bonis operibus, lib. 3. cap. 8. tom. 3. *Unde D. August.* lib. de mendacio, cap. 6. *ait:* Si quis vitam corporalem pro vita corporali amici perdat, non diligit proximum sicut seipsum, sed plus quam seipsum; quod doctrinae regulam excedit.

9 The reason is the one the Holy Doctor brings *in the body and at ad 2*, because love toward self is the measure of love toward neighbor; for it is said: *Thou shalt love thy neighbor as thyself*; but the measure is more perfect than the measured, as Scotus also says. Hence Hurtado defends this opinion tooth and nail in t. 2 disp. 114 sect. 4 § 42, where he lays down that it is a sin to die for the life of a neighbor.

Ratio est, quam affert S. Doct. in corpore, et ad 2. *quia amor erga seipsum, est mensura amoris erga proximum; Dicitur enim:* Diliges proximum, sicut teipsum: *mensura autem est perfectior mensurato, ut ait etiam Scotus. Ideo hanc sententiam mordicus tuetur Hurtadus* t. 2. disp. 114. sect. 4. §. 42. *ubi statuit, peccatum esse, mori pro vita proximi.*

10 Others however say that this is licit: Azorius tom. 2 lib. 2 cap. 3 quaestio 2, Soto on Justice lib. 5 quaest. 1 art. 6, Victoria relect. on homicide num. 25, Corduba lib. 1 quaest. 83 at ad 4, Tanner disp. 2 quaest. 5 dub. 4 num. 73, citing St. Thomas 3 dist. 29 quaest. 1 art. 5 at ad 3 and lib. 1 de regimine Principum, and here quaest. 26 art. 4 at ad 2, Bannes, Aragon, Valencia quaest. 4 p. 3. See below quaest. 35.

Alii tamen dicunt, id licere, Azorius tom. 2. lib. 2. cap. 3. quaestio 2. *Sotus* de Iustitia, lib. 5. quaest. 1. art. 6. *Victoria* relect. de homic. num. 25. *Corduba* lib. 1. quaest. 83. ad 4. *Tanner.* disp. 2. quaest. 5. dub. 4. num. 73. *adducens D. Thom.* 3. dist. 29. quaest. 1. art. 5. ad 3. et lib. 1. de regim. Princ. et hic quaest. 26. art. 4. ad 2. *Bannem, Aragonium, Valentiam* quaest. 4. p. 3. *Vide infra* quaest. 35.

11 Diana p. 5 tract. 4 resol. 28, with Faber on Restitution in 4 disp. 52 num. 41, Valencia tom. 3 disp. 3 quaest. IV p. III, Lorca II II quaest. XXVI art. V sect. III disp. XXVIII member III num. 55, say that it is sometimes licit to do this on account of some added cause; for instance if the friend is more useful, or if he is unjustly oppressed; and thus justice also is saved; and in this way it is a heroic work, says Lorca.

Diana p. 5. tract. 4. resol. 28. cum Fabro de Restitutione, in 4. disp. 52. num. 41. *Valentia* tom. 3. disp. 3. *quaest. IV. p. III. Lorca II. II. quaest. XXVI. art. V. sect. III. disp. XXVIII. membro III. num. 55. dicunt, licere aliquando ob additam aliquam causam id facere; puta si amicus sit utilior, vel si oppressus iniuste sit; et ita salvetur etiam iustitia; et hoc modo esse opus heroicum, ait Lorca.*

12 The Holy Doctor asserts it entirely in III dist. XXIX dub. I litt. With equality indeed given, the Holy Doctor wills that alms be given first to oneself. But he calls perfect heroic charity in dub. V, from St. Augustine tract. V on John, when one is ready to die for love of the brethren — a death not undergone precisely for them, but in order to God. Wherefore the act will be heroic by Charity. Hence in John XV it is said: *Greater love than this no man hath, that a man lay down his life for his friends.* So also Bass. v. Charity, num. 19, where he brings forward many.

Omnino asserit S. Doct. in III. dist. XXIX. dub. I. litt. Data vero aequalitate, vult S. Doct. eleemosynam sibi prius faciendam. Enim vero perfectam charitatem heroicam vocat dub. V. ex D. August. tract. V. in Ioan. si quis paratus sit mori pro amore fratrum, quae mors non subitur praecise pro illis, sed in ordine ad Deum. Quare actus erit Charitate heroicus. Ideo dicitur Ioan. XV. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. *Sic, et Bass. v.* Charitas, *num. 19. ubi multos affert.*

13 Against this assent *you will object first*: *Charity seeketh not her own, I. Cor. XIII.*

> *Contra assensum Obiicies primo.* Charitas non quaerit, quae sua sunt I. Cor. XIII.

14 *It is replied* that seeking one's own good is forbidden as excluding the common; for that is lust. But to seek one's own good as such is not evil; for he himself in *Philip. the first desired to be dissolved and to be with Christ.* So also St. Thomas replies from St. Augustine, the third rule.

> Respondetur*, prohiberi quaerere bonum proprium, ut excludit commune; sic enim est libido. Quaerere autem suum bonum, ut sic, non est malum; ita enim et ipse,* Philip. primo, cupiebat dissolvi, et esse cum Christo. *Ita respondet etiam D. Thomas ex D. Augustino,* regula tertia.

15 *You will object* secondly from Matth. XXII, where we have: *Thou shalt love thy neighbor as thyself:* Therefore equally.

> Obiicies *secundo Matth. XXII. habetur:* Diliges proximum, sicut teipsum: *Ergo aequaliter.*

16 *The Holy Doctor replies* particularly that *as*, is not a mark of perfect equality, but of expressed likeness, which is attended to in this, that man love his neighbor toward that good toward which he loves himself, and that after his own salvation he ought to wish nothing more than that of another.

> Respondet *S. Doct. patriculam,* sicut*, non esse notam aequalitatis perfectae, sed expressae similitudinis, quae in hoc attenditur, ut homo diligat proximum ad illud bonum, ad quod diligit seipsum, et post salutem propriam nihil debet magis optare, quam alienam.*

17 *You will object* thirdly from St. Gregory, homil. XVII on the Gospels: *No one is said to have Charity toward himself, but toward another.*

> Obiicies *tertio ex D. Gregorio, homil. XVII. in Evang.* Nemo ad seipsum Charitatem habere dicitur, sed ad alterum.

18 *The Holy Doctor replies* that the sense is not to terminate Charity in oneself, but that it ought to be extended toward one's neighbor, for he who does not love remains in death. It is also replied that Charity is toward another insofar as it is friendship.

> Respondet *S. Doct. sensum esse, non terminare Charitatem in se, sed extendi debere ad proximum, qui enim non diligit, manet in morte. Respondetur etiam, Charitatem ad alterum esse, quatenus est amicitia.*

19 *You will object* fourthly. Liberality is attended to toward another. But charity is a liberal love: Therefore.

> Obiicies *quarto. Liberalitas attenditur ad alterum. Charitas autem est amor liberalis: Ergo.*

20 *He replies* that liberality is extended toward another, but nevertheless begins from oneself.

> Respondet*, Liberalitatem extendi ad alterum, sed tamen incipere a se.*

21 *You will object* fifthly. Charity, coming upon nature, inverts the order; and he who before loved himself more than God begins to love God more: Therefore it inverts also the love in order to neighbor, so that the latter be loved more.

> Obiicies *quinto. Charitas adveniens naturae, invertit ordinem; et qui prius amabat magis se, quam Deum, incipit amare magis Deum: Ergo invertit etiam amorem in ordine ad proximum, ut is magis ametur.*

22 *The Holy Doctor replies* that there is no variation of nature, that I should love myself before my neighbor; therefore it is not to be taken away by Charity, as vitious self-love is taken away.

> Respondet *S. Doct. non esse varietatem naturae, ut prius diligam me, quam proximum; ideo Charitate non est tollenda, sicut tollitur amor proprius vitiosus.*

23 *You will object* sixthly. Our charity ought to be conformed to the Charity of God, who loves our neighbors more, if they are better, than us. The assumption is *proved*: for he wills his honor; but the salvation of a hundred souls is more toward God's honor than my salvation: Therefore. For thus the Apostle in *Rom. IX desired to be an anathema for the brethren.*

> Obiicies *sexto. Charitas nostra debet Charitati Dei conformari, qui diligit magis proximos nostros, si sint meliores, quam nos.* Probatur *assumptum: Nam vult honorem suum: At salus centum animarum est magis ad Dei honorem, quam salus mea: Ergo. Sic enim Apostolus* Rom. IX. Cupiebat esse anathema pro fratribus.

24 *The Holy Doctor replies*, with St. Thomas, that the order of Charity is not attended to only by the magnitude of the good wished; but also on the part of the lover; just as the quantity of an action depends on the subject itself. Therefore, although the neighbor be better, nevertheless he does not preponderate, because Charity was given to me first for acting in its own subject, and this is the honor of God and his will expressed in the Scriptures. But what the Apostle desired, *to be an anathema*, understand for a time, or under a condition, should it be desirable, as St. Bonav. says *at the end*; or he desired separation from the fellowship of the members of Christ, as Chrysostom explains; or he desired death for the salvation of his neighbor, as Valencia notes disp. III quaest. IV punct. 3. Say the same of that saying of Moses, Deuter. XXXII: *Either forgive them*, etc. *or blot me out of thy book*; which Fusesius explains in lib. III cap. 9 as a filial exaggeration.

> Respondet *S. Doct. cum D. Thom. ordinem Charitatis non attendi penes magnitudinem boni optabilis tantum; sed ex parte etiam diligentis; sicut et quantitas actionis pendet ex ipso subiecto. Ideo, licet proximus sit melior; tamen non praeponderat, quia Charitas data est mihi prius ad operandum in subiecto suo, et hic est honor Dei, voluntasque eius in scripturis expressa. Quod vero Apostolus cupiebat,* esse anathema*, intellige ad tempus, vel sub conditione, si optabile foret, ut ait S. Bonav.* ad ultimum. *Vel optabat segregationem a membrorum Christi commercio, ut exponit Chrysostomus; vel optabat mortem pro salute proximi, ut notat Valentia disp. III. quaest. IV. punct. 3. Idem dic de illo Moysis effato, Deuter. XXXII.* Aut dimitte eis*, etc.* aut dele me de libro tuo; *quod per quandam exaggerationem filialem exponit Fusiensis lib. III. cap. 9.*

Question XXXV: Whether the eternal salvation of the neighbor is to be loved more than our own life

1 I assert that the Salvation of our neighbor is to be preferred to our life, from what was said in quaest. XXX, with the Holy Doctors and St. Augustine lib. I de doctrina Christiana cap. 27.

> *Assero, Salutem proximi esse praeferendam vitae nostrae, ex dictis quaest. XXX. cum SS. DD. ac D. August. lib. I. de doctr. Christi, cap. 27.*

2 *It is proved* secondly by St. Bonaventure here. That thing is more lovable by charity which is more consociable in supernatural beatitude: Such is the soul of the neighbor, participating immediately, while the body shares only by redundancy. Fusesius urges this with St. Thomas. This, however, holds in an unavoidable necessity, for instance, if an infant would perish without baptism should I not hasten, nor could I without danger to life; not if he, in an unjust war, would expose himself to the

combat; for that is avoidable. So St. Thomas at the place cited, where Sylvius, Malder. Arag. Nau. Mam. cap. 24 num. 10, Valent. disp. III quaest. IV p. III, Dian. p. V tract. XIII resol. 14, Tanner. disp. II q. III dub. n. 60, Filliuc. tract. XXVIII num. 35, and Bassaeus does not deny it v. *Charity*, num. 18.

> Probatur *secundo a D. Bonav. hic. Illud est magis diligibile charitate, quod est magis consociabile in beatitate superna: Talis est anima proximi immediate participans, cum corpus comparticipet sola redundantia. Id urget Fusiens. cum D. Thom. Hoc tamen est in necessitate inevitabili, puta, si infans sine baptismo periret, si ego non accurrerem, nec possem sine discrimine vitae; non si is, iniquo in bello, certamini se exponeret; ea enim est evitabilis. Ita D. Thom. loc. cit. ubi Sylvius, Malder. Arag. Nau. Mam. cap. 24. num. 10. Valent. disp. III. quaest. IV. p. III. Dian. p. V. tract. XIII. resol. 14. Tanner. disp. II. q. III. dub. n. 60. Filliuc. tract. XXVIII. num. 35. nec renuit Bassaeus v.* Charitas*, num. 18.*

3 Sancius nevertheless denies it, select. disp. X num. 9, who says with Sà num. 4 that we are held indeed not to inflict spiritual harm on our neighbor, nor to inflict it for the sake of preserving our body, but we are not held to prevent it; otherwise a pregnant mother would be held to allow herself to be cut open so that the infant could be baptized, which would otherwise perish without baptism; and he charges with indiscretion those Doctors who say, they would indeed, but would not do it.

> *Renvit tamen Sancius select. disp. X. num. 9. qui ait cum Sà num. 4. teneri nos quidem non inferre damnum spirituale proximo, nec inferre ob nostrum corpus servandum, sed non teneri impedire; alioqui teneretur mater gravida sinere se secari, ut baptizari queat infans, alioqui sine baptismo periturus, ac indiscretionis arguit eos Doctores, qui dicunt, sed non facerent.*

4 He excepts the case where one is bound by convention, for instance if one is a Pastor; or hired soldiers. He teaches this from St. Bonaventure on John X: *The good shepherd giveth his life for his sheep:* for both receive a stipend. So also Bonac. tract. II disp. III quaest. IV punct. 4, Sylvius cit., Laym. lib. II tract. III cap. 3, Reginald. lib. IV cap. 25 num. 356, 348 and 357, Chapeauvilla cap. I quaest. IV, Malder. loc. cit., Tab. v. *Bishop, quaest. V*, Tannerus cit. disp. IV n. 64, Filliuc. cit. num. 56, Dian. loc. cit. and resol. 33, Bassaeus loc. cit.

> *Excipit, si ex conventione teneat, puta si Parochus; si Navta conducti. Hoc docet ex D. Bonav. ad id Ioan. X.* Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis: *Ideo enim uterque stipendia accipit. Sic et Bonac. tract. II. disp. III. quaest. IV. punct. 4. Sylvius cit. Laym. lib. II. tract. III. cap. 3. Reginald. lib. IV. cap. 25. num. 356. 348. et 357. Chapeauvilla cap. I. quaest. IV. Malder. loc. cit. Tab. v.* Episc. quaest. V. *Tannerus cit. disp. IV. n. 64. Filliuc. cit. num. 56. Dian. loc. cit. et resol. 33. Bassaeus loc. cit.*

Question XXXVI: Whether one neighbor is to be loved more than another

1 I assert it. It is proved by St. Thomas, because the order of love is attended to according to the principle of goodness. Therefore he who is more conjoined to a more lovable goodness is more lovable; but some neighbors are nearer to God, and to us, than others. The Holy Doctor uses this reason also at the place cited, and Valent. disp. III q. IV p. IV, Fusiens. lib. III c. 9, and others.

> *Assero. Probatur a D. Thom. quia ordo dilectionis attenditur iuxta principium bonitatis. Igitur qui magis bonitati amabiliori est coniunctus, est magis amabilis; aliqui autem proximi sunt aliis viciniores Deo, et nobis. Hac ratione utitur etiam S. D. loc. cit. et Valent. disp. III. q. IV. p. IV. Fusiens. lib. III. c. 9. et alii.*

2 First indeed, by a greater love objectively the better one is to be loved more. So St. Thomas art. 7. For he who is better is more conjoined with the principal object of charity, which is God, and has

more good in himself. We can nevertheless wish a greater good for another, for instance a kinsman, than that which another has.

> *Primo quidem dilectione maiori obiective melior magis est diligendus. Ita D. Thom. art. 7. Nam qui est melior, est magis coniunctus cum obiecto praecipuo charitatis, quod est Deus, et plus boni in se habet. Possumus tamen alteri, puta consanguineo, optare maius bonum illo, quod alius habet.*

3 Secondly. By a greater appreciative love, he is to be loved more who is more conjoined either to God, or to the one loving him, or to both: but if one be better, the other more conjoined to me, the latter is to be loved more as regards those goods by which he is conjoined to me; hence in I Tim. V: *If any man have not care of his own, and especially of those of his house, he hath denied the faith:* And it is the opinion of St. Augustine lib. I doct. Christ. c. 28.

> *Secvndo. Maiori dilectione appretiativa ille magis diligendus, qui vel Deo, vel diligenti ipsi, vel utrique est coniunctior: At si alter sit melior, alter mihi coniunctior, is diligendus magis quoad ea bona, quibus est mihi coniunctus; unde prima Timot. V.* Si quis suorum, maxime domesticorum, curam non habet, fidem negavit: *Et est sententia D. August. lib. I. doct. Christ. c. 28.*

4 *It is proved* also by the reason of St. Bonaventure brought forward in q. XXX. Every motion takes its intensity, and as it were its weight, by which it tends toward the term, from its own principle, especially from that from which it proceeds; therefore the motion of charity too is borne with a greater as-it-were weight toward that which is more conjoined to the principle from which that motion of love proceeds; namely to the one loving himself.

> Probatur *etiam ratione D. Bonav. allata q. XXX. Omnis motus accipit intentionem suam, et quasi pondus, quo tendit in terminum ex ipso sui principio, praecipue, a quo scilicet procedit; ergo et charitatis motus maiori quasi pondere fertur in illud, quod est coniunctius principio illi, a quo procedit is dilectionis motus; scilicet ipsi diligenti.*

5 Hence you have that those conjoined in all things are to be loved more than strangers, even if they be better, other things being equal; for as regards spiritual goods, those are to be loved more who are conjoined in grace, as spiritual sons, or spiritual parents.

> *Hinc habes, coniunctos quoad omnia, magis diligendos, quam extraneos, etiam si sint meliores, caeteris paribus; nam quoad bona spiritualia magis diligendi sunt, qui sunt coniuncti in gratia, ut filii spirituales, vel parentes spirituales.*

Question XXXVII: Whether a son is to be loved more than a father

1 *I assert* that parents are to be loved more by Charity, on the part of the lovable object, which is good. So St. Bonaventure here, and St. Thomas *quaest. 26 art. 9 and quaest. 31 art. 3 ad 4*, where *Valencia, Bannes, Aragon,* and *Tanner. disp. 2 quaest. 3 dub. 5, Fuliens. lib. 3 cap. 10.*

> Utrum magis debeat diligi Filius, quam Pater.
>
> Assero, *Parentes magis diligendos ex Charitate, ex parte obiecti amabilis, quod est bonum. Ita D. Bonav. hic, et D. Thom.* quaest. 26. art. 9. et quaest. 31. art. 3. ad 4. *Ubi* Valentia, Bannes, Aragon, *et* Tanner. disp. 2. quaest. 3. dub. 5. Fuliens. lib. 3. cap. 10.

2 *It is proved* by St. Bonaventure first, because after the worship of God, the honor of parents is straightway commanded in *Exodi 20*. Therefore as regards the honor owed and the obligation of assisting, parents are to be preferred.

> Probatur *a D. Bonav. primo, quia post cultum Dei, praecipitur statim honor parentum* Exodi 20. *Ergo quoad honorem debitum, et obligationem subveniendi, parentes sunt praeferendi.*

3 *Secondly* it is proved by the Holy Doctors from St. Ambrose, cited in *quaest. 13.*

> Secundo *probatur a SS. Doctoribus ex D. Ambrosio, allato* quaest. 13.

4 *Thirdly:* Where there is a greater dependence, and whence a greater good, and the origin of arriving at the highest good, in the enjoyment of which the consummation of Charity consists, there is the greater inclination toward it; but man depends more on his parents, from whom he has being ordered to the highest good, which they imitate of the first Principle and last End: Therefore. Hence *Aristot. 9 Eth. cap. 2* says: *Man more honorably assists his parents than his sons, and even himself.*

> Tertio: *Ubi est maior dependentia, et unde maius bonum, atque origo perveniendi ad summum bonum, in cuius fruitione stat consummatio Charitatis, ibi est ad illud maior inclinatio; sed homo magis pendet a parentibus, a quibus habet esse ordinatum ad summum bonum, quaeque imitantur primum Principium, et ultimum Finem: Ergo: Hinc* Aristot. 9. Eth. cap. 2. *ait:* Homo honestius subvenit parentibus, quam filiis, et sibi etiam ipsi.

5 *Fourthly* in the body, because we have more and more excellent goods from our parents: Therefore, on the part of the object of Charity, which is good, parents are to be loved more.

> Quarto *in corpore, quia plura, et praestantiora bona habemus a parentibus: Ergo ex parte obiecti Charitatis, quod est bonum, amandi sunt magis parentes.*

6 *I assert* secondly, on the part of the lover, that sons are to be loved more.

> Assero *secundo, ex parte diligentis magis amandos filios.*

7 *It is proved* by the Holy Doctors, because the son is a part of the father, and hence more intimate to the one loving *from 8 Eth. cap. 12*, and in him he is more conserved and expressed. And so the love holds itself, as the exceeding and the exceeded, under diverse rationes; yet so that grace inclines more toward parents; nature indeed, as regards the affection, toward sons — which is so clear that I wonder that Valencia disp. 3 quaest. 4 p. 5 said that Bonaventure was deceived, in which also Tannerus wrongly carps at the Holy Doctor.

> Probatur *a SS. Doctoribus, quia filius est pars patris, atque adeo magis intimus diligenti* ex 8. Eth. cap. 12. *et in eo magis conservatur, et exprimitur. Itaque diversa ratione dilectio se habet ut excedens, et excessum; ita tamen, ut gratia magis inclinet ad parentes; natura vero quoad affectum ad filios, quod adeo clarum est, ut mirer, Valentiam* disp. 3. quaest. 4. p. 5. *dixisse, Bonaventuram deceptum, in quo etiam Tannerus male carpit S. Doctorem.*

Question XXXVIII: Whether a man ought out of charity to love his mother more than his father

1 *I assert*, that the Father is to be loved more per se, on the side of the object and of the principle.

> Utrum homo debeat ex CHARITATE magis diligere Matrem, quam Patrem.
>
> Assero*, magis Patrem amandum per se ex parte obiecti, et principii.*

2 *It is proved* by St. Thomas, because charity follows ordered nature; but ordered nature is borne more toward its chief principle, from which it has its being, and to which it is more closely joined:

Therefore also grace. But the chief principle of nature is the Father: Therefore. Per accidens, however, more is often owed to the Mother, who loves more, and sometimes endures more in rearing her son.

> Probatur *a D. Thom. quia charitas sequitur naturam ordinatam; sed natura ordinata magis fertur in suum principium praecipuum, a quo habet esse, cuique magis est coniunctus: Ergo et gratia. Sed praecipuum principium naturae est Pater: Ergo. Per accidens vero plus saepe debetur Matri, quae magis amat, et aliquando plura patitur pro filio educando.*

Question XXXIX: Whether a man ought to love his spouse more than his parents, and children

1 *I assert.* In matters belonging to the economic order, and outside extreme necessity, the spouse is to be loved more. Because as regards the things that pertain to this class, the conjugal bond is closer, as is said *Matthew 19*: *And now they are no longer two, but one flesh*; and therefore *Genesis 2*: *Wherefore a man shall leave father and mother, and shall cleave to his wife.* So Aragoneus *art. 11.* Indeed Sà *on the word Charity, num. 3.* simply prefers the wife to the mother. In extreme necessity, however, parents take precedence, because a greater debt is owed to them, and there is a greater conjunction as regards absolute being, as Valentia notes *disp. 3. quaest. 4. p. 5.* and Bannes *on this article*, because the union with parents is one of substantial identity; with a spouse, however, from commixture. Valentia adds, with Cajetan *on this article*, that in extreme necessity the obligation of helping a son prevails. Tannerus adds *disp. 2. quaest. 3. dub. 5. num. 84.* that even in a grave necessity, which is not extreme, parents are rather to be helped than children.

> Utrum homo debeat magis diligere coniugem, quam parentes, et Filios.
>
> Assero. *In his, quae spectant ad Oeconomicam rationem, et extra necessitatem extremam, magis diligenda est coniux. Quia quoad ea, quae spectant ad hoc genus, arctior est coniunctio coniugalis, ut dicitur* Matth. 19. Itaque iam non sunt duo, sed una caro; *et ideo* Genesi 2. Propter hoc relinquet homo patrem, et matrem, et adhaerebit uxori suae. *Ita Aragoneus* art. 11. *Imo Sà* verbo Charitas, num. 3. *simpliciter uxorem Matri praefert. In extrema vero necessitate praevalent parentes, quia maius est debitum in eos, et maior coniunctio quoad esse absolute, ut notant Valentia* disp. 3. quaest. 4. p. 5. *et Bannes* ad hunc articulum*, quia unio cum parentibus est substantialis identitatis; cum coniuge vero ex commixtione. Addit Valentia cum Caietano* ad hunc articulum*, in extrema necessitate praevalere obligationem subveniendi filio. Addit Tannerus* disp. 2. quaest. 3. dub. 5. num. 84. *etiam in gravi, quae non sit extrema, magis subveniendum parentibus, quam filiis.*

2 From what has been said the Holy Doctor deduces that it is a graver sin to strike a mother than a spouse, on account of the reverence owed, and the dependence as upon a principle; therefore it is far more cruel, which is observed even among beasts more toward parents than toward those joined by the conjugal bond alone, against whom rage is kindled more than against one's begetters.

> *Ex dictis deducit S. Doct. maius esse peccatum percutere matrem, quam coniugem, ob reverentiam debitam, et dependentiam tanquam a principio; ideo crudelior est longe, quod etiam inter bestias magis servatur erga parentes, quam erga solum coniunctas copula, contra quas ita magis accenditur, quam contra genitores.*

3 *Although*, however, a greater penalty seems to have been imposed upon uxoricide; yet this, the Holy Doctor says, was done to restrain the impulses that often break out into uxoricide. Perversion among these loves is judged venial by Tanner. *disp. 2. quaest. 3. dub. 5. num. 83.* Bonacina *t. 2. disp. 3. quaest. 4. p. 4.* Filluc. *tract. 28. c. 2. q. 9.* because the distance is small and on either side the opinions are probable.

> Quamvis *autem maior poena uxoricidio videatur imposita; tamen hoc factum esse, ait S. Doct. ad movendos impetus, qui saepe ad uxoricidium irrumpunt. Perversionem inter horum amores venialem censent Tanner.* disp. 2. quaest. 3. dub. 5. num. 83. *Bonacina* t. 2. disp. 3. quaest. 4. p. 4. *Filluc.* tract. 28. c. 2. q. 9. *quia parva est distantia et utrinque sunt probabiles opiniones.*

Question XL: Whether the order of charity is considered in the affection, and in the effect

1 *I assert*, that the order of charity is to be observed with respect to both.

> An ordo CHARITATIS attendatur penes affectum, et effectum.
>
> Assero, *ordinem charitatis servandum quoad utrumque.*

2 *It is proved* by St. Bonaventure, first from 1 *John 3*: *Let us not love in word, nor in tongue, but in deed, and in truth.*

> Probatur *a D. Bonav. primo ex prima* Ioan. 3. Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, et veritate.

3 *Secondly* from St. Gregory *homil. 30. on the Gospels*: *The proof of love is the exhibition of work.*

> Secundo *ex D. Gregor.* homil. 30. in Evang. Probatio dilectionis exhibitio est operis.

4 *Thirdly. Let us work good toward all, especially toward the household of the faith*, exhorts the Apostle *Galatians 6*. Therefore, other things being equal, goods are rather to be bestowed upon relatives, as Valent. also notes *disp. 3. quaest. 4. p. 5.* So also a distinguished friend, from whom you have received outstanding benefits, is to be loved more than a kinsman not nearly so close. So Valentia *at the place cited;* yet not more than an intimate one, for instance a brother, etc.

> Tertio. Operemur bonum ad omnes, maxime ad domesticos fidei, *hortatur Apostolus* Galat. 6. *Sic igitur, data paritate, bona magis propinquis sunt exhibenda, ut notat etiam Valent.* disp. 3. quaest. 4. p. 5. *Sic et magis diligendus insignis amicus, a quo beneficia eximia acceperis, quam consanguineus, non valde propinquus. Ita Valentia* loco citato; *non tamen quam intimus, puta frater, etc.*

5 *You will say. Proverbs 18* says: *A man friendly in society shall be more a friend than a brother.*

> Dices. Proverb. 18. *dicitur:* Vir amicabilis ad societatem magis erit amicus, quam frater.

6 *He answers* — the Holy Doctor gives the answer in the text;[1] for he speaks of the affection of society, insofar as someone can take more delight in the conversation of a friend than of a brother, and as regards companionship it is more pleasant to converse with friends than in prayer with God. Yet the Holy Doctor says *ad secundum* that this is not tolerable in the servant of God who is religious, whose it is to taste and see how sweet the Lord is: But parents especially are to be preferred to all, as Aristotle has, 8 *Ethics, last chapter*, where he says: *To gods and parents there is not rendered an equal return.* But that charity has more regard for order in its own elicited acts than in those commanded, the Holy Doctor observes *ad 1.* With this affection I ought first to will eternal life for myself; then for my father, and others in due order, as Valentia also notes.

[1] Editor's note: the print/OCR reads '*Respondet* Respondet S. Doct. in textu haberi responsum' — the verb duplicated; rendered with a single 'Respondet' introducing the answer.

> Respondet *S. Doct. in textu haberi responsum; nam loquitur de affectu societatis, quatenus potest aliquis magis delectari conversatione amici, quam fratris, et quoad consuetudinem delectabilis est conversari cum amicis, quam in oratione cum Deo. Hoc tamen ait S. Doct.* ad secundum *non esse tolerabile in servo Dei religioso, cuius est gustare, et*

videre quam suavis est Dominus: Maxime vero genitores sunt omnibus praeferendi, ut habet Aristoteles 8. Eth. cap. ultimo*, ubi ait:* Diis, et parentibus non reddi aequalia. *Charitatem vero magis respicere ordinem in actibus suis propriis elicitis, quam in imperatis, observat S. Doct*. ad 1. *Hoc affectu debeo mihi prius velle vitam aeternam; deinde Patri, et aliis ordinate, ut notat etiam Valentia.*

7 But the imperative affection, by which we will and procure a temporal good, is not ordered so strictly.

Affectus vero imperatus, quo volumus bonum temporale, et procuramus, non est adeo severe ordinatus.

8 But if the benefit regards a particular person, then the aforesaid order is well observed, other things being equal.

Quod si beneficium respiciat personam singularem, tunc bene servatur ordo praedictus, caeteris paribus.

9 Yet if the benefit regards the common utility, this is rightly to be preferred to one's own utility. Therefore he gravely admonishes that dignities, ecclesiastical benefices, and the like are not to be given out of private affection to kinsmen, but to those who better serve the universal good of the Church or of the Republic; and these are reproached in Habakkuk 1: *Woe to him that buildeth Sion in bloods*, and Ezek. 44: *Let it suffice you, O house of Israel, that you bring in the uncircumcised into the sanctuary of God*. There are reproached those who confer ecclesiastical benefices rather on their own households than on others, as the Holy Doctor observes *in the last argument*. Hence in the answer he says that, as to these, the order of Charity is not to be observed by reason of union, but by reason of the object, which is an absolute good, or respectively a better one; and the common good is better than the private.

Verum si beneficium respiciat utilitatem communem, haec propriae utilitati merito est praeponenda. Ideo graviter monet, ut dignitates, beneficia Ecclesiastica, et caetera huiusmodi non dentur ex affectu privato consanguineis, sed iis, qui melius inserviant bono universali Ecclesiae, aut Reipublicae; et hi reprehenduntur Habacuc primo: Vae qui aedificat Sion in sanguinibus*, et Ezech. 44*. Sufficiat vobis domus Israel, qui introducitis incircumcisos in Sanctuarium Dei. *Ibi reprehenduntur, qui beneficia Ecclesiastica conferunt magis domesticis, quam aliis, ut observat S. Doct*. argumento ultimo. *Unde in responsione dicit, quantum ad haec non esse servandum ordinem Charitatis ratione unionis, sed ratione obiecti, quod est absolute bonum, vel respective melius; est autem melius bonum publicum, quam privatum.*

Question XLI: Whether the order of charity remains in heaven

1 The Seraphic Doctor reports twofold opinions on this matter. The first is, that the same order of Charity will remain entirely in the fatherland as is on the way.

Utrum ordo CHARITATIS maneat in patria.

Geminas hac de re opiniones refert Seraphicus. Prima est, eundem penitus ordinem Charitatis mansurum in patria, qui est in via.

2 The first reason is taken from the dictate of nature, which dictates that one ought first to love oneself, then one's neighbor, and among neighbors more those who are more closely joined. But glory will be the highest perfection of nature, not its destruction.

Ratio prima sumitur ex naturae dictamine, quae dictat, prius se diligendum, quam proximum, et inter proximos plus eos, qui sunt magis coniuncti. Gloria autem erit summa perfectio naturae, non illius destructio.

[3] The second reason is taken from the perfection of glory, which regards more him in whom it is, than other like and near persons; otherwise, if all things were common, there would be no reason why we should labor to attain a greater glory by our works.

> *Secunda ratio sumitur ex perfectione gloriae, quae magis respicit eum, in quo est, quam alios similes, et propinquos; alioqui si omnia essent communia; non est cur laboremus ad hoc, ut operibus maiorem gloriam adipiscamur.*

[4] The third reason is consequently taken from the order of divine justice, which orders that a man rejoice more in his own merits than in those of another, since one's own merits ought to be rewarded in the one who merits, not another's. This opinion, the Holy Doctor says, is that of very many.

> *Tertia ratio sumitur consequenter ex ordine divinae iustitiae, quae ordinat, ut plus de suis meritis gaudeat homo, quam de alienis, eo quod propria merita debent esse remunerata merenti, non aliena. Hanc opinionem plurimorum esse, ait S. Doctor.*

[5] The second opinion is, that charity can be considered either as regards the good, which is its object, and this is the order of Charity in itself and according to its intrinsic nature: then by reason of the subject, in which it is. As to the order of Charity in itself, it remains in the fatherland; for that is essential to Charity. Hence in the fatherland one will love above all the greatest good, and consequently in due order those things that are better.

> *Secunda sententia est, charitatem considerari posse, vel quoad bonum, quod est obiectum eius, qui ordo est Charitatis secundum se, et secundum intrinseca: Deinde ratione subiecti, in quo est. Quo ad ordinem Charitatis secundum se, manet in patria; ille enim est essentialis Charitati. Unde in patria maxime diliget maximum bonum, et consequenter ordinate ea, quae sunt meliora.*

[6] But that order which befits Charity by reason of the underlying nature will not remain in the fatherland, because it does not befit that state: For in the state of beatitude there will be perfect obedience of nature with respect to glory, perfect conformity of our will to the Divine will, and perfect also the overflow of common joy. Because there will be perfect obedience of nature with respect to glory, nature will then be perfectly conformed to glory itself, so that just as the body will become spiritual, inasmuch as it will obey the spirit in all things, although on the way the spirit is forced to condescend to the body; so nature will be conformed in all things to the order of glory and grace, which is considered according to the differences of good, although now grace condescends to the natural affection.

> *Ille vero ordo, qui convenit Charitati ratione naturae substratae, non manebit in patria, quia non competit illi statui: In statu namque beatitudinis perfecta erit obedientia naturae respectu gloriae, perfecta conformitas voluntatis nostrae ad voluntatem Divinam, perfecta etiam redundantia laetitiae communis. Quia perfecta erit obedientia naturae respectu gloriae, conformabitur tunc perfecte natura ipsi gloriae, ut sicut corpus efficietur spirituale, quatenus spiritui per omnia obtemperabit, quamvis in via cogatur spiritus corpori condescendere; sic natura per omnia conformabitur ordini gloriae, et gratiae, quae attenditur secundum differentias boni, quamvis nunc gratia condescendat affectui naturali.*

[7] Again, because there will be perfect conformity of our will to the divine will, we shall not love more that which is nearer to us; but that which is more pleasing and acceptable to God, and is better; for thus also God loves.

> *Rursus, quia erit perfecta conformitas voluntatis nostrae voluntati divinae, non magis diligemus illud, quod magis erit nobis propinquum; sed illud, quod plus erit Deo placitum, et acceptum, et erit melius; sic enim et Deus diligit.*

8 Moreover, because there will be a perfect overflow of common joy, he will rejoice as much in the good of his neighbor as in his own; yet not with prejudice to merit; for this will be an accidental joy from the overflow of perfect Charity.

> *Praeterea, quia ibi erit perfecta redundantia communis laetitiae, tantum gaudebit de bono proximi, quantum de suo; neque tamen erit cum praeiudicio meriti; nam haec erit laetitia accidentalis ex redundantia perfectae Charitatis.*

9 This is what St. Anselm says in Prosol. *cap. 25. In that perfect Charity of innumerable Angels and blessed men, where no one loves another less than himself, each will rejoice for the others singly no otherwise than for himself.* And this opinion is confirmed, because there the offices that look to [particular ties] will cease, the necessary provision will cease, and the succor owed to those more closely joined, especially those who are the principles of our being, and all things will be united in God, the Supreme Good of all.

> *Hoc est, quod ait D. Anselmus in Prosol.* cap. 25. In illa perfecta Charitate innumerabilium Angelorum, et hominum beatorum, ubi nullus minus alium, quam seipsum diligit, non aliter gaudebit quisque pro singulis aliis, quam pro seipso. *Et haec opinio confirmatur, quia ibi cessabunt officia spectantia, cessabit provisio necessaria, et subventio debita magis coniunctis, maxime qui sunt principia nostri esse, et omnia unientur in Deo, Summo omnium bono.*

10 This opinion, the Holy Doctor says, is also that of St. August. *lib. de vera religione*, and of Dionysius *de Divinis nominibus*, of St. Bernard *de diligendo Deo, cap. 7.* and it is evident from what has been said. St. Thomas follows it here, and his disciples, and Tanner. *Tom. 2. disp. 1. quaest. 4. dub. 1. et tom. 3. disp. 2. quaest. 3. dub. 5. num. 87.*

> *Hanc opinionem ait S. Doct. esse etiam D. August.* lib. de vera religione*, et Dionysii* de Divinis nominibus*, D. Bernardi* de diligendo Deo, cap. 7. *et patet ex dictis. Eam sequitur D. Thomas hic, et discipuli, ac Tanner.* Tom. 2. disp. 1. quaest. 4. dub. 1. et tom. 3. disp. 2. quaest. 3. dub. 5. num. 87.

11 *You will object first.* As grace is the perfection of nature, so also glory: Therefore as the natural order of love is preserved on the way with charity, so it will be in the fatherland.

> Obiicies primo. *Sicut gratia est perfectio naturae, ita et gloria: Ergo sicut ordo naturalis dilectionis salvatur in via cum charitate; ita erit in patria.*

12 *The Holy Doctor answers:* that the order of nature is preserved with the imperfections of the way removed, as I said, which, although they are compatible with the imperfect charity of the way, are not compatible with the consummated charity of the fatherland.

> Respondet S. Doct. *salvari ordinem naturae ablatis imperfectionibus viae, ut dixi, quae licet compatiantur Charitatem imperfectam viae, non tamen charitatem consummatam patriae.*

13 *You will object secondly.* Order is intrinsic to Charity, otherwise there will be no Charity: Therefore, the order of Charity being removed, charity will be taken away; just as, the mode of knowing in an enigma being removed, faith is evacuated.

> Obiicies secundo. *Ordo est intrinsecus Charitati, alioqui non erit Charitas: Ergo ablato ordine Charitatis, tolletur charitas; sicut ablato modo cognoscendi in aenigmate, evacuatur fides.*

14 *The Holy Doctor answers:* by denying the parity: For the mode by which faith knows befits it essentially; but this order of charity, as to many things, arises from the imperfection of the way and of

the subject for this state.

> Respondet S. Doct. *negando paritatem: Nam modus, quo cognoscit fides, convenit ei essentialiter; ordo vero iste charitatis quoad multa, evenit ratione imperfectionis viae, et subiecti pro hoc statu.*

15 *You will object thirdly.* If joy is common, and the non-Martyr there rejoices as much in the glory of the Martyr as the Martyr himself, to what end is the Martyr crowned for his martyrdom.

> Obiicies tertio. *Si gaudium est commune, et tantum gaudet ibi non Martyr de gloria Martyris, quantum ipse Martyr, quorsum Martyrio emeritus est Martyr.*

16 *The Holy Doctor answers:* that the matter of glory is indeed communicated to all; nevertheless he who is crowned has a more intense Charity, and will rejoice more, and in the Martyr has from martyrdom an increase of Charity, whereby he rejoices more.

> Respondet S. Doct. *materiam quidem gloriae omnibus communicari; attamen qui emeritus est, habet intensiorem Charitatem, et magis gaudebit, et in Martyre habet ex Martyrio augmentum Charitatis, qua magis gaudeat.*

17 *You will object fourthly.* If joy is common: Therefore you will rejoice in the salvation of all, even of those not converted by us; to what end then the Laurel of the Doctor for those converted by us?

> Obiicies quarto. *Si communis est laetitia: Ergo gaudebis de salute omnium, etiam non conversorum a nobis, ut quid ergo Laurea Doctoris pro conversis a nobis?*

18 *It is answered*, that this joy will be singular, by reason of a certain comeliness, which is a special matter of joy, which will be in the Doctor, even if it overflow unto the rejoicing-with of others, yet without prejudice to the intensity and comeliness in him who labored.

> Respondetur, *hoc gaudium fore singulare, ratione cuiusdam decoris, quod est specialis materia gaudii, quae erit in Doctore, etiamsi diffundatur, quo ad congaudium aliis, sine tamen praeiudicio intensionis, et decoris in eo, qui laboravit.*

19 But if you wish to follow the former opinion, the Holy Doctor teaches you to answer that these things are to be understood, other things being equal.

> *Si vero priorem sententiam sequi velis, respondere te docet S. Doctor, haec intelligenda, caeteris paribus.*

20 To the first; that we ought to love greater goods, say that, on the side of the object, this is true; but by reason of the unity, which is regarded by Charity, and by reason of union, the manner is altered.

> *Ad primum; quod debemus diligere maiora bona, dic, ex parte obiecti hoc verum; sed ratione unitatis, quae respicitur a Charitate, et ratione unionis, modum alterari.*

21 To that about conformity with the will of God, say that God does not love with a greater affection, though with a greater effect, as providence befits.

> *Ad illud de conformitate cum voluntate Dei, dic, Deum non diligere maiori affectu, licet maiori effectu, ut providentiam decet.*

22 To the reason from the perfection of glory, say that it does not prejudice the merits of each, which ought to be rewarded in his mind.

> *Ad rationem ex perfectione gloriae, dic, eam non praeiudicare meritis cuiusque, quae debent esse in mente remuneranda.*

Question XLII: Whether it is more proper to charity to love than to be loved

1 THE questions about the habit of Charity and about its order to its objects having been completed; there must now be treated of its acts.

> ***Utrum Charitatis sit magis proprium amare, quam amari.***
>
> *PERACTIS quaestionibus de Charitatis habitu, et ordine eius ad obiecta; agendum de actibus illius.*

2 I ASSERT, that it befits Charity more to love, than to be loved.

> *ASSERO, magis convenire Charitati amare, quam amari.*

3 IT IS PROVED by St. Thom., because to love is an act. But Charity, since it is a virtue, has its own act, which is to love, and accordingly the act of loving befits it; to be loved, however, befits it as the good toward which Charity itself is also moved.

> *PROBATUR a D. Thom. quia amare est actus. Charitas autem, cum sit virtus, habet suum actum, qui est amare, atque adeo ei competit actus amandi; amari autem convenit ei, ut est bonum, ad quod ipsa etiam Charitas movetur.*

Question XLIII: Whether love is the same as benevolence

1 ST. THOMAS ASSERTS that in dilection, as it is the act of Charity, benevolence is included; but dilection, or love, adds the union of affection.

> ***Utrum Amor sit idem, ac Benevolentia.***
>
> *ASSERIT S. Thomas, in dilectione, ut est actus Charitatis, includi benevolentiam; sed dilectio, sive amor, addit unionem affectus.*

2 IT IS PROVED, because benevolence properly is an act of the will, by which we will good to another, even without a union of affection presupposed toward him; but the love of Charity is an act of the will, by which we will good to someone, and it imports the union of the affection of the lover to the beloved, insofar namely as the lover esteems the beloved as one with himself, or as belonging to himself.

> *PROBATUR, quia benevolentia proprie est actus voluntatis, quo alteri bonum volumus, etiam non praesupposita unione affectus ad ipsum; amor vero Charitatis est actus voluntatis, quo alicui bonum volumus, importatque unionem affectus amantis ad amatum, in quantum scilicet amans aestimat amatum, ut unum sibi, vel ad se pertinens.*

Question XLIV: Whether God ought, and can, be loved in this life with the whole heart, the whole soul, the whole mind, and all one's strength

1 ALL the HERETICS of our time clamor that the divine law is impossible to man, even to the just. From this they further deduce that all works are mortal sins. Thus Luther, *Lib. de libertate Christiana*, and *in assert. art. 2. 31. 32. 36.* Calvin *Lib. 3. Instit. cap. 14. §. 9. et in Antidoto, sess. 6. cap. 11. et Lib. 2. Instit. cap. 7. §. 5.* he urges this especially concerning this precept of loving God with the whole heart, etc. Kemnitius follows *in Examine*, Philippus *de Locis et confessione Augustana.*

> ***An debeat, possitque DEUS in via amari ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, et omnibus viribus.***
>
> *HAERETICI omnes nostri temporis, legem divinam esse impossibilem homini, etiam iusto, conclamant. Hinc vero aliud deducunt, opera omnia esse peccata mortalia. Sic Lutherus,* Lib. de libertate Christiana, *et* in assert. art. 2. 31. 32. 36. *Calvinus* Lib. 3. Instit. cap. 14. §. 9. et in Antidoto, sess. 6. cap. 11. et Lib. 2. Instit. cap. 7. §. 5. *id*

maxime urget de hoc praecepto diligendi Deum ex toto corde, etc. Sequuntur Kemnitius in Examine, *Philippus* de Locis et confessione Augustana.

2 THE CATHOLIC Faith teaches that the Divine precepts, and especially this one of the love of God with the whole heart, are not impossible to observe.

CATHOLICA Fides docet, praecepta Divina, maxime vero hoc dilectionis Dei ex toto corde, non esse impossibilia observatu.

3 SINCE, however, I showed at length elsewhere that the Law of God is possible *prima secunda, Tract. de Legibus, disp. 1. quaest. 9. and that Liberty is defended with respect to it in Tract. de anima disput. 9. quaest. 3.* I shall now treat of this precept; and because in this consists the observance of the Law, it will stand proved concerning all.

QUONIAM vero Legem Dei possibilem late ostendi prima secunda, Tract. de Legibus, disp. 1. quaest. 9. et Libertatem ad eam defendi Tract. de anima disput. 9. quaest. 3. *nunc de hoc praecepto agam; et quia in hoc consistit Legis observantia, manebit probatum de omnibus.*

4 THEREFORE IT IS PROVED first by St. Bonavent., because: *This is the greatest, and first commandment, Matth. 22.* given to us by God on the way, and he commands the very manner: *With the whole heart, with the whole soul, etc.* Therefore it can be observed. For God would cruelly command under penalty of damnation that which is impossible. Wherefore the Holy Fathers condemn with anathema that proposition, that God commanded impossibilities, as St. Bonavent. notes *in fundamentis*, and the Council of Trent *sess. 6. cap. 11.* And this is the argument of St. John Chrysost. *Hom. 8. de Poenit.* where he says: *By no means accuse the Lord; he does not command impossibilities*, and of St. Augustine *Lib. de natura et gratia; cap. 69.* where he says: *By the very fact that it is most firmly believed that God, who is just and good, could not have commanded impossibilities; hence we are admonished what to do in easy things, and what to ask for in difficult ones. For all things become easy to Charity, to which alone Christ's burden is light.* The same is found in *Lib. de peccatorum meritis, cap. 3. et 6. et Lib. de gratia, et Lib. arbitrio, cap. 16.* as in Bellarmine *Lib. 5. de Iustificatione, cap. 10. et Lib. de monachis, cap. 13.* Indeed a tyrant would be worse and more cruel than all, if he commanded, under penalty of eternal damnation, even to his own friends, things that are impossible. Hence St. Augustine: *he would not damn a lazy servant, if he commanded things that could in no way be done.*

PROBATUR ergo primo a D. Bonavent. quia: Hoc est maximum, et primum mandatum, Matth. 22. *a Deo datum nobis in via, et modum ipsum imperat:* Ex toto corde, ex tota anima, etc. *Ergo potest observari. Crudeliter enim Deus sub poena damnationis praeciperet id, quod est impossibile. Quare SS. Patres propositionem illam anathemate damnant, Deum praecepisse impossibilia, ut advertit S. Bonavent.* in fundamentis, *et Concilium Trident.* sess. 6. cap. 11. *Estque argumentum S. Ioannis Chrysost.* Hom. 8. de Poenit. *ubi ait:* Nequaquam Dominum accuses; haud mandat impossibilia, *et D. Augustini* Lib. de natura et gratia; cap. 69. *ubi ait:* Eo ipso, quo firmissime creditur, Deum iustum, et bonum, impossibilia non potuisse praecipere; hinc admonemur, et in facilibus, quid agamus, et in difficilibus quid petamus. Omnia quippe facilia fiunt Charitati, cui uni Christi sarcina levis est. *Idem habet* Lib. de peccatorum meritis, cap. 3. et 6. et Lib. de gratia, et Lib. arbitrio, cap. 16. *apud Bellarminum* Lib. 5. de Iustificatione, cap. 10. et Lib. de monachis, cap. 13. *Sane Tyrannis omnibus deterior, atque crudelior foret, si praeciperet sub poena aeternae damnationis, etiam suis amicis ea, quae impossibilia sunt. Hinc D. Augustinus:* servum pigrum non damnaret, si ea quae nullo modo fieri poterant, imperaret.

5 BUT IT IS PROVED secondly, that this precept of the love of God and of neighbor is possible, *Psalm. 118. I have run the way of thy commandments, when thou didst enlarge my heart. Philip. 4. I can do all things in him who comforteth me.* Indeed we acknowledge that the precepts of God are observable not by the bare powers of free will, but by the grace of God, as I showed *Tract. de gratia, disp. 1. quaest. 11. 12. 13. et 14.*

> *PROBATUR vero secundo, hoc praeceptum dilectionis Dei, et proximi esse possibile,* Psalm. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Philip. 4. Omnia possum in eo, qui me confortat. *Sane praecepta Dei non nudis viribus arbitrii, sed Dei gratia agnoscimus observabilia, ut ostendi* Tract. de gratia, disp. 1. quaestionibus 11. 12. 13. et 14.

6 THE Scriptures show this, witnesses, that the commandments are in fact observed by those who love, whom God calls friends. Ioan. 14. *He that loveth me, will keep my word,* as the Holy Doctor observes there. Rom. 13. *He that loveth his neighbor, hath fulfilled the Law.* Galat. 5. *The whole Law is fulfilled in one word: Thou shalt love thy neighbor as thyself.* But this is said, because the neighbor is loved in order to God; whence the precept of the love of God is also fulfilled, as I said *quaest. 29. with the Seraphic Doctor; et prima secundae, Tract. de gratia, disp. 1. quaest. 12.* Ioan. 13. *By this shall all men know that you are my disciples, if you have love one for another.* Nor could we become friends of God, if we could not love. For above John says 15. *You are my friends, if you do the things that I command you.* But what he commands, he explains there: *This is my commandment, that you love one another.* In Deuteronomy 30. you have a splendid testimony: *The Lord thy God will circumcise thy heart, and the heart of thy seed: that thou mayest love the Lord thy God with all thy heart, and with all thy soul.*

> *ID ostendunt Scripturae, testes, mandata de facto observari ab his, qui diligunt, quos amicos vocat Deus. Ioan. 14.* Qui diligit me, sermonem meum servabit, ut *observat ibi S. Doctor. Rom. 13.* Qui diligit proximum, Legem implevit. *Galat. 5.* Omnis Lex in uno sermone impletur: Diliges proximum tuum, sicut te ipsum. *Hoc autem dicitur, quia amatur proximus in ordine ad Deum; unde et praeceptum dilectionis Dei impletur, ut dixi* quaest. 29. cum Seraphico; et prima secundae, Tract. de gratia, disp. 1. quaest. 12. *Ioan. 13.* In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. *Nec possemus amici Dei fieri, si non possemus diligere. Supra enim ait Ioannes 15.* Vos amici mei estis, si feceritis, quae ego praecipio vobis. *Quid autem praecipiat, explicat ibi:* Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem. *Deuteronomii 30. praeclarum habes testimonium:* Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum, et cor seminis tui: ut diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, et in tota anima tua.

7 DAVID also says Psalm. 118. *With my whole heart have I sought thee,* and 3 Kings 14. *Thou wast not as my servant David, who kept my commandments, and followed me with all his heart, doing that which was pleasing in my sight,* and Act. XIII. *I have found a man according to my own heart, who shall do all my wills.*

> *DAVID etiam dicit Psalm. 118.* In toto corde meo exquisivi te, *et Lib. 3. Reg. 14.* Non fuisti sicut servus meus David, qui custodiuit mandata mea, et secutus est me in toto corde suo, faciens quod placitum esset in conspectu meo, et Act. XIII. Inueni virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.

8 Of Josias, 4 Kings XXIII. *There was no king like him before him, who returned to the Lord with all his heart, and with all his soul, and with all his strength.*

> *De Iosia Lib. IV. Regum XXIII.* Similis illi non fuit ante eum Rex, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde suo, et in tota anima sua, et in uniuersa virtute sua.

9 Of Asa, and the people, 2 Paral. XV. it is said: *With their whole will they sought the Lord, and found him.*

> *De Asa, et populo, secundo Paral. XV. dicitur:* In tota voluntate sua quaesierunt Dominum, et inuenerunt.

10 Of Josue it is said, cap. XI. *As the Lord had commanded Moses his servant, so did Moses command Josue, and he fulfilled all things: he passed not by any of the commandments, nor even one word, that the Lord had commanded Moses.* Nor is there doubt that the same may be said of Abraham, Moses, Samuel, and others.

> *De Iosue dicitur, cap. XI.* Sicut praeceperat Dominus Moysi seruo suo, ita praecepit Moyses Iosue, et ille uniuersa compleuit: Non praeteriit de uniuersis mandatis, nec unum quidem verbum, quod iusserat Dominus Moysi. *Nec dubium, quin eadem dici queant de Abraham, Moyse, Samuele, et aliis.*

11 In the new Testament, Luke I. it is said of Zachary, and Elizabeth: *They were both just before God, walking in all the commandments and justifications of the Lord without blame.*

> *In testamento nouo, Lucae I. dicitur de Zacharia, et Elisabeth:* Erant iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, et iustificationibus Domini sine querela.

12 Of the Apostles Ioan. XVII. *Thine they were, and thou gavest them to me: and they have kept thy word,* and they are called friends in Luke XII.: *But I say to you, my friends.* Ioan. XV. *You are my friends;* and yet he had said there that only those are friends who keep the commandments.

> *De Apostolis Ioan. XVII.* Tui erant, et mihi eos dedisti: et sermonem tuum seruauerunt, *et Lucae XII. vocantur amici:* Dico autem vobis amicis meis. *Ioan. XV.* Vos amici mei estis; *et tamen dixerat ibi, solos eos esse amicos, qui praecepta seruant.*

13 But these the sectaries do not solve, answering that these things were said by non-imputation: yet the Scriptures plainly say that they observed the commandments of the Lord.

> *Haec vero non soluunt sectarii, respondentes, dicta esse per non imputationem: Scripturae enim praeclare dicunt, illos obseruasse mandata Domini.*

14 Therefore the Holy Doctor, upon those words 13. Ioan. *By this shall all men know that you are my disciples, if you have love one for another,* observes, that the execution of Charity is the testimony of the discipleship of Christ, as St. Gregory says Lib. XX. moral. cap. IX. Of Charity, I say, not imputed, but of which 1 John, cap. III. *Let us not love in tongue, but in deed, and in truth. Let us love one another, as he hath given commandment unto us,* and Rom. XI. *Loving one another with the charity of brotherhood.* And upon 15. Ioan., upon those words. *These things I command you, that you love one another. Greater Charity than this no one hath, than that he lay down his soul for his friends.* But he says that we do these things by that Charity *which is poured forth in our hearts by the Holy Spirit, who is given to us,* namely by an internal gift cooperating, not by an extrinsic imputation. Upon this testimony also the Council of Trent sess. VI. c. VII. gravely infers with St. Bonavent. that Justification is not made by imputation alone. And upon those words of Luke 1: *They were both just before God,* he observes, that they were such, and were asserted inwardly in the eyes of God. For the just are such within. Therefore Wisd. V. *The just shall live for ever, and their thought is with the Most High:* and therefore of this, Genes. VI. *Noe was a just and perfect man in his generations, he walked with God.* 1 Kings XVI. *For the Lord looketh on the heart.* So also Ezech. 4 Kings XX. he says: *Remember how I have walked before thee in truth, and with a perfect heart.*

> *Ideo S. Doctor ad ea verba XIII. Ioan.* In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem, *obseruat, Charitatis executionem esse testimonium discipulatus Christi, ut ait D. Gregorius Lib. XX. moral. cap. IX. Charitatis inquam non imputatae, sed de qua Ioan. prima, cap. III.* Non diligamus lingua, sed opere, et veritate. Diligamus alterutrum, sicut mandatum dedit nobis, *et Rom. XI.* Charitate fraternitatis inuicem diligentes. *Et ad XV. Ioan. ad ea verba.* Haec mando vobis, ut diligatis inuicem.

Maiorem Charitatem, nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. *Ea autem Charitate ait, haec nos operari,* Quae diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis*, nempe dono interno cooperante, non extrinseca imputatione. Hoc testimonio etiam Concilium Trident. sess. VI. c. VII. Iustificationem non mera imputatione fieri grauiter cum D. Bonauent. infert. Et ad ea verba Lucae primo:* Erant autem iusti ambo ante Deum*, obseruat, tales fuisse, et asseri interius in oculis Dei. Iusti enim tales sunt intus. Ideo Sap. V.* Iusti in perpetuum viuent, et cogitatio illorum apud Altissimum: *et ideo de hoc, Genes. VI.* Noë vir iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit. *Primo Reg. XVI.* Dominus enim intuetur cor. *Sic et Ezech. IV. Reg. XX. dicit:* Memento quomodo ambulauerim coram te in veritate, et in corde perfecto.

3 Valentia thus describes Mercy from D. Thom. *art. 1.*, D. Augustine in the place cited, and Aristotle *2. Rhet. cap. 8.*: *Mercy is pain, or sorrow, over an involuntary evil of another, reckoned as one's own, and in some way against the dignity of the miserable person, whom the one merciful wills to relieve, as far as lies in him, and as he conveniently can.*

Valentia sic ex D. Thom. art. 1. *D. Augustino loco cit. et Aristotele* 2. Reth. cap. 8. *Misericordiam describit:* Misericordia est dolor, sive tristitia de malo alieno involuntario, aestimato ut proprio, et aliquo modo contra personae miserabilis dignitatem, cui subvenire velit miserans, quantum in ipso est, et commode possit.

4 It is called a *Virtue* by D. Bonaventure; for it is a virtue distinct from Charity, as the Apostle teaches, *Coloss. 3.*, where he first teaches: *Put on the bowels of Mercy, benignity, humility, modesty, patience*; but soon after says: *Above all these things, have Charity.*

Dicitur a D. Bonavent. Virtus; *est enim distincta virtus a Charitate, ut docet Apostolus* Coloss. 3. *ubi primo docet:* Induite viscera Misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam; *mox vero ait:* Super omnia autem haec, Charitatem habete.

5 It is proved, because it has a peculiar object, namely the evil of another, and the calamities of the afflicted, as able to be relieved by our works. But this is the reason of a peculiar object, and it begets a

peculiar difficulty in the act of mercy in efficacious execution. For indeed, in efficaciously relieving another's misery, there remains a principal difficulty even in one having Charity.

> *Probatur, quia habet peculiare obiectum, idest malum alienum, et calamitates afflictorum, ut sublevabiles opera nostra. Haec autem est ratio peculiaris obiecti, et in executione efficaci peculiarem difficultatem parit in actu misericordiae. Profecto enim in sublevanda efficaciter aliena miseria, manet difficultas praecipua, etiam habenti Charitatem.*

6 Observe, however, that in the description of the last-mentioned mercy it is placed that it is *sorrow over another's misery*; for, as Damascenus teaches, *2. de fide, cap. 14., Mercy is a certain species of pain, or sorrow, over the evil of one's neighbour indeed, but reckoned as one's own.*

> *Observa vero, in descriptione ultimae misericordiae, poni, quod sit* tristitia de aliena miseria; *nam, ut docet Damascenus* 2. de fide, cap. 14. Misericordia est quaedam species doloris, seu tristitia de malo proximi sane, sed aestimato ut proprio.

7 It is said to be *over an involuntary evil*; for misery consists in suffering involuntarily; just as Beatitude, to which misery is opposed, consists in this, that one have those goods which he wills, according to that word of Augustine, *Lib. 13. de civit. cap. 4.*: *Blessed is he who has whatever he wills, and wills no evil.* Yet that misery need not be altogether involuntary; for we can have mercy on a sinner, as D. Thomas teaches, *art. 1. ad 1.*, from the opinion of D. Gregory, *homil. 34. in Evangelia.*

> *Dicitur* de malo involuntario; *nam miseria stat in patiendo involuntarie; sicut Beatitudo, cui miseria opponitur, consistit in hoc, ut quis habeat ea bona, quae vult, iuxta illud Augustini,* Lib. 13. de civit. cap. 4. Beatus est, qui habet, quidquid vult, et nihil mali vult. *Neque tamen oportet, miseriam illam esse omnino involuntariam; possumus enim misereri peccatoris, ut docet D. Thomas* art. 1. ad 1. *ex D. Gregorii sententia,* homil. 34. in Evangelia.

8 Then it is said to be *over the evil of another reckoned as one's own*. For sorrow and pain are over one's own evil: whence the motive of mercy must touch one in some way regarding oneself, as D. Thom. teaches, *art. 2.* Whence, when the Saintly Doctor, in the *explanation of the terms of Theology*, near the end, describes mercy: *Mercy is compassion for the misery and need of one's neighbour*; he does not intend to hand down a definition, but to explain the term; otherwise he would have added: *for the miseries of one's neighbour, as one's own.*

> *Deinde dicitur* de malo alieno aestimato proprio. *Tristitia enim, et dolor sunt de malo proprio: Unde motivum misericordiae debet aliquo modo respicientem tangere, ut docet D. Thom.* art. 2. *Unde quando S. Doctor in* explicatione terminorum Theologiae*, circa finem describit misericordiam:* Misericordia est compassio miseriae, et indigentiae proximi; *non intendit tradere definitionem, sed terminum explicare; alioqui addidisset:* Miseriae proximi, tanquam propriae.

Question II: What kind of virtue mercy is

1 The Saintly Doctor discourses most excellently on Mercy in the passages alleged. But he shows first that Mercy is a peculiar and distinguished Virtue, which is occupied with the miseries of one's neighbour to be relieved, with that affection as if they were one's own; as D. Thom. also says, *art. 1. and 3.*

> ***Quae, et qualis Virtus sit MISERICORDIA.***

Praeclare S. Doctor de Misericordia disserit locis allegatis. Ostendit autem primo, Misericordiam esse Virtutem peculiarem insignem, quae circa miserias proximi sublevandas, eo affectu tanquam proprias versatur; ut ait etiam D. Thom. art. 1. et 3.

2 Then he prefers it to the other virtues, especially the more distinguished ones.

Deinde eam praefert caeteris virtutibus, praecipue insignioribus.

3 Indeed, first he prefers it to Penitence, because this immolates the body; but that, the soul. *For bodily exercise, that is, penance, is profitable to little. But piety is profitable to all things, having the promise of the life that now is, and of that which is to come,* as is had, first Timothy 4.

Primo quidem eam praefert Poenitentiae, quia haec immolat corpus; illa vero animam. Corporalis enim exercitatio, idest, poenitentia, ad modicum utilis est. Pietas vero ad omnia, ut habetur, prima Timothei 4. promissionem habens vitae.

4 Secondly it surpasses Justice: therefore it frees the guilty, *Matth. 5.*: *Blessed are the Merciful, for they shall obtain Mercy.* From *Matth. 6.*: *If you will forgive men their sins, and your heavenly Father will forgive you your sins. Luke 6.*: *Forgive, and you shall be forgiven. Proverb. 19.*: *He that is merciful to the poor lends to the Lord.* He also brings this as an argument, because in God *Mercy exalts itself above judgment*, *James 2.*, and *Psalm. 144.*: *His tender mercies are over all His works.* But he hints that this avails only in him who has no superior, as D. Thom. says, *art. 4.*

Secundo superat Iustitiam: Ideo reos liberat, Matth. 5. Beati Misericordes, quoniam ipsi Misericordiam consequentur. *Ex* Matth. 6. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, et Pater vester coelestis dimittet peccata vestra. Lucae 6. Dimittite, et dimittemini. Proverb. 19. Foeneratur Domino, qui miseretur proximo. *Id etiam affert in argumentum, quia in Deo,* Misericordia superexaltat iudicium, Iacobi 2. *et* Psalm. 144. Miserationes eius super omnia opera Eius. *Hoc vero innuit, valere solum in eo, qui non habet superiorem, ut ait D. Thom* art. 4.

5 But he shows especially that for some reason it is more excellent than Charity. The reason is, which D. Thom. also uses. For Charity only loves, and thus, as it were finite, is contained in the other, tending toward the good through love: but Mercy, overflowing its banks, pours itself out, communicating itself to inferior agents, and therefore bears not only the goods of one's neighbours, but most willingly also their evils.

Praecipue vero ostendit, aliqua ratione esse Charitate praestantiorem. Ratio est, quia utitur etiam D. Thom. Nam Charitas solum diligit, et ita quasi finitus in altero continetur, tendens in bonum dilectione: Misericordia autem redundans super ripas effunditur, communicando se inferioribus agentibus, et ideo non solum bona proximorum, sed etiam mala libentissime portat.

6 Second Corinth. 11.: *Who is weak, and I am not weak? Who is scandalized, and I am not inflamed?* Therefore mercy, considered in itself, surpasses Charity.

Secunda Corinth. 11. Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror? *Itaque misericordia, in se considerata, superat Charitatem.*

7 But this doctrine can be accommodated to Charity, and Mercy in two ways. In one way, as they are certain good habits, that is, virtues, which are found adequately in man according to their rationes: but inadequately also in God, the formalities being prescinded, namely of habit, which they call imperfections; and in this sense Charity and mercy are compared in themselves, and according to the

perfection which it exacts in itself, without respect to object or subject, and considering only the ratio of the act. In this sense Valentia says D. Thomas spoke; for he compares these virtues as they are habits, of which one is for loving, the other for relieving, as Tannerus notes, *disp. 2. quaest. 4. dub. 2. num. 31.*

> *Duobus autem modis haec doctrina potest ad Charitatem, et Misericordiam accommodari. Uno modo, ut sunt quidam habitus boni, idest virtutes, quae secundum rationes suas adaequate inveniuntur in homine: inadaequate vero etiam in Deo, praecisis formalitatibus, scilicet habitus, quae dicunt imperfectiones, et hoc sensu comparari Charitatem, et misericordiam secundum se, et secundum perfectionem, quam exigit in seipsa, sine respectu ad obiectum, vel subiectum, et solum considerando rationem actus etiam. Hoc sensu ait Valentia, locutum D. Thomam; nam comparat has virtutes, ut habitus sunt, quorum alter est ad amandum; alter ad sublevandam, ut notat Tannerus* disp. 2. quaest. 4. dub. 2. num. 31.

8 Secondly they can be considered, not as they are habits, but in the most abstract reason, inasmuch as mercy is relieving of misery: but Charity is the faculty of loving God; and in this way, say Cajetan and Bannes, D. Thomas is to be understood, that Mercy indeed, in its most abstract perfection, is better than Charity: For that which consists in relieving the misery and defects of the needy ought to be pure act, not a certain potentiality, or lack; otherwise it will not be able to reduce need to act; and in this sense it resplends in God, who is pure infinite act, who can fill all defects and potentialities.

> *Secundo possunt considerari, non ut habitus sunt, sed abstractissima ratione, quatenus misericordia est sublevativa miseriae: Charitas autem est facultas diligendi Deum; et hoc modo intelligi D. Thomam, aiunt Caietanus, et Bannes, Misericordiam quidem, sua abstractissima perfectione esse meliorem Charitate: Nam id, quod consistit in sublevando alienam egentium miseriam, et defectus, debet esse actus purus, non potentialitate quadam, seu carentia; alioqui non poterit ad actum reducere egentiam; et hoc sensu resplendet in Deo, qui est actus purus infinitus, qui potest omnes defectus, et potentialitates replere.*

9 As to D. Bonav., I judge that he spoke in both senses. In the former indeed, because he compares the habit of Charity, and others, with the habit of mercy in general, as is evident from the examples alleged above. But in this latter sense; because he brings some examples of the mercy of God from the Scriptures indicating it, as we have seen. Therefore in both ways mercy, considered in itself, seems more perfect.

> *Quoad D. Bonav. arbitror, eum locutum utroque sensu. In priori quidem, quia comparat habitum Charitatis, et alios, cum habitu misericordiae in genere, ut constat allatis supra exemplis. In hoc vero posteriori sensu; quia aliqua affert exempla misericordiae Dei e Scripturis, id indicantia, ut vidimus. Itaque utroque modo perfectior misericordia in se considerata videtur.*

10 Truly, however, if both are considered in order to the subject, Charity is better in him who is not the highest, inasmuch as the highest perfection stands in union with the highest good; but if it is the highest good, then the greatest perfection is to diffuse goodness to all inferiors. See the Saintly Doctor, also giving the motives by which we are moved to mercy, *loco cit.* The first motive is to consider the miserable to be of our nature. Whence *Matth. 23.: For all you are brethren*, and Isa. 58.: *When you shall see one naked, cover him, and despise not your own flesh.* The second motive of mercy is one's own need and misery; for man, considering his own misery, compassionates that of another, whence *Ecclesiasticus 31.: Learn from yourself what things are for your neighbour.*

> *Enim vero, si considerentur ambae in ordine ad subiectum; melior est Charitas in eo, qui non est supremus, quatenus summa perfectio stat in unione cum summo bono; quod si sit summum bonum; tunc maxima perfectio est diffundere bonitatem ad omnes inferiores. Vide S. Doctorem, ponentem etiam motiva, quibus commoveamur ad misericordiam* loco cit. Dices. *Primum motivum est considerare miseros esse nostrae naturae. Unde* Matth. 23. Omnes enim vos fratres estis, et Isa. 58. Cum videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despexeris. *Secundum motivum misericordiae est propria indigentia et miseria; homo enim considerans propriam miseriam, compatitur alienae, unde* Ecclesiastici 31. Ex te ipso intellige, quae sunt proximi tui.

11 The third motive is the unity of Christ and his members, and the love in it, that he reckon as done to himself, or poured out for them, what is done, *Matth. 25.: What you have done to one of the least of mine, etc.* At the end he enumerates the fourteen works of mercy. See him there, uttering wondrous things.

> *Tertium motivum est Christi, et membrorum eius unitas, et in ea amor, ut sibi reputet factum, quod pro eis fit, seu profunditur,* Matth. 25. Quod uni ex minimis meis fecistis, etc. *In calce vero recenset opera quatuordecim misericordiae. Ipsum vide mira promentem.*

Disputation X: On the External Effects of Charity

1 After Charity shall have diminished within the concupiscence and cupidity, it pours itself forth outwardly by doing good; for since it seeks not its own, but by a noble exchange turns the miseries of others into its own happiness, it is wholly devoted to benefits, and is especially occupied with corporal relief through Almsgiving, or spiritual instruction through fraternal correction.

> *Postquam interius concupiscentiam, et cupiditatem Charitas minuerit, foras benefaciendo se profundit; Cum enim sua non quaerat, sed nobili quaestu aliorum miserias, proprii foelicitatis commutatione, suas faciat; tota beneficentiis mancipatur, et corporali sublevatione per Eleemosynam, aut spirituali eruditione per fraternam correctionem praecipue occupatur.*

Section I: On Beneficence

Sole Question: What beneficence is

1 Beneficence is a certain execution of the internal and elicited act of Charity toward another.

> *Beneficentia est executio quaedam actus interni, et eliciti Charitatis erga alterum.*

2 That this is the proper act of Charity the Theologians teach.

> *Hanc esse proprium Charitatis actum docent Theologi.*

3 *It is proved* by D. Thom. *art. 1 and 4,* and D. Bonavent. here; for the external act, by which the interior act of some virtue is made efficacious and brought to execution, pertains to the same virtue as the internal act, inasmuch as both acts regard the same reason of the object. *It is confirmed* by Valencia with D. Bonaventure from that passage of 1 John 3: *let us not love in word, but in deed and in truth,* where he sufficiently indicates that to do good itself is to love efficaciously, and consequently to be an act of Charity.

> Probatur *a D. Thom.* art. 1. et 4. *et D. Bonavent. hic; Nam actus externus, per quem interior actus alicuius virtutis est efficax, et ad executionem perducitur, ad eandem virtutem pertinet, ad quam actus internus, quatenus uterque actus respicit eandem rationem obiecti.* Confirmatur *a Valentia cum D. Bonavent. ex illo prima Ioan. 3.* Non diligamus lingua, sed opere, et veritate*, ubi satis indicat, ipsum benefacere, esse diligere efficaciter, ac proinde esse actum Charitatis.*

4 From this doctrine the Seraphic Doctor gathers that one must do good to all according to place and time, just as all are to be loved, as D. Thom. also teaches *art. 2,* and the Apostle in Galat. 6: *Let us work good toward all, but especially toward the household of the faith.*

> *Ex hac doctrina colligit S. Doctor, ita esse omnibus benefaciendum pro loco, et tempore, sicut omnes diligendi, ut docet etiam D. Thom.* art. 2. *et Apostolus Galat. 6.* Operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.

5 Hence he also deduces that one must do good to individuals in the same order in which individuals are to be loved by the order of Charity; and consequently we must first do good to those more closely joined to us, as I said *disp. 8, quaest. 40.*

Hinc etiam deducit, eodem ordine singulis benefaciendum, quo sunt singuli amandi ex ordine Charitatis; ac proinde coniunctioribus nobis prius benefaciendum, ut dixi disp. 8. quaest. 40.

6 Valencia moreover warns *disp. 3, quaest. 8, puncto unico* that prudence must be exercised in this matter.

Admonet autem Valentia disp. 3. quaest. 8. puncto unico*, prudentiam in hoc adhibendam.*

Section II: On Almsgiving

1 Most excellently does the Seraphic Doctor in the *Diaeta, tit. 2, cap. 7* compare Almsgiving to a radiant light, which ought to be carried not behind, but before a man walking; for Almsgiving is not to be done after death, but before death, more fruitfully, as the wise man says *Eccles. 14: before death do good to your friend. But he* who does otherwise is like one carrying a light behind him; see there also other splendid similitudes.

De Eleemosyna.

Eximie S. Doctor in Diaeta, tit. 2. cap. 7. Eleemosynam *comparat radioso lumini, quod non post, sed ante hominem gradientem debeat portari; non enim post, sed ante mortem facienda est fructuosius Eleemosyna, dicente sapiente* Eccles. 14. ante mortem benefac amico tuo. Qui *autem secus facit, similis est a tergo lumen portanti, alias praeclaras similitudines ibidem vide.*

Question I: Whether to give alms is an act of charity

1 I assert that it is an act of Charity.

An dare ELEEMOSYNAM sit actus Charitatis.

Assero, esse actum Charitatis.

2 *IT IS PROVED* by S. Bonavent. in *4. dist. 14, p. 2, dub. 5, litt. and Book 6 of the Compendium of Theology, cap. 31, and D. Thom. art. 1.* External acts pertain to that virtue to which pertains what is the motive of such an act; but the motive for giving Alms is mercy, of which *dist. 9, sect. 3* — for in Greek Eleemosyna is named from mercy; and mercy is an effect of Charity, as I showed in the place cited.

PROBATUR *a S. Bonavent. in* 4. dist. 14. p. 2. dub. 5. litt. et Lib. 6. Compendii Theologiae, cap. 31. et D. Thom. art. 1. *Exteriores actus ad eam virtutem pertinent, ad quam pertinet id, quod est motivum huiusmodi actus; motivum autem ad dandum Eleemosynas est misericordia, de qua* dist. 9. sect. 3. *nam in Graeco Eleemosyna a misericordia denominatur; Misericordia autem est effectus Charitatis, ut ostendi loco citato.*

3 Next it is proved by D. Bonavent. in the *Diaeta, tit. 2, at the end*, because this motive is for the love of God, who ascribes it as given to himself *Matthew 25.*

Deinde probatur a D. Bonavent. in Diaeta, tit. 2. in fine*, quia hoc motivum est pro amore Dei, qui eam sibi datam adscribit* Matthaei 25.

Question II: Whether the kinds of almsgiving are fittingly distinguished

1 Seven kinds of corporal alms are set forth in this verse:

Utrum convenienter ELEEMOSYNARUM genera distinguantur.

Ponuntur septem genera Eleemosynarum corporalium hoc versu:

2 *I visit, I give drink, I feed, I redeem, I shelter, I clothe, I bury.*

> Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

3 That is, to feed the hungry, to give drink to the thirsty, to clothe the naked, to receive in the stranger (harbor the harborless), to visit the sick, to redeem the captive, and to bury the dead.

> *Idest, pascere esurientem, potare sitientem, vestire nudum, recolligere hospitem, visitare infirmum, redimere captivum, et sepelire mortuum.*

4 Seven other kinds are of spiritual alms, which are expressed in this verse:

> *Septem alia sunt genera spiritualium, quae hoc versu exprimuntur:*

5 *Counsel, rebuke, console, forgive, bear, pray.*

> Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.

6 To teach the ignorant, to counsel the doubting, to console the sorrowful, to correct the sinner, to forgive offenses, to bear the burdensome and the heavy, and to pray for all.

> *Docere ignorantem, consulere dubitanti, consolari tristem, corrigere peccantem, remittere offensioni, supportare onerosos, et graves, et pro omnibus orare.*

7 These are reported by S. Bonavent. in *4. dist. 15, part. 2, dub. 2, litt. and on the seven Gifts, on the Gift of Piety, cap. 1, and in the Diaeta, tit. 7, cap. 4, and Book 5 of the Compendium of Theology, cap. 52, and on Luke 11 in these words: That which remains over, give as alms.* D. Thom. here, and the Theologians commonly.

> *Haec refert S. Bonavent. in* 4. dist. 15. part. 2. dub. 2. litt. et de septem Donis, de Dono Pietatis, cap. 1. et in Diaeta, tit. 7. cap. 4. et Lib. 5. Compendii Theologiae, cap. 52. et ad 11. Lucae in ea verba: Quod superest, date Eleemosynam. *D. Thom. hic, et communiter Theologi.*

8 *IT IS PROVED* by the holy Doctors from the defects of one's neighbors, by whom one can be helped; of which some are on the part of the body; some on the part of the soul, which needs are easily gathered, and among the holy Doctors are clear.

> PROBATUR *a SS. Doctoribus ex defectibus proximorum, quibus potest subveniri; quorum aliqui sunt ex parte corporis; aliqui ex parte animae, quae quidem necessitates facile colliguntur, et apud Sanctos Doctores clarae sunt.*

9 But spiritual alms are intrinsically the greater; nevertheless in some case corporal alms can be the greater; whence in extreme necessity the person failing is rather to be fed than another ignorant one taught, as the holy Doctors teach, Thom. *art. 4,* and Bonavent. *dist. cit. dub 4.*

> *Sunt autem spirituales per se potiores, in aliquo tamen casu esse possunt corporales; unde in necessitate extrema potius pascendus est deficiens, quam alius ignotans docendus, ut docent SS. Doctores, Thom.* art. 4. *et Bonavent.* dist. cit. dub 4.

Question III: Whether almsgiving is a matter of precept

1 I assert that Almsgiving is commanded by Natural and Divine law.

> Utrum ELEEMOSYNA sit in praecepto.
>
> *Assero, praeceptam esse Eleemosynam iure Naturali, et Divino.*

2 *IT IS PROVED* by D. Thom. here, and D. Bonavent. in the *Diaeta, tit. 10, cap. 5*. That concerning which there will be the last judgment, and on account of which Christ will distribute eternal rewards and eternal punishments, is commanded; but in the judgment those who have given alms will be called to the fatherland; and those who have omitted it will be cast into hell, as is described *Matt. 25*. Therefore.

> PROBATUR *a D. Thom. hic, et D. Bonavent. in* Diaeta, tit. 10. cap. 5. *Id, de quo erit iudicium ultimum, et propter quod Christus distribuet praemia aeterna, et poenas aeternas, est praeceptum; sed in iudicio, qui Eleemosynam egerint, vocabuntur ad patriam; et qui eam omisere, eiicientur in infernum, ut describitur* Matth. 25. *Ergo.*

3 *IT IS PROVED* secondly by D. Thom. here, and D. Bonavent. on these words *Luke 11: That which remains over, give as alms*, and in *3. dist. 29, quaest. 6,* because love of neighbor is commanded; therefore those things must fall under command without which love of neighbor is not preserved; but to love of neighbor it pertains that we not only wish good to our neighbor, but also work it, according to that, *1 John 3: let us not love in word, nor in tongue, but in deed and in truth.* But for this, that we wish and work the good of someone, it is required that we come to the aid of his necessity, which is done through the bestowal of alms; and therefore their bestowal is commanded. But because commands are given concerning acts of virtues, it is necessary that in this way the gift of Almsgiving fall under command as it is of the necessity of virtue, as right reason requires; yet on the part of the giver, so as to give of his superfluities, according to that cited *Luke 11* — his superfluity, I say, and that of others whose care rests upon him. On the part of the recipient also some necessity is required: hence Paul said *2 Cor. 8: For it is not that there may be relief for others, and tribulation for you,* as the Seraphic Doctor notes *on Luke 11*, because if you, or yours, have necessity, you ought not bring tribulation upon yourselves so as to come to the aid of another, except in that person's extreme necessity, if yours be moderate. See D. Bonavent. in the places cited, and D. Thom. *art. 6,* Valencia *p. 4*. By the law of nature also the command stands in that *Matt. 7: whatsoever you wish that men do to you, do you also to them.*

> PROBATUR *secundo a D. Thom. hic, et D. Bonavent. ad ea verba* Lucae 11. Quod superest, date Eleemosynam, *et in* 3. dist. 29. quaest. 6. *quia dilectio proximi est in praecepto; ideo necesse est, ea cadere sub praecepto, sine quibus dilectio proximi non conservatur; ad dilectionem autem proximi pertinet, ut proximo non solum velimus bonum, sed etiam operemur, iuxta id,* prima, Ioan. 3. Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, et veritate. *Ad hoc autem quod velimus, et operemur bonum alicuius, requiritur, quod eius necessitati subveniamus, quod fit per Eleemosynarum largitionem; et ideo earum largitio est praecepta. Sed quia praecepta dantur de actibus virtutum, necesse est, quod hoc modo donum Eleemosynae cadat sub praecepto, ut est de necessitate virtutis, ut recta ratio tequirit; tamen ex parte dantis, ut det superflua, secundum id* Lucae 11. citatum, superfluum inquam sibi, et aliis, quorum cura incumbit. *Ex parte etiam recipientis requiritur aliqua necessitas: Hinc dixit Paulus* 2. Cor. 8. Non enim ut aliis sit remissio; vobis autem tribulatio, *ut notat S. Doctor* ad 11. Lucae, *quia si tu, vel tui habent necessitatem, non debetis vobis tribulationem inferre, ut alteri subveniatis, excepta illius extrema necessitate, si vestra sit mediocris. Vide D. Bonavent. locis adductis, et D. Thom.* art. 6. *Valentiam* p. 4. *Iure etiam naturae, praeceptum constat illo* Matth. 7. Quaecumque vultis, ut faciant vobis homines, et vos facite illis.

4 See the Encomia of Almsgiving in D. Bonavent. there, and *Book 2 of the Pharetra, cap. 39,* which Valencia accepts *disp. 3, quaest. 9, p. 1.*

> *Eleemosynae Encomia vide in D. Bonavent. ibi et* Lib. 2. Pharetrae, cap. 39. quae *accipit Valentia* disp. 3. quaest. 9. p. 1.

5 The Seraphic Doctor observes moreover in the places alleged, *quaest. 2,* that the burial of the dead is not enumerated in *Matt. 25;* nevertheless it is a work of mercy enumerated *Tobias 4 and 12*. Whence D. Ambrose, Book on Tobias, cap. 1: *If the law commands to cover the naked while living, how much more ought we to cover the bodies of the dead. Nothing is more excellent than this, to vindicate from birds and beasts the sharer of our nature.*

> *Observat autem S. Doctor locis allegatis,* quaest. 2. *sepulturam mortuorum non recenseri,* Matth. 25. *attamen esse opus misericordiae recensitum,* Tobiae 4. et 12. *Unde D. Ambrosius, Lib. de Tobia, cap. 1.* Si viventes operire nudos lex praecipit, quanto magis debemus operire defunctorum corpora. Nihil hoc praestantius vindicare a volatilibus, et a bestiis consortem naturae.

6 *IT IS PROVED* also by S. Bonavent. in the places alleged, and S. Thom. *art. 2, ad 1,* because great is the honor to the dead of burial; burial; and great is the punishment, to lie unburied; and not less than to expose one's nakedness while living. Which reason was made known by D. August. *lib. de cura pro mortuis, cap. 7.* Valencia *disp. 3, quaest. 9, p. 2.* Bannes *article 2.*

> PROBATUR *etiam a S. Bonavent. locis allegatis, et S. Thom.* art. 2. ad 1. *quia magnus est honor defuncto, sepultura; et magna poena, iacere insepultum ; et non minus, quam in vita nuditates ostendere. Quae ratio innotuit a D. August.* lib. de cura pro mortuis, cap. 7. *Valentia* disp. 3. quaest. 9. p. 2. *Bannes* articulo 2.

7 *It is proved* finally concerning the other alms, *Prov. 21: he that stops his ear against the cry of the poor, he shall cry himself and shall not be heard,* and 1 *John 3: he that hath the substance of this world, and shall see his brother in need, and shall shut up his bowels from him; how doth the charity of God abide in him?* The same attest Cyprian *serm. de eleemosyna,* Ambrose *lib. de Nabuthe, cap. 22.* Basil on that saying of the rich man: *I will destroy my barns.* Nazianzen *on the love of the poor.* See Valencia *puncto 4,* where he observes that John says: *and shall see;* for if he is ignorant, he is excused, as the Doctors also commonly note.

> Probatur *tandem de aliis eleemosynis,* Prov. 21. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, et ipse clamabit, et non exaudietur, *et prima* Ioan. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, et viderit fratrem necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo; quomodo charitas Dei manet in illo? *Idem attestunt Cyprianus* serm. de eleemosyna, *Ambrosius* lib. de Nabuthe, cap. 22. *Basil. in id dictum divitis:* Destruam horrea. *Nazianzenus* de pauperum amore. *Vide Valentiam* puncto 4. *ubi observat, Ioannem dicere:* et viderit; *nam si ignorat, excusatur, ut advertunt etiam communiter Doctores.*

8 Since however this command is affirmative, not obliging always, many questions arise as to the time in which it obliges.

> *Quoniam vero hoc praeceptum est affirmativum, non obligans ad semper, multae oriuntur quaestiones, quoad tempus, in quo obligat.*

9 I shall suppose, moreover, some certain ones. First, in extreme necessity this command of coming to the aid of the needy presses. But extreme necessity is understood not only of imminent death; but also of a grave imminent peril to life, as Valencia notes with Medina *de eleemosyna, quaest. 3.* Navar. in the *Manual. cap. 24.* In this indeed we must give alms even from things belonging to the decency of one's state, which do not stand in an indivisible, but admit breadth, as D. Thom. teaches *art. 6,* Sylvester under the word almsgiving, *num. 2,* and others with Tannero *disp. 2, quaest. 5, dub. 2.* That alms are to be given in extreme need to one in need of them for one's state, the Doctors teach: So D. Bonav. in the *places cited,* D. Thom. *art. 5.* Ioan. Medina *tract. de eleemosyna, quaest. 3,* where he says it is the common and certain opinion of the Doctors.

Supponam autem aliqua certa. Primo in extrema necessitate incumbere hoc praeceptum subveniendi inopi. Intelligitur autem necessitas extrema, non sola mortis imminentis; sed etiam grave vitae discrimen imminens, ut notat Valentia cum Medina de eleemosyna, quaest. 3. *Navar. in* Manual. cap. 24. *In hac vero debemus eleemosynas facere, etiam de spectantibus ad decentiam status, quae non stant in indivisibili, sed latitudinem admittunt, ut docet D. Thom.* art. 6. *Sylvester* verbo eleemosyna, num. 2. *et alii cum Tannero* disp. 2. quaest. 5. dub. 2. *De necessitatis ad statum, dandam eleemosynam extreme indigenti docent: Ita D. Bonav.* locis allegatis, *D. Thom.* art. 5. *Ioan. Medina* tract. de eleemosyna, quaest. 3. *ubi ait, esse communem, et certam Doctorum sententiam.*

10 *It is proved*, because by the order of charity you are held more to the life of your neighbor than to your own means: whence runs that saying: *Feed him dying of hunger; if you have not fed him, you have killed him,* which saying they ascribe to S. Ambrose *de offic.* Gratian *disp. 86, can. Pasce.* And D. Thom. *art. 5.* For the rest see Valencia. Now I shall adduce some disputed questions.

Probatur*, quia ordine charitatis teneris magis vitae proximi, quam tuis facultatibus: Unde currit illud:* Pasce fame morientem; si non pavisti, occidisti*, quam sententiam adscribunt S. Ambrosio* de offic. *Gratianus* disp. 86. can. Pasce. *Et D. Thom.* art. 5. *Reliqua vide in Valentia. Nunc quaestiones aliquas controversas apponam.*

Question IV: Whether there is a precept to give superfluities to the poor in common necessities

1 (D. Thom. quaest. 32. art. 5.

An praeceptum sit, in communibus necessitatibus largiri pauperibus superflua.

(D. Thom. quaest. 32. art. 5.

2 I explained extreme necessity above. Grave is that which deprives one of the necessaries for his state. Ordinary, however, is that which the poor have in common.

Extremam necessitatem supra explicui. Gravis est illa, quae privat necessariis ad suum statum. Ordinaria autem est, qui pauperibus est communis.

3 The first opinion is negative, and is followed by Gerson *p. 2. Alphab. 52. litt. E.*; Alensis *4. p. quaest. 113. membr. 1.*; Panormitanus *in cap. si vero, extra de Iureiurando*; Turrecremata *in cap. sicut hi, dist. 47*; Antoninus *1. p. tit. 1. cap. 24*; Summa Rosella, and Pisana *verbo Eleemosyna*; Gabriel *in 4. dist. 26. quaest. 1.* Durandus *4. dist. 15. quaest. 6* leans that way; Ioan. Med. *quaest. 5*; and it seems to be that of D. Thomas *art. 5. in fine corporis*; Fernandez *in suo Exam. Theol. p. 4. cap. 20. §. 2*; Victorellus in the notes to Navarrus *cap. 23. num 74*; Turtianus *2. 2. disp. 82. dub. 2*; Vasquez *opusc. de eleem. cap. 1. dub. 3. num. 21*; Malderus *2. 2. quaest. 27. art. 6. dub. 4*; Peter Navarrus *lib. 3. cap. 1. num. 358*; Couarruvias *lib. 3. var. cap. 14* — whom Diana cites and follows *Tom. 1. tract. 15. resol. 32. et tom. 5. tract. 8. resol. 17*, adding Hurtado *disp. 159. sect. 4. §. 131.* Nor is Granado absent *Contr. 3. tract. 11. disp. 2. sect 4*, saying that to withhold is only venial. Barlaeus inclines to it *v. Eleem. num. 5. in praxi*, and others.

Prima opinio negativa est, quam sequuntur Gerson p. 2. Alphab. 52. litt. E. *Alens.* 4. p. quaest. 113. membr. 1. *Panormit. in* cap. si vero, extra de Iureiurando. *Turrecrem.* in cap. sicut hi, dist. 47. *Antonin.* 1. p. tit. 1. cap. 24. *Summa Rosella, et Pisana* verbo Eleemosyna. *Gabriel* in 4. dist. 26. quaest. 1. *Propendet Durand.* 4. dist. 15. quaest. 6. *Ioan Med.* quaest. 5. *et videtur D. Thomae* art. 5. in fine corporis *Fernandez* in suo Exam. Theol. p. 4. cap. 20. §. 2. *Victorellus in notis ad Navar.* cap. 23. num 74. *Turtian.* 2. 2. disp. 82. dub. 2. *Vasquez* opusc. de eleem. cap. 1. dub. 3. num. 21. *Malderus* 2. 2. quaest. 27. art. 6. dub. 4. *Petrus Navar.* lib. 3. cap. 1. num. 358. *Couar.* lib. 3. var. cap. 14. *quos allegat, et sequitur Diana* Tom. 1. tract. 15. resol. 32. et tom. 5. tract. 8.

resol. 17. *addens Hurtadum* disp. 159. sect. 4. §. 131. *Nec abest Granado* Contr. 3. tract. 11. disp. 2. sect 4. *dicens, esse solum veniale dimittere. Inclinat Barlaus* v. Eleem. num. 5. in praxi, *et alii.*

4 The second opinion is that one is absolutely held. So D. Thom. *hic, art. 7,* where Cajetan, and Bannes, and the other Thomists; Paludanus *4. dist. 15. quaest. 3. art. 2*; Richardus *quaest. 2. art. 2*; Abulensis *in cap. 6. Matth. quaest. 34*; Lyra *in cap. 3. prima Ioan*; Caesarius *in eundem locum*; Adrian *in 4. de restit*; Navarrus *in manual. cap. 24*; Valencia *disp. 3. quaest. 9. p. 4*, where he says it is already received in the schools; Becanus *2. 2. cap. 21*; Bellarmine *lib. de Eleemos. cap. 7*; Beia in *resolut. casuum, p. 2. casu in Sabb. die 19. Octob*; and others, whom Tanner cites and follows *disp. 2. quaest. 5. dub. 2. num. 12*. It is also clearly the opinion of D. Bonaventure *in the places to be alleged in the arguments*.

Secunda sententia est, omnino teneri. Ita D. Thom. hic, art. 7. *ubi Caietanus, et Bannes, ac caeteri Thomistae, Palud.* 4. dist. 15. quaest. 3. art. 2. *Richard.* quaest. 2. art. 2. *Abul.* in cap. 6. Matth. quaest. 34. *Lyra* in cap. 3. prima Ioan. *Caetthus.* in eundem locum, *Adrian.* in 4. de restit. *Navarr.* in manual. cap. 24. *Valentia* disp. 3. quaest. 9. p. 4. *ubi ait, esse iam receptam in scholis. Becanus* 2. 2. cap. 21. *Bellarm.* lib. de Eleemos. cap. 7. *Beia in* resolut. casuum, p. 2. casu in Sabb. die 19. Octob. *et alii, quos refert, et sequitur Tannerus* disp. 2. quaest. 5. dub. 2. num. 12. *Est autem clare sententia D. Bonav.* locis allegandis in argumentis.

5 Caspensis, walking in a certain middle way *tract. 17. disp. 5. sect. 2*, indeed denies such a precept universally. But he adds that one is at times held, in such a way that he who should have the purpose, even virtual, of not giving alms except in grave necessity, would sin mortally. He alleges Suarez *disp. 7 sect. 3*; Castro Palao: *de Lorcam disp. 39. sect. 3. membr. 3*; Tanner *disp. 2. quaest. 5. dub. 2. num. 12*; and others; but unwillingly he returns to our opinion; for he gives the reason why the rich are not universally held, because they prudently believe that the common necessities of the poor are to be driven off by others. A droll reason indeed. So therefore this good man is either never held in good faith, or always held; because they ought not believe this of other rich men; or if this is given universally as the rule, all will believe it of the others, and no one will be held to succor, nor will he succor.

Caspensis medio quodam modo incedens tract. 17. disp. 5. sect. 2. *negat quidem universaliter tale praeceptum. Addit vero, teneri aliquoties, ita, ut, qui haberet propositum, etiam virtuale, non dandi eleemosynam, nisi in gravi necessitate, mortaliter peccaret. Allegat Suarez* disp. 7 sect. 3. *Castrum Palaum:* de Lorcam disp. 39. sect. 3. membr. 3. *Tanner.* disp. 2. quaest. 5. dub. 2. num. 12. *et alios; sed nolens, in nostram redit sententiam; nam reddit rationem, cur non teneantur universaliter divites, quia prudenter credunt, pauperum necessitates communes depellendas ab aliis. Lepida ratio quidem. Sic igitur nunquam bona haec fide tenetur, vel semper tenetur; quia non debent hoc credere de aliis divitibus; vel si hoc universaliter datur pro regula; omnes credent de aliis, et nullus tenebitur succurrere, neque succurret.*

6 I assert that the rich are held in common necessities to give alms from their superfluities.

Assero, teneri divites in communibus necessitatibus, e superfluis eleemosynas erogare.

7 *It is proved* first from D. Bonaventure *ad 11. Lucae*, at those words: *Verumtamen, quod superest, date eleemosynam: et ecce omnia munda sunt vobis* — Nevertheless, what remains, give alms: and behold, all things are clean to you. Now he explains this as being about alms owed to our own necessity, certainly necessary for penance, that we may be cleansed. Then about true alms from superfluities. And from the effects he shows its necessity. For the reasoning of Christ is: *Et ecce omnia munda sunt vobis*, that is, since you are full of iniquity, he teaches you to cleanse yourselves, as Valencia and Tanner also note.

> Probatur *primo a D. Bonav.* ad 11. Lucae, *ad ea verba:* Verumtamen, quod superest, date eleemosynam: et ecce omnia munda sunt vobis. *Hoc autem de eleemosyna, debita nostrae necessitati, ad poenitentiam profecto necessarium explicat ut mundemur. Deinde de vera eleemosyna e superfluis. Ex effectibus autem ostendit suam necessitatem. Ratio enim Christi est:* Et ecce omnia munda sunt vobis, *idest, cum pleni sitis iniquitate, docet mundare vos, ut notant etiam Valentia, et Tannetus.*

8 For first, by alms the soul is cleansed; for it is disposed to grace, prima Timot. 4: *Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vitae, quae nunc est, et futurae* — Piety is useful for all things, having the promise of the life that now is, and of that to come. Eccles. 3: *Eleemosyna enim Patris non erit in oblivione: et sicut in sereno glacies, solventur peccata tua* — For the alms of the Father shall not be forgotten: and as ice in clear weather, your sins shall melt away.

> *Primo enim per eleemosynam mundatur anima; disponitur enim ad gratiam, prima Timot. 4.* Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vitae, quae nunc est, et futurae. *Eccles. 3.* Eleemosyna enim Patris non erit in oblivione: et sicut in sereno glacies, solventur peccata tua.

9 Secondly, it frees from eternal punishment, Tobiae 4: *Eleemosyna ab omni peccato, et a morte liberat, et non patietur, animam ire in tenebras* — Alms frees from all sin, and from death, and shall not suffer the soul to go into darkness.

> *Secundo liberat a poena aeterna, Tobiae 4.* Eleemosyna ab omni peccato, et a morte liberat, et non patietur, animam ire in tenebras.

10 Thirdly, it defends from transitory punishment, Dan. 4: *Peccata tua eleemosynis redime* — Rede your sins with alms.

> *Tertio defendit a poena transitoria, Dan. 4.* Peccata tua eleemosynis redime.

11 Fourthly, it mitigates the tinder of concupiscence, Ecclesiast. 3: *Ignem ardentem extinguit aqua, et eleemosyna resistit peccatis* — Water extinguishes a burning fire, and alms resists sins.

> *Quarto mitigat fomitis concupiscentiam, Ecclesiast. 3.* Ignem ardentem extinguit aqua, et eleemosyna resistit peccatis.

12 Fifthly, it gives victory over the enemy, Ecclesiastici 29: *Conclude eleemosynam in corde pauperis, et haec pro te exorabit ab omni malo. Super Scutum potentis, et super Lanceam, adversus inimicum tuum pugnabit* — Shut up alms in the heart of the poor man, and it shall pray for you against all evil. It shall fight for you as a shield of the mighty, and as a lance, against your enemy.

> *Quinto dat de hoste victoriam, Ecclesiastici 29.* Conclude eleemosynam in corde pauperis, et haec pro te exorabit ab omni malo. Super Scutum potentis, et super Lanceam, adversus inimicum tuum pugnabit.

13 Sixthly, it preserves grace, Eccles. 17: *Eleemosyna viri, quasi signaculum cum ipso, gratiam hominis quasi pupillam conservabit* — The alms of a man, as a signet with him, shall preserve the grace of a man as the apple of the eye.

> *Sexto conservat gratiam, Eccles. 17.* Eleemosyna viri, quasi signaculum cum ipso, gratiam hominis quasi pupillam conservabit.

14 Seventhly, it gives confidence of arriving at glory, Tob. 4: *Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna facientibus eam* — Great shall be the confidence before the most high God for those who give

alms. And he adds, that these things are judged in the Judgment, *Matth. 25*: namely, that those who have given alms are called to life; and those who omitted them are cast into eternal fire.

> *Septimo dat fiduciam perveniendi ad gloriam, Tob. 4.* Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna facientibus eam. *Et subdit, de his disceptari in Iudicio,* Matth. 25. *nempe quia, qui eleemosynas fecerunt, vocantur ad vitam; et qui omiserunt, eiiciuntur in ignem aeternum.*

15 That he speaks of common necessities is clear; for the inquiry is made universally about the works of mercy toward all the needy.

> *Quod vero loquatur de communibus necessitatibus, patet; nam universaliter de operibus misericordiae in omnes egentes fit inquisitio.*

16 Moreover, he gives the conditions of these: The first is simplicity of heart, Matth. 6: *Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua* — But when you make alms, let not your left hand know what your right hand does. The second, discretion, Eccles. 12: *Si benefeceris, scito cui benefeceris* — If you have done well, know to whom you have done it. The third, compassion, Isa. 58: *Cum effuderis esurienti animam tuam* — When you shall pour out your soul to the hungry. And Iob. 30: *Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea pauperi* — I once wept for him that was afflicted, and my soul had compassion on the poor. The fourth, sweetness in speech, Eccles. 18: *Nonne ardorem refrigerabit ros? Sic et verbum melius quam datum* — Does not the dew refresh the heat? So also a word better than a gift. The fifth, cheerfulness in face, Eccles. 35: *In omni dato hilarem fac vultum tuum* — In every gift make a cheerful face. The sixth, due quantity, Tob. 4: *Quomodo poteris; ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, etc.* — As you are able, so be merciful. If you have much, etc. — and he speaks of common necessities. The seventh, speed, Proverb. 3: *Ne dicas amico tuo: vade, et revertere* — Say not to your friend: Go, and come again,

> *De his porro dat conditiones: Prima est simplicitas cordis, Matth. 6.* Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. *Secunda, discretio, Eccles. 12.* Si benefeceris, scito cui benefeceris. *Tertia, compassio, Isa. 58.* Cum effuderis esurienti animam tuam. *Et Iob. 30.* Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea pauperi. *Quarta, dulcedo in sermone, Eccles. 18.* Nonne ardorem refrigerabit ros? Sic et verbum melius quam datum. *Quinta, hilaritas in facie, Eccles. 35.* In omni dato hilarem fac vultum tuum. *Sexta, debita quantitas, Tob. 4.* Quomodo poteris; ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, etc. *en loquitur de communibus necessitatibus. Septima, celeritas, Proverb. 3.* Ne dicas amico tuo: vade, et revertere,

17 *He infers* therefore D. Bonaventure from that text the argument of Christ: Since you Pharisees are full of uncleanness and iniquity, I teach you the necessary mode of cleansing yourselves, namely true penance, and alms from superfluities. For so you will make fruits worthy of penance.

> Infert *igitur D. Bonav. ex illo textu argumento Christi: Cum vos Pharisaei, pleni sitis immunditia, et iniquitate, doceo vos modum necessarium emundandi vos ipsos, nempe vera poenitentia, et eleemosyna de superfluis. Sic enim facietis fructus dignos poenitentiae.*

18 *Similar* is the passage *Lucae tertio*, where John, questioned by the crowds about how they could make fruits worthy of penance — about which he had said: *Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur* — Every tree that does not make good fruit shall be cut down and cast into the fire — answered: *Qui habet duas tunicas, det non habenti, et qui escas habet, similiter faciat* — He who has two coats, let him give to him who has none; and he who has food, let him do likewise. The

force of whose sentence D. Jerome rightly interprets, epist. ad Hedibiam, quaest. 1, as being that it is necessary to spend superfluities on the needy, as S. Doctor notes on that place of Luke. Therefore (says S. Doctor), since they had heard that it was necessary to make fruits worthy of penance, they ask; and he also brings forward *Lucae 11*, alleged above. But he admonishes most beautifully, with Bede and Gregory, homil. 20. in Evangelia, that a precept is given about dividing two coats, because one is superfluous; not about dividing one, if he does not have another; for so neither would be clothed — although that would be an eminent work, such as that of the most glorious Martin at the gate of Amiens, when he divided his cloak. Behold, S. Bonaventure plainly notes, with the Holy Fathers, that it is a precept. Therefore it is the same precept, *Lucae 3. et 11. Quod superest, date* — What remains, give. Where the particle *superest* does not signify what we call "for the rest," but what supplies or super-exists, as is had in the Greek, and Valencia observes, with the same Bede and D. Bonaventure, who reads: *De eo, quod superest*, or "from what super-exists," from the Greek idiom, of which S. Doctor was most skilled, as they know who read his works through. Moreover, here and in the places to be alleged, they observe that the precept is taken from mere superfluity.

> Similis *est locus* Lucae tertio*, ubi interrogatus Ioannes a turbis, Quomodo possent facere fructus dignos poenitentiae, de quibus dixerat:* Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur. *Respondit:* Qui habet duas tunicas, det non habenti, et qui escas habet, similiter faciat. *Cuius sententiae vim recte D. Hieronymus epist. ad Hedibiam, quaest. 1. eam esse interpretatur, ut necessarium sit superflua indigentibus erogare, ut advertit S. Doct. ad eum Lucae locum. Igitur (ait S. Doct.) ex quo necesse esse audierant, facere fructus dignos poenitentiae, interrogant; et adducit etiam id* Lucae 11. *supra allatum. Monet autem perbelle cum Beda, et Gregorio homil. 20. in Evangelia, dari praeceptum de duabus tunicis dividendis, quia altera est superflua; non de dividendo unam, si aliam non habeat; Sic enim neuter vestiretur; tametsi opus egregium esset, quale fuit gloriosissimi Martini in porta Ambiani, cum Chlamydem divisit: En S. Bonav. aperte cum SS. Patribus advertit, esse praeceptum. Idem igitur est praeceptum,* Lucae 3. et 11. Quod superest, date. *Ubi particula,* superest*, non significat id, quod dicimus: De caetero, sed quod suppetit, seu superexistit, ut habetur in Graeco, et observat Valentia cum eodem Beda, et D. Bonav. qui legit:* De eo, quod superest*, seu superexistente, ex Graeco idiomate, cuius fuit S. Doct. peritissimus, ut norunt, qui eius opera perlegunt. Observant autem hic, et locis allegandis, praeceptum e sola sumi superfluitate.*

19 *It is proved* thirdly from D. Bonaventure *in Diaeta, tit. 2. ad finem*, from that *1. Timot. cap. 6. Divitibus huius saeculi praecipe facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum* — Charge the rich of this world to give easily, to communicate, to lay up for themselves a good foundation for the future. But S. Doctor notes that this is a precept given to the rich, not with respect to poor men in grave need, but precisely insofar as those riches of the rich, since they are superfluous to them, are owed to the Lord as tribute, or as a debt out of justice. And as Princes take away even the capital from those who defraud them of tributes; so also the Lord, from those who deny alms and retain their superfluities, takes away not only grace, but also, and often, temporal goods. Which must be gravely admonished; and of this he interprets *Matth. 25. Tollite ab eo talentum, et date ei, qui decem talenta habet* — Take away the talent from him, and give it to him who has ten talents; for from the avaricious man temporal substance is to be taken and given to him who, pitying the poor, fulfills the commands of the Lord and trades those riches so that he may receive a hundredfold in this life, and then life eternal. Hence I shall infer the reason.

> Probatur *tertio a D. Bonav.* in Diaeta, tit. 2. ad finem*, ex illo* 1. Timot. cap. 6. Divitibus huius saeculi praecipe facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum. *Advertit autem S. Doct. hoc esse praeceptum, datum divitibus, non in ordine ad pauperes graviter egentes, sed praecise, quatenus illae*

opes divitum, eis superfluae cum sint, debentur Domino in tributum, seu debitum ex iustitia. Et sicut Principes defraudantibus tributa auferunt etiam capitale; ita et Dominus, negantibus eleemosynas, et retinentibus superflua, non solum aufert gratiam, sed etiam, et saepe, bona temporalia. Quod graviter admonendum est; et de hoc interpretatur id Matth. 25. Tollite ab eo talentum, et date ei, qui decem talenta habet; *avaro siquidem tollenda est substantia temporalis, et danda illi, qui miserendo pauperibus, implet mandata Domini, et negotiatur illas divitias, ut Centuplum recipiat in hac vita, et deinde vitam aeternam. Hinc rationem inferam.*

20 *Then* S. Doctor considers the motives with which one ought to be led to give alms generously. The first motive is that Christ declares alms made to himself, *Matth. 25*. Therefore he imposes on all who wish for the eternal kingdom that they make alms. Hence it is no great thing that rich men who wish for the kingdom from God buy it with a morsel of bread; and they ought to fear hearing: *Ite maledicti* — Go, you cursed — according to *Proverb 21. Qui obturat aures suas ad clamorem pauperis, clamabit ipse, et non audietur* — He who stops his ears at the cry of the poor shall himself cry, and shall not be heard. Therefore the first motive is: *Quis postulet?* — Who asks? — namely, God in the poor man. The second motive is: *Quid petatur?* — What is asked? — because God in the poor asks what is his own: Wherefore (says S. Doctor) David said, *Psal. 29. Tua sunt Domine omnia, et quae de manu tua recepimus, dedimus tibi* — All things are yours, O Lord, and what we have received from your hand we have given to you.

Deinde *S. Doct. considerat motiva, quibus duces elargiri debet eleemosynam. Primum motivum est, quia eleemosynam sibi factam Christus protestatur* Matth. 25. *Ideo omnibus, volentibus regnum aeternum, faciendas eleemosynas imponit. Unde non est magnum, quod divites volentes a Deo regnum, illud emant frustulo panis; et timere debent, ne audiant:* Ite maledicti*, iuxta id* Proverb 21. Qui obturat aures suas ad clamorem pauperis, clamabit ipse, et non audietur. *Igitur primum motivum est:* Quis postulet? *idest, Deus in paupere. Secundum motivum est:* Quid petatur? *quia Deus in pauperibus petit id, quod suum est: Proinde (ait S. Doct.) dicebat David,* Psal. 29. Tua sunt Domine omnia, et quae de manu tua recepimus, dedimus tibi.

21 The third motive is: *Ad quid petis Deus?* — For what do you ask, God? — namely that he repay as at usury: *Centuplum accipiet, et vitam aeternam possidebit* — He shall receive a hundredfold, and shall possess life eternal. S. Doctor uses these arguments, mingled with so many ornaments of Scripture, most useful also for sermons.

Tertium motivum est: Ad quid petis Deus? *nempe ut ad usuram reddat:* Centuplum accipiet, et vitam aeternam possidebit. *His argumentis utitur S. Doct. mixtis tot Scripturarum ornamentis, etiam ad conciones utilissimis.*

22 *It is proved* thirdly from D. Bonaventure *in 3. dist. 30. quaest. 5,* from that *Proverb. 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; et si sitierit, potum da illi* — If your enemy hunger, feed him; and if he thirst, give him drink. And *Exodi 23. Si occurreris bovi inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum. Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed sublevabis cum eo* — If you meet the ox of your enemy, or his ass going astray, bring it back to him. If you see the ass of him who hates you lying under its burden, you shall not pass by, but shall lift it up with him. This indeed is not a ceremonial law or judicial precept, but the Natural and Divine Law, on account of which, *Matth. 25,* all shall be examined in judgment.

Probatur *tertio a D. Bonav.* in 3. dist. 30. quaest. 5. *illo* Proverb. 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; et si sitierit, potum da illi. *Et* Exodi 23. Si occurreris bovi inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum. Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed sublevabis cum eo. *Haec sane non est lex*

caeremonialis, aut iudiciale praeceptum, sed Naturalis, et Divina Lex, ob quam Matth. 25. *in iudicio examinabuntur omnes.*

23 *It is proved* fourthly from D. Bonaventure *ad 18. Lucae* with those words: *Facilius est, camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum caelorum* — It is easier for a camel to pass through the eye of a needle than for a rich man to enter the kingdom of heaven. But Christ said this to him who wished to give his riches in some part to the poor — against whom it is said, *Eccles. 7. Noli esse pusillanimis in animo tuo: exorare, et facere eleemosynam ne despicias* — Be not fainthearted in your mind: to pray, and to make alms, do not despise — as S. Doctor observes with Theophylactus.

Probatur *quarto a D. Bonav.* ad 18. Lucae *illis verbis:* Facilius est, camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum caelorum: *Hoc autem dixit Christus illi, qui volebat suas divitias aliqua ex parte dare pauperibus, contra quem dicitur,* Eccles. 7. Noli esse pusillanimis in animo tuo: exorare, et facere eleemosynam ne despicias*, ut observat S. Doctor cum Theophylacto.*

24 *Therefore* clinging men are not saved, he says, because, as it is said prima *Timot. 6. Incidunt in laqueum Diaboli, et desideria, quae mergunt homines* — They fall into the snare of the Devil, and into desires which drown men. Where note that this is not said of the rich who are unwilling to give up everything and vow poverty; for that is the counsel which Christ gave to that young man; but seeing him bitter, resisting any alms whatsoever from superfluities, he said: *Quam difficile est, etc. Facilius est, etc. ut supra ad 18. Lucae* — How difficult it is, etc. It is easier, etc., as above at 18. Luke.

Ideo *homines tenaces non salvati, ait, quia, ut dicitur prima* Timot. 6. Incidunt in laqueum Diaboli, et desideria, quae mergunt homines. *Ubi adverte, haec non dici in divites, qui nolunt omnia dimittere, et paupertatem vovere; hoc enim est consilium, quod illi Iuveni dedit Christus; sed videns eum amarum, renitentem ad quamcumque eleemosynam e superfluis, dixit:* Quam difficile est, etc. Facilius est, etc. ut supra ad 18. Lucae.

25 *It is proved* fifthly from S. Doctor *ex illo Lucae 16*, where that rich man *Sepultus est in inferno* — was buried in hell — doubtless because of his lack of mercy toward Lazarus.

Probatur *quinto a S. Doct.* ex illo Lucae 16. *ubi dives ille:* Sepultus est in inferno*, nimirum propter immisericordiam in Lazarum.*

26 *It is proved* sixthly from S. Doctor *ex illo Lucae 12*, where that rich man, whose field had yielded abundant fruits, said: *Destruam horrea mea, et faciam maiora: et illuc congregabo omnia, quae nata sunt mihi, et bona mea* — I will destroy my barns and make greater ones, and there I will gather all things that are born to me and my goods — but by night he heard: *Stulte, hac nocte animam tuam repetent a te; quae autem parasti, cuius erunt? Sic est (inquit Christus) qui sibi thesaurizat, et non est in Deum dives* — Fool, this night your soul shall be required of you; whose then shall those things be which you have provided? So is he (says Christ) who lays up treasure for himself, and is not rich toward God — where he admonishes that which he had taught *Matth. 6*, where alms is enjoined, and the simple manner handed down: *Cum facis eleemosynam noli tuba canere* — When you make alms, do not sound a trumpet. He adds: *Thesaurizate vobis thesauros in caelo, etc. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra* — Lay up for yourselves treasures in heaven, etc. Do not lay up for yourselves treasures on earth. As if to say: Everyone who lays up treasure on earth, retaining his superfluities, loses the treasures of heaven, destitute of Divine grace. Tanner also uses these means.

Probatur *sexto a S. Doct.* ex illo Lucae 12. *ubi dives ille, cui ager fructus uberes reddiderat, dicebat:* Destruam horrea mea, et faciam maiora: et illuc congregabo omnia, quae nata sunt mihi, et bona mea*, sed nocte*

audiit: Stulte, hac nocte animam tuam repetent a te; quae autem parasti, cuius erunt? Sic est (inquit Christus) qui sibi thesaurizat, et non est in Deum dives, *ubi admonet id, quod docuerat* Matth. 6. *ubi eleemosyna iniuncta, et modo tradito simplici:* Cum facis eleemosynam noli tuba canere. *Subdit:* Thesaurizate vobis thesauros in caelo, etc. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. *Quasi diceret: Omnis, qui thesaurizat in terris, retinens superflua, amittit caelestes thesauros, inops Divinae gratiae. His mediis utitur etiam Tannerus.*

27 *Hence* Basil, on that passage: *Destruam, etc.* — I will destroy, etc. — says: *Cur tu abundas; ille vero mendicat, nisi ut tu bona dispensationis merita consequaris; ille vero patientia braviis decoretur. Est panis famelici, quem tu tenes; tunica, quam in conclavi conservas; discalceati calceus, qui penes te marcescit; indigentis argentum, quod possides infossum. Quocirca tot iniuriaris, quot dare valens es* — Why do you abound, while that man begs, unless that you may obtain the merits of dispensation of goods, and that he be adorned with the prizes of patience? The bread of the hungry is that which you hold; the coat, which you keep in your closet; the shoe of the barefoot, which withers in your keeping; the silver of the needy, which you possess buried. Wherefore you commit as many injuries as you are able to give.

Hinc *Basilius in illum locum:* Destruam, etc. *ait:* Cur tu abundas; ille vero mendicat, nisi ut tu bona dispensationis merita consequaris; ille vero patientia braviis decoretur. Est panis famelici, quem tu tenes; tunica, quam in conclavi conservas; discalceati calceus, qui penes te marcescit; indigentis argentum, quod possides infossum. Quocirca tot iniuriaris, quot dare valens es.

28 Crying out SIMILAR things is S. Gregory of Nyssa, and he concludes, in the oration on loving the poor: *O pauperum inimici! an nescitis horum causa commemorari in Evangelio exempla horrenda, et terribilia?* — O enemies of the poor! Do you not know that for their sake horrible and terrible examples are recounted in the Gospel? And he adds the two examples of the twin rich men alleged above *Lucae 12. et 16.*

SIMILIA exclamans habet S. Gregorius Nyss. et concludit, oratione de pauperibus amandis: O pauperum inimici! an nescitis horum causa commemorari in Evangelio exempla horrenda, et terribilia? *Ac subdit duo exempla geminorum divitum supra allata* Lucae 12. et 16.

29 And D. Ambrose lib. de Nabuthe, cap. 11 has the same, and serm. 81: *Quis tam iniustus, tam avidus, quam, qui multorum alimenta suum non usum, sed abundantiam, et delicias facit? Neque enim maius est crimen habenti tollere, quam cum possides, et abundas, indigentibus denegare. Esurientium panis est, quem tu detines* — Who is so unjust, so greedy, as he who makes the food of many his own abundance and delights, not his use? For no greater crime is it to take from one who has, than, when you possess and abound, to deny the needy. The bread of the hungry is that which you detain.

Et D. Ambrosius lib. de Nabuthe, cap. 11. Eadem habet, et serm. 81. Quis tam iniustus, tam avidus, quam, qui multorum alimenta suum non usum, sed abundantiam, et delicias facit? Neque enim maius est crimen habenti tollere, quam cum possides, et abundas, indigentibus denegare. Esurientium panis est, quem tu detines.

30 D. HIERONYMUS in regula, cap. 6, as cited by Gratian, says: *Aliena rapere convincitur, qui ultra necessaria sibi retinere probatur* — He is convicted of seizing what belongs to others who is proved to retain for himself beyond the necessaries.

D. HIERONYMUS in regula, cap. 6. et refertur a Gratiano, ait: Aliena rapere convincitur, qui ultra necessaria sibi retinere probatur.

31 D. AUGUST. in Psal. 147: *Caetera, quae superflua iacent, aliorum sunt necessaria: superflua igitur necessaria sunt pauperum; res aliena possidetur, cum superflua retinentur* — The rest, which lie superfluous, are the necessaries of others: therefore superfluities are the necessaries of the poor; another's property is possessed, when superfluities are retained. The same he asserts in serm. 119, where he concludes: *Quidquid enim Deus nobis, plusquam opus est dederit, non nobis specialiter dedit, sed per nos aliis erogandum transmisit: quod si non dederimus, res alienas invasimus* — For whatever God has given us more than is needed, he gave not specially to us, but transmitted through us to be spent on others: and if we do not give, we have invaded the goods of others. Beda has similar things in cap. 11. *Lucae*.

D. AUGUST. in Psal. 147. Caetera, quae superflua iacent, aliorum sunt necessaria: superflua igitur necessaria sunt pauperum; res aliena possidetur, cum superflua retinentur. *Idem asserit serm. 119. ubi concludit:* Quidquid enim Deus nobis, plusquam opus est dederit, non nobis specialiter dedit, sed per nos aliis erogandum transmisit: quod si non dederimus, res alienas invasimus. *Similia habet Beda in cap. 11.* Lucae.

32 It is CONFIRMED by D. Bonaventure lib. 2. Pharetrae, cap. 49, from that Lucae 16. Matth. 6: *Facite vobis amicos de mamona iniquitatis* — Make for yourselves friends of the mammon of iniquity — where D. Gregory: *Si caelestis patrimonium eleemosynis emitur, pauperes non sunt audiendi, ut egeni; sed ut patroni exorandi* — If the heavenly patrimony is bought with alms, the poor are not to be heard as needy, but to be entreated as patrons — thus homil. 40. in Evang. near the end. But S. Doctor notes in connection with that passage that Mammon is called the mammon of iniquity, not because the goods were acquired by rapine and iniquity; but because riches mostly lead to iniquity, as is said Eccles. 11: *Si dives fueris, non eris immunis a peccato* — If you shall be rich, you shall not be free from sin. But it is understood (says D. Bonaventure) that it ought to be given from riches which are possessed by a just title, and yet beget iniquity unless they are distributed, according to that Eccles. 10: *Nihil est iniquius, quam amare pecuniam* — Nothing is more iniquitous than to love money. For he who does so has even his soul for sale. Of these riches, I say, friends ought to be made to you through the bestowal of alms, which manifest the affection of piety; for it is said prima Ioan. 3: *Qui habuerit substantiam huius mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo* — He who shall have the substance of this world, and shall see his brother have need, and shall shut up his bowels from him: how does the charity of God remain in him? And Eccles. 29: *Perde pecuniam propter fidem, et amicum, et ne abscondas illam sub lapidem in perditionem* — Lose your money for faith and a friend, and hide it not under a stone to perish. And Proverb. 11: *Qui abscondit frumenta maledicetur in populis* — He who hides up grain shall be cursed among the peoples. Thus far S. Doctor at 16. *Lucae*.

CONFIRMATUR a D. Bonavent. lib. 2. Pharetrae, cap. 49. ex illo Lucae 16. Matth. 6. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis*, ubi D. Gregorius:* Si caelestis patrimonium eleemosynis emitur, pauperes non sunt audiendi, ut egeni; sed ut patroni exorandi*, ita homil. 40. in Evang. circa finem. Advertit autem ad cum locum S. Doct. vocari Mammonam iniquitatis, non quia de rapina, et iniquitate acquisita sint bona; sed quia divitiae plerumque ad iniquitatem ducunt, ut dicitur Eccles. 11.* Si dives fueris, non eris immunis a peccato. *Sed intelligitur (ait D. Bonav.) quod dari debeat de divitiis, quae iusto titulo possidentur, et tamen iniquitatem pariunt, nisi destribuantur secundum illud Eccles. 10.* Nihil est iniquius, quam amare pecuniam. *Hic enim et animam suam venalem habet. De his inquam divitiis debent tibi fieri amici per largitionem eleemosynarum, quae manifestant pietatis affectum; nam dicitur prima Ioan. 3.* Qui habuerit substantiam huius mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo. *Et Eccles. 29.* Perde pecuniam propter

fidem, et amicum, et ne abscondas illam sub lapidem in perditionem. *Et Proverb. 11.* Qui abscondit frumenta maledicetur in populis. *Hucusque S. Doctor ad 16.* Lucae.

33 AGAIN in the Pharetra the same confirms it, from that Matth. 25, where he adds D. Gregory homil. 40: *Ad tribuendum pigri cur estis, quando hoc, quod iacetis in terra porrigitis, sedenti in caelo datis? Dominus ait: Quidquid fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis* — Why are you slothful in bestowing, when you give to him who sits in heaven what you extend lying on the earth? The Lord says: What you have done to one of these my least brethren, you have done to me.

RURSUS in Pharetra idem confirmat, illo Matth. 25. ubi apponit D. Gregorium homil. 40. Ad tribuendum pigri cur estis, quando hoc, quod iacetis in terra porrigitis, sedenti in caelo datis? Dominus ait: Quidquid fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

34 These authorities, indeed, speak not of grave necessities only, but of ordinary ones, as is evident to the reader. Nor is this precept only at certain times, but it is taken from the very nature of superfluous riches, and binds by the very fact that superfluous riches are present.

Hae sane authoritates, non de solis gravibus necessitatibus loquuntur, sed de ordinariis, ut constat legenti. Neque solum praeceptum hoc est nonnullis vicibus, sed ex natura ipsa divitiarum superfluarum sumitur, et obligat eo ipso, quod divitiae adsint superfluae.

35 It is PROVED also by the reason indicated in argument 2, from D. Bonav. in Diaeta, tit. 2, which is taken from the Holy Fathers — Basil, Ambrose, August., Nyssenus, and others above — and which D. Thomas 2. 2. quaest. 66. art. 7, Valencia here, and others use. The division of things made by the law of nations was just, when before all things were common. But if it is just, it ought to have constituted a human mode of living from things before common by the law of nature: Yet what would be an equal distribution, if some washed their robes in wine, swam in butter, abounding in all riches, flowing with all commodities; while others had not even bread enough; and yet the most opulent were not held to furnish necessaries to these poor men? Surely this is the pedagogy reserved to God, that if the rich have redundancies, they give to the needy something at least for necessity. This indeed would be iniquitous, to leave the greater part of men in misery, when by the law of nature they were equally owners before.

PROBATUR etiam ratione indicata argumento 2. ex D. Bonav. in Diaeta, tit. 2. quae sumpta est e SS. Patribus, Basilio, Ambrosio, August. Nysseno, et aliis supra, eaque utantur D. Thomas 2. 2. quaest. 66. art. 7. Valentia hic, et alii. Divisio rerum facta iure gentium iusta fuit, cum essent antea omnia communia. Quod si iusta est, oportuit, ut constituerit modum humanum vivendi de rebus antea communibus iure naturae: At quae esset aequa distributio; si aliqui lavarent in vino stolas, in butyro natarent, opibus omnibus redundantes, commodis omnibus affluerent; alii vero nec panem satis haberent; neque his pauperibus tenerentur opulentissimi necessaria suppeditare? Sane hoc est Deo pedagium reservatum, ut si divites habent redundantia, dent inopibus aliqua saltem ad necessitatem. Hoc sane iniquum esset, relinquere maiorem hominum partem in miseria, cum iure naturae essent aeque antea domini.

36 THAT that distribution was just is proved; for in it all the peoples consented unanimously, by the dictate of natural reason; otherwise the Laws of the law of nations would have to be rescinded, which are nevertheless everywhere held in the highest esteem.

QUOD vero illa distributio fuerit iusta, probatur; nam in eam consenserunt omnes gentes unanimes, naturalis rationis dictamine; alioqui Leges iuris gentium essent rescindendae, quae tamen ubique plurimi aestimantur.

37 THEREFORE God, from nature, preserved this in that law of nature: that superfluities be distributed to the poor. Hence Ambrose, serm. 81: *Numquid iniquus est Deus, ut nobis non aequaliter distribuat vitae subsidia? ut tu quidem esses affluens, et abundans, aliis vero deesset, et egerent?* — Is God iniquitous, that he does not distribute the helps of life equally to us? so that you indeed should be affluent and abounding, while others lack and are needy? Behold the reason of D. Bonaventure assigned above.

> *IGITUR iuris naturae hoc servavit in illo iure Deus ex natura, ut superflua in pauperes distribuantur. Ideo Ambrosius, serm. 81.* Numquid iniquus est Deus, ut nobis non aequaliter distribuat vitae subsidia? ut tu quidem esses affluens, et abundans, aliis vero deesset, et egerent? *En ratio D. Bonav. supra assignata.*

38 You OBJECT first with Diana, and others collected by him: If all superfluities were to be given to the poor, it would be necessary to condemn all rich men who have superfluities, and all their Confessors. Vasquez presses it num. 14: Laity can retain from patrimonial goods for their own state, or that of their blood relations, to be increased; but then it will never be superfluous. Hence you will scarcely find superfluities among seculars and Kings. These things indeed are plausible to the Confessors of the rich.

> *OBIICIES primo cum Diana, et aliis apud eum; Si omnia superflua essent danda pauperibus, oporteret damnare omnes divites, qui habent superflua, et omnes eorum Confessarios. Urget Vasquez num. 14. Laici possunt de bonis patrimonialibus servare ad statum suum, vel consanguineorum, augendum; at tunc illud non erit unquam superfluum. Unde vix in saecularibus, et Regibus superflua invenies. Haec sane Confessariis divitum plausibilis sunt.*

39 Valencia ANSWERS, from the doctrine of D. Bonaventure above in the arguments, that the precept of spending alms on the needy arises not from grave, but from ordinary necessity, not from the force of necessity; but from the force of superfluity, which indeed is to be prudently estimated, so that he is not held to spend to every needy man, but to those whom he shall see, with a prudent proportion, to pertain to him, the things to be retained being retained, for his state and the preservation of that state; indeed, and with some cautious augmentation, as men of a scrupulous conscience are wont. Yet the avarice of that rich man, *Lucae 12*, who wished to enlarge his barns so as to change his state, is to be shunned, for this mode is reprobated by God. Hence that rich man is called a fool by God. Therefore the rich ought to distribute a part to the needy from their superfluities, with regard had to place, time, and other circumstances. And so in our opinion the rich, or their Confessors, are not condemned so headlong; but avarice and cupidity are condemned, which if any Confessors foster (Valencia says) they will be blind, giving leadership to the blind, and both will fall into the pit, as is said *Matth. 15*.

> *RESPONDet Valentia ex doctrina D. Bonaventurae supra in argumentis, praeceptum erogandi eleemosynas egentibus, non gravi, sed ordinaria necessitate oriri, non ex vi necessitatis; sed ex vi superfluitatis, quae quidem prudenter aestimanda, ut non cuicumque teneatur erogare egenti, sed illis, quos proportione prudenti viderit ad se pertinere, servatis servandis, ad statum, et status ipsius conservationem; imo, et aliquo cauto augmento, ut solent homines timoratae conscientiae. Cavenda tamen est avaritia illius divitis,* Lucae 12. *qui horrea volebat ampliare, ut mutaret statum, hic enim modus est a Deo reprobatus. Ideo dives ille stultus vocatur a Deo. Debent igitur pars egentibus distribuere divites e superfluis, habita ratione loci, temporis, et aliarum circumstantiarum. Itaque in nostra sententia non damnantur adeo in praeceps divites, aut eorum Confessarii; sed damnantur avaritia, et cupiditas, quam siqui foveant Confessarii (ait Valentia) caeci erunt, caecis ducatum praebentes, et ambo in foveam cadent, ut dicitur* Matth. 15.

40 You OBJECT secondly. If he is held to give his superfluities, and cannot retain them: Therefore neither can he acquire them.

> *OBIICIES secundo. Si tenetur, dare superflua, nec ea potest retinere: Ergo neque potest ea acquirere.*

41 Valencia ANSWERS, denying the sequel, because it is not a sin simply to have superfluities; but to retain them, not giving on occasions, even to the needy; indeed, to acquire some, so that he may provide prudently both for himself and be able to give generously to the needy: but it would be a sin if at once the possessions were ill-gotten. Those things indeed cannot be acquired which are detained against justice; nor if they are acquired with that mind, that you wish to retain them tenaciously, denying alms to the needy on occasions; But to acquire them simply is not evil; for these can be licitly retained, giving on occasions even to poor Churches for pious uses, etc. Hence nor are even certain things prohibited for their own state, as banquets, etc.

> *RESPONDet Valentia, negando sequelam, quia non est peccatum, simpliciter habere superflua; sed ea retinere, non dando pro opportunitate, etiam egentibus; imo aliqua acquirere, ut et sibi prudenter provideat, et egentibus valeat largiri: esset autem peccatum, si statim habita essent malae possessionis. Nequeunt sane acquiri, quae contra iustitiam detinentur; neque si eo animo acquirantur, ut mordice velis ea retinere, negando in opportunitatibus eleemosynas egentibus; At ea acquirere simpliciter, non est malum; nam haec possunt licite retineri, dando pro opportunitatibus etiam pauperibus Ecclesiis ad pios usus, etc. Unde nec prohibentur etiam aliqua pro suo statu, ut convivia, etc.*

42 From which it is elicited that, much more in grave necessity, one is held to spend alms from superfluities. So hold Diana *resol. 14. tract. 8.* Granado is cited *contr. 3. tract. 11. disp. 2. sect. 4. num. 18*; Vuigers *quaest. 36. art. 6. concl. 3*; Laymann *lib. 2. tract. 3. cap. 6. num. 4*; Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 1 cap. 5. disp. 5*; Bannes *quaest. 32. art. 6*; Soto *de Iustitia, lib. 5. quaest. 3. art. 4*; Aragon *quaest. 32. art. 5*; Salo *quaest. 32. art. 5*; Salo *quaest. 71. art. 1. controv. 1. ad 1*; Navarrus *de restit. lib. 3. cap. 1. num. 358*; Malderus *quaest. 32. art. 6. dub. 4*; Valencia *disp. 3. quaest. 9. p. 4*; Hurtado *disp. 159. sect. 4. §. 82*; Azorius *tom. 2. lib. 22. cap. 7. quaesito 4*; Coninck *disp. 27. dub. 8. num. 125. et 130*; Turrianus *disp. 82. dubio 1*; Vasquez *opusc. de eleemosyna, cap. 1*; Tannerus *disp. 2. quaest. 5. dub. 2. num. 13*, citing very many.

> *Ex quibus elicitur, multo magis in gravi necessitate teneri eleemosynas erogare e superfluis. Ita tenent Diana* resol. 14. tract. 8. *Citatur Granado* contr. 3. tract. 11. disp. 2. sect. 4. num. 18. *Vuigers* quaest. 36. art. 6. concl. 3. *Laym.* lib. 2. tract. 3. cap. 6. num. 4. *Sanchez* in opusc. tom. 1. lib. 1 cap. 5. disp. 5. *Bannes* quaest. 32. art. 6. *Sotus* de Iustitia, lib. 5. quaest. 3. art. 4. *Aragon.* quaest. 32. art. 5. *Salon* quaest. 32. art. 5. *Salon* quaest. 71. art. 1. controv. 1. ad 1. *Navar.* de restit. lib. 3. cap. 1. num. 358. *Malder.* quaest. 32. art. 6. dub. 4. *Valentia* disp. 3. quaest. 9. p. 4. *Hurtad.* disp. 159. sect. 4. §. 82. *Azorius* tom. 2. lib. 22. cap. 7. quaesito 4. *Coninch.* disp. 27. dub. 8. num. 125. et 130. *Turrianus* disp. 82. dubio 1. *Vasquez* opusc. de eleemosyna, cap. 1. *Tannerus* disp. 2. quaest. 5. dub. 2. num. 13. *adducens plurimos.*

43 *It is PROVED*, because charity commands one to relieve the grave evil of his neighbor. It is confirmed from all that has been said for the common necessity, which here presses much more.

> PROBATUR, *quia charitas praecipit sublevare grave malum proximi. Confirmatur ex omnibus, quae dicta sunt pro necessitate communi, quae multo magis hic urgent.*

44 Moreover, monasteries also that abound are held to this alms. So Sanchez *tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 28. num. 17*, and both Rodriguez, Emanuel and Hieronymus — the latter here *in Compend. qq. regul. quaest. 59*, the former *in qq. regul. tom. 2. quaest. 57. art. 1*; Soto *de Iustitia lib. 10. quaest. 4. art. 4*; Reginaldus *tom. 1. lib. 4. cap. 21. num. 283*; Tostatus *ad cap. 6. Matthaei, quaest. 60* — who bring forward

that *Lucae 11. Quod superest, date eleemosynam* — What remains, give alms — as it is cited *cap. Quia sua, 12. quaest. 1.* These speak also in ordinary necessities. But Diana *Resol. 33,* with Suarez *tom. 2. de Relig. tract. 1. lib. 2. cap. 26. num. 13,* limit it to grave necessities only, to whom add Peirinus *de Praelatis tom. 2. quaest. 1. cap. 3. num. 57.* To these I add, with D. Bonav. *in 4. dist. 15. p. 2. quaest. 1,* that individual religious also can do this by the license of the prelate.

> *Ad hanc autem eleemosynam tenentur etiam monasteria redundantia. Ita Sanchez* tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 28. num. 17. *et uterque Rodriguez, Emanuel, et Hieron. hic* in Compend. qq. regul. quaest. 59. *Ille* in qq. regul. tom. 2. quaest. 57. art. 1. *Sotus* de Iustitia lib. 10. quaest. 4. art. 4. *Reginald.* tom. 1. lib. 4. cap. 21. num. 283. *Tostatus* ad cap. 6. Matthaei, quaest. 60. *qui adducunt id* Lucae 11. Quod superest, date eleemosynam, *ut citatur* cap. Quia sua, 12. quaest. 1. *Hi loquuntur etiam in necessitatibus ordinariis. Sed Diana* Resol. 33. *cum Suarez* tom. 2. de Relig. tract. 1. lib. 2. cap. 26. num. 13. *limitant de gravibus solis necessitatibus, quibus adde Peirinum* de Praelatis tom. 2. quaest. 1. cap. 3. num. 57. *Ad haec addo cum D. Bonau.* in 4. dist. 15. p. 2. quaest. 1. *etiam religiosos singulos ex licentia praelati id posse.*

45 Also all who have ownership are HELD, as sons in castrensian goods. See Filliuccius *tom. 2. tract. 28. cap. 4. num. 94*; Diana *loc. cit. resol. 25*. So also wives, from paraphernal goods — namely those which, when she married, she reserved to herself, besides the dowry, for her own uses, and which, the marriage standing, came to her by inheritance, or from donation. So D. Thom. *quaest. 32. art. 8*; D. Bonaventura *in 4*.

> *TENENTUR etiam omnes habentes dominium, ut filii in bonis castrensibus. Vide Filliuc.* tom. 2. tract. 28. cap. 4. num. 94. *Dianam* loc. cit. resol. 25. *Sic etiam uxores e bonis paraphernalibus, quae scilicet, cum nupsit, praeter dotem, sibi reservavit ad proprios usus, et quae, constante matrimonio, illi obvenerunt in haereditatem, vel ex donatione. Ita D. Thom.* quaest. 32. art. 8. *D. Bonaventura* in 4.

46 SIMILARLY, Tutors and curators, having administration, are held, in grave necessities.

> *SIMILITER tenentur Tutores, et curatores, habentes administrationem, in gravibus necessitatibus.*

Question V: Whether anyone is bound at some time to give alms from things necessary to his state, apart from the extreme necessity of the neighbor

1 The FIRST opinion is negative. So Cajetan *in the treatise on alms* and *in the Summa, at the word Alms*; Sanchez *tom. 1. opusc. lib. 1. cap. 5. disp. 5. num. 44*; Martin Ledesma *in 2. p. q. quaest. 18. art. 3*; D. Thomas *in 4. dist. 15. quaest. 2. art. 4. quaestiunc. 1*; Salo *quaest. 31. art. 1*; Soto *de Iustitia, lib. 5. quaest. 8. art. 1*; Navarrus *de restit. lib. 3. cap. 1. num. 122*; Diana is to be cited; Fulgentius *lib. 3. cap. 10*.

> ***An teneatur quis aliquando facere eleemosynam de necessariis ad statum, extra necessitatem proximi extremam.***
>
> *PRIMA opinio est negativa. Ita Caietanus* in tract. de eleemos. *et* in Summa, verbo Eleemosyna, *Sanchez* tom. 1. opusc. lib. 1. cap. 5. disp. 5. num. 44. *Martin. Ledesma* in 2. p. q. quaest. 18. art. 3. *D. Thom.* in 4. dist. 15. quaest. 2. art. 4. quaestiunc. 1. *Salon.* quaest. 31. art. 1. *Sotus* de Iustitia, lib. 5. quaest. 8. art. 1. *Navar.* de restit. lib. 3. cap. 1. num. 122. *Diana citandus. Fulgenc.* lib. 3. cap. 10.

2 The SECOND opinion is that he is obliged, provided it can be done with less inconvenience than that which the needy neighbor undergoes; for instance, if the neighbor must fall from his state, or incur calamities. So Paludanus *4. dist. 15. quaest. 3*; Adrian *quodl. 12. art. 2. concl. 2*; Bannes *quaest. 31. art. 6. dub. 4,* who says that certain theologians of our time have taught this opinion — Victoria, Soto,

Cano; and it seems to be the opinion of D. Thomas *art. 5. ad 3*. Valencia also defends it *disp. 3. quaest. 9. p. 4*; Tanner *disp. 2. quaest. 5. dub. 2. num. 12*. This seems to me the opinion of D. Bonaventure *LL. CC. in the preceding quaest.*, which Hurtado *disp. 159. sect. 4. §. 92* and Sylvester *quaest. 32. art. 6* uphold among the moderns, and others collected in Diana *4. p. tract. 4. resol. 225. and p. 5. tract. 8. resol. 15*.

> *SECUNDA sententia est, teneri, si tamen potest fieri cum minori incommodo, quam sit illud, quod subit proximus egens, puta, si proximus excidere debeat e suo statu, vel calamitates incurrere. Ita Palud.* 4. dist. 15. quaest. 3. *Adrianus* quodl. 12. art. 2. concl. 2. *Bannes* quaest. 31. art. 6. dub. 4. *qui ait, hanc sententiam docuisse aliquos Theologos huius tempestatis, Victoriam, Sotum, Canum; et videtur sententia esse D. Thomae* art. 5. ad 3. *Eam etiam tuetur Valentia* disp. 3. quaest. 9. p. 4. *Tannetus* disp. 2. quaest. 5. dub. 2. num. 12. *Haec mihi videtur sententia D. Bonau.* LL. CC. quaest. praecedenti, *quam et modernis tuentur Hurtadus* disp. 159. sect. 4. §. 92. *Sylvest.* quaest. 32. art. 6. *et alii apud Dianam* 4. p. tract. 4. resol. 225. et p. 5. tract. 8. resol. 15.

3 *It is proved* first from D. Bonaventure *3. dist. 29. quaest. 6*, where he shows that charity must go forth into effect; and he brings forward *prima Ioan. 3*, where after saying: *If anyone have the substance of this world, and see his brother have need, and shut up his bowels from him: how does the Charity of God remain in him?* he concludes: *Let us not love in tongue, but in deed, and in truth.* This, he infers, is done if one has not denied one's own substance in any way to one's neighbor, when he is in a necessity that is not extreme; but if he has denied it, it is inferred that he does not have Charity.

> PROBATUR *primo a D. Bonau.* 3. dist. 29. quaest. 6. *ubi ostendit, charitatem debere in effectum exire, affert autem id,* prima Ioan. 3. *ubi postquam dixit:* Si quis habuerit substantiam huius mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo: quomodo Charitas Dei manet in illo. *Concludit:* Non diligamus lingua, sed opere, et veritate. *Id autem fieri infert, si propriam substantiam non negaverit utcumque proximo suo, in necessitate non extrema constituto: quod si negaverit, infertur, eum Charitatem non habere.*

4 *It is proved* secondly by that example *Matth. 18* of the man who refused to forgive the debt to the one who owed him, and was delivered to the torturers; and yet he was such that he himself had not wherewith to pay his Lord. Hence he stood in need of those things which his fellow servant owed.

> PROBATUR *secundo, exemplo illo* Matth. 18. *illius, qui noluit remittere debitum illi, qui debebat sibi; et traditus est tortoribus; et tamen iste erat talis, ut neque ipse haberet unde solveret Domino suo. Ideo egebat his, quae conservus debebat.*

5 *It is proved* thirdly from the Fathers, who, while they say alms are to be given from superfluities, seem to understand by superfluities also the abundance suitable to one's state, which are to be given when the neighbor is in necessity, as Valencia observes after D. Bonaventure *4. dist. 15. p. 2. art. 2. quaest. 1. ad ultimum*.

> PROBATUR *tertio ex Patribus, qui dum aiunt, e superfluis dandam eleemosynam, per superflua, etiam abundantia, statui convenientia, videntur intelligere, quae in necessitate proximis sunt danda, ut observat Valentia post D. Bonau.* 4. dist. 15. p. 2. art. 2. quaest. 1. ad ultimum.

6 *You object.* Since the necessities of the poor are very many, very many rich men, who do not give what is suitable to their own state, would be condemned — who certainly do not gladly listen to this tune, and wise men find no reason why they should be condemned.

> OBIICIES. *Cum plurimae sint necessitates inopum, plurimi divites, non dantes ea, quae suo statui competunt, damnarentur, qui profecto hanc musicam libenter non audiunt, nec viri sapientes inveniunt, cur eos damnent.*

7 *It is answered* that the necessities of which we speak are not so many, so as to be evident even to us, so that many are condemned; and certainly Christian charity seems to teach by its own light that other Christians, who have slipped into miseries, are to be relieved with some inconvenience of ours, even a notable one: nor is it true, as Diana says, that the rich have a right to live splendidly in their own state at so great damage and misery to the poor.

> RESPONDetVR, *non esse adeo multas necessitates, de quibus loquimur, ita ut etiam nobis constent, ut multi damnentur; et certe charitas Christiana videtur suo lumine docere, sublevandos alios Christianos, in miserias elapsos, aliquo nostro incommodo, etiam notabili: Neque verum est, quod ait Diana, divites habere ius ad vivendum in suo statu opipare, tanto inopum damno, et miseria.*

Question VI: Whether alms is owed in justice to one in extreme need

1 The FIRST opinion is that in such a case alms are given out of mercy alone. So Lorca *2. 2. sect. 3. disp. 39. membr. 4. num. 45*; Sanchius *in opusc. tomo 1. lib. 1. cap. 5. dub. 5. num. 61*; Salo *2. 2. quaest. 62. art. 7. controv. 2*; Bannes *2. 2. quaest. 32. art. 6*; Maldonatus *2. 2. quaest. 32. art. 6. dub. 3*; Azor *tom. 2. lib. 12. cap. 9. quaesito 3*; Turrianus *tom. 1. in 2. 2. disp. 82. dub. 3*; Soto *de Iustitia lib. 4. quaest. 7. art. 1. ad 4. et lib. 5. quaest. 3. art. 4*; Bellarmine *lib. de eleemos. cap. 6*; Louis of Saint Juan *in Summa, quaest. de eleemos. art. 3. dub. 3. diff. 3*; Coninck *disp. 27. dub. 7. num. 104*; Reginaldus *tom. 1. lib. 4. cap. 20. num. 264*; Gordonus *tom. 2. lib. 6. quaest. 14. cap. 3. §. 2*; Molina *Tom. 1. tract. 2. disp. 144*; Vasquez *opusc. de eleemos. cap. 1. num. 37*; Suarez *de Charitate, disp. 7. sect. 6*; Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 22. diffic. 2. num. 9*; Diana *p. 5. tract. 8. resol. 2*; Caspensis *disp. 5. sect. 2*.

> ***An extreme indigenti debeatur eleemosyna ex iustitia.***
>
> *PRIMA opinio est, ex sola misericordia erogari tali casu eleemosynam. Ita Lorca* 2. 2. sect. 3. disp. 39. membr. 4. num. 45. *Sancius* in opusc. tomo 1. lib. 1. cap. 5. dub. 5. num. 61. *Salon* 2. 2. quaest. 62. art. 7. controv. 2. *Bannes* 2. 2. quaest. 32. art. 6. *Mald.* 2. 2. quaest. 32. art. 6. dub. 3. *Azor.* tom. 2. lib. 12. cap. 9. quaesito 3. *Turrianus* tom. 1. in 2. 2. disp. 82. dub. 3. *Sotus* de Iustitia lib. 4. quaest. 7. art. 1. ad 4. et lib. 5. quaest. 3. art. 4. *Bellarminus* lib. de eleemos. cap. 6. *Ludouicus de Sancto Iuan* in Summa, quaest. de eleemos. art. 3. dub. 3. diff. 3. *Coninch.* disp. 27. dub. 7. num. 104. *Reginaldus* tom. 1. lib. 4. cap. 20. num. 264. *Gordonus* tom. 2. lib. 6. quaest. 14. cap. 3. §. 2. *Molina* Tom. 1. tract. 2. disp. 144. *Vasquez* opusc. de eleemos. cap. 1. num. 37. *Suarez* de Charitate, disp. 7. sect. 6. *Villalob.* in summa, tom. 1. tract. 22. diffic. 2. num. 9. *Diana* p. 5. tract. 8. resol. 2. *Caspens.* disp. 5. sect. 2.

2 The SECOND opinion is that in such a case it is a debt out of justice. So D. Bonaventure *in 4. dist. 15. p. 2. dub. 5*; D. Thomas *quaest. 118. art. 4. ad 2*; Cajetan *ibi art. 3*; Aragon *1. 2. quaest. 32. art. 5*; Spino *in spec. testament. gloss. 6. num. 8*; Navarrus.

> *SECUNDA sententia est, debitum esse ex iustitia in tali casu. Ita D. Bonau.* in 4. dist. 15. p. 2. dub. 5. *D. Thom.* quaest. 118. art. 4. ad 2. *Caietan.* ibi art. 3. *Aragon.* 1. 2. quaest. 32. art. 5. *Spino* in spec. testament. gloss. 6. num. 8. *Navar.*

3 The same is the opinion of the Holy Fathers, whom I recited in quaest. 4, and they are cited in Gratian dist. 42.

> *EADEM est sententia Sanctorum Patrum, quos recensui quaest. 4. et referuntur in Gratiano dist. 42.*

4 I ASSERT, with this opinion, that alms are owed to one in extreme indigence out of justice.

> *ASSERO cum hac sententia, extreme indigenti deberi Eleemosynam ex iustitia.*

5 *It is proved*, because all goods, common by the law of nature, were made private property with this condition, as I said in quaest. 4. Hence Hurtado reconciles the authors thus: one is held out of justice when the neighbor is in extreme need of money, clothing, and other goods, the division of which was made by the law of nations; not when the neighbor has need of our industry, for he never had a right to that.

> PROBATUR, *quia bona omnia, iure naturae communia, facta sunt propria cum hac conditione, ut dixi quaest. 4. Quare Hurtadus sic authores conciliat, teneri ex iustitia, quando proximus extreme indiget pecunia, veste, et caeteris bonis, quorum divisio facta est iure gentium, non quando proximus eget nostra industria, quia ad eam nunquam ille ius habuit.*

6 *The adversaries answer* that this is not to be taken so strictly that, in extreme necessity, the rich owner loses ownership because of another's necessity; but only that he is bound out of mercy.

> RESPONDENT adversarii, *non esse adeo stricte capiendum, ut in extrema necessitate dominus rerum dives amittat dominium ob necessitatem alterius; sed solum quod ex misericordia obligetur.*

7 Yet it is not necessary that ownership be lost; but it suffices that, for the time of the necessity, the needy man be able to use them.

> *At non est necesse, ut amittatur dominium; sed sufficit, ut pro tempore necessitatis possit illis uti, egens.*

8 From these, other quaestiones are solved.

> *Ex his aliae quaestiones solvuntur.*

9 FIRST, Villalobos *Tom. 1. tract. 22. difficult. 2. num. 10* infers, with Cajetan, Sarmiento, and Aragon, that one in extreme indigence can have recourse to a judge against the rich.

> *PRIMO enim deducit Villalobos* Tom. 1. tract. 22. difficult. 2. num. 10. *cum Caietano, Sarmiento, et Aragonio, posse extreme egentem ad iudicem recurrere contra divites.*

10 SECONDLY you have, that if the neighbor has need not only of the use, but of the thing itself, it is not enough to lend. So Villalobos *Tract. 2. difficult. 2*; Ariaga *quaest. 118. art. 5*; Bannes *dub. 3*; Granado *22. controv. 3. tract. 11. disp. 7*; Valencia *Tom. 3. disp. 3. quaest. 9. p. 4*; Turrianus *v. 2. Tom. 1. disp. 82. dub. 6*; Suarez *de Charitate, disp. 7. sect. 5*; Becanus *2. 2. tom. 1. cap. 21*; Lorca *2. 2. disp. 39. num. 54*; Soto *de Iustitia, lib. 4. quaest. 7. art. 1*; Coninck *disp. 27. dub. 9. num. 153*; Reginaldus *tom 1. lib. 4. cap. 20. num. 260*; Diana *loc. cit. resol. 5*, against Tanner *num. 20* and others collected by him. So also Foliensis *lib. 3. cap. 10*.

> *SECUNDO habes, quod si proximus eget non solo usu, sed re ipsa, non satisfieri mutuando. Ita Villalobos* Tract. 2. difficult. 2. *Ariag.* quaest. 118. art. 5. *Bannes* dub. 3. *Granado* 22. controv. 3. tract. 11. disp. 7. *Valentia* Tom. 3. disp. 3. quaest. 9. p. 4. *Turrianus* v. 2. Tom. 1. disp. 82. dub. 6. *Suarez* de Charitate, disp. 7. sect. 5. *Becanus* 2. 2. tom. 1. cap. 21. *Lorca* 2. 2. disp. 39. num. 54. *Sotus* de Iustitia, lib. 4. quaest. 7. art. 1. *Coninch.* disp. 27. dub. 9. num. 153. *Reginald.* tom 1. lib. 4. cap. 20. num. 260. *Diana* loc. cit. resol. 5. *contra Tannerum* num. 20. *et alios apud eum. Sic et Fuliens.* lib. 3. cap. 10.

11 THIRDLY they gather that one is obliged, from goods necessary for one's state, to relieve one in extreme indigence. So Suarez *de Charit. disp. 7. sect. 4*; Turrianus *2. 2. disp. 82. dub. 4*; Valencia *disp. 3. quaest. 9. p. 4*; Vasquez *de eleemos. cap. 1. num. 10. et 25*; Filliuccius *tom. 2. tract. 28. cap. 3. num. 64*;

Gordonus *tom. 2. lib. 6. quaest. 14. cap. 4. n. 7*; Villalobos *Tom. 1. tract. 22. diffic. 20*, citing Bannes, Cajetan, and Sylvester against Foliensis *loc. citat.*

> *TERTIO colligunt, obligari, ex bonis necessariis ad statum, opitulari extremo indigenti. Ita Suarez* de Charit. disp. 7. sect. 4. *Turrian.* 2. 2. disp. 82. dub. 4. *Valentia* disp. 3. quaest. 9. p. 4. *Vasquez* de eleemos. cap. 1. num. 10. et 25. *Filliuc.* tom. 2. tract. 28. cap. 3. num. 64. *Gordonus* tom. 2. lib. 6. quaest. 14. cap. 4. n. 7. *Villalob.* Tom. 1. tract. 22. diffic. 20. *adducens Bannen, Caietanum, Sylvestrum contra Fuliensem* loc. citat.

12 They DEDUCE, fourthly, Diana *resol. 8*; Peter Navarrus *lib. 4. cap. 4. num. 24*; Coninck *disp. 27. dub. 10. num. 166*; Palao *tom. 1. tract. 6. disp. 2. p. 10*; Hurtado *2. 2. disp. 159. sect. 3. §. 63*, that he who stole before extreme necessity, and completed the theft in extreme necessity, is not held to restitution; and much less, if he stole in extreme necessity, is he afterwards held, even if he could restore — as Soto teaches *de Iustitia, lib. 4. quaest. 7. art. 1*; Aragon *2. 2. quaest. 31. art. 6*; Sylvester; Angelus; Rosella; Tabiena — whom he cites and follows, and Azor does not dissent *Tom. 2. lib. 12. cap. 8. quaestio 7*, nor does Diana *resol. 9*.

> *DEDUCUNT quarto Diana* resol. 8. *Petrus Navar.* lib. 4. cap. 4. num. 24. *Coninch.* disp. 27. dub. 10. num. 166. *Palao* tom. 1. tract. 6. disp. 2. p. 10. *Hurtadus* 2. 2. disp. 159. sect. 3. §. 63. *eum, qui furatus est ante extremam necessitatem, et furtum in necessitate extrema consumpsit, non teneri ad restitutionem; multo minus, si in extrema necessitate furatus est, postea non tenetur, etiamsi possit restituere, ut docent Sotus* de Iustitia, lib. 4. quaest. 7. art. 1. *Aragon.* 2. 2. quaest. 31. art. 6. *Sylvest. Angel. Rosella, Tabiena, quos citat, et sequitur Azor.* Tom. 2. lib. 12. cap. 8. quaestio 7. *nec dissentit Diana* resol. 9.

13 From which I draw an argument ad hominem for our principal assertion: Therefore he is not held to restore, because the consumption of another's goods in extreme necessity is just — for indeed in that necessity it is licit to take goods from the rich, and this is done justly: Therefore alms are owed out of justice to one in extreme indigence.

> *Ex quo deduco argumentum ad hominem pro nostra principali assertione; Ideo non tenetur is restituere, quia iusta est consumptio rei alienae in extrema necessitate, ideo enim in ea necessitate licet auferre res a divitibus, et hoc fit iuste: Ergo ex iustitia debetur eleemosyna extreme indigenti.*

14 Indeed, they deduce that if a creditor is in extreme necessity, and the debtor has father and mother also in extreme necessity, he is bound first to help father and mother, and indeed also sons and brothers. So Diana *resol. 12*; Sylvius *2. 2. quaest. 31. art. 3*; Hurtado *2. 2. disp. 159. sect. 3. §. 69*; Lessius *lib. 2. cap. 16. dub. 1. num. 14*; Toletus *lib. 5. cap. 24*; Castro Palao *tom. 1. tract. 6. disp. 2. pag. 11*.

> *IMO deducunt, quod si creditor sit in extrema necessitate, et debitor habeat patrem et matrem in extrema etiam necessitate, tenetur prius subvenire patri, matri, imo et filiis, et fratribus. Ita Diana* resol. 12. *Sylvius* 2. 2. quaest. 31. art. 3. *Hurtad.* 2. 2. disp. 159. sect. 3. §. 69. *Lessius* lib. 2. cap. 16. dub. 1. num. 14. *Tolet.* lib. 5. cap. 24. *Castro Palao* tom. 1. tract. 6. disp. 2. pag. 11.

15 Indeed, many say, in Diana *resol. 23*, that a poor man, even in a grave but not extreme necessity, may steal from the rich, when they themselves are bound to give alms. So Diana; Coninck *disp. 27. dub. 10. num. 161*; John Wiggers *2. 2. quaest. 32. art. 6. num. 33*; Vasquez *opusc. de eleemos. cap. 1. dub. 7. num. 60*; Hurtado *disp. 159. sect. 4. §. 92. iuncto §. 19*; Angelus *v. furtum, num. 37*; Castro Palao *tom. 1. tract. 6. disp. 2. p. 10*; Andreas Duallius *in 2. 2. D. Thom. tract. de charit. quaest. 8. art. 3*. Nor do we say that owners of goods, in the extreme necessity of others, lose ownership of them — with which Caspensis *num. 10* brandishes at us — but that in extreme necessity the needy man acquires the use,

as far as the extreme necessity requires; and hence he does not acquire ownership simply, but only as regards that which the use carries with it in consumable goods.

> *IMO dicunt multi apud Dianam* resol. 23. *posse inopem, etiam in necessitate gravi, non extrema, furari a divitibus, quando ipsi tenentur dare eleemosynam. Ita Diana, Coninch.* disp. 27. dub. 10. num. 161. *Ioan. Vuigers* 2. 2. quaest. 32. art. 6. num. 33. *Vasquez* opusc. de eleemos. cap. 1. dub. 7. num. 60. *Hurtad.* disp. 159. sect. 4. §. 92. iuncto §. 19. *Angel.* v. furtum, num. 37. *Castro Palao* tom. 1. tract. 6. disp. 2. p. 10. *Andreas Duallius* in 2. 2. D. Thom. tract. de charit. quaest. 8. art. 3. *Neque dicimus nos, dominos rerum in extrema aliorum necessitate amittere dominium earum, ut nobis inurit Caspensis* num. 10. *sed in necessitate extrema, egenum acquirere usum, quantum necessitas extrema exigit, atque adeo non acquirit simpliciter dominium, sed solum quo ad id, quod secum fert usus in rebus consumptibilibus.*

16 CONCLUDE, finally, that Ecclesiastics are held more by this precept: both by reason of their state, and by reason of the goods of the Church, which are the patrimony of the poor. Hence, by the common opinion, they are held to expend in alms, or other pious works, whatever remains from the revenues of a benefice over and above their suitable sustentation. For so those goods were left by the testators; as Peter a Sancto Joseph Foliensis observes *lib. 3. cap. 10. de Charit.* I beseech that they engrave the holy decree of the Council of Trent *sess. 25. cap. 1. de Reform.* with golden characters in wax, to be infigged in the heart of cedar, and meditate on it assiduously and read it through with piety. There they will measure out a mediocrity; they will discern excesses, and moderate them. Read D. Bernard *epistol. ad Fulc.*

> *COLLIGE tandem, Ecclesiasticos magis hoc praecepto teneri: tum ratione status: tum ratione bonorum Ecclesiae, quae sunt patrimonium pauperum. Ideo ex communi sententia tenentur in eleemosynas, aliave pia opera, expendere quidquid ex reditibus beneficii, congruae eorum sustentationi superest. Sic enim ea bona a testantibus legata sunt; ut observant Petrus a S. Ioseph Fuliensis* lib. 3. cap. 10. de Charit. *Obsecro ut Sanctum Tridentini Concilii decretum* sess. 25. cap. 1. de Reform. *aureis characteribus cedro cordis infigibant, et assidua meditentur, ac perlegant pietate. Ibi mediocritatem dimetientur; excessus dignoscent, eos moderabuntur. Legito D. Bernard.* epistol. ad Fulc.

Question VII: Whether alms ought to be given from justly possessed goods

1 OBSERVES S. Doct. that goods can be, or manifestly another's, or common, or one's own; and that these last can be acquired, either honestly, or disgracefully.

> ***An Eleemosyna fieri debeat ex rebus iuste possessis.***
>
> *OBSERVAT S. Doct. res posse esse, vel manifeste alienas, vel communes, vel proprias; has vero ultimas posse esse acquisitas, vel honeste, vel turpiter.*

2 I ASSERT first, that alms cannot be made of another's goods.

> *ASSERO primo, de rebus alienis non posse fieri eleemosynam.*

3 *IT IS PROVED* by D. Bonav. first from all the laws, which enjoin that donations not be made of another's goods, because, he who does not have dominion of a thing, cannot transfer it.

> PROBATUR *a D. Bonau. primo ex iuribus omnibus, quae praecipiunt, non fieri donationes de rebus alienis, quia, qui non habet dominium rei, non potest illud transferre.*

4 *SECONDLY* from the Scriptures, *Prov. 30. Honor God of thy substance. Ecclus. 34. The oblation of him who sacrificeth from unjust gain is spotted. He that offereth sacrifice of the substance of the poor, is as one that sacrificeth*

a son in the sight of his father. And below: *The Most High approveth not the gifts of the wicked.* S. Doct. adds *to 11. Eccles. this: Cast thy bread, etc.* thine, not another's (says S. Doctor.)

> SECUNDO *ex Scripturis,* Proverb. 30. Honora Deum de tua substantia. Eccles. 34. Immolantis ex iniquo, oblatio est maculata. Qui offert sacrificium de substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu Patris sui. *Et infra:* Dona iniquorum non probat Altissimus. *Addit S. Doct.* ad 11. Eccles. id: Mitte panem tuum, etc. *tuum, non alienum (ait S. Doctor.)*

5 *THIRDLY* from D. Gregory *in the Register, lib. 7. epist. 110.* signifying this.

> TERTIO *ex D. Gregorio* in Registro, lib. 7. epist. 110. *id insinuante.*

6 NEITHER let them say, that they wish to make satisfaction for the avaricious owner of those goods, who does not give alms: For it does not pertain to us to compel anyone to that to which he himself is bound, as D. August. says *homil. 7. and 50.* and it is reported in the Decretis 14. *quaest. 5. can. Forte.*

> *NEQUE dicant, velle satisfacere pro domino, earum rerum avaro, qui non dat eleemosynas: Nam ad nos non pertinet adigere quemcumque ad id, ad quod ipse tenetur, ut ait D. August.* homil. 7. et 50. *et refertur in Decretis 14.* quaest. 5. can. Forte.

7 But the ASSERTION is understood, when it is done without the consent, at least presumed, of the Owner: for thus a son can give of his Father's goods, a wife of her Husband's, a servant of his Master's, because they can presume the consent of all of them. Yet Valentia adds with D. Bonav. and D. Thom. that in the case of the extreme necessity of one's neighbor, one can give of another's, because then all things are common. So Tanner. *disp. 2 quaest. 5. dub. 1. num. 21.*

> *ASSER:TO vero intelligitur, quando fit sine consensu, saltem praesumpto Domini: ideo enim potest filius de rebus Patris, uxor de rebus Mariti, servus de rebus Domini largiri, quia de hotum consensu possunt praesumere. Addit tamen Valentia cum D. Bonav. et D. Thom. in casu extremae necessitatis proximi, posse dari de alieno, quia tunc omnia communia. Ita Tanner.* disp. 2 quaest. 5. dub. 1. num. 21.

8 *Second assertion.* As to common goods, the consent is necessary, either of the community, or of the Prelate, to whom it pertains, as is had in *cap. Cum in cunctis, extra de iis, quae fiunt a maiori parte Capituli. And 12. quaest. 1. can. Certum est.* As Medina well notes *Tract. de eleemosyna, quaest. 4.* Valentia *disp. 3. quaest. 9. p. 5.* Tannerus *disp. 2. quaest. 5. dub. 2. num. 28.*

> Assero secundo. *Quoad res communes, necessarius est consensus, vel communitatis, vel Praelati, ad quos pertinet, ut habetur* cap. Cum in cunctis, extra de iis, quae fiunt a maiori parte Capituli. Et 12. quaest. 1. can. Certum est. *Ut bene advertunt Medina* Tract. de eleemosyna, quaest. 4. *Valentia* disp. 3. quaest. 9. p. 5. *Tannerus* disp. 2. quaest. 5. dub. 2. num. 28.

9 *Third assertion.* If anyone does not have the administration of goods, he cannot give in alms, as the mentally incapacitated, and minors, as even those already cited note.

> Assero tertio. *Si quis non habet rerum administrationem, non potest dare in eleemosynam, ut mente capti, et minores, ut notant etiam iam allegati.*

10 *Fourth assertion.* Those things which are disgracefully acquired, through some unjust business, as usury, a deceitful game, theft, rapine, cannot be given in alms; but they ought to be restored.

> Assero quarto. *Ea, quae turpiter acquisita sunt, per aliquod negotium iniustum, ut usuram, ludum deceptorium, furtum, rapinam, non possunt dari in eleemosynam; sed debent restitui.*

11 *It is proved* by S. Bonav. *to 4.* because dominion of these is not had by him who possesses them. As to things gained at dice, if they are acquired from someone who does not have the administration, as from a son, a minor, etc. they ought to be restored. Similarly, if someone led others to an illicit game, such as dice, or another which depends more on fortune than on skill. But truly, if he himself was induced by another, and he won, he is not bound; nevertheless he is called a *possessor in bad faith* by the laws, as Valentia reports *disp. 5. quaest. 6. puncto 5.* Nauarr. *Manual. cap. 29.* and it is had in *an. Episcopus, dist. 35. and cap. Clerici 2. Extra de vita, et honest. clericorum, and L. solent, ff. de alea lusu. And Auth. Alearum usus, C. de Relig. et sumpt.*

> Probatur *a S. Bonav.* ad 4. *quia horum non habetur dominium ab eo, qui ea possidet. Quoad acquisita ludo alearum si acquisita sunt ab aliquo, qui non habet administrationem, ut filio, minore, etc. debent restitui. Similiter, si aliquis traxit alios ad ludum illicitum, ut alearum, vel alium, qui pendet ex fortuna magis, quam ex arte. At vero, si ipse inductus fuerit ab alio, et vicit, non tenetur; attamen dicitur* Malae fidei possessor *a iuribus, ut referunt Valentia* disp. 5. quaest. 6. puncto 5. *Nauarr.* Manual. cap. 29. et *habetur,* an. Episcopus, dist. 35. et cap. Clerici 2. Extra de vita, et honest. clericorum, et L. solent, ff. de alea lusu. Et Auth. Alearum usus, C. de Relig. et sumpt.

12 Tannerus adds, that of evilly acquired things, which are not to be restored in specie, alms can be made, the obligation of restitution remaining; but who is ignorant of this?

> *Addit Tannerus, posse de male acquisitis, quae non sunt restituenda in individuo, fieri eleemosynam, salva obligatione restitutionis; sed haec quis ignorat?*

13 *Fifth assertion*, that things acquired in a disgraceful way, which is not against justice, as by meretricious means, can be given in alms. So S. Doct. *to 4.* D. Thom. *art. 7.* whom others follow. For that thing belongs to the very acquirer. See Tannetum *num. 12.*

> Assero quinto*, acquisita turpi modo, qui non est contra iustitiam, ut meretricio, posse dari in eleemosynam. Ita S. Doct.* ad 4. *D. Thom.* art. 7. *quos sequuntur alii. Nam res illa est ipsam acquirentis. Vide Tannetum* num. 12.

14 *I add first* with D. Bonau. D. Thom. *art. 7.* and Valentia, that what is acquired through a game, to which he compelled another out of greed for gain, is illegitimately acquired. It is proved, because thus dominion was not transferred with full will.

> Addo primo *cum D. Bonau. D. Thom.* art. 7. *et Valentia, id quod acquiritur per ludum, ad quem alium compulit ex cupiditate lucri, esse illegitime acquisitum. Probatur, quia sic non est translatum dominium plena voluntate.*

15 *I add second* with D. Bonau. *to 4.* D. Thom. Valentia, Tanner, that on account of scandal, it is not to be offered to God from meretricious gain, nor accepted; whence it is said *Deut. 23. Thou shalt not offer the hire of a harlot into the house of the Lord thy God;* which was prohibited only on account of scandal, and irreverence.

> Addo secundo *cum D. Bonau.* ad 4. *D. Thom. Valentia, Tanner, ob scandalum, non offerendum Domino de meretricio, nec acceptandum; unde dicitur* Deuter. 23. Non offeres mercedem prostibuli in Domo Domini Dei tui; *id, quod prohibebatur solum ob scandalum, et ob irreverentiam.*

16 *S. Doct. adds third,* that alms are not commonly to be given from that which is simply necessary for human sustenance, unless we wish to follow the state of perfection, according to the counsel of the Gospel, Matth. 19. *If thou wilt be perfect, go, sell all that thou hast, and give to the poor.*

> Addit tertio *S. Doct. non esse dandas eleemosynas communiter de eo, quod est necessarium simpliciter victui humano, nisi velimus sequi statum perfectionis, iuxta consilium Euangelii Matth. 19.* Si vis perfectus esse, vade, vende

omnia quae habes, et da pauperibus.

17 He *notes* also, that penitents are not to be compelled to those alms.

Advertit *etiam, ad eas eleemosynas non compellendos poenitentes.*

18 From all these you have, with D. Bonau. *at the end of the body of the quaest.* that all, and only those, can make alms, who have legitimate dominion, and administration. Therefore a married woman cannot make alms from the goods of her husband, but only from her own, as S. August. says *epist. 199.* So of gained revenues, at least the twentieth part she can give. So Bannes *art. 8.* Malderus *there*, Cenedo, Ledefma, Vega, and others, whom Diana reports *p. 1. tract. 1. Miscel. resol. 33.* Caspensis *disp. 6. sect. 3.* Tanner. *num. 24.* But of her own Paraphernal goods she can give generously. Similarly also a son of the Castrense, or quasi-castrense goods; See Valentia *p. 6.* Diana *p. 5. tract. 8. resol. 25.* Azorium *t. 2. lib. 12. cap. 10. quaestio 1.* Hurtadum *2. 2. disp. 159. sect. 6. §. 139.* who adds, that a son can pilfer something for honest uses.

Ex his omnibus habes cum D. Bonau. in fine corporis quaest. *illos omnes, et solos posse facere eleemosynam, qui habent dominium legitimum, et administrationem. Itaque mulier coniugata non potest facere eleemosynas e bonis mariti, sed solum e suis, ut ait S. August.* epist. 199. *Sic de lucratis proventibus, saltem vigesimam partem dare potest. Ita Bannes* art. 8. *Malderus* ibidem, *Cenedo, Ledefma, Vega, et alii, quos refert Diana* p. 1. tract. 1. Miscel. resol. 33. *Caspensis* disp. 6. sect. 3. *Tanner.* num. 24. *De suis autem bonis Paraphernalibus potest largiri. Similiter et filius de bonis Castrensibus, vel quasi castrensibus; Vide Valentiam* p. 6. *Dianam* p. 5. tract. 8. resol. 25. *Azorium* t. 2. lib. 12. cap. 10. quaestio 1. *Hurtadum* 2. 2. disp. 159. sect. 6. §. 139. *qui addit, posse filium ad usus honestos aliqua surripere.*

19 *Circa* those receiving alms, feigning poverty, they are bound to restitution. So commonly the Doctors at Diana *5. p. tract. 8. resol. 21.* Fabrum *in 4. dist. 50. num. 120.* who adds Scotus, Gabriel, Alensis, and others. To these add D. Bonau. *Tract. de paupertate, and on the rule of the Minors.* Diana adds as to those begging door to door, that they are excused, because in few things the reason is had not of poverty, but of mercy. The restitution of these, however, some say must be made to the giver; others, to the poor. See Diana *loc. cit. resol. 22.*

Circa *accipientes eleemosynas, simulantes paupertatem, tenentur ad restitutionem. Ita communiter Doctores apud Dianam* 5. p. tract. 8. resol. 21. *Fabrum* in 4. dist. 50. num. 120. *qui adiicit Scotum, Gabrielem, Alensem, et alios. His adde D. Bonau.* Tract. de paupertate, et in regulam Minorum. *Addit Diana quoad ostiatim mendicantes, eos excusari, quia in paucis habetur ratio non paupertatis, sed misericordiae. Horum autem restitutionem aliqui dicunt faciendam donanti; alii faciendam pauperibus. Vide Dianam* loc. cit. resol. 22.

20 *Note further*, as we said of charity, and its intrinsic order; so must we speak of the extrinsic, as to making alms; that it first be made to those more nearly related, and as S. Doct. taught there, that even sinners, as partners of nature, are to be loved, so I say that alms are also to be bestowed upon them, against Vuiclephus at Vualdensis *Tom. 3. lib. 2. doctrinalis fidei antiquae, cap. 81.* let it be not to the sinner, *as the sinner is obstinate*, and in this sense is understood Ecclus. 12. *Give to the merciful, and uphold not the sinner*, as S. Thom. also has it *art. 9. ad 1.*

Adverte adhuc, *sicuti diximus de charitate, et ordine eius intrinseco; ita loquendum de extrinseco, quoad faciendam eleemosynam; ut prius fiat propinquioribus, et sicuti ibi docuit S. Doct. etiam peccatores, ut naturae socios, amandos, ita etiam ipsis eleemosynam erogandam dico contra Vuiclephum apud Vualdensem* Tom. 3. lib. 2. doctrinalis fidei

antiquae, cap. 81. *esto non peccatori,* ut peccator obstinatus est*, et hoc sensu intelligitur id Eccles. 12.* Da misericordi, et ne suscipias peccatorem*, ut habet etiam S. Thom.* art. 9. ad 1.

21 To all of whom alms must be made, S. Doct. teaches *to 11. Eccles. Cast thy bread upon the passing waters.* The waters are the nations. *Apoc. 17.* and tribulations *Psal. 68.* Therefore Luke 14. *When thou makest a feast, call the poor, and the feeble, the blind, and the lame.*

Quibus omnibus facienda sit eleemosyna, docet S. Doct. ad 11. Eccles. Mitte panem tuum super transeuntes aquas. *Aquae sunt gentes.* Apoc. 17. *et tribulationes* Psal. 68. *Ideo Lucae 14.* Cum facis convivium, voca pauperes, et debiles, caecos, et claudos.

22 *You will object* first, against the first assertion, Luke 16. *Make to yourselves friends of the mammon of iniquity.*

Obiicies *primo, contra primum assertum, id Lucae 16.* Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis.

23 *S. Doct. answers* that this is to be understood of that which is gained unjustly by accident, not of the unjust against justice; for this ought to be restored.

Respondet *S. Doct. id intelligi de eo, quod per accidens inique lucratum est, non de iniusto contra iustitiam; hoc enim debet restitui.*

24 *Or* they are called iniquities, because they are the origins of iniquities, as S. Thom. here, and S. Bonau. at that place expound. See the SS. Doctores, alleging other expositions.

Vel *dicuntur iniquitates, quia sunt origines iniquitatum, ut exponunt S. Thom. hic, et S. Bonau. ad eum locum. Vide SS. Doctores, alias expositiones afferentes.*

25 *You will object secondly.* The Hebrews offered for the Sanctuary gold, and silver, stolen from the Egyptians.

Obiicies secundo. *Hebraei obtulerunt pro Sanctuario aurum, et argentum, furata AEgyptiis.*

26 *S. Doct. answers* that God transferred dominion to them; and by the right of wages, those things were owed to them, others note.

Respondet *S. Doct. Deum transtulisse dominium in eos; et iure mercedis, ea fuisse eis debita, alii advertunt.*

27 *As to* the quantity of alms of Ecclesiastics, Diana reports *resol. 27.* that he has devoured all the authors, and that the broadest opinion is, that they give the fourth part of revenues, as Bannes, and Tanner say, or the half of what remains after suitable sustentation.

Quoad *quantitatem eleemosynae Ecclesiasticorum refert Diana* resol. 27. *se omnes authores devorasse, et latissimam opinionem esse, ut dent quartam partem reddituum, ut ait Bannes, et Tanner. vel medietatem residui congruae sustentationis.*

28 And this also concerning the Pope many assert at Diana *resol. 28.* and many things concerning Pensionaries are had at the same *resol. 29.*

Et hoc etiam de Papa multi asserunt apud Dianam resol. 28. *et de Pensionariis multa apud eundem* resol. 29. *habentur.*

29 *Many add,* that they are bound to restitution, of whom ten are reported, almost all classic authors, by Diana *resol. 31.* Yet he himself holds the opposite with 16. Doctors, almost all moderns. The

reason is, because they have dominion. He asserts also *resol. 51.* that Regulars, assumed to the Episcopate, have dominion, and he reports many DD. *loc. cit. and 3. p. tract. 2. resol. 50.* the opposite, however, he does not reject, which is that of very many.

> Addunt *plurimi, eos teneri ad restitutionem, ex quibus referuntur decem, fere omnes classici, a Diana* resol. 31. *Attamen ipse oppositum tenet cum 16. Doctoribus, fere omnibus modernis. Ratio est, quia habent dominium. Asserit quoque* resol. 51. *etiam Regulares, ad Episcopatum assumptos, habere dominium, et refert multos DD.* loc. cit. et 3. p. tract. 2. resol. 50. *oppositam tamen non reiicit, quae est plurimorum.*

30 FOUR genera of alms S. Doct. enumerates at Psal. 36. and in 4. dist. 15. punct. 2. in the literal dubia. Correction, remission of injuries, compassion for oneself, bestowal of one's own benefit. Of the first, and last it is said: *Give to everyone that asketh thee, Luke 6.* a thing, or the health of the soul by correction. Of the second it is said, Matth. 5. *And if he strike thee on thy cheek, offer him the other also.* Of the third it is said Ecclus. 30. *Have pity on thy own soul, pleasing God.* And surely spiritual alms are worthier, says S. Bonaventura dub. 3. litt. with D. August. Enchir. cap. 73.

> *QUATVOR genera eleemosynarum recenset S. Doct. ad Psalm. 36. et in 4. dist. 15. punct. 2. dubiis litteralibus. Correctio, iniuriarum remissio, sui miseratio, Proprii beneficii collatio. De primo, et ultimo dicitur:* Omni petenti te, tribue, Lucae 6. *rem, vel salutem animae per correptionem. De secundo dicitur, Matth. 5.* Qui percusserit te in maxillam tuam, praebe illi et alteram. *De tertio dicitur Eccles. 30.* Miserere animae tuae, placens Deo. *Et sane spirituales eleemosynas digniores, ait S. Bonaventura dub. 3. litt. cum D. August. Enchir. cap. 73.*

31 But that spiritual alms should be begun with oneself, S. Doct. warns, dub. 4. Then he praises austerity toward oneself more than toward others, in corporal things.

> *A seipso autem spiritualem eleemosynam incipiendam, monet S. Doct. dub. 4. Deinde austeritatem in se magis, quam erga alios, in corporalibus laudat.*

32 As to quantity, dub. 6. he commends generous alms according to each one's state; nevertheless he admonishes those making alms, to take note so much of the little old woman, who gives according to her state a little, as of the Queen giving treasures, as is said Luke 21.

> *Circa quantitatem dub. 6. eleemosynas largas commendat pro cuiusque statu; attamen admonet e facientibus eleemosynas, tantum meteri vetulam, quae dat secundum suum statum modicum, sicut Regina dans thesauros, ut dicitur Lucae 21.*

33 He APPENDS, dub. 7. certain conditions essential to alms; others accidental. Among the essential, the first, he says, is that it proceed from charity, that it be meritorious, as is said 1 Corinth. 13. The second on the part of the receiver, Luke 14. *Call the poor, etc.* The third on the part of the gift: *Honor the Lord of thy substance.* The fourth on the part of intention, that it not be made, as hypocrites are wont, for *they have received their reward. Matth. 6.*

> *APPONIT dub. 7. aliquas conditiones eleemosynae substantiales; alias accidentales. Inter substantiales primam ait, ut procedat ex charitate, ut sit meritoria, ut dicitur prima Corinth. 13. Secundam ex parte suscipientis, Lucae 14.* Voca pauperes, etc. *Tertiam ex parte muneris:* Honora Dominum de substantia tua. *Quartam ex parte intentionis, ne fiat, ut hypocritae solent, nam* hi receperunt mercedem. Matth. 6.

34 THE OTHERS are conditions for the well-being of alms, Ecclus. 3. *Give to the just, and receive not the sinner*, which he expounds as deferring to the sinner. Or concerning the heretic, to whom an alms is not to be given without extreme necessity. Secondly hilarity in giving is required, 2. Cor. 9. Thirdly

abundance, as much as can be done, Tob. 4. Fourthly speed is required, Prov. 3. *Say not: go, and return Eccles. 4. Prolong not the gift to one in anguish.*

> *ALIAE sunt conditiones eleemosynae ad bene esse, Eccles. 3.* Da iusto, et ne receperis peccatorem, *quod exponit de postponendo peccatore. Vel de haeretico, cui non est danda eleemosyna sine necessitate extrema. Secundo exigitur hilaritas in dando, 2. Cor. 9. Tertio abundantia, quanta fieri potest, Tob. 4. Quarto exigitur velocitas, Prov. 3.* Ne dicas: vade, et revertere Eccles. 4. Ne protrahas datum angustianti.

35 MOST EMBLEMATIC symbols of alms see in S. Bonav. in the Diaeta, tit. 2. cap. 7. where he compares it to the Light, which ought to be sent before death, that we may see the way to eternal life. To the River, which goes out from the sea and returns, Ecclus. 1. For it returns the same to us. Therefore he compares it to the Seed, which multiplies grains. Therefore Prov. 19. *He that is merciful to his neighbor, lendeth to God.* He observes, however, that precious seeds, such as of wheat, are not gathered in the same year, so also alms, best given, not in this life, but in the other; while others have in this life a reward after the manner in which vile seeds, such as millet, immediately render their produce. See other most excellent things in S. Doctor. Of accepted alms he has very many authorities from the SS. PP. in the Pharetra lib. 2. cap. 49. Of rejected alms others, cap. 50.

> *PRAECLARA eleemosynae Symbola vide in S. Bonav. in Diaeta, tit. 2. cap. 7. ubi eam comparat Lumini, quod praemitti debet ante mortem, ut iter videamus ad vitam aeternam. Flumini, quod exit a mari et revertitur, Eccles. 1. Eadem enim revertitur ad nos. Ideo eam comparat Semini, quod grana multiplicat. Ideo Proverb. 19.* Foeneratur Domino, qui miseretur proximo. *observat autem semina pretiosa, ut tritici, non colligi eodem anno, ita etiam eleemosynas, optime latas, non in hac vita, sed in alia: alias vero habere in hac vita praemium ad modum, quo semina vilia, statim reddunt proventum, ut millium. Vide alia praeclara in S. Doctore. Eleemosynae acceptae habet plurimas e SS. PP. authoritates in Pharetra lib. 2. cap. 49. Inacceptae vero eleemosynae alias, cap. 50.*

Section III: On Fraternal Correction

1 BETWEEN the two species of Mercy, poured out on either side into seven-flowing rivulets, as you have above, quaest. 2. sect. 2. on alms, Fraternal Correction is wont to be enumerated, by which many goods are bestowed on those under one's eye, when their advantage, not their will, is consulted, as D. August. has it in the Seraphic Doctor's lib. 4. Pharetra, cap. 38. And if perhaps the foreseeing that this advantage will not follow, D. Gregory also urges that one's neighbor be corrected for the public good, here at S. Bonav. *Since, as he says, it is better that one be condemned for the salvation of many, than that many be endangered through the license of one.* Here, however, we must treat of correction, as it is a certain species of spiritual alms, shown to the offender.

> ***De correctione Fraterna.***
>
> *INTER duplicem Misericordiae speciem, in septemfluos rivos utrinque derivatam, ut supra habes, quaest. 2. sect. 2. de eleemos. Solet annumerari Correctio Fraterna, per quam multa bona praestantur intuitis, quando eorum consulitur utilitati, non voluntati, ut habet D. August. apud Seraphicum lib. 4. Pharetra, cap. 38. et si forte utilitas haec non sequutura praevideatur, etiam pro bono publico corripiendum proximum suadet D. Gregorius hic apud S. Bonav.* Cum melius sit, ut ait, pro multorum saluatione unus condemnetur, quam per unius licentiam multi periclitentur. *Hic tamen de correctione, ut est species quaedam spiritualis eleemosynae, delinquenti exhibita, agendum est.*

Question I: Whether fraternal correction is a matter of precept

[1] THE whole troop of the Sectarians, because they esteem themselves to be led by a blind impulse like beasts of burden, endowed with no free will unto acting, utterly exclude every fraternal correction; for they do not desire to be made better, who are ever rushing into worse.

> ***An CORRECTIO FRATERNA sit praecepta.***
>
> *TOTA Sectariorum turma, quia se existimant caeco impetu more iumentorum duci, nullo praeditos libero arbitrio ad operandum, omnem fraternam correctionem penitus excludunt, non enim meliorari desiderant, qui in deterius semper ruunt.*

[2] YET that it is a matter of precept, all Theologians teach in 4. dist. 19. There D. Bonav. dub. 4. litt. says: Concerning fraternal correction, this must be noted, that a man is then bound to correct, when he sees his brother sin gravely, and believes with probability that it will profit, and not harm. Yet this must be guarded against, lest anyone form for himself a foolish conscience from a slight conjecture. And in the Speculum animae, cap. 3. he says: The correction of one's neighbor is a matter of precept for all, when it is known, or believed, that the correction will impede a sin that would otherwise be committed. And although it is a matter of precept for all; yet especially for those upon whom it rests by office, as are Masters, Princes, Prelates, and these can sin more gravely in this. That correction, however, is a matter of precept for all, is clear from August. de verbis Domini, serm. 16. *If you neglect to correct, you have become worse than he who sinned.* So also D. Thom. quaest. 33. art. 2. where the Expositors, and Canonists on cap. Novit, extra de Iudiciis, and on the Can. si peccaverit, 2. quaest. 1.

> *EAM tamen esse in praecepto, docent omnes Theologi in 4. dist. 19. Ubi D. Bonau. dub. 4. litt. ait: De correctione vero fraterna hoc notandum, quod tunc tenetur homo corripere, quando videt fratrem graviter peccare, et credit probabiliter, quod debeat prodesse, et non obesse. Hoc tamen cavendum, ne quis formet sibi conscientiam stultam ex modica coniectura. Et in speculo animae, cap. 3. ait: Correctio proximi est omnibus in praecepto, cum tum scitur, vel creditur, quod correctio peccatum impediat, quod alias fieret. Et licet sit omnibus in praecepto; illis tamen praecipue, quibus incumbit ex officio, ut sunt Domini, Principes, Praelati, et magis in hoc peccare possunt. Quod autem correctio sit omnibus in praecepto, patet per August. de verbis Domini, serm. 16.* Si negligis corripere, peior factus es eo, qui peccavit. *Sic etiam D. Thom. quaest. 33. art. 2. ubi Expositores, et Canonistae super cap. Novit, extra de Iudiciis, et super Can. si peccaverit, 2. quaest. 1.*

[3] IT IS PROVED by S. Doct. in the Biblia pauperum cap. 36. with very many examples of the Scriptures. The rule of this, he says, was given to Peter, Matth. 18. *If thy brother sin against thee, etc.* By which testimony the precept is evidently had.

> *PROBATUR a S. Doct. in Bibliis pauperum cap. 36. plurimis Scripturarum exemplis. Huius regulam, ait, datam Petro, Matth. 18.* Si peccaverit in te, etc. *Quo testimonio evidenter habetur praeceptum.*

[4] SO Innocent III. alleges it in cap. cum ex iniuncto, extra de haereticis. Anacletus, dist. 24. q. 3. the Can. tum Sacerdotis. Origen homil. 3. in Lev. Basil. in moral. summa 52. cap. 2. Chrysost. homil. 60. in Matth. Jerome on Psal. 140. August. serm. 16. de verbis Domini. Gregory lib. 22. Regist. epistle 31. whom Valentia reports disp. 3. quaest. 10. punct. 2. and others at D. Bonau. lib. 4. Pharetrae, cap. 38.

> *ITA afferunt Innocentius III. in cap. cum ex iniuncto, extra de haereticis. Anacletus, dist. 24. q. 3. Can. tum Sacerdotis. Origenes homil. 3. in Leu. Basil. in moral. summa 52. cap. 2. Chrysost. homil. 60. in Matth. Hieronymus in Psal. 140.*

August. serm. 16. de verbis Domini. Gregorius lib. 22. Regist. epistola 31. quos refert Valentia disp. 3. quaest. 10. punct. 2. et alii apud D. Bonau. lib. 4. Pharetrae, cap. 38.

5 THE SAME S. Doct. proves at 17. Luke from the precept imposed there. And 2. Timot. 4. *Reprove, beseech, rebuke, etc.* and Eccles. 19. *Correct a friend, lest perhaps he have not understood.* Eccles. 17. *He commanded them to instruct every one his neighbor.* 1 Timot. 5. *Them that sin reprove.*

IDEM probat S. Doct. ad 17. Lucae ex praecepto ibi imposito. Et 2. Timot. 4. Argue, obsecra, increpa, etc. *et Eccles. 19.* Corripe amicum, ne forte non intellexerit. *Eccles. 17.* Mandavit illis unicuique de proximo suo. *Prima Timot. 5.* Peccantes argue.

6 IT IS PROVED by reason there by D. Bonavent. taken from D. Gregory, because we are bound to love our neighbor as ourselves; therefore also especially as to salvation. Valentia adduces this reason, thence gathering that it is a precept of nature, acknowledged by Aristotle himself 9. Eth. cap. 3.

PROBATUR ratione ibi a D. Bonavent. sumpta ex D. Gregorio, quia tenemur diligere proximum, sicut nos ipsos; ergo etiam maxime quoad salutem. Hanc rationem adhibet Valentia, inde colligens, esse praeceptum naturae, agnitum ab Aristotele ipso 9. Eth. cap. 3.

7 SECONDLY it is proved by D. Bonau. dist. 19. of the fourth sent. in dubiis litt. For if the precept of corporal alms stands, much more of spiritual. So also Valentia.

SECUNDO probatur a D. Bonau. dist. 19. quarti sent. in dubiis litt. Nam si extat praeceptum eleemosynae corporalis, multo magis spiritualis. Ita etiam Valentia.

8 THEREFORE Christ thus commands gravely, Luke 17. *Take heed to yourselves*, as if to say: First make yourself fit, that you may be able to correct another, lest it be said to you: *Thou who teachest not to steal, dost steal.* And this Rom. 2. *Thou that teachest another, teachest thou not thyself.* And this Matth. 7. *Hypocrite, cast out first the beam from thine own eye; and then thou shalt see to cast out the mote* from thy brother's eye. And this Luke 4. *Physician, cure thyself*, as S. Doctor notes there in his commentary. *If thy brother* (says Christ) *sin against thee, rebuke him.* Therefore: *If he sin in te*, which is wont to be expounded in two ways, as S. Doct. says. *In te*, that is, *against thee*. Which sense is clear from Peter's question: *How often shall my brother sin against me, and I forgive him?* So expound Jerome, and Chrysost. there. Ambrose at 17. Luke. Hilar. can. 18. in Matth. and August. serm. 16. de verbis Domini, where he also embraces the second exposition: *If he sin in te*, that is, *before thee:* Lyra there, S. Thom. quodl. 11. art. 12. and according to this exposition, which does not exclude the other, the precept of correcting one's neighbor is given, however he may sin, whether against us, or against God.

IGITUR sic praecipit graviter Christus, Lucae 17. Attendite vobis, *quasi dicat: Prius te exhibe aptum, ut possis alium corripere, ne tibi dicatur id:* Qui praecipis non furandum, furaris. *Et id Rom. 2.* Qui alium doces, teipsum non doces. *Et id Matth. 7.* Hypocrita, eiice primum trabem de oculo tuo; et tunc videbis eiicere festucam *de oculo fratris tui. Et id Lucae 4.* Medice cura teipsum, *ut advertit ibi in commentario S. Doctor.* Si peccaverit *(ait Christus)* in te frater tuus, increpa illum. *Igitur:* Si peccaverit in te, *quod dupliciter exponi solet, ut ait S. Doct.* In te, *idest,* contra te. *Qui sensus patet ex interrogatione Petri:* Quoties peccaverit in me frater meus, et dimittam ei? *Sic exponunt Hieronymus, et Chrysost. ibi. Ambrosius ad 17. Lucae. Hilar. can. 18. in Matth. et August. serm. 16. de verbis Domini, ubi secundam etiam amplectitur expositionem:* Si peccaverit in te, *idest,* coram te: *Lyra ibi, S. Thom. quodl. 11. art. 12. et iuxta hanc expositionem, quae alteram non excludit, datur praeceptum corripiendi proximum, quomodocumque peccantem, sive contra nos, sive contra Deum.*

9 What all Doctors suppose, especially D. August. *loc. cit.* concluding, not only when one sins against us, but when one sins, with others not knowing it, we ought in secret to correct him.

> *Id, quod supponunt omnes Doctores, praesertim D. August.* loc. cit. *concludens, non solum quando in nos peccatur, sed quando peccatur ab aliquo, nescientibus aliis, in secreto debemus eum corripere.*

10 This, however, is a precept, when the neighbor has sinned mortally. Therefore Christ says: *If he hear thee, thou shalt have gained thy brother.* Whence S. August. in the *sermon cited* infers: *If thou hast gained thy brother, then thou hadst perished.*

> *Hoc autem praeceptum est, quando proximus peccavit mortaliter. Ideo Christus ait:* Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. *Unde S. August. in* serm. citato *infert:* Si lucratus es fratrem tuum, ergo perieras.

Question II: Whether the order of fraternal correction, even in religious orders, is of precept, so that the correction first be made in secret

1 WE ASK here: Whether, given the conditions assigned above by D. Bonaventure — that the neighbor has gravely sinned and can probably be amended by fraternal correction — he ought first to be corrected before his sin is reported to the Prelate, even as to a Father, not as to a Judge. I speak, however, of secret sin, not one that threatens public ruin, such as heresy, rebellion, etc.

> An ordo correptionis fraternae, etiam in Religionibus, sit praeceptus, ut prius correptio fiat secreta.
>
> *QUAERIMUS hic: An datis conditionibus, supra a D. Bonav. assignatis, ut proximus graviter deliquerit, deinde correptione fraterna probabiliter emendandus sit, corrigi debeat prius, quam eius peccatum deferatur Praelato, etiam tanquam Patri, non Iudici. Loquor autem de peccato secreto, non in publicam perniciem, ut sunt haeresis, rebellio, etc.*

2 The FIRST opinion is: If there is hope that the Prelate will be more useful, one is not bound to secret correction; yet so that the Prelate be prudent, discreet; not violent, not hostile to the religious who sinned. They are cited by Caspensis, *Tract. 17. disp. 6. sect. 1.*: D. Thomas *quodl. 11. art. ultimo*, Sylvest. *v. Correctio*, Gabriel. *lect. 74. in Can.* Antonin. *2. p. tit. 9. cap. 6.* Richard. *4. dist. 19.* Iulius Calvus in *Synaxi cura animarum*, Angelus Clavasius in *summa, v. Denuntiatio, num. 10.* who asserts this to be the opinion of D. Augustine and all the Doctors of the Seraphic Order. Gerson *2. p. Alph. 24. litt. T.* Tuttecremata in *cap. si peccaverit 2. quaest. 1.* Nicolaus Otbellius *4. dist. 19. quaest. 1.* Iacob. Graffius *lib. 2. cap. 69.* who cites many others, and all the Theologians of the Society of Jesus.

> *PRIMA opinio est; Si spes sit, Praelatum magis profuturum, non teneri ad correptionem secretam; ita tamen, ut Praelatus sit prudens, discretus; non violentus, non inimicus religioso, qui peccavit. Citantur a Caspensi* Tract. 17. disp. 6. sect. 1. *D. Thomas* quodl. 11. art. ultimo, *Sylvest.* v. Correctio, *Gabriel.* lect. 74. in Can. *Antonin.* 2. p. tit. 9. cap. 6. *Richard.* 4. dist. 19. *Iulius Calvus in* Synaxi cura animarum, *Angelus Clavasius in* summa, v. Denuntiatio, num. 10. *qui asserit, esse sententiam D. August. et omnium Doctorum ordinis Seraphici. Gerson* 2. p. Alph. 24. litt. T. *Tuttecremata in* cap. si peccaverit 2. quaest. 1. *Nicolaus Otbellius* 4. dist. 19. quaest. 1. *Iacob. Graffius* lib. 2. cap. 69. *qui plures alios allegant, et omnes Theologos Societatis Iesu.*

3 He ADDS D. Bonaventure on *cap. 19. Lucae*, and the General Chapter of Barcelona, and the Constitution of the Fathers the Preachers, *cap. 18. lect. 6.* Which constitution, he says, is most ancient; for Smaragdus the Abbot, *in Regulam S. Benedicti*, refers this Constitution at *cap. 24.* and adds others at *cap. 32.* He further proclaims it common among the Doctors, and altogether to be held; but we shall soon see the opposite.

ADDIT D. Bonaventuram in cap. 19. Lucae*, et Capitulum Generale Barcinonense, ac Constitutionem Patrum Praedicatorum,* cap. 18. lect. 6. *Quam constitutionem antiquissimam ait; nam Smaragdus Abbas* in Regulam S. Benedicti*, hanc Constitutionem refert* cap. 24. *et alia addit* cap. 32. *Hanc porro communem inter Doctores clamat, et omnino tenendam; sed videbimus mox oppositum.*

4 OTHER Doctors are reported in favor of this opinion by P. Antoninus Diana *p. 2. Tract. 2. resol. 37.*; they are Turrianus *Tom. 1. in 22. dist. 89. dub. 4.* where he cites D. Bonaventure, Angelus, Rosella, and Arauallus. Bictus, *de denunt. casus quaest. 16.* approves; he also reports D. Thomas and D. Bonaventure, as though truly cited.

ALIOS Doctores refert pro hac sententia P. Antoninus Diana p. 2. Tract. 2. resol. 37. *hi sunt Turrianus* Tom. 1. in 22. dist. 89. dub. 4. *ubi citat D. Bonaventuram, Angelum, Rosellam, et Arraualum. Arridet Bictus* de denunt. casus quaest. 16. *refert etiam D. Thomam, et D. Bonaventuram, quasi vere citatos.*

5 ALMOST all, however, warn that this opinion is true provided the superior be prudent, discreet, not violent, or hostile to the religious, as I noted above; otherwise they fly to the second opinion.

MONENT tamen fere omnes, hanc sententiam veram, dummodo superior sit prudens, discretus, non violentus, vel religioso infensus, ut supra monui, alioqui ad secundam sententiam evolant.

6 The OPPOSITE opinion seems to be that of D. Bonaventure *ad 17. Lucae*, which passage the adversaries use for these words: *Si peccaverit in te frater tuus, increpa illum*, where he says: *And note that in this rebuke the order must be kept which is expressed there: If thy brother sin against thee, go, and rebuke him between thee and him alone. And afterwards he adds that witnesses must be called in; then, it must be told to the Church. This order, however, as regards witnesses, he says is a matter of congruity, not of necessity, and especially if it is perceived that the neighbor is incorrigible. There he gives the reason why it can first be told to the prelate; he adds the reason from Prov. 9: Rebuke not a scorner, lest he hate thee; and he adds from D. Jerome: To strive in vain, and by laboring to accomplish nothing else than to seek hatred, is the height of madness; otherwise indeed it is a commandment, he assents in the Speculum animae, cap. 3. see what was said in the previous volume de consentient. dist. 17. quaest. 10. to proposition 5.*

OPPOSITA sententia videtur D. Bonav. ad 17. Lucae*, quo loco utuntur adversarii ad ea verba:* Si peccaverit in te frater tuus, increpa illum*, ubi ait:* Et nota, quod in hac increpatione servari debet ordo, qui exprimitur ibi: Si peccaverit in te frater tuus, vade, et corripe eum inter te, et ipsum solum. Et postea subdit, quod adhibendi sunt testes; deinde, dicendum est Ecclesiae. Hunc tamen ordinem quoad testes, ait esse congruitatis, non necessitatis, et maxime si percipiatur, quod proximus incorrigibilis sit. Ubi causam affert, ob quam prius possit dici praelato; addit rationem ex Proverb. 9. Noli arguere derisorem, ne oderit te, et addit ex D. Hieronymo: Frustra niti, et nihil aliud laborando, quam odium quaerere, extremae dementiae est; alioqui vero esse praeceptum assentit in speculo animae, cap 3. vide dicta tomo superiori de consentient. dist. 17. quaest. 10. ad propositionem 5.

7 From this supposition, indeed, he concludes that the fault of one's neighbor can be told to the Prelate without prior fraternal correction, understanding it when no fruit is hoped for from the correction. The same opinion he plainly indicates in other places cited above *quaest. 2.*, and in the *Speculum animae, cap. 1.* he expressly asserts, with the majority whose view he subscribes to, the order of fraternal correction under pain of mortal sin. See after the middle of the chapter. The same he gravely asserts absolutely at those words Ecclus. 10. *Si mordeat serpens, etc.*, where he asserts that this very order is a Divine commandment. The same he infers in the *Speculum animae, cap. 3.*

Ex hoc vero supposito colligit, posse dici Praelato culpam proximi absque praevia correptione fraterna, intelligens, quando fructus non speratur e correptione. Eandem sententiam aperte indicat aliis locis supra quaest. 2. *allegatis, et in* speculo animae, cap. 1. *expresse ordinem correptionis fraternae sub mortali asserit ex plerisque, quibus subscribit. Vide post medium capitis. Idem graviter asserit absolute ad ea verba Ecclesi. 10.* Si mordeat serpens, etc. *ubi, ordinem ipsum asserit, esse praeceptum Divinum. Idem infert* in speculo animae, cap. 3.

[8] Of entirely the same opinion is D. Thomas *in his last testament 2. 2. quaest. 33. art. 7.*, where he expressly teaches that this order is under commandment, nor can the prelate invert it, even if he perceived it in virtue of obedience, nor is obedience to be rendered to him; nay, both the one commanding and the one obeying sin against the divine commandment. The same he teaches *art. 8.* ad 4. Rodriquez de ordine iudiciario, *tit. 4. cap. 19.* where he reports others: Thomas a Iesu *lib. de inst. tract. 1. cap. 9. num. 1. et 6.* Lorca *2. 2. sect. 3. disp. 47.* Ioan. de Cruz *in directorio conscientiae, p. 1. praec. 5. art. 2. dub. 5. conclusione 1.* Miranda *de ordine iudic. tom. 1. quaest. 11. art. 4.* to whom Diana subscribes *tom. 1. parte 2. tract. 2. resol. 37.* Bannes *2. 2. quaest. 33. art. 8. dub. 2.* Nauar. *in Manual. Lat. cap. 8. num. 14.* Petrus Nauar. *lib. 1. cap. 4. dub. 13. num. 131.* Sottus *relect. de tegendo secreto, membr. 2. quaest. 4. concl. 3. disp. 3.*

EIUSDEM sententiae omnino est D. Thom. in ultimo suo testamento 2. 2. quaest. 33. art. 7. *ubi expresse docet, hunc ordinem esse sub praecepto, nec praelatum posse illum invertere, etiam si perciperet in virtute obedientiae, non esseque ei obediendum, imo et praecipientem, et eum, qui obedit, peccare contra divinum praeceptum. Idem docet* art. 8. *ad 4. Rodriquez de ordine iudiciario,* tit. 4. cap. 19. *ubi alios refert Thomas a Iesu* lib. de inst. tract. 1. cap. 9. num. 1. et 6. *Lorca* 2. 2. sect. 3. disp. 47. *Ioan. de Cruz* in directorio conscientiae, p. 1. praec. 5. art. 2. dub. 5. conclusione 1. *Miranda* de ordine iudic. tom. 1. quaest. 11. art. 4. *quibus subscribit Diana* tom. 1. parte 2. tract. 2. resol. 37. *Bannes* 2. 2. quaest. 33. art. 8. dub. 2. *Nauar.* in Manual. Lat. cap. 8. num. 14. *Petrus Nauar.* lib. 1. cap. 4. dub. 13. num. 131. *Sottus* relect. de tegendo secreto, membr. 2. quaest. 4. concl. 3. disp. 3.

[9] From the Society: Valentia *disp. 3. quaest. 10. punct. 5.* Tanner. *2. 2. disp. 1. quaest. 5. num. 106.* who cites Adrian, Sylvest. Sotus, Bannes, Nauarrus, Valentia, Umbertus, Hugo, Victorinus, and D. Thomas. Becanus *2. 3. cap. 21. dub. 4.* Sayrus *in Clavi Regia, lib. 11. cap. 4.* Fagundez *in octavum praeceptum Decal. cap. 8. num. 7.* where at *num. 8.* he carps as almost rash Richardus and others of the first opinion, who say the opposite. And at *num. 9.* he says that that opinion is in no way probable if one stands on the common law. He admits, however, at *num. 13.*, with other Fathers of his Society, that some Religion could determine otherwise by a particular statute, provided however the religious by their right wish to renounce it, as is done in the Society of Jesus; whose constitution they defend without prejudice to this second opinion: Suarez *tract. de fide, disp. 8. sect. 6.* Coninch. *de act. supersn. disp. 28. dub. 12. num. 121.* Layman *in Theol. moral. dub. 3. sect. 5. tract. 3. punct. 2. cap. 4. num. 5.* Valentia *loc. cit.* Cantarellus super Decal. *lib. 2. cap. 69. num. 111.* Rodriquez *in exercitiis spiritualibus, Tom. 3. tract. 8. cap. 6.* where however he wrongly cites the Seraphic Doctor, whom Suarez and Tannerus also falsely cite *super* our Rule, Sancius in *select. disp. 46. num. 28.* Sanchez *summa, 1. 2. lib. VI. cap. 18. num. 50.* Ribadeneira *de Inst. Soc. cap. 34.* Becanus *2. 2. cap. 21. dub. 5. num. 33.* and others in Diana at the place adduced, Bouerius *in direct. p. II. cap. 14.* Bictus, *de denunc. quaest. 15. et 16.* The same opinion hold Octavianus Spatius in *Practica, de modo corrigendi Regulares tract. V. cap. 1. num. 4. and cap. 3. num. 4.* Petrus a S. Ioseph *lib. III. cap. 10.* Basilius *v. Correptio, num. 11.* and our Order in its *Constit.*

E Societate Valentia disp. 3. quaest. 10. punct. 5. *Tanner.* 2. 2. disp. 1. quaest. 5. num. 106. *qui citat Adrianum, Sylvest. Sotum, Bannes, Nauarrum, Valentiam, Umbertum, Hugonem, Victorinum, et D. Thomam. Becanus*

2. 3. cap. 21. dub. 4. *Sayrus* in Clavi Regia, lib. 11. cap. 4. *Fagundez* in octavum praeceptum Decal. cap. 8. num. 7. *ubi* num. 8. *carpit quasi audaces, Richardum, et alios primae sententiae, oppositum dicentes. Et* num. 9. *dicit, eam opinionem nullo modo esse probabilem stando in iure communi. Admittit tamen* num. 13. *cum aliis Patribus suae Societatis, posse aliquam Religionem peculiari statuto aliter determinare, si tamen iure suo velint religiosi renunciare, sicuti fit in Societate Iesu; cuius constitutio nem absque praeiudicio huius secundae sententiae defendunt, Suarez* tract. de fide, disp. 8. sect. 6. *Coninch.* de act. supersn. disp. 28. dub. 12. num. 121. *Layman* in Theol. moral. dub. 3. sect. 5. tract. 3. punct. 2. cap. 4. num. 5. *Valentia* loc. cit. *Cantarellus super Decal.* lib. 2. cap. 69. num. 111. *Rodriquez* in exercitiis spiritualibus, Tom. 3. tract. 8. cap. 6. *ubi tamen male allegat Seraphicum, quem falso etiam allegant Suarez, et Tannerus* super *Regulam nostram, Sancius in* select. disp. 46. num. 28. *Sanchez* summa, 1. 2. lib. VI. cap. 18. num. 50. *Ribadeneira* de Inst. Soc. cap. 34. *Becanus* 2. 2. cap. 21. dub. 5. num. 33. *et alii apud Dianam loco adducto, Bouerium* in direct. p. II. cap. 14. *Bictum,* de denunc. quaest. 15. et 16. *Eandem sententiam tenent Octavianus Spatius in* Practica, de modo corrigendi Regulares tract. V. cap. 1. num. 4. et cap. 3. num. 4. *Petrus a S. Ioseph* lib. III. cap. 10. *Basilius* v. Correptio, num. 11. *et noster Ordo in* Constit.

10 IT MUST BE ASSERTED, with this opinion, that in fraternal correction the order of the Gospel is to be observed by commandment.

ASSERENDUM cum hac sententia, in correctione fraterna servandum, ex praecepto, ordinem Evangelii.

11 *IT IS PROVED* by D. Bonaventure *ad locum Lucae*, because fraternal correction is commanded by Charity for the salutary remedy of the neighbor; but more sweetly than it can be, out of love: Now love works more with less harm than it can inflict on the neighbor: Therefore.

PROBATUR *a D. Bonav.* ad locum Lucae, *quia correctio fraterna praecepta est a Charitate ad medelam salutarem proximi; sed suavius, quam potest, ex amore: At amor magis operatur cum minori, quam potest, damno proximi: Ergo.*

12 Whence Caspensis *loc. cit.* and P. Matthias Bellintanus do not rightly attempt to show that a religious better heals his brother's salvation by reporting to Superiors, so that they may provide a remedy with a strong hand. Surely medicine teaches that iron is not to be applied when lenitives can help, as Fagundez observes *num. 7.*

Unde non recte Caspensis loc. cit. *et P. Matthias Bellintanus, conantur ostendere, religiosum melius mederi fratris saluti, deferendo ad Superiores, ut manu forti remedium praebeant. Sane medicina docet, non esse adhibendum ferrum, quando lenitiva iuvare valent, ut advertit Fagundez* num. 7.

13 *IT IS PROVED* secondly, because *Matth. 18.* and *Lucae 17.* the Fathers cited above *quaest. 1.* confess to be a commandment issued by Christ, surely also as to the order. This is confirmed by the Gloss there, and D. Augustine *in Catena aurea* of D. Thomas, where he says: *That the one not rebuking in the manner said is a betrayer.* The same D. Chrysostom has there, bringing forward the example of the physician adduced above, and *homil. 60. in Matth.* he teaches the same. And D. Hilary on this passage says: *The Lord imposed upon us that order of keeping Charity.* So also D. Jerome on this passage: *The brother must be rebuked apart, lest if once he lose shame and bashfulness, he remain in sin. But if he will not hear, let a brother be called in.* Thus also D. Augustine *homil. 2. on this passage: Finally, from these words attend, out of what love you ought to do this. Therefore do it for his sake, that you may gain him.* And comparing that saying of the Apostle *1. ad Timot. 5. Them that sin rebuke before all*, he says: *I say, therefore, let us hear these commandments, brethren, and be prepared between both commandments: it is true in both cases, that sometimes a brother must be rebuked between thee and him alone: Hear, if he sin against thee, because it was secret when he*

sinned against thee, seek secrecy. Hence you have that D. Augustine is wrongly brought forward by Angelus for the first opinion.

> PROBATUR *secundo quia* Matth. 18. *et* Lucae 17. *fatentur Patres allati* quaest. 1. *esse praeceptum, latum a Christo, profecto etiam quoad ordinem. Id confirmatur ex Glossa ibi, et D. August.* in Catena aurea *D. Thomae, ubi ait:* Non corripientem modo dicto, esse proditorem. *Idem habet D. Chrysost. ibi, afferens exemplum medici supra allatum, et* homil. 60. in Matth. *idem docet. Et D. Hilarius ad hunc locum ait:* Eum ordinem continendae Charitatis nobis Dominus imposuit. *Ita et D. Hieronymus ad hunc locum:* Corripiendus est frater seorsim, ne si semel pudorem, ac verecundiam amiserit, remaneat in peccato. Sin autem audire noluerit, adhibeatur frater. *Sic etiam D. August.* homil. 2. ad hunc locum: Denique ex his verbis attende, cuius amore id facere debeas. Ergo propter illum fac, ut lucreris. *Et conferens illud Apostoli* 1. ad Timot. 5. Peccantes coram omnibus argue, *ait:* Dico ergo, ista praecepta fratres sic audiamus, et inter utraque praecepta parati constituamur, verum est utrumque, aliquando corripiendum esse fratrem inter te, et ipsum solum: Audi, si peccaverit in te, quia secretum fuit, quando in te peccavit, secretum quaere. *Hinc habes, male ab Angelo adduci pro prima sententia D. Augustinum.*

14 The same has Eusebius Emissenus and others in the *Bibliot. homil. feria tertia post Dominicam tertiam Quadragesimae*, and other Fathers, brought forward by Lorca *disp. 47.*

> *IDEM habet Eusebius Emiss. et alii in* Bibliot. homil. feria tertia post Dominicam tertiam Quadragesimae, *et alii Patres, adducti a Lorca* disp. 47.

15 *IT IS PROVED* thirdly. Religious are not only not exempt from the observance of the commandments of the Gospel — especially the Friars Minor, whose Rule begins: *The Rule and life of the Friars Minor is this, to observe the Holy Gospel of our Lord Jesus Christ* — but are more bound to it. Now that this is a commandment S. Bonaventure asserts in the *places cited, quaest. prima.* Whence it is wrongly brought forward by Sanchez and Caspensis for the opposite opinion. It is confirmed; for our very Constitutions, which profess observance according to the rule, enjoin at *chapter 3.* that this ordinance of fraternal correction be kept, so that the brother be first rebuked, and if amendment does not follow, either one tell the sin of the other. I wonder that the Chapter of Barcelona is brought forward to the contrary, which decides this only when *they are companions in crime*, whence neither, if unamended, can rebuke the sins of the other, lest it be said to him: *Said the Thief to the Thief.* But concerning brethren outside who sin scandalously, it commands, and only condemns at the end, those who deny that a brother is ever bound to tell the sins of a brother to the Prelate. The same Julius II condemned. Whence that Chapter is not to our purpose.

> PROBATUR *tertio. Religiosi non modo non eximuntur ab observantia praeceptorum Evangelii, maxime Fratres Minores, quorum Regula incipit:* Vita, et Regula Fratrum Minorum, haec est, Sanctum Domini nostri Iesu Christi Evangelium observare; *sed ei magis obligantur. Hoc autem esse praeceptum asserit S. Bonav.* locis adductis, quaest. prima. *Unde male a Sanchez, et Caspensi adducitur pro opposita sententia. Confirmatur; nam et Constitutiones nostrae, quae protestantur observantiam secundum regulam, iniungunt* capite 3. *hanc ordinationem correctionis fraternae servandam, ut primo corripiatur frater, et non secuta emendatione, dicat alteruter peccatum alterius. Miror, adduci Capitulum Barcinonense in contrarium, quod solum id decernit, quando* sunt socii criminum, *unde neuter inemendatus potest alterius peccata corripere, ne ei dicatur:* Ait Latro ad latronem. *De fratribus vero extra, scandalose delinquentibus, praecipit, et solum damnat in fine, negantes teneri unquam fratrem peccata fratris dicere Praelato. Idem damnavit Iulius II. Unde Capitulum illud non est ad propositum nostrum.*

16 *IT IS PROVED* fourthly: for No one is the Lord of another's reputation. Therefore he cannot straightway report to the Prelate, whereby he foully stains his reputation and eliminates the shame first aroused in the subject; for while a Religious is reported before the Prelates, a worse loss is inflicted on him than if it were told to many others. Therefore P. Martinus Rex de Calvasessio, of Brescia, who for nearly 30 years exercised the office of definitor, Provincial Vicar, and Apostolic Visitator in the Missions of the Rhaetians, a man of supreme Integrity and holiness, shining with Zeal and Charity, was wont to say: *I would rather that my grave sin (if God suffered me to fall) be known by all the brethren than in the Definitory, where the Fathers dispose of me and govern me at their pleasure.* O would that all Prelates would acknowledge this golden sentiment of ours! For very many, once reported to superiors, so collapse in spirit that they rush into reprobation. And if we were lords of our reputation, nor would it be lost by secret report to the Prelate as to a Father: why would the Fathers of the Society of Jesus press it, so that Novices be instructed in that custom of theirs, and, if they wish to profess, renounce their right to reputation in this respect? Why would so many most learned Fathers of the Society labor so hard to defend that constitution of theirs? Surely Lorca *1. 2. quaest. 33. art. 8. sect. 3. disp. 47. num. 12.* Ledesma in the *summa Tom. 2. tract. 4. cap. 4. concl. 24.* and Cosmas Philiareus *de officio Sacerdotis, tom. 1. puncto 2. lib. 4. cap. 14.*, though Jesuits, cry out against such a statute, whose opinion, as the more probable, the Academy of Salamanca has lately followed, as Hieronymus Rodriquez testifies *in Compend. regularium quaestionum, resol. 36. num. 13.* That Academy, moreover, is that of the Fathers the Preachers.

> PROBATUR *quarto: nam Nullus est Dominus famae alterius. Ideo non potest illico ad Praelatum deferre, quo famam turpiter conspurcet, et verecundiam primo excitatam in subdito eliminet; dum enim Religiosus coram Praelatis defertur, peius ei damnum infertur, quam si aliis multis dicatur. Ideo P. Martinus Rex de Calvasessio, Brixiensis, qui 30. fere annos definitoris, Vicarii Provincialis, et Visitatoris, Apostolici munere fungebatur in Missiones Rhetorum, Vir summae Integritatis, ac sanctitate, Zelo, et Charitate praefulgens, dicere solebat:* Mallem peccatum meum grave (si me Deus permitteret labi) potius sciri ab omnibus fratribus, quam in Definitorio, ubi Patres me disponunt, atque ad libitum gubernant. *O utinam agnoscerent auream hanc nostram sententiam Praelati omnes! Plurimi enim, semel ad superiores delati, animo ita concidunt, ut in reprobum ruant. Quod si essemus Domini famae proximi, neque perderetur delatione secreta ad Praelatum, tanquam Patrem: cur Patres Societatis Iesu id praemerent; ut Novitii de illo suo more instruantur, et si velint profiteri, iuri famae quoad hoc abrenuncient? Cur tot Patres Societatis eruditissimi adeo insudarent, ut suam illam constitutionem tueantur? Profecto adhuc Lorca* 1. 2. quaest. 33. art. 8. sect. 3. disp. 47. num. 12. *Ledesma in* summa Tom. 2. tract. 4. cap. 4. concl. 24. *et Cosmas Philiareus* de officio Sacerdotis, tom. 1. puncto 2. lib. 4. cap. 14. *etsi Iesuitae, contra tale statutum clamant, quorum sententiam, ut probabiliorem, secuta est novissime Academia Salmanticensis, teste Hieronymo Rodriquez* in Compend. regularium quaestionum, resol. 36. num. 13. *Est autem Academia illa Patrum Praedicatorum.*

17 *IT IS PROVED* fifthly. The nature of things must be measured from what happens always or for the most part; but for the most part a report to the prelate stirs up hatreds, arouses shame, and afterward eliminates it; he has rushed on to worse things, as the Holy Fathers related above teach: see Diana. D. Bonaventure seems to incline somewhat to that *Lucae 17.*, but because he wished all Prelates to be made like himself, who was famed for outstanding mildness, Charity, and benignity even toward apostates, much more toward the wounded within the secrets of walls, so that all might trust in him wondrously, as is had in his life in the Breviary, and in the first Volume of his works. No one is read to have gone away without consolation, no one without refreshment; all, even those once fallen, he embraced in his benign bosom. Such also was S. P. Francis, who was for him the exemplar of

mildness and Charity, of whom it is read that he wished Prelates to be so gentle that if a sinner repented a hundred times, he would always be received, as at first, most benignly, with cheerful countenance. And if the subject would not have mercy; yet the holy Father, most humane even toward little animals — swallows, hares, etc. — wished Prelates to display supreme Charity toward the fallen, and was wont to say that the Prelate who wishes to raise up the fallen must bend himself to the earth, as Christ bent himself when he saw the adulteress drawn to him, whom he would not, according to the law, deliver to be stoned, but said: *No one hath condemned thee: Neither will I condemn thee. Go, and now sin no more.* He bent down, writing in the marble the sins of the Prelates of that Synagogue, who with loftiest brow gaped for the condemnation of the woman. Prelates, therefore, ought to remember, as S. P. Francis used to say, that we shall all have been far worse if God should desert us, nor is it not so because of our merits. Our Constitutions enjoin these things also in that chapter. Therefore that constitution of Barcelona, among the Constitutions of Farinerius cap. 7., either does not touch the matter, or is abrogated. But say, it is not to the point, because they only condemn those unwilling ever to have the sins of a complicit neighbor reported to the prelate, even public ones and pernicious to the body of the Religion; which same Julius II condemned in the Constitutions of the Franciscan family, as Fagundez reports num. 20, and as I noted above.

> PROBATUR *quinto. Ab eo, quod aut semper, aut ut plurimum evenit, metienda est natura rerum; plerumque autem delatio ad praelatum concitat odia, verecundiam excitat, et illam postea eliminat; ad deteriora prosilivit, ut docent SS. PP. supra relati: Vide Dian. Videtur D. Bonav. ad illud* Lucae 17. *aliquantulum inclinare, sed quia volebat, Praelatos omnes sibi similandos, qui eximia ferebatur lenitate, Charitate, et benignitate etiam in Apostatas, nedum laesos intra parietum secreta, ut omnes mirifice in eum confiderent, ut habetur in eius vita in Breviario, et in primo Tomo operum. Nullus legitur abiisse absque consolatione, nullus absque refrigerio, Omnes, etiam olim lapsos, sinu benigno complectebatur. Talis fuit etiam S. P. Franciscus, qui illi erat in lenitatis et Charitatis exemplar, de quo legitur, voluisse Praelatos adeo esse mites, ut si centies peccator resipisceret, semper, ut primo, benignissime, facie hilari reciperetur. Et si misericordiam nollet subditus; volebat tamen S. Pater, humanissimus etiam erga animalcula, Hirundines, Lepores, etc. ut summam erga lapsos Charitatem praeferrent Praelati, dicereque solebat, eum Praelatum, qui vult lapsum elevare, debere se inclinare ad terram, sicut Christus inclinavit se, quando adulteram ad se pertractam vidit, quam noluit, iuxta legem, lapidandam tradere, sed ait:* Nemo te condemnavit: Nec ego te condemnabo. Vade et iam amplius, noli peccare. *Inclinavit se, scribens in marmore peccata Praelatorum illius Synagogae, qui supercilio elato condemnationi mulieris inhiabant. Debent itaque Praelati recordari, ut aiebat S. P. Franciscus multo peiores futuros fuisse nos omnes, si Deus desereret, neque meritis nostris id non fieri. Haec iniungant etiam nostrae Constitutiones in eo capite. Itaque constitutio illa Barcinonae, inter Constitutiones Farinerii cap. 7. vel non facit ad rem, vel abolita est. Sed dic, non esse ad rem, quia solum damnant nolentes unquam praelato deferri peccata proximi complicis, etiam publica, et perniciosa Religionis corpori; quod idem damnavit Iulius II. in Constitutionibus Franciscanae familiae, ut refert Fagundez num. 20. et ut supra monui.*

18 Give us forever Prelates, holy Francises, Bonaventures, and others according to these exemplars of Charity. But on this well-worn path I cannot fix my steps, nor valiantly sustain the opposite opinion: Yet I do not refuse another point on which our Bouërius speaks learnedly, that some religious are reprobates, who abuse corrections, that they may sin in secret. These, I judge, are to be reported to the Prelate, not only as to a Father; but also as to a Judge. But these, who do not shrink from enormities, you will easily discern from others, who sin from some impulse of passion, or from frailty.

Date nobis perpetuo Praelatos SS. Franciscos, Bonaventuras, ac alios secundum haec Charitatis exemplaria. At in hoc itinere trito non possum gressus figere, nec sententiam oppositam valetsaliter sustinere: Non tamen renuo aliud in quo erudite loquitur Bouërius noster, aliquos esse religiosos reprobos, qui correctionibus abutuntur, ut secreto delinquent. Hos vero deferendos reor Praelato, non modo ut Patri; sed etiam ut Iudici. Verum hos enormia non horrentes, facile ab aliis discernes, qui ex aliquo passionis impetu, aut fragilitate delinquunt.

19 From these things the responses of Caspensis are worn away, who says that the good of the soul ought to outweigh the good of reputation. For we have already seen that the good of the soul is more easily promoted by a good reputation. And indeed I know that some have rushed headlong because of lost reputation. Then, reputation is of the natural law, and must necessarily be upheld, nor are evils to be done that goods may come, as the Apostle says.

Ex his attritae sunt responsiones Caspensis, dicentis, praeponderare debere bonum animae, bono famae. Iam enim vidimus, bonum animae fama bona facilius promoveri. Et quidem scio, aliquos in praeceps corruisse ob famam amissam. Deinde fama est iuris naturae, necessario sustinenda, nec sunt facienda mala, ut eveniant bona, sicuti ait Apostolus.

20 The other response also is worn away, that the infamy from the knowledge of the Prelate is slight.

Altera etiam responsio contrita est, modicam esse infamiam ex notitia Praelati.

21 Nay, I have shown it to be the greatest, which will forever stand in the way in governance, dispensations of offices, and the other goods of the Religion; nay, those most expert in religious life judge from this a greater loss of reputation than from the knowledge of other brothers. I have shown sufficiently also that the constitution of Farinerius helps him nothing, where he declares that doctrine, opposed by many, according to the mind of D. Bonaventure.

Imo maximam ostendi, quae perpetuo est obfutura in regimine, dispensationibus officiorum, et caeteris Religionis bonis; imo religionis peritissimi maiorem hinc famae iacturam aestimant, quam ex notitia aliorum fratrum. Satis etiam ostendi, constitutionem Farinerii nihil eum iuvare, ubi doctrinam illam, pluribus infensam, declarat ex mente D. Bonaventurae.

22 Surely D. Bonaventure professed the Gospel, and this commandment of the Lord the sacred Canons confess; And at least in that passage of Luke, he admits the admonition: Are then the precepts of Christ pestiferous? Hah, P. Caspensis, professor of the Gospel!

Sane D. Bonav. profiterur Evangelium, et hoc Domini praeceptum LL. CC. confessus est; Et ad minimum in illo loco Lucae, admittit admonitionem: Ergone pestifera Christi praecepta? Heus P. Caspensis, Evangelii professor!

23 But as to the Constitutions of the Fathers the Preachers loc. cit., I am not moved at all; for they speak of scandalous sin. Then the Theological Fathers of Salamanca, and other Preachers, are with us. Then the Rule of the friars minor is this, to observe the Gospel of the Lord, cap. 1.

Quod vero spectat ad Constitutiones Patrum Praedicatorum loc. cit. nihil movor; nam loquuntur de peccato scandaloso. Deinde Patres Theologi Salmaticenses, et alii Praedicatores nobiscum sunt. Deinde Regula fratrum minorum haec est, Sanctum Domini Evangelium observare, cap. 1.

24 As to the rule of S. Benedict, it plainly speaks of him who plots apostasy, and of the scandalous. Whence it is not to the point. I add that our Constitutions, cap. 3., impose the order of correction.

Quoad regulam S. Benedicti, aperte loquitur de eo, qui apostasiam molitur, et de scandalosis. Unde non est ad rem. Addo Constitutiones nostras, cap. 3. correctionis ordinem imponere.

25 He ADDUCES also Innocent III. cap. 39. *Qualiter, et quando*, 1. *de accusat*. But he speaks of a delict already so known to the Prelates that they can proceed. Where he only the more commends providing without the engines of trials, if it can be done, by removing from the office in which the brother sins. Nor does he speak of the Evangelical order. Nay, Innocent himself *cap. cum ex iniuncto*, says: *It is one thing to rebuke secretly a brother sinning in himself, which each is bound to effect, according to the Evangelical rule.*

> *ADDUCIT etiam Innocentium III. cap. 39.* Qualiter, et quando, *1.* de accusat. *Sed is loquitur de delicto, ita iam noto Praelatis, ut possint procedere. Ubi solummodo magis laudat sine processuum telis providere, si potest fieri, removendo ab officio, in quo frater peccat. Neque loquitur de ordine Euangelico. Imo Innocentius ipse* cap. cum ex iniuncto, *ait:* Aliud est, fratrem in se peccantem occulte corripere, quod quisque tenetur efficere, iuxta regulam Euangelicam.

26 This, however, I warn with Cajetan: one must walk with open eyes, while we see a Religious sinning lethally; and it must be presumed that such a one is with difficulty brought back to penance. See him *opusc. primo, resp. 5. ad ultimum dubium*, and Durandus *in 4. dist. 19.* and D. Chrysostom *homil. 40. in Matthaeum.*

> *Hoc tamen admoneo cum Caietano, oculate incedendum, dum Religiosum lethaliter peccantem videmus; et praesumendum difficile huiusmodi reduci ad poenitentiam. Vide ipsum* opusc. primo, resp. 5. ad ultimum dubium, *et Durandum* in 4. dist. 19. *et D. Chrystost*. homil. 40. in Matthaeum.

27 Therefore it is needful that the monitor clothe himself with the bowels of Charity, and arm his heart with Zeal, and neither pander to the curiosity of Prelates, nor indulge the license of subjects; for fraternal correction is the daughter of mercy, the granddaughter of Charity, as all the Doctors, even of the first opinion, confess, in Sanchez *num. 46. who adds n. 47.* that it is not to be reported to the Prelate if it be doubtful whether the Prelate is more apt for the salvation of the sinner.

> *Oportet igitur, ut monitor induat viscera Charitatis, et cor Zelo armet, et neque Praelatorum faucaet curiositati, nec subditorum licentiae indulgeat; nam fratetna correctio est filia misericordiae, nepos Charitatis, ut omnes Doctores, etiam primae sententiae, fatentur, apud Sanchez* num. 46. qui addit n. 47. *non esse Praelato deferendum, si dubium sit, an Praelatus aptior sit ad salutem peccatoris.*

28 But CRIMES, ruinous to the community, especially heresy, are to be reported without correction, as is lately said in the Constitution of the Holy Inquisition of Alexander VII. Among sins publicly damaging, moreover, Caspensis reports fornication, and he reports sixteen Doctors. He adds, however, that those fallen through frailty are to be commiserated, and rather covered with the mantle of Charity.

> *CRIMINA vero, ruinosa communitati, haeresis praecipue, absque correctione sunt deferenda, ut novissime dicitur in Constitutione Sanctae Inquisitionis Alexandri VII. Inter peccata vero publice damnosa refert Caspensis fornicationem, et refert sexdecim Doctores. Addit vero, lapsos ex fragilitate commiserandos, et pallio potius Charitatis tegendos.*

29 From what has been said you have that it is mortal to transgress this commandment, or to invert it out of hatred. Whence it comes that it cannot be told to the Prelate before witnesses have been called in, or at least one. So Hugo de S. Vict., who was a second Augustine, as Trithemius says, and he reports the same Augustine. The same affirm Albert. Navar. Valentia, who proves it from D. Basil *quaest. 46.* and D. Augustine *regula tertia.*

Ex dictis habes, mortale esse hoc praeceptum transgredi, vel odium invertere. Quo fit, ut non possit dici Praelato, antequam adhibiti sint testes, vel saltem unus. Ita Hugo de S. Vict. qui fuit alter August. ut ait Trithem. et refert eundem August. Idem afferunt Albert. Navar. Valentia, qui id probat ex D. Basilio quaest. 46. *et D. August.* regula tertia.

30 IT IS PROVED also, because Christ prescribes the sweet manner of Charity in this order of correction: Now surely he supposes that the greater detriment to reputation is if it be reported to the Prelate than if only two subjects know it.

PROBATUR etiam, quia Christus suavem modum Charitatis, hoc correctionis ordine, praescribit: Certum autem supponit, maius detrimentum esse famae, si Praelato deferatur, quam si duo subditi tantum norint.

31 Finally I warn that Christ gave this commandment to the Apostles, religious men; Whence I wonder at those saying that the good of religion requires something else, as though Christ had not instituted the best norm of religion.

Tandem admoneo, Christum dedisse hoc praeceptum Apostolis religiosis; Unde miror, dicentes, bonum religionis aliud requirere, quasi non instituerit Christus optimam religionis normam.

32 MANY, in Diana *resol. 38.*, add that it is a venial sin not to correct one sinning venially: but this displeases; nor does that of Azorius *punct. 2. lib. 12. cap. 14. quaest. 4.* Angelus, or Sylvestrus, and others there, please. Prelates are excepted, who ought to correct even venial sins. See him. Nay, Fuliensis adds that the Prelate is to be blamed mortally if he omits to correct venial sins gravely noxious, for instance silence; and similar things, which tend to no small detriment of religion.

ADDUNT multi apud Dianam resol. 38. *peccatum esse veniale, venialiter peccantem non corrigere: sed hoc displicet; neque placet Azorio* punct. 2. lib. 12. cap. 14. quaest. 4. *Angelo, vel Sylvestro, et aliis ibi. Excipiuntur Praelati, qui debent etiam venialia corrigere. Ipsum vide. Imo addit Fuliens. Praelatum lethali culpatum iri, si omittat corrigere venialia, graviter noxia, puta silentium; et similia, quae in religionis detrimentum non modicum vergunt.*

Disputation XI: On Hatred

1 HATRED, if it be counted among the passions, obtains their indifference, so that it is now called evil, now good, according to the disposition of the object; whence it is sometimes of virtue, sometimes of vice; Here, however, it is taken for a depraved affection of the soul, diametrically opposed to Charity, as it will be permitted to see below.

> ***De Odio.***
>
> *ODIUM, si inter passiones numeretur, harum indifferentiam obtinet, ita ut modo malum, modo bonum, iuxta obiecti dispositionem nominetur; unde aliquando est virtutis, aliquando vitii; Hic vero sumitur pro prava animi affectione, Charitati e diametro opposita, ut infra videre licet.*

Question I: What the object of hatred is, and what it is

1 Hatred regards the whole, whatever has been apprehended as evil and troublesome. Hence it is plain that it can be held in hatred, not only one's neighbor; but even God, if he be apprehended as troublesome; for thus the damned hate him, and they hated him in this life. So Christ says at Ioan. 15. *They have hated me, and my Father. But that the word may be fulfilled which is written in their law: Because they have hated me without cause.* Psalm. 34. and 138. Where the S. Doct. observes shrewdly on 15. Ioan. from D. August. tract. 81. and the Gloss; that God is said to be hated without cause, because we have no cause for hating God, nor do we reap any advantage from it. It is divided into hatred of affection, and of effect. See D. Bonavent. in 3. dist. 30. quaest. 4. and ad Psalm. 30. where he truly divides hatred. It is defined by D. Bonaventure in the opusc. declaratorio terminorum Theologiae: *Hatred is the will, affecting evil for the neighbor, that he may lack the good which saddens the one hating him.* Where he defines only hatred toward the neighbor. Nyssenus indeed, homil. 8. in Eccles., defines it thus: *It is an alienation, and aversion of appetite, or of the will, from that which is unpleasing, or affects with molestation, or,* as D. Thom. says, prima 2. quaest. 29. art. 1. *from that which is esteemed as noxious and evil.*

> Quodnam sit obiectum ODII, et quid ipsum sit.
>
> *Odium respicit totum, quidquid apprehensum est, ut malum, et molestum. Hinc patet, posse odio haberi, non modo proximum; sed etiam Deum, si apprehendatur ut molestus; sic enim eum odio habent damnati, et oderunt in hac vita. Ita Ioan. 15. ait Christus.* Oderunt me, et Patrem meum. Sed ut impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis. *Psalm. 34. et 138. Ubi observat argute S. Doct. ad 15. Ioan. ex D. August. tract. 81. et Glossa; Deum dici odio haberi gratis, quia nullam causam habemus odiendi Deum, nullumque inde commodum ferimus. Dividitur in odium affectus, et effectus. Vide D. Bonavent. in 3. dist. 30. quaest. 4. et ad Psalm. 30. ubi vere dividit odium. Definitur a D. Bonavent. in opusc. declaratorio terminorum Theologiae:* Odium est voluntas, affectans proximo malum, ut careat bono, quod ipsum odientem contristat. *Ubi definit solum odium in proximum. Nyssenus vero homil. 8. in Eccles. sic definit:* Est alienatio, et aversio appetitus, seu voluntatis ab eo, quod est iniucundum, aut molestia afficit, sive, *ut ait D. Thom. prima 2. quaest. 29. art. 1.* ab eo, quod aestimatur ut noxium, et malum.

2 From these definitions you have a twofold hatred, of Abomination, and of Enmity. That is, by which we abominate someone as unworthy of our friendship; this, however, is that by which we wish evil to the neighbor precisely that ill may befall him, as Tannerus notes, disput. 2. quaest. 6. dub. cit.

Ex his definitionibus habes duplex odium, Abominationis, et Inimicitiae. Illud est, quo aliquem, ut indignum nostra amicitia abominamur; hoc vero est, quo volumus proximo malum praecise, ut illi male sit, ut notat Tannerus disput. 2. quaest. 6. dub. cit.

Question II: What sin hatred is, and what kind

1 To no one is it doubtful that hatred is a sin against Charity, as the S. Doct. shows at length on 15. Ioannis. Therefore he rebukes there the haters of God: *They have hated me, and my Father.* And the haters of the neighbor: *But because you are not of the world, therefore the world hateth you.* Levit. 19. *Thou shalt not hate thy brother in thy heart.* Prima Ioan. 3. *He who hateth his brother, is a murderer.* Therefore the haters of the neighbor are rebuked, Amos 5. Proverb. 9. as S. Bonaventure reports there on 15. Ioan. Whence D. August. tract. 5. in primam Ioan.: *He has not moved his hand to kill a man, and already he is held a murderer by the Lord. That one shall live; and this one is already judged an assassin.* I said, however, that hatred whose material object is God, or man, is a sin; for if hatred be borne toward the sinner, as such, it is not evil, as D. Bonaventure notes on 15. Ioan., which that Psalm 138 proves: *With perfect hatred I hated them,* where D. Gregory in the Pastorali, p. 3. cap. 1. admon. 23.: *Perfect hatred, whereby vice is hated and nature loved.*

Quod, et quale peccatum sit odium.

Nulli dubium est, odium esse peccatum contra Charitatem, ut late ostendit S. Doct. ad 15. Ioannis. Ideo odientes Deum, increpat ibi: Oderunt me, et Patrem meum. *Odientes vero proximum:* Quia vero de mundo non estis, propterea odit vos mundus. *Levit. 19.* Non oderis fratrem tuum in corde tuo. *Prima Ioan. 3.* Qui odit fratrem suum, homicida est. *Ideo reprehenduntur odientes proximum, Amos 5. Proverb. 9. ut refert S. Bonavent. ibi ad 15. Ioan. Unde D. August. tract. 5. in primam Ioan.* Non movit manum ad occidendum hominem, et iam homicida tenetur a Domino. Vivet ille; et iste iam interfector iudicatur. *Dixi autem odium, cuius obiectum materiale sit Deus, vel homo, esse peccatum; nam si odium feratur in peccatorem, ut talem, non est malum, ut notat D. Bonavent. ad 15. Ioan. quod probat illo Psalm. 138.* Perfecto odio oderam illos, *ubi D. Gregorius in Pastorali, p. 3. cap. 1. admon. 23.* Perfectum odium, quo oditur vitium, et diligitur natura.

2 Or, if even our dear ones stand in the way of the divine service, they are to be hated, Lucae 14. *If anyone come to me, and hate not Father, and Mother,* as S. Bonaventure observes on that passage. But hatred against God, who is Light, Truth, and the Highest Good, is most grave and monstrous, as the S. Doct. expounds at length on 15. Ioan., ruminating those words: *If I had not done among them the works which no other hath done, they would not have sin. But now both they have seen, and have hated me, and my father.*

Vel, si chari etiam nostri obstent divino obsequio, odiendi sunt, Lucae 14. Si quis venit ad me, et non odit Patrem, et Matrem, *ut observat S. Bonavent. ad eum locum. Gravissimum autem, et monstruosum est odium in Deum, qui est Lux, Veritas, et Summum bonum, ut late edisserit S. Doct. ad 15. Ioan. ruminans ea verba:* Si opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem, et viderunt, et oderunt me, et patrem meum.

3 I assert first, that hatred of God is the gravest sin.

Assero primo, odium Dei esse gravissimum peccatum.

4 It is proved by D. Bonav. loc. cit. first with the reasoning of D. August. tract. 92. in Ioan. and Chrysost. homil. 72. in Ioan., taken from that cited Ioan. 15.: *They have hated me without cause.* For where is the highest good, outside of which there is no good, and in which nothing evil is to be

found, it would necessarily, as to specification, be to be loved; and it is most monstrous to hate it. It is confirmed from Aristotle 8. Eth. cap. 10.: *That is worst which is contrary to the best.* But hatred of God is contrary to Charity, which is the highest virtue, since it is borne toward the Highest Good insofar as it is the Highest Good: Therefore.

> *Probatur a D. Bonav. loc. cit. primo ratione D. August. tract. 92. in Ioan. et Chrysost. homil. 72. in Ioan. sumpta ex illo Ioan. 15. citato:* Odio habuerunt me gratis. *Nam ubi est summum bonum, extra quod non est aliquod bonum, et in quo non est invenire aliquid mali, esset necessario quoad specificationem amandum; et monstruosissimum est odisse. Confirmatur ex Aristotele 8. Eth. cap. 10.* Illud est pessimum, quod optimo est contrarium. *Sed odium Dei est contrarium Charitati, quae est summa virtus, quippe quae fertur in Bonum summum, ut Summum bonum est: Ergo.*

5 It is proved secondly by D. Bonav. in the Incendio amoris, and Stimulo amoris, because, as it is the greatest duty to love the Highest Goodness, from which there come to us Being, Life, and all good things; so it is the greatest abomination and iniquity, to be carried in hatred against that goodness, and to will its destruction.

> *Probatur secundo a D. Bonav. in Incendio amoris, et Stimulo amoris, quia, sicuti est maximum debitum diligendi Summam bonitatem, a qua nobis, Esse, Vita, et omnia bona proveniunt; ita est maxima abominatio, et iniquitas, ferri odio in eam bonitatem, eiusque destructionem velle.*

6 It is proved thirdly by D. Bonav. in the places cited, and elsewhere everywhere, with the reasoning which D. Thom. also uses, art. 2.: because as Charity is best, because the whole adheres wholly to God, as God is; so hatred of him is worst, because it turns the whole away from God, and in every way. With these and similar arguments all the works of the Seraphic Doctor are filled.

> *Probatur tertio a D. Bonav. locis adductis, et alibi passim, ratione, qua utitur etiam D. Thom. art. 2. quia sicuti charitas optima est, quia tota toti adhaeret Deo, ut Deus est; ita odium eius pessimum, quia avertit a Deo totum, et omnibus modis. His, et similibus argumentis repleta sunt omnia Seraphici opera.*

7 S. Bonaventure notes, however, that wayfaring men ordinarily do not hate God explicitly, but only implicitly, insofar as they are turned away from him, that they may be converted to a changeable good; and therefore all sins virtually contain hatred of God, as Valentia also notes, disp. 3. quaest. 11. puncto 2.

> *Advertit tamen S. Bonav. homines viatores ordinarie non odisse Deum explicite, sed solum implicite, quatenus ab eo avertuntur, ut ad bonum commutabile convertantur; et ideo virtualiter omnia peccata odium Dei continent, ut notat etiam Valentia disp. 3. quaest. 11. puncto 2.*

8 I assert secondly, that to hate the neighbor is a most grave sin.

> *Assero secundo, Odisse proximum est gravissimum peccatum.*

9 It is proved by the S. Doct. ad cap. 15. Ioan. and collat. 70. homi. de enim., where those are called haters of the neighbor, as I said. There he brings forward many Fathers asserting hatred to be detestable: Gregory homil. 27. in Evang. and D. August. saying: *To hold hatred against a brother is to stop up the fountain of Charity.*

> *Probatur a S. Doct. ad cap. 15. Ioan. et collat. 70. homi. de enim vocantur odientes proximum, ut dixi. Ibi affert multos PP. odium detestandum asserentes: Gregorium homil. 27. in Evang. et D. August. dicentem:* Odium tenere adversus fratrem, est fontem Charitatis obturare.

10 Hence the S. Doct. lib. 1. de profectu religiosi, cap. 29., among the remedies of hatred, puts first to consider seriously that God does not spare him *who does not spare, as is said Matth. 18.* Whence he who wishes to be saved must lay aside hatred, and it is better to do this with certainty; now it is always of its genus a mortal sin; but per accidens it can be venial, first from imperfection of deliberation. Secondly, when he wishes the neighbor the greatest evil. So Suarez de Charitate, tract. 3. disp. 6. sect. 1. Azorius Tom. 3. lib. 2. cap. 20. Sylvester v. odium. Fagundez in 10. praecept. Decalogi, lib. 10. cap. 2. num. 22.

> *Hinc S. Doct. lib. 1. de profectu religiosi, cap. 29. inter remedia odii primum ponit serio considerare, Deum non parcere illi,* qui non parcit, ut dicitur Matth. 18. *Unde oportet odium deponere, qui vult salvari, et melius est id certo facere; est autem semper ex genere suo peccatum mortale; per accidens vero potest esse veniale, primo ex imperfectione deliberationis. Secundo, quando vult proximo maximum malum. Ita Suarez de Charitate, tract. 3. disp. 6. sect. 1. Azorius Tom. 3. lib. 2. cap. 20. Sylvester v. odium. Fagundez in 10. praecept. Decalogi, lib. 10. cap. 2. num. 22.*

11 Nay, of its genus it is the greatest sin, among those things which are done against the neighbor. So D. Thom. quaest. 34. art. 4. and Suarez. For although the harms inflicted on the neighbor aggravate other sins above hatred; yet this is worse by the disordination of the will, because it turns one altogether from the Neighbor, the object of Charity, by the natural and Divine law of loving.

> *Imo ex genere suo est maximum peccatum, ex his, quae in proximum fiunt. Ita D. Thom. quaest. 34. art. 4. et Suarez. Quamvis enim nocumenta, quae proximo inferuntur, alia peccata aggravent super odium; tamen hoc ex deordinatione voluntatis est peius, quia avertit omnino a Proximo, obiecto Charitatis, amando iure naturae, et Divino.*

12 It is not placed, however, among the capital vices, because other sins do not proceed first from it, but it is rather the dregs of other sins — Envy, Anger, etc. — from which dregs others then crawl. So D. Thom. art. 5. Fagundez num. 24.

> *Non ponitur tamen inter vitia capitalia, quia ex eo non procedunt primo alia peccata, sed est potius faex aliorum peccatorum, Invidiae, Irae, etc. ex qua postea faece alia sane serpunt. Ita D. Thom. art. 5. Fagundez num. 24.*

13 From what has been said you have that hatreds against God and against the neighbor are diverse in species, because the objects are diverse; nor have they of themselves that one should be for the sake of the other, as we said in Charity with D. Bonavent. 3. dist. 27. quaest. 2.

> *Ex dictis habes, diversa specie esse odia in Deum, et proximum, quia obiecta sunt diversa; neque habent per se, ut unum sit propter alterum, ut in Charitate dicebamus cum D. Bonavent. 3. dist. 27. quaest. 2.*

14 Nay, each hatred seems to be doubled, insofar as they turn away from the natural and supernatural Divine good; likewise also that of the neighbor, as Bannes said, art. 6.; but Valentia puncto 2. assents to the opposite.

> *Imo utrumque odium videtur duplicari, quatenus avertant a bono Divino naturali, et supernaturali; similiter et proximi, ut dixit Bannes art. 6. sed Valentia puncto 2. assentitur opposito.*

Disputation XII: On Sloth

1 SINCE Charity, after the manner of fire, always acts, and is impatient of idleness, hence, the material of operating being furnished to it by the readiness of the one operating, it rejoices in great gladness; but when the will slackens from the good work, sadness is born; hence Acedia is opposed to the Joy of Charity, as D. Bonav. notes, prima parte Centiloq. sect. 21. Therefore it must be treated of here.

> *CUM charitas, ad instar ignis, semper agat, sitque otii impatiens, hinc, subministrata ipsi operandi materia ab operantis promptitudine, in magnam hilarescit laetitiam; verum pigrescente a bono opere voluntate, tristitia enascitur, hinc Gaudio Charitatis opponitur Acedia, ut notat D. Bonav. prima parte Centiloq. sect. 21. Ideo de ea agendum est hic.*

Sole Question: What sloth is, and what its object is

1 ACEDIA is a Greek word, ἀκηδία, which signifies carelessness, or negligence. Then also a certain sadness that aggravates and oppresses the soul, so that it brings forth that carelessness. Now that sadness can be either of sense, or of the will. Here it is taken for the sadness of the will, bringing forth carelessness in the good work.

> *ACEDIA Graecum est vocabulum ἀκηδία, quod significat incuriam, seu negligentiam. Deinde etiam tristitiam quamdam aggravantem, et opprimentem animum, ut afferat incuriam illam. Potest autem tristitia illa esse, vel sensus, vel voluntatis. Hic accipitur pro tristitia voluntatis, afferente incuriam in bono opere.*

2 Now this can be described, from D. Thom. art. 1. and D. Bonavent. p. 1. Centil. sect. 21. and in Diaeta, tit. 2. cap. 7. and in the Declaratione terminorum Theologiae, where Latius also describes its daughters in the speculo animae, cap. 3.: *Acedia is the sadness of the will concerning a good, in some measure divine and ours, esteemed as an evil of one's own, on account of the difficulty joined to obtaining it, bringing forth in consequence carelessness and torpor in salutary works*.

> *Haec autem sic potest describi ex D. Thom. art. 1. et D. Bonavent. p. 1. Centil. sect. 21. et in Diaeta, tit. 2. cap. 7. et in Declaratione terminorum Theologiae, ubi etiam eius filias describit Latius in speculo animae, cap. 3.* Acedia est tristitia voluntatis de bono aliqualiter divino, et nostro, existimato ut malo proprio, propter adiunctam difficultatem illud obtinendi, afferens proinde incuriam, et torporem in operibus salutaribus.

3 From these you have, first, that Acedia is a sin, since it is sadness about good. Hence you will find this tepidity rebuked in Scripture, Proverb 8. *How long, sluggard, wilt thou sleep?* Then: *The sluggard wills, and wills not*. Ecclesiast. 6. *Subject thy shoulder, and bear it, that is, spiritual discipline, and be not grieved with its bands*. Matth. 3. *Every tree that doth not bring forth good fruit shall be cut down, etc.* Therefore at Matth. 25. and Lucae 19. the servant is gravely punished, because he hid the talent dug in the earth, as the S. Doct. shows in the *speculo animae*, cap. 3., where he also observes that that lukewarm one is to be vomited forth, Apoc. 3.; and on 8. Lucae, him who puts the lamp under a bushel. See many Fathers in D. Bonavent. lib. 2. *Pharetrae*, cap. 10.

> *Ex quibus habes primo, Acediam esse peccatum, cum sit tristitia de bono. Hinc reprehensam invenies in Scriptura hanc tepiditatem, Proverb 8.* Usquequo piger dormies? *Deinde:* Vult, et non vult piger. *Ecclesiast. 6.* Subiice humerum tuum, et porta illam idest spiritualem disciplinam, et ne acedieris vinculis eius. *Matth. 3.* Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, etc. *Ideo Matth. 25. et Lucae 19. punitur graviter*

servus, quia in terra fossum abscondit talentum, ut ostendit S. Doct. in speculo animae*, cap. 3. ubi etiam observat, evomendum, Apoc. 3. illum tepidum; et ad 8. Lucae; illum qui lucernam sub lecto ponit. Vide multos PP. apud D. Bonavent. lib. 2.* Pharetrae*, cap. 10.*

4 You HAVE secondly, that this sin is opposed to the virtue of Charity: for it is contrary to its joy, as S. Bonav. teaches, p. 1 Centiloq. loc. cit.

HABES secundo, peccatum hoc opponi virtuti Charitatis: est enim contraria gaudio eius, ut docet S. Bonav. p. 1 Centiloq. loc. cit.

5 You HAVE thirdly, that it is mortal of its genus, if it be about a good divinely commanded, etc., as D. Thom. notes, art. 3. ad secundum. And D. Bonav. in the *Speculo animae*, cap. 3. and lib. 3. *Compendy Theol.* cap. 25. But if it be about a good not commanded, it is venial.

HABES tertio, esse ex genere suo mortale, si sit de bono divino praecepto, etc. ut notat D. Thom. art. 3. ad secundum. Et D. Bonav. in Speculo animae*, cap. 3. et lib. 3.* Compendy Theol. *cap. 25. at si sit de bono non praecepto, est veniale.*

6 You HAVE fourthly, that this is a capital vice; for, as the Philosopher says, 8. Eth. cap. 6.: *No one can long remain in sadness without delight: So much so that those who are vexed with sadness do something else, that they may seek pleasure.* Thus it is named by D. Gregory, 21. *Moral.* cap. 17. in D. Bonav. in the *speculo animae*, cap. 3.

HABES quarto, hoc esse vitium capitale; nam, ut Philosophus 8. Eth. cap. 6. Nemo diu permanere potest in tristitia sine dilectatione: Adeo ut, qui tristitia vexantur, aliquid aliud faciunt, ut quaerant delectationem. *Sic nominatur D. Gregorio 21.* Moral. *cap. 17. apud D. Bonav. in* speculo animae*, cap. 3.*

7 The REMEDY of acedia Cassianus assigns, lib. 10. *de Institut. Coenobiorum*, cap. ultimo. And Climacus grad. 21. in D. Bonav. *de pugna spirituali*, cap. 7. Bernardus *serm. 3. de Ascensione: resist gravely, and undertake and pursue the work strenuously.* D. Bonav. *loc. cit. Diaetae* assigns a variety of occupations, never idling, but working variously, now praying, now reading, now singing. See D. Bonav. *de pugna spirituali, loco citato.*

REMEDIUM acediae assignant Cassianus lib. 10. de Institut. Coenobiorum*, cap. ultimo. Et Climacus grad. 21. apud D. Bonav.* de pugna spirituali*, cap. 7. Bernardus* serm. 3. de Ascensione; graviter resistite, et opus strenue aggredi, atque prosequi. *D. Bonav.* loc. cit. Diaetae *assignat diversitatem occupationum, nunquam otiando, sed varie operari, nunc orando, nunc legendo, nunc cantando. Vide D. Bonav.* de pugna spirituali, loco citato.

8 From these you will understand many definitions of acedia, related by D. Bonav. p. 1. *Centil. sect. 1.* The first from D. August.: *Acedia is weariness of the internal good.* The second from Richard: *It is tepor of the soul, neglecting to begin the good.* The third from Damascene, lib. 1. *de fide*, cap. 14.: *It is an aggravating sadness.* The fourth from many Masters: *Acedia is diffidence about one's own powers and the help of God for fulfilling arduous things, or commandments.*

Ex his intelliges multas definitiones acediae, relatas a D. Bonav. p. 1. Centil. sect. 1. *Prima ex D. August.* Acedia est taedium interni boni. *Secunda ex Richardo:* Est tepor animi, bonum inchoare negligens. *Tertia ex Damasceno, lib. 1.* de fide*, cap. 14.* Est tristitia aggravans. *Quarta ex Magistris multis:* Acedia est diffidentia de propriis viribus, et auxilio Dei, implendi ardua, sive mandata.

9 From these S. Bonaventure elicits that Acedia is essentially indeed opposed to the joy of charity; but not insofar as diffidence is opposed to Hope, inasmuch as it is weariness of the internal good, from which pusillanimity is generated: It is opposed to Fortitude: Inasmuch as it esteems all things difficult, even the easier; It is opposed to Charity, which makes all things easy.

> *Ex quibus elicit S. Bonav. Acediam essentialiter quidem opponi gaudio charitatis; sed non quantum diffidentia opponitur Spei, in quantum est taedium interni boni, ex quo generatur pusillanimitas: Opponitur Fortitudini: Quatenus reputat difficilia omnia, etiam faciliora; Opponitur Charitati, quae omnia efficit facilia.*

10 Now, since Acedia is a capital vice, it has many sons and daughters. The first is malice, which is the will, impatient of burden, scheming evil against him whom it esteems to be inflicting that burden on it. The second is rancor, which is the will, embittered by the impotence of repelling the burden, manifesting by an external sign the bitterness shut up within. The third is pusillanimity, which is the will immoderately fearing the burden in undertaking things to be done, or immoderately diffiding in its own powers. The fourth is despair, which is the will, oppressed by burden, diffiding in the help for acting, or in the divine remuneration on account of the sustaining of the burden, which is diffiding in the fulfilling of the commandments. The fifth is Torpor, which is the will succumbing to the burden, tepid or sluggish toward the completion of things undertaken: The sixth is the wandering of the mind about illicit things, which is the will, destitute of internal joy, seeking rest or consolation in illicit exterior things.

> *CUM autem Acedia sit vitium capitale, habet multos filios, et filias. Prima est malitia, quae est voluntas, gravedinis impatiens, machinans malum illius, quem illud sibi aestimat inferentem. Secunda est rancor, qui est voluntas, ex impotentia repellendae gravedinis amaricata, amaritudinem intus clausam per signum exterius manifestans. Tertia est pusillanimitas, quae est voluntas immoderate metuens gravedinem in agressu agendorum, sive de propriis viribus immoderate diffidens. Quarta est desperatio, quae est voluntas, gravedine opprimens, de adiutorio ad agenda diffidens, sive de remuneratione divina propter sustinentiam gravedinis, quae est in implendis praeceptis diffidens. Quinta est Torpor, qui est voluntas gravedini succumbens, tepida, vel pigra ad impletionem agendorum inchoatorum: Sexta est vagatio mentis circa illicita, quae est voluntas, interno gaudio destituta; in rebus exterioribus illicitis quietem, vel consolationem quaerens.*

11 ACCORDING to Isidorus, lib. *in Deuter.* cap. 16., some are daughters of sadness; others of acedia; for he himself calls sadness the will, inasmuch as it turns itself away from a grave duty.

> *SECUNDUM Isidorum lib.* in Deuter. *cap. 16. aliae sunt filiae tristitiae; aliae acediae; ipse enim tristitiam vocat voluntatem, in quantum a gravi debito se avertit.*

12 But he calls acedia the will, inasmuch as it converts itself to undue rest. He says first: From sadness go out rancor, pusillanimity, bitterness, despair; From acedia arise otiosity, somnolency, importunity, disquietude of mind, instability of body, curiosity. S. Bonav. has all these *loc. cit. p. 1. Centiloquii.*

> *ACEDIAM vero vocat voluntatem, in quantum se ad quietem indebitam convertit. Dicit primo: De tristitia exeunt rancor, pusillanimitas, amaritudo, desperatio; De acedia oriuntur, otiositas, somnolentia, importunitas, inquietudo mentis, corporis instabilitas, curiositas. Haec omnia habet S. Bonav.* loc. cit. p. 1. Centiloquii.

13 In the Diaeta *tit. primo, cap. 7.* he names fifteen daughters of acedia, and they are: Tepiditas, mollicies, somnolentia, otiositas, dilatio, tarditas, negligentia, imperfectio, remissio, dissolutio, ignavia, indolentia, tristitia, taedium vitae, desperatio. He says these vices were expressed by the

fifteen cubits by which the water ascended above the mountains in the deluge, Genes. 7.; thus they submerge and suffocate the acedious within these vices.

> *IN Diaeta* tit. primo, cap. 7. *Quindecim filias acediae nominat, et sunt, Tepiditas, mollicies, somnolentia, otiositas, dilatio, tarditas, negligentia, imperfectio, remissio, dissolutio, ignavia, indolentia, tristitia, taedium vitae, desperatio. Haec vitia expressa fuisse, ait per quindecim cubitos, quibus aqua super montes ascendit in diluvio, Genes. 7. sic intra haec vitia acediosum submergunt, ac suffocant.*

14 ¶ There the S. Doctor has most illustrious things against Acedia for sermons, which it would be too prolix to transcribe here.

> ¶ *Praeclara ibi habet S. Doctor contra Acediam ad conciones, quae hic transcribere nimis foret prolixum.*

15 He heaps up very many Scriptures for it in the *Bibliis pauperum, cap. 117.*

> *Plurimas ad id Scripturas congerit in* Bibliis pauperum, cap. 117.

16 But the S. Doctor teaches in the confessional, *cap. 2. particula 5.*, how the penitent is to be interrogated about Acedia: Whether through weariness he omitted that good, even though commanded: Whether in doing evil he began to take joy: Whether he deterred others from the good by mocking, etc. See the S. Doctor himself, discussing all the daughters of Acedia, distinguished by thoughts, words, and deeds.

> *Docet autem S. Doctor in confessionali,* cap. 2. particula 5. *quomodo de Acedia interrogandus sit poenitens: An per taedium, bonum illud, etsi praeceptum, omiserit: An in faciendo malo laetitiam coeperit: An tetraxerit alios a bono, deridendo, etc. Ipsum S. Doctorem vide, discutientem omnes filias Acediae, cogitationibus, verbis, et factis distinctas.*

Disputation XIII: On Envy

1 Envy is thus opposed to Charity, that as for the latter all things, even evils, cooperate unto good, so for the former all things, even goods, cooperate for evil; and as Charity covers the multitude of sins, so Envy covers all the goods of the neighbor, that they may not be seen; whence the envious one is said to be from non-seeing, as the Seraphic Doctor has, where below.

> *Charitati ita adversatur Invidia, ut sicut illi omnia etiam mala cooperantur in bonum, ita huic omnia etiam bona cooperantur in malum; et sicut Charitas multitudinem peccatorum operit, ita Invidia omnia proximi bona, ne videantur, obtegit; unde Invidus dicitur a non videndo, ut habet Seraphicus, ubi infra.*

Question I: What envy is, and what its object is

1 On Envy the Fathers have written many splendid things: Cyprian, *serm. de Invid.*, Basil *homil. 11. et 21.*, Chrysostom *homil. 44. et 45.*, Cassian *collat. 18.*, Prosper *lib. 3. de vita contemplativa, cap. 9.*, and others as gathered by St. Bonaventure, *Lib. 2. Pharetrae, cap. 8.*, where, drawing on St. Gregory (*Lib. 2. moral. cap. 20. Lib. 3. cap. 17.*), he lists the daughters of Envy, which are Hatred, Whispering, Detraction, Anger; and others, from other Fathers, chiefly St. Augustine (*de disciplina Christiana, cap. 1.*) and Jerome (*epist. 99.*), where they call it a diabolical vice.

> *De Invidia multa praeclare scripserunt PP. Cyprianus,* serm. de Invid.*, Basil.* homil. 11. et 21. *Chrystostomus* homil. 44. et 45. *Cassianus* collat. 18. *Prosper* lib. 3. de vita contemplativa, cap. 9. *et alii apud D. Bonavent.* Lib. 2. Pharetrae, cap. 8. *ubi ex D. Gregorio* Lib. 2. moral. cap. 20. Lib. 3. cap. 17. *refert Invidiae filias; quae sunt Odium, Susurratio, Detractio, Ira; et aliae, ex aliis Patribus, praecipue D. Augustino* de disciplina Christiana, cap. 1. *Hieronymo* epist. 99. *ubi eam vocant diabolicam culpam.*

2 Envy is defined by all as: *Sadness over the neighbor's good, judged as an evil of one's own, insofar as by comparison it diminishes the excellence of one's own good.* So the Socratic Doctor (*opusc. explic. Terminorum Theologiae; et p. p. censil. sect. 19.*). Hence Aristotle (*Lib. 2. Rhet. cap. 9.*) says the cause of Envy is equality, or similarity, and proximity. And the Saints have similar things: Augustine in *Psalm. 104.*, as gathered by St. Bonaventure *loc. adducto*, Damascene *Lib. 2. cap. 24.* St. Augustine also, *Lib. 11. de Genes. ad litt. cap. 14.*, describes Envy, saying: *Since each loves his own excellence, he envies equals, that they be made equal to him; inferiors, lest they be made equal to him; superiors, because they are not made equal to him; etc.* The same is taught by the Angelic Doctor (*p. p. censil. sect. 19.*). Hence also Lucan sang:

> *Invidia ab omnibus definitur:* Tristitia de bono alieno proximi, aestimato ut malo proprio, quatenus per comparationem imminuit proprii boni excellentiam. *Ita S. Doctor* opusc. explic. Terminorum Theologiae; et p. p. censil. sect. 19. *Ideo Aristoteles* Lib. 2. Rhet. cap. 9. *ait, causam Invidiae esse aequalitatem, vel similitudinem, et propinquitatem. Et similia habent Sancti, Augustinus in* Psalm. 104. *apud D. Bonavent.* loc. adducto*, Damascenus* Lib. 2. cap. 24. *Etiam D. Augustinus* Lib. 11. de Genes. ad litt. cap. 14. *describit Invidiam dicens:* Amando quisque excellentiam suam, vel paribus invidet, quod ei coaequentur, vel inferioribus, ne sibi coaequentur; vel superioribus, quod ei non coaequantur; etc. *Idem docet S. Doctor* p. p. censil. sect. 19. *Unde etiam cecinit Lucanus,*

3 — *Emulous virtue gave the spur, and now each can no longer bear that Caesar be before him, or Pompey his equal.* —

— Stimulos dedit aemula virtus, Nec quemquam iam ferre potest, Caesarve priorem; Pompeiusve parem. —

4 Therefore not only the surpassing good of one's neighbor begets Envy, but anything even equal, insofar as it is apprehended as diminishing our excellence or impeding our surpassing others. In this sense St. Gregory is to be understood, *Lib. 5. moral. cap. 33. We cannot envy except those whom we think better than ourselves in some respect; for he does not call them better simply, but insofar as they diminish our excellence*, as Tancretus noted (*disp. 2. quaest. 6. dub. 1.*), Valencia (*disp. 3. quaest. 14. puncto 1.*). Hence St. Augustine (*Lib. 11. in Genes. cap. 15.*), as cited by St. Bonaventure *loco cit.*, says the differences of envy are three: namely, envying superiors, because one is not their equal; equals, because they prosper for the better; inferiors, lest they be made equal to oneself. But one must note that Envy agrees with the other three affections in the character of sadness, but differs by the other parts of the definition, as the Angelic Doctor indicates (*p. p. Censil. sect. 19. et in speculo animae, cap. 1.*).

Igitur non modo bonum praecellens proximi parit Invidiam, sed quodlibet etiam aequale, quatenus minuere nostram excellentiam apprehenditur, aut praecellentiam impedire. Quo sensu intelligendus D. Gregorius Lib. 5. moral. cap. 33. Invidere non possumus nisi eis, quos nobis in aliquo meliores putamus, non enim meliores vocat simpliciter, sed quatenus minuunt nostram excellentiam, *ut adnotavit Tancretus* disp. 2. quaest. 6. dub. 1. *Valentia* disp. 3. quaest. 14. puncto 1. *Hinc D. Augustinus* Lib. 11. in Genes. cap. 15. *apud D. Bonavent.* loco cit. *ait, differentias invidiae esse tres, nempe, Invidere superioribus, quia eis non aequantur: Paribus, quia in melius prosperantur: Inferioribus, ne ei aequentur. Oportet autem advertere, Invidiam in ratione Tristitiae convenire cum aliis tribus affectibus; sed differre per alias particulas definitionis, ut indicat S. Doctor* p. p. Censil. sect. 19. et in speculo animae, cap. 1.

5 For first, there is a certain effect of fear, which is sadness over another's good insofar as it is feared to bring ruin upon us; and this is not a sin, as is clear from Aristotle *loco cit.* and St. Thomas (*hic art. 1. et 2.*) and St. Bonaventure *in speculo animae*. The envious man, however, is not saddened over another's good under this aspect, but as in fact judged to surpass him in his own excellence.

Primo enim datur quidam effectus timoris, qui est tristitia de bono alterius, quatenus timetur allaturus perniciem nobis; neque est peccatum, ut constat ex Aristotele loco cit. *et D. Thom.* hic art. 1. et 2. et D. Bonavent. in speculo animae. *Invidus vero non sub hac ratione tristatur de bono alieno, sed ut de facto aestimati alium supereminente propriae excellentiae.*

6 The second effect, similar to Envy, is when one is saddened not over another's good, so as to envy it, but over his own deficiency, insofar as he himself does not have that good; and this is not a sin, as St. Bonaventure says. This affection is called zeal and emulation, as the Philosopher teaches (*Lib. 2. Rhet. cap. 11.* and St. Thomas *art. 1.*). But Envy is saddened over another's good insofar as it diminishes one's own excellence. Hence *1 John cap. 3.* says, *For this reason Cain slew his brother, because his brother's works were just*. Here the Angelic Doctor notes that Envy is sometimes called by the name of anger, *Genes. 4. Why are you angry?* where the Gloss reads: *you are tormented by envy*; sometimes by the name of hatred: *His brothers hated him, Genes. 37.*; sometimes by the name of emulation, *1 Kings 1. Her rival afflicted her.* To this belongs what Nyssenus says, *Lib. de vita Moysi: The envious man grieves at the happiness of others, and rejoices in their calamities.* And Chrysostom, *homil. 44. ad pop. Why do you grieve, O man, at your neighbor's goods? We ought to grieve at the evils we suffer, not at the goods by which we seem to be held in esteem by others. Therefore this sin is without any pardon.* And Isidore, *Lib. 3. sent. cap. 25. There is no virtue that has not for its contrary the evil of Envy; only misery is without envy.*

Secundus effectus Invidiae similis est, cum quis tristatur, non de bono alterius, ut Invideat, sed de suo defectu, quatenus et ipse illud bonum non habet; et hoc non est peccatum, ut ait S. Bonavent. Hic affectus dicitur zelus et aemulatio, ut docet Philosophus Lib. 2. Rhet. cap. 11. et D. Thom. art. 1. *Invidia vero tristatur de bono alterius, quatenus minuit propriam excellentiam. Unde* prima Ioan. cap. 3. *dicitur,* Propterea Cain occidisse fratrem, quia fratris opera erant iusta. *Ubi advertit S. Doctor aliquando Invidiam nomine irae vocari,* Genes. 4. Quare irasceris? *ubi Glossa:* livore torqueris: *Aliquando nomine odii:* Oderant eum fratres, Genes. 37. *Aliquando nomine aemulationis,* primo Reg. 1. Affligebat eam aemula eius. *Eo pertinet id, quod ait Nyssenus* Lib. de vita Moysi: Invidus felicitate aliorum dolet, calamitatibus gaudet. *Et Chrysostomus* homil. 44. ad pop. Cur doles, o homo, proximi bonis? Dolere nos oportebat iis, quae patimur malis, non bonis, in quibus aliis probabiles haberi videmur. Propterea omni venia caret istud peccatum. *Et Isidorus,* Lib. 3. sent. cap. 25. Nulla est virtus, quae non habeat contrarium Invidiae malum: sola miseria caret invidia.

7 The third affection, similar to Envy, is sadness over another's good insofar as we judge him unworthy of that good; and this affection is called *Nemesis,* or Indignation. So Aristotle *loco cit. cap. 9.*; and St. Bonaventure asserts that this affection, with regard to temporal goods, which more often bring ruin, is not a sin (*in speculo animae, supra citato.*). See him also, *Lib. primo de profectu Religiosi, cap. 13.* Hence St. Gregory (*in Pastorali, part. 3. cap. 1. admon. 23.*) says: *It often happens that, without losing Charity, we are gladdened by the ruin of an enemy, and again saddened by his glory without the guilt of envy: since we believe in our mind that some are thereby well raised up; and as he advances, we fear that very many are unjustly oppressed.* So reports St. Bonaventure, *Lib. 3. Pharetrae, cap. 21.*

Tertius affectus, similis Invidiae, est tristitia de bono alterius, quatenus illum aestimamus eo bono indignum, et hic affectus dicitur Nemesis*, sive Indignatio. Ita Aristoteles* loco cit. cap. 9. *et hunc affectum quo ad bona temporalia, quae saepius ruinam afferunt, non esse peccatum, asserit S. Bonavent.* in speculo animae, supra citato. *Vide ipsum etiam* Lib. primo de profectu Religiosi, cap. 13. *Unde S. Gregorius* in Pastorali, part. 3. cap. 1. admon. 23. *ait:* Evenire plerumque solet, ut non amissa Charitate, nos inimici ruina laetificet, et rursum eius gloria sine invidiae culpa nos contristet: dum et mente eo, quosdam bene erigi credimus; et proficiente eo, plerosque iniuste opprimi formidamus. *Ita refert S. Bonavent.* Lib. 3. Pharetrae, cap. 21.

8 From what has been said it follows that Envy does not exist among those who are not equals or similar in some state, as Aristotle teaches (*cap. 10.*); for among these only the excellence of one obscures the excellence of the other. Hence he infers that neither the dead, nor those most remote at the pillars of Hercules, are envied; but envy, he says, exists among neighbors and rivals, and among those who desire and strive for the same things, whence the saying: *The potter envies the potter, and the smith the smith.*

Ex dictis sequitur, Invidiam non esse inter eos, qui in aliquo statu non sint aequales, vel similes, ut docet Aristoteles cap. 10. *nam inter hos tantum per unius praestantiam, Excellentia alterius obscuratur. Hinc deducit, nec mortuis, nec remotissimis ad columnas Herculis invideri: sed invidiam, ait, esse inter proximos, et rivales; et inter eos, qui eadem cupiunt, et intendunt, unde dictum est:* Figulus figulo invidet; faberque fabro.

9 Hence you infer that those prone to envy are the faint-hearted, since to them all things seem great, as St. Gregory noted above; to this Job 5: *Envy slays the small one.* On the contrary, the magnanimous are free from envy, as Silius Italicus says. See Valencia.

Hinc deduces, eos invidiae obnoxios, qui pusillanimes sunt, quippe eis omnia videntur magna, ut adnotat D. Gregorius supra, ad id Iob. 5. Parvulum occidit Invidia. *E contra, magnanimi invidia carent, ut ait Silius Italicus. Vide Valentiam.*

10 From all these things the Angelic Doctor concludes in the place cited in the *Summa* that Envy is opposed to piety, which arises from Charity.

> *Ex his omnibus colligit S. Doctor loco cit. Gentil. Invidiam opponi pietati, quae ex Charitate orta est.*

Question II: How perverse envy is

1 { D Thom. art. 2.

> ***Quam prava sit INVIDIA.***
>
> *{ D Thom. art. 2.*

2 I assert first that Envy, of its genus, is a mortal sin.

> *Assero primo, Invidiam, ex suo genere, esse peccatum mortale.*

3 *It is proved* first by St. Bonaventure in *speculo animae, cap. 3.* From Romans 1: *The Lord delivered them up to a reprobate sense, that they may do things that are not convenient, filled with all iniquity, etc. full of envy, murder, etc.*, and Galatians 5: *Among the works of the flesh are named enmities, concerning which he adds: Those who do such things shall not possess the kingdom of God.*

> Probatur *primo a D. Bonavent. in* speculo animae, cap. 3. *Ex primo Rom.* Tradidit eos Dominus in reprobum sensum, ut faciant ea, quae non conveniunt, repletos omni iniquitate, etc. plenos invidia, homicidio, etc. *et ad Galat. 5.* Inter opera carnis nominantur invidiae, de quibus subdit: Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.

4 *It is proved* by the Angelic Doctor Lib. 2., *Pharetrae, cap. 8.*, and the Holy Fathers, who gravely exaggerate this sin, chiefly St. Gregory 2. *moral. cap. 20.* and Lib. 31. *cap. 17.* Lib. 3. *Dial. cap. 15.* and *homil. 5. in Evang.*, Chrysostom *homil. 54. in Ioan.*, Augustine *de disciplina Christiana, cap. 1. de Virginitate, cap. 31.*, Jerome *epist. 99.*, Isidore *in Synop. cap. 9.*, Anselm *de simil. cap. 45.* The Angelic Doctor describes Envy admirably in sermons, in *Diaeta, tit. 1. cap. 4.* and in *Bibliis pauperum, cap. 42.*

> Probatur *a S. Doctore Lib. 2.,* Pharetrae, cap. 8. *et SS. PP. qui hoc peccatum graviter exaggerant, praecipue D. Gregorius* 2. moral. cap. 20. *et Lib. 31.* cap. 17. *Lib. 3.* Dial. cap. 15. *et* homil. 5. in Evang. *Chrysostomus* homil. 54. in Ioan. *Augustinus* de disciplina Christiana, cap. 1. de Virginitate, cap. 31. *Hieron.* epist. 99. *Isidorus* in Synop. cap. 9. *Anselmus* de simil. cap. 45. *Invidiam, ad conciones, describit egregie S. Doctor in* Diaeta, tit. 1. cap. 4. *et in* Bibliis pauperum, cap. 42.

5 *It is proved* second by St. Bonaventure in *compend. Theol. Lib. 3. cap. 16.*, because it is opposed to the divine goodness, which is communicative; *so good indeed is God*, says St. Augustine in the Enchiridion *cap. 27. as is had in offic. Septuagesimae, that he makes good out of evils; but the envious man is so perverse that he sucks evil out of the very goods; and the goods cooperate toward evil for him.* See the Angelic Doctor.

> Probatur *secundo a D. Bonavent. in* compend. Theol. Lib. 3. cap. 16. *quia opponitur divinae bonitati, quae est communicativa;* tam bonum autem Deum, *ait D. Augustinus in Enchir.* cap. 27. ut habetur in offic. Septuagesimae, ut de malis bonum faciat; sed invidus adeo pravus est, ut e bonis ipsis mala sugat; et bona in malum ei cooperantur. *Vide S. Doctorem.*

6 *It is proved* third by the Angelic Doctor *cap. 28. De profectu religiosi*, and *Lib. 3. compend. Theol. cap. 23.*, because Envy is opposed to the virtue of Mercy and of Charity, and to its joy. Hence he also infers that it is a sin of envy not only to be saddened over another's good, but even not to rejoice in it, and

not to grieve over the evil. He adds, however, that it can be venial by the surreption of the act. See him in the *Compend.*

> Probatur *tertio a S. Doctore* cap. 28. De profectu religiosi, *et* Lib. 3. compend. Theol. cap. 23. *quia Invidia opponitur virtuti Misericordiae, et Charitatis, eiusque gaudio. Hinc etiam infert, esse peccatum invidiae, non solum tristari de bono alterius; sed etiam non gaudere de eo, et non dolere de malo. Addit vero, posse esse veniale ex subreptione actus. Vide ipsum in* Compend.

7 I assert second that Envy is a capital sin. So St. Gregory 31. *moral. cap. 31.*, St. Thomas *art. 4.*, St. Bonaventure in the places cited here and in the preceding question; for from it many vices are born, per St. Gregory 31. *moral. cap. 17.*: namely, Hatred, which is to will evil to someone and to refuse a good. Second, exultation over the neighbor's adversities, affliction at his prosperities, whispering, detraction. See the Angelic Doctor *de profectu Relig.*

> *Assero secundo, Invidiam esse peccatum capitale. Ita D. Gregorius 31.* moral. cap. 31. *D. Thom.* art. 4. *D. Bonavent. locis allegatis hic, et in praecedenti quaestione; nam de hac multa vitia nascuntur, ex D. Gregorio 31.* moral. cap. 17. *nempe, Odium, quod est velle malum alicui, et nolle bonum. Secundo exultatio in adversis proximi, afflictio in prosperis eius, susurratio, detractio. Vide S. Doctorem* de profectu Relig.

8 Of Envy the Angelic Doctor also says (*in speculo animae citato*) that two branches issue. These are: exultation over the neighbor's adversities, and sadness at his prosperities. The same is had in the place already cited.

> *De Invidia etiam ait S. Doctor* in speculo animae citato, *exire duos ramos. Hi sunt, exultatio in adversis proximi; et dolor in prosperis. Idem habet loco iam cit.*

9 From the First are designated first Machination, which is the hidden procurement of evil. Second, scandal, which is a word or deed less right, affording others the occasion of ruin, as St. Jerome says (*in c. 15. Matth.*) and St. Augustine (*locis allegandis disp. 18.*). Third, Snares, which are the investigation of another's deeds, so that the neighbor may be accused from them. Fourth, Betrayal, when one feigns friendship with another in order to deceive him. Of this Boethius says, *there is no pest worse than an enemy in one's own household.* Fifth, Suspicion, when one is quick to suspect evil of another. Hence Tully: *suspicion is an evil opinion arising from slight causes*; and this proceeds from the evil affection of Envy, and then it has the character of mortal sin; otherwise it is not judged mortal, as the Angelic Doctor says, whom Suarez and others follow, as gathered from him. Sixth is perverse judgment, when one, ill-disposed toward another, not only suspects evil in him from slight causes, but even determines it in his heart or pronounces it judicially with his mouth; and this is always mortal sin of its genus; hence the Gloss on 1 *Cor. 4. Do not judge before the time, condemns this.*

> *De Primo diramantur primo Machinatio, quae est mali occulta procuratio. Secundo scandalum, quod est dictum, vel factum minus rectum, praebens aliis occasionem ruinae, ut ait D. Hieronymus* in c. 15. Matth. *et D. Augustinus* locis allegandis disp. 18. *Tertio Insidiae, quae sunt investigatio factorum alterius, ut inde accusari possit proximus. Quarto Proditio, cum quis amicitiam simulat cum alio, ut eum decipiat. De hoc ait Boëtius,* nullam esse pestem, familiari inimico deteriorem. *Quinto Suspicio, cum quis facilis est, ut malum de alio suspicetur. Unde Tullius:* suspicio est mala opinio ex levibus causis, *et hoc ex mala affectione Invidiae procedit, et tunc habet rationem mortalis, alias autem non iudicatur mortalis, ut ait S. Doctor, quem sequuntur Suarez, et alii apud eum. Sexto est iudicium perversum, cum quis ad alium male affectus, non solum malum suspicatur in ipso ex causis levibus, verum etiam definit in corde, vel*

ore sententialiter, et hoc est semper peccatum mortale ex genere; unde Glossa ad id, prima Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare, hoc damnat.

10 From this branch sprouts the sowing of discord, which is a mortal sin, *Proverb. 6.*; as also the revelation of secrets, when they are to someone's ruin.

Ex hoc ramo pullulat discordiae seminatio, quae est peccatum mortale, Proverb. 6. *sicut et secretorum revelatio, quando sunt in damnum.*

11 From the other principal branch of Envy, which is Sadness at the neighbor's prosperities, proceeds Detraction, by which the neighbor's prosperity is impeded; and this is done either by removing the neighbor's good, or by keeping silent, or by denying, or by perverting it. Or by willing to reveal, aggravate, impose, confirm the evil, and to hear it gladly, as St. Bonaventure notes (*in speculo cit.*); and they are the ten horns of the beast seen by Daniel, *cap. 7.*, as the Gloss expounds.

Ex altero ramo Invidiae praecipuo, qui est Dolor in prosperis proximi, procedunt Detractio, qua proximi prosperitas impeditur; haec autem fit, vel bonum proximi amovendo, vel tacendo, vel negando, vel pervertendo. Aut volendo, malum revelare, aggravare, imponere, confirmare, libenter audire, ut notat S. Bonavent. in speculo cit. *et sunt decem cornua bestiae, visae a Daniele,* cap. 7. *ut exponit Glossa.*

12 The Angelic Doctor observes, moreover, that a reputation is blackened by hidden words and nods, according to Ecclesiasticus 10: *If a serpent bite in silence, he is no better that backbiteth secretly.* But it has the character of mortal sin of its genus; since, according to the Wise Man, *Proverb. 22. A good name is better than great riches*, just as it is a mortal sin to steal, and the thief is bound to restitution, so too is he who detracts from a good name. He warns, however, that not every word is mortal.

Observat autem S. Doctor, denigrari famam per verba occulta, et nutus, iuxta id Ecclesiastae 10. Si mordeat serpens in sibilo, nihilominus habet, qui occulte detrahit. *Habet autem ex genere rationem mortalis; cum enim secundum sapientem,* Proverb. 22. Melius est nomen bonum, quam divitiae multae*, sicut peccatum mortale est furari, et fur ad restitutionem tenetur; ita etiam, qui famae detrahit: Monet tamen, non omne verbum esse mortale.*

13 TO detraction belongs keeping silent, when there is a need to defend a neighbor unjustly reviled; for as in temporal necessities we are bound to succor him, so also in spiritual ones. Thus also one sins by gravely diminishing or perverting a neighbor's good, as though obtained for an evil end: of this it is said *Eccles. 11. He that turneth good into evil lurketh, and in the chosen he will lay a stain.* Thus to deny another's known good is gravely to detract. Likewise gladly to hear evil of someone, or to give occasion for detraction, or to dissemble when one can correct, is mortal. Hence the Apostle, *Rom. 1. Detractors are hateful to God*, says: *Not only those who do them, but also those who consent.* The Angelic Doctor adds, however, that if someone does not correct a detraction out of bashfulness or human respect, it is not mortal, unless it be a person upon whom the duty of correcting falls. He also says that to confirm another's evil report, and to amplify it to infamy, is mortal. Yet it makes a great difference whether this proceeds from Envy or rather from an indiscreet zeal for justice; for sometimes the evils of others are spoken out of indignation or levity of speech, which it would be harsh to judge mortal, as the Angelic Doctor says.

AD detractionem autem spectat tacere, quando est necessitas iustificandi proximum, iniuste vituperatum; sicut enim in temporalibus necessitatibus tenemur succurrere illi; ita et in Spiritualibus. Sic etiam peccatur, bonum graviter proximi minuendo, vel pervertendo, quasi malo fine partatum: De hoc dicitur Eccles. 11. Bona in mala convertens insidiatur, et in electis imponet maculam. *Sic negare bonum scitum alterius, graviter detrahere est. Item malum de*

> *aliquo libenter audire, vel ansam detractionis dare, vel dissimulare, cum possit corrigere, est mortale. Unde Apostolus* Rom. 1. Detractores Deo odibiles*, ait,* Non solum autem facientes, sed etiam consentientes. *Addit tamen S. Doctor, quod si aliquis detractionem non corrigat ex verecundia, vel timore humano, non esse mortale, nisi sit persona, cui incumbat corrigere. Item ait, malum alicuius dictum confirmare, amplificare ad infamationem, esse mortale. Multum tamen interest, an hoc procedat ex Invidia, an vero ex zelo indiscreto iustitiae; Aliquando enim mala aliorum dicuntur ex indignatione, vel levitate dicendi, quae durum esset iudicare mortale, ut ait S. Doctor.*

14 From Envy, St. Bonaventure says, Rancor also arises, which is a grave motion of the heart proceeding from an evil affection toward one's neighbor, and has the character of mortal sin if it proceeds from Envy; from rancor, moreover, Hatred is born — so the Angelic Doctor.

> *Ex Invidia, ait D. Bonavent. oritur etiam rancor, qui est motus cordis gravis, ex mala affectione in proximum procedens, et habet rationem mortalis, si ex Invidia procedat; ex rancore autem nascitur odium, haec S. Doctor.*

Disputation XIV: On Discord and Contention

1 THESE perversions of the soul agree only in this, that they tear asunder the seamless Tunic of the Lord, which the soldiers themselves did not rend — Charity, that is: the one indeed attacks the truth, which it cannot by arguments, with clamors; the other breaks cords of hearts formerly united by the bond of peace, whence it took the name of Discord.

> *ISTAE animi pravitates eo solummodo conveniunt, ut inconsutilem Domini Tunicam, cui ipsi pepercere milites, Charitatem utique, dilacerent: Haec quidem veritatem, quam nequit rationibus, clamoribus impugnat; Illa corda, pacis vinculo prius unita, disrumpit, unde discordiae nomen accepit.*

Question I: What discord is, and what kind of sin

1 *DISCORD is a dissension of wills concerning the divine good, or the neighbor's good, which each is bound by Charity to will.* The Angelic Doctor says the same, p. p. Centil. sect. 18., where he describes it thus: *It is a will fleeing the judgment of wisdom, dissenting from what is said by others.*

> DISCORDIA est dissensio voluntatum circa bonum divinum, vel proximi, quod quisque tenetur ex Charitate velle. *Idem sentit D. Bonavent. p. p. Centil. sect. 18. ubi eam sic describit:* Est voluntas fugiens rationem sapientiae, ab his, quae ab aliis dicuntur, dissentiens.

2 THEREFORE it is a mortal sin of its genus; for it is opposed to Christian peace, which is an act of Charity. Hence Galatians 5. names it among the works of the flesh, of which it is said: *Those who do such things shall not possess the kingdom of God*, and Proverbs 6: *The seventh his soul detesteth, etc. He that soweth discords among brethren*, as the Angelic Doctor shows in speculo animae, cap. 1.

> *ITAQUE est peccatum ex genere mortale; Nam opponitur paci Christianae, quae est actus Charitatis. Ideo Galat. 5. nominatur inter opera carnis, de quibus dicitur:* Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt, *et Proverb. 6.* Septimum detestatur anima eius, etc. Qui seminat discordias inter fratres, *ut ostendit S. Doctor in speculo animae, cap. 1.*

3 MOREOVER it is the offspring of Pride, as St. Gregory teaches, 31. moral. cap. 31., and St. Thomas *art. 2.*, St. Bonaventure loco cit.; often also of Envy, as St. Thomas says ad 2. It begets many evils, as is said, Matthew 12: *Every kingdom divided against itself shall be made desolate.* Where Jerome: *As small things grow by concord, so the greatest crumble by discord*, as St. Bonaventure reports, citing the place soon after.

> *EST autem proles superbiae, ut docet D. Gregorius 31. moral. cap. 31. et D. Thom. art. 2. D. Bonavent. loco cit. saepe etiam Invidiae, ut ait D. Thom. ad 2. Plurima mala gignit, ut dicitur, Matth. 12.* Omne regnum in se divisum desolabitur. *Ubi Hieronymus:* Quomodo concordia res parvae crescunt, sic discordia maximae dilabuntur, *ut refert D. Bonavent. mox citando loco.*

4 WHENCE the Holy Fathers, as gathered by St. Bonaventure in Pharetra, Lib. 3. cap. 22., gravely reprehend it, chiefly St. Gregory in the Register, lib. 6. indic. 15. cap. 166., and Lib. 1. indic. 9. cap. 78., and Lib. 10. indic. 10. cap. 37., and Lib. 1. moral. cap. 4., and Lib. 22. cap. 6., and in Pastor. part. 3. cap. 1. admonit. 23. and 24., and Lib. 2. Dialog. cap. 3., and homil. 38. in Evang.; St. Jerome epist. 14., and on cap. 12. Matth., and on Michaeam, Lib. 2. cap. septimo; St. Augustine serm. 56. de verbis Domini, epist. 13. ad Macedon, and Lib. 9. confess. cap. 8.; St. Ambrose de Virginitate, Lib. 2. at the

end; St. Isidore in Synon. cap. 8., and de summo bono, Lib. 3. cap. 51.; St. Chrysostom homil. 16. in Matthaeum; St. Bernard epist. 78. and serm. 71. in Cantica; the Gloss on 1 John, 3.; Boethius de Consol. Lib. 5. prosa 5. at the end. Hence he describes it wondrously in sermons.

> *UNDE SS. PP. apud D. Bonavent. in Pharetra, Lib. 3. cap. 22. graviter eam reprehendunt, praecipue D. Gregorius in registro, lib. 6. indic. 15. cap. 166. et Lib. 1. indic. 9. cap. 78. et Lib. 10. indic. 10. cap. 37. et Lib. 1. moral. cap. 4. et Lib. 22. cap. 6. et in Pastor. part. 3. cap. 1. admonit. 23. et 24. et Lib. 2. Dialog. cap. 3. et homil. 38. in Evang. D. Hieronymus epist. 14. et in cap. 12. Matth. et in Michaeam, Lib. 2. cap. septimo. D. Augustinus serm. 56. de verbis Domini, epist. 13. ad Macedon, et Lib. 9. confess. cap. 8. D. Ambrosius de Virginitate, Lib. 2. ad finem. S. Isidorus in Synon. cap. 8. et de summo bono, Lib. 3. cap. 51. D. Chrysostomus homil. 16. in Matthaeum, D. Bernardus epist. 78. et serm. 71. in Cantica. Glossa in primam Ioannis, 3. Boëtius de Consol. Lib. 5. prosa 5. in fine. Hinc ad conciones mira describit.*

5 The Angelic Doctor also brings many things from the Scriptures in Bibliis pauperum, cap. 50.

> *Plurima etiam e Scripturis affert S. Doctor in Bibliis pauperum, cap. 50.*

Question II: What sin contention is, and how great

1 CONTENTION is a certain altercation of words against the truth, aimed at attacking it. Therefore it is a sin contrary to the peace of Charity, as St. Bonaventure teaches in explicatione terminorum Theologiae, and in primo sent. dub. 7. Prol., where, drawing on St. Ambrose in the Gloss on Rom. 1. *Contention*, etc., he says: *Contention is an attack upon the truth with the confidence of clamor.*

> *CONTENTIO est altercatio quaedam verborum contra veritatem, ad eam impugnandam. Itaque est peccatum, paci Charitatis contrarium, ut docet D. Bonavent. in explicatione terminorum Theologiae, et in primo sent. dub. 7. Prol. ubi ex D. Ambrosio in Glossa ad id Rom. 1.* Contentione, *etc. ait:* Contentio est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris.

2 WHEREFORE it is mortal of its genus, as St. Thomas shows, *art.* 2., drawing on St. Gregory, 31. moral. cap. 31. Hence in Scripture it is numbered among the other mortal sins, Galatians 5., Romans 1., 1 Corinthians 1., as St. Bonaventure notes in speculo animae, cap. 1.

> *QUAPROPTER est ex genere mortale, ut ostendit D. Thom. art. 2. ex D. Gregorio 31. moral. cap. 31. Unde in Scriptura aliis mortalibus adnumeratur Galat. 5. Rom. 1. prima Corinth. 1. ut advertit D. Bonavent. in speculo animae, cap. 1.*

3 FURTHERMORE, truth is assailed by Contention: First, by one who formally attacks a truth acknowledged, as Cajetan and Valencia note. Second, one who attacks the proposed matter in such a way that he does not care whether it is true or false. Third, one who can and ought to know that the proposed matter which he attacks is true; in this way heretics attack the truth of faith, as Valencia notes, question 14.

> *PORRO per Contentionem oppugnatur veritas: Primo formaliter impugnando veritatem agnitam, ut notant Caietanus, et Valentia. Secundo, qui rem propositam, ita oppugnat, ut non curet sitne vera, an falsa. Tertio qui potest, et debet scire, veram esse rem propositam, quam oppugnat; quo modo veritatem fidei oppugnant haeretici, ut notat Valentia, quaestione 14.*

4 Of this you have much from the Holy Fathers as gathered by St. Bonaventure, Lib. 3. Pharetrae, cap. 3. §. 9. St. Gregory in 26. moral. cap. 2.: *Those who begin contentions are usually more culpable than those*

who answer; and in Past. part. 3. admon. 24.: *Whoever in sowing quarrels destroys the love of neighbors serves a familiar enemy*; and Lib. 31. moral. cap. 8.: *Hypocrisy, having assumed the habit of holy religion, abandons the care of her children, and seeks to defend temporal things even with quarrels.*

> *De hac multa habes ex SS. PP. apud D. Bonavent. Lib. 3. Pharetrae, cap. 3. §. 9. D. Gregorius in 26. moral. cap. 2.* Culpabiliores esse solem hi, qui contentiones inchoant, quam qui respondent, *et in Past. part. 3. admon. 24.* Quisquis in seminando iurgia dilectionem proximorum perimit, hosti familiaris servit, *et Lib. 31. moral. cap. 8.* Hypocrisis, assumpto sanctae religionis habitu, filiorum suorum custodiam deserit, et temporalia quaeque defendere etiam iurgiis quaerit.

5 ST. AUGUSTINE in regula 3. cap. 37.: *But you should have no quarrels, or finish them as quickly as possible, lest anger grow into hatred, and make a beam out of a straw, and make the soul a murderer. For as you have read: He that hateth his brother is a murderer.* And cap. 39.: *Refrain from harsher words; and if they have issued from your mouth, do not be ashamed to bring forth from that same mouth the remedies from which the wounds were made.*

> *D. AUGUSTINUS in regula 3. cap. 37.* Lites autem nullas habeatis, aut quam celerrime finiatis: ne ira crescat in odium, et trabem faciat de festuca, et animam faciat homicidam. Sicut enim legistis: Qui odit fratrem suum, homicida est. *Et cap. 39.* Vobis a verbis durioribus parcite: quae si emissae fuerint ex ore vestro, non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta, unde facta sunt vulnera.

6 ISIDORE in Synon. cap. 9.: *Contention kindles the torches of hatred; contention extinguishes the peace of the heart; contention breaks concord.*

> *ISIDORUS in Synon. cap. 9.* Contentio faces odiorum accendit, pacem cordis contentio extinguit, concordiam contentio rumpit.

7 SENECA in the first letter: *The first contention is among rivals.*

> *SENECA in epistola prima:* Prima est inter competitores contentio.

8 The Angelic Doctor notes, however, in the place cited in speculo animae, that Contention is to be judged by its root; for if it arises from grave hatred, or grave anger, or a will to oppress or confound holy truth, it is mortal. And on Luke 22, at the words: *And there was also a contention among them, which of them should seem to be the greater*, the Angelic Doctor says: What was the occasion of this contention is not known. Yet contention is a sign of the love of one's own private good. Hence James 4: *From whence are wars and contentions among you? Are they not from your concupiscences, which war in your members?* But contention over primacy is a sign of the love of excellence and dominion: this was repressed by Christ; and it is dissuaded by the Apostle Paul, 1 Cor. 11.: *If anyone among you seems to be contentious, we have no such custom, nor the Church of God.* Because Proverbs 11: *honor is the man's who separates himself from contentions.* But this conflict has withdrawn from the court. Nay, just as at the approach of Christ's passion they contended over primacy, so at the approach of a prelate's death contention arises among the Canons over who ought to be placed first.

> *ADVERTIT autem S. Doctor loco cit. in speculo animae; Contentionem iudicandam ex radice, nam si oriatur ex odio gravi, vel ira gravi, vel voluntate opprimendi veritatem sanctam, vel confudendi, est mortalis. Et in 22. Lucae ad ea verba:* Facta est autem contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior, *ait S. Doctor. Quae fuerit huius contentionis occasio, nescitur. Contentio tamen est signum amoris privati boni, Hinc Iacobi 4.* Unde bella, et lites in vobis? Nonne ex concupiscentiis vestris, quae militant in membris vestris? *Contentio autem de primatu est signum amoris excellentiae, et dominii: Haec repressa fuit per Christum; et per Apostolum Paulum dissuadetur, prima Cor. 11.* Si quis videtur inter vos contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque

Ecclesia Dei. *Quia Proverb. 11.* honor est hominis, qui separat se a contentionibus. *Sed haec conflictio recessit ab aula. Imo, sicut imminente passione Christi contenderunt de primatu; sic imminente morte praelati, contentio fit inter Canonicos, quis debeat praeponi.*

9 I append the splendid teaching of the Angelic Doctor, from speculo disciplinae ad novitios, cap. 20.: *It is wholly unworthy of the servants of God to contend in the manner of little women; if words of resistance fall in, one must yield at once to the resister. Honor is the man's who separates himself from contentions. They never quarrel for the sake, as it is said, of learning, knowing that contentions of words henceforth in no way pertain to them. It cannot be that contention will not extort something that is given against conscience. It is perverse, above all if with damnable audacity the mouth of a religious man be opened to injurious or maledictive words, which according to the Apostle, 1 Corinthians 10., are excluded from the kingdom of God.* So the Seraphic Doctor.

PRAECLARAM sententiam S. Doctoris appono, ex speculo disciplinae ad novitios, cap. 20. Indignum penitus servis Dei, muliercularum more contendere, si resistentiae incidant verba, cedendum est continuo resistenti. Honor est homini, qui separat se a contentionibus. Nunquam discendi, ut dicitur, gratia litigant, scientes, ad se verborum contentiones nullo modo deinceps pertinere. Non potest esse, quin contentio aliquid quod contra conscientiam datur, extorqueat. Perversum est, maxime si ausu damnabili ad iniuriosa, vel maledica verba, quae secundum Apostolum, prima Corinth. 10. a regno Dei excludantur, os viri religiosi laxetur. *Haec Seraphicus.*

Disputation XV: On Schism

1 BY Schism, worse still, one sins, in that he rejects with a discordant will the truth acknowledged in his mind, and, in place of the closer union in the dogma of faith, follows a long distance of wills; wherefore it is chiefly opposed to Charity, which dwells in the will and reduces the members of the Church into one body; hence we shall inquire what sort of sin, and how great, Schism is.

> *EO detrius per Schisma delinquitur, quod agnitam in mente veritatem, discordi voluntate reprobet, et propriorem in Dogmate fidei unionem, sequatur longa voluntatum distantia, quam ob rem Charitati, quae voluntati insidet, et membra Ecclesiae in unum corpus reducit, maxime opponitur; hinc inquiremus, quale, et quantum peccatum sit Schisma.*

Question I: What kind of sin schism is

1 The name of SCHISM is derived from the verb *scindo* (I rend), as St. Bonaventure notes in speculo animae, cap. 1. From this word begins to shine forth what sort of sin Schism is: *For schism is a disjunction by which one separates himself from the unity of the Church, as it is a certain mystical body, consisting of the faithful of various conditions as members mutually connected, especially with the Head, the Supreme Pontiff, the Vicar of Christ*. So reports St. Bonaventure in declaratione terminorum Theologiae. It is defined more briefly by the Angelic Doctor in the place cited here near the end: *Schism is the illicit dissension of those among whom unity ought to exist*.

> *SCHISMATIS nomen, a verbo scindo deducitur, ut notat D. Bonavent. in speculo animae, cap. 1. ex hoc vocabulo incipit elucere, quodnam peccatum sit Schisma:* Est enim schisma disiunctio, qua quis se separat ab unitate Ecclesiae, ut est quoddam corpus mysticum, constans ex diversarum conditionum fidelibus, tanquam membris inter se connexis, praecipue cum Capite summo Pontifice, Christi Vicario. *Ita refert D. Bonavent. in declaratione terminorum Theologiae: Brevius definitur a S. Doctore loco hic cit. prope finem:* Schisma est illicita dissensio eorum, inter quos debet esse unitas.

2 The Fathers insert this, when they say that by Schism a man is separated from the Church, as Jerome says in cap. 3. ad Titum; that the unity of the Church is rent, as Irenaeus says Lib. 4. cap. 43., and Cyprian in Lib. de unitate Ecclesiae.

> *Hoc inserunt Patres, cum dicunt, per Schisma separari hominem ab Ecclesia, ut ait Hieron. in cap. 3. ad Titum. Scindi Ecclesiae unitatem, ut ait Irenaeus Lib. 4. cap. 43. et Cyprianus Lib. de unitate Ecclesiae.*

3 HOW, however, one rends himself from that unity will be perceived once the reason of the unity of the body of the Church is recognized, which consists in an analogical proportion to offices, and to the unity of the human body, in which the members are various, deputed to various offices: some for working, as the hands; some for seeing, as the eyes; some for speaking, as the tongue, lips, palate, etc. For so in this mystical body some are destined for laboring in holy works; others for seeing and providing; others for speaking, teaching, instructing, etc. Hence the Apostle often expounds the state of the Church with this metaphor in his Epistles, as Rom. 12., 1 Cor. 13., Ephes. 4.

> *QUOMODO autem quis se ab ea Scindat unitate, percipietur, agnita ratione unitatis corporis Ecclesiae, quae consistit in analogica proportione ad officia, et unitatem corporis humani, in quo diversa sunt membra, variis officiis deputata; aliqua ad operandum, ut manus; aliqua ad videndum, ut oculi; aliqua ad loquendum, ut Lingua, labia, palatus, etc. Sic enim, et in hoc mystico aliqui sunt ad laborandum destinati in operibus sanctis; alii ad videndum, et providendum; alii*

ad loquendum, docendum, erudiendum, etc. Ideo saepe Apostolus in Epistolis hac metaphora explicat Ecclesiae statum, ut Rom. 12. prima Cor. 13. Ephes. 4.

4 HENCE indeed the reason of Schism appears, which is: refusing to conduct oneself in the manner proposed by the Church, and suitable to oneself, among those working and subject to the Supreme Head, to whose governance the whole body is subject.

HINC vero apparet ratio Schismatis, quae est, nolle se gerere modo sibi ab Ecclesia proposito, ac sibi convenienti inter operandum, et subesse Capiti Supremo, cuius regimini totum corpus subiicitur.

5 I assert, therefore, first, that Schism is a mortal sin.

ASSERO igitur primo, Schisma esse peccatum mortale.

6 It is proved by 1 *Cor. 1.* where the Apostle gravely enjoins: *Let there be no schisms among you*; for to separate oneself from the unity necessary for salvation is a great sin.

PROBATUR illa prima Cor. 1. *ubi graviter iniungit Apostolus:* Non sint in vobis Schismata: *Nam seiungere se ab unitate, necessaria ad salutem, grande peccatum est.*

7 I assert that Schism is a special mortal sin.

ASSERO, Schisma esse peccatum speciale mortale.

8 It is proved, because by Schism the singular bond of Charity is broken, as the Apostle teaches, *1 Cor. 12.*, saying: *Let there be no schism in the body, but the members should be mutually careful one for another, etc.* And Ephes. 4.: *Bearing with one another in Charity, careful to keep the unity of the Spirit in the bond of peace. One body, and one Spirit*; and below: *The whole body, compacted and connected by every joint of administration, according to the operation in the measure of the increase of every member, makes the increase of the body unto the edifying of itself in Charity.* See also St. Bonaventure *in 4. dist. 13. dub. 4. litt.*

PROBATUR, quia per Schisma rumpitur vinculum singulare Charitatis, ut docet Apostolus, prima Cor. 12. *dicens:* Non sit Schisma in corpore, sed idipsum pro invicem sollicita sint membra, etc. Et Ephes. 4. Supportantes invicem in Charitate, solliciti servare unitatem in vinculo pacis. Unum corpus, et unus Spiritus; et infra: Totum corpus compactum, et connexum per omnem iuncturam administrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in aedificationem sui in Charitate. *Vide etiam D. Bonavent.* in 4. dist. 13. dub. 4. litt.

9 THEN it is proved from the Fathers, who say that by Schism Charity and peace are violated; so St. Cyprian *Lib. de unitate Ecclesiae*, where he offers wondrous things on this matter; Augustine *Lib. de fide, et Symbolo, cap. 10. et Lib. 2. de Baptismo contra Donatum, cap. 6.*

DEINDE probatur ex Patribus, qui dicunt, Schismate violari Charitatem, et pacem; sic D. Cyprianus Lib. de unitate Ecclesiae*, ubi mira hac de re profert: Augustinus* Lib. de fide, et Symbolo, cap. 10. et Lib. 2. de Baptismo contra Donatum, cap. 6.

10 It is proved third, because each one is bound to will, for himself and his neighbor, that good of Charity, and of peace, and of communion in the same body of the Church.

PROBATUR tertio, quia quisque tenetur, sibi, et proximo velle bonum illud Charitatis, et pacis, ac communionis in eodem Ecclesiae corpore.

11 HENCE you can know that someone can be a Schismatic even if he is not a heretic, if, namely, he separates himself from obedience to the Pontiff whom he nonetheless believes to be the Vicar of Christ. For heresy, besides the scission, adds a perverse dogma, as St. Bonaventure notes in centil. in the place to be cited.

> *HINC scire potes, Schismaticum esse posse aliquem, etiamsi non sit haereticus, si nempe se separet ab obedientia Pontificis, quem tamen credat Christi Vicarium. Haeresis enim, praeter scissionem, addit dogma pravum, ut notat S. Bonavent. in centil. loco citando.*

12 The Fathers recognized this distinction: Chrysostom *homil. 11. ad Eph.*, Augustine *de fide, et Symbolo, cap. 10. et Lib. 2. contra Cresconium, cap. 7.*, Jerome *in 3. ad Titum*, as St. Bonaventure notes *in speculo animae, cap. 1.*

> *Hanc distinctionem agnovere Patres, Chrysostomus* homil. 11. ad Eph. *Augustinus* de fide, et Symbolo, cap. 10. et Lib. 2. contra Cresconium, cap. 7. *Hieron.* in 3. ad Titum, *ut notat D. Bonavent.* in speculo animae, cap. 1.

13 MOREOVER this disobedience is not against some simple precept, say, of fasting, but is rebellious disobedience against the very Pastor; as Valencia notes (*disp. 3. quaest. 15. puncto 1.*), Cajetan (*in summa, verbo Schisma.*). The Angelic Doctor warns, however (*p. p. centil. sect. 26.*), that Schism usually leads into heresy, that is, into a heretical dogma; namely, that the Church is not to be obeyed.

> *HAEC autem inobedientia non est, contra simplex aliquod praeceptum; puta ieiunii, sed rebellis inobedientia contra ipsum Pastorem; ut notant Valentia* disp. 3. quaest. 15. puncto 1. *Caietanus* in summa, verbo Schisma. *Admonet autem S. Doctor* p. p. centil. sect. 26. *Schisma plerumque inducere in haeresim, seu dogma haereticum; Non esse scilicet obediendum Ecclesiae.*

14 There will also be Schism if one separates himself from the members of the Church by refusing to conform himself to the other members in the rites: from which it is clear that even the Pope, should that supposition occur, could become a Schismatic, as Turrecremata notes (*lib. 4. summa de Ecclesia, part. 1. cap. 11.*), Cajetan (*hic, art. 1.*), Bannes (*ibi*), Valencia (*loco cit.*). This would happen if he excommunicated the whole Church; if he refused to use the ecclesiastical rites, etc. See these Doctors.

> *ERIT etiam Schisma, si a membris Ecclesiae se separet, nolendo se caeteris membris in ritibus conformare: Ex quo patet, etiam Papam, eveniente illa suppositione, posse fieri Schismaticum, ut notant Turrecremata* lib. 4. summa de Ecclesia, part. 1. cap. 11. *Caietanus* hic, art. 1. *Bannes* ibi, *Valentia* loco cit. *Quod fieret, si totam Ecclesiam excommunicaret; si nollet Ecclesiasticis ritibus uti, etc. Vide hos Doctores.*

15 MOREOVER I say this would come to pass if the Pontiff were so to behave; for I hold that God will ever stand by with a special providence, lest the person of the Pontiff fall so, just as he has ever stood by, lest any Pontiff fall into heresy or Schism. See the authors cited.

> *HOC autem dico eventurum, si ita Pontifex se gessisset; nam existimo, Deum perpetuo astiturum peculiari providentia, ne persona Pontificis ita cadat, sicuti semper praefuit, ne ullus Pontifex haeresi, vel Schismate caderet. Vide authores allegatos.*

Question II: How great a sin schism is

1 I assert first that Schism is a most grave sin.

> Quantum peccatum sit SCHISMA.

Assero primo, Schisma esse peccatum gravissimum.

2 *It is proved*, because it wounds a great good of the Church, which is the most splendid unity of the mystical body of the Church; whence it seems the gravest among sins against one's neighbor, as Valencia says, puncto 1. Hence the holy Doctors gravely reprehend this scission. So Irenaeus lib. 4. cap. 34., Chrysostom homil. 11. ad Eph., Augustine Lib. 2. de Baptismo cont. Donat. cap. 6.

Probatur, *quia laedit magnum Ecclesiae bonum, quod est unitas praeclarissima corporis mystici Ecclesiae; unde videtur gravissimum inter peccata contra proximum, ut ait Valentia puncto 1. Ideo Sancti Doctores scissionem hanc graviter vituperant. Sic Irenaeus lib. 4. cap. 34. Chrysostomus homil. 11. ad Eph. Augustinus Lib. 2. de Baptismo cont. Donat. cap. 6.*

3 I assert second that heresy is graver by its object, since it is against divine truth; yet by its harm Schism is often the worse, as is clear, and has been clear, from experiences, as they note with St. Thomas, Tannerus disp. 2. quaest. 6. dub. 2. num. 17.

Assero secundo, ex obiecto gravius esse peccatum haeresis, quod est contra veritatem divinam; attamen ex damno saepe est deterius Schisma, ut patet, et patuit experimentis, ut notant cum D. Thoma Tannerus disp. 2. quaest. 6. dub. 2. num. 17.

Question III: What punishments are owed to schismatics

1 I suppose first that Schismatics do not lose spiritual power: that which consists in the Character of Baptism, Confirmation, or Order; for this is indeleble, as St. Thomas teaches, *art. 3.*, and others, and as is clear from Urban, can. Ordinationes, dist. 9 quaest. 1., who decrees that those ordained by Schismatic Bishops are truly ordained; and St. Augustine Lib. 6. de Baptismo, cap. 5., where he says: *A man in separation can hand on the Sacrament, just as he can have it.*

Quenam poenae SCHISMATICIS debeantur.

Suppono primo, Schismaticos non amittere spiritualem potestatem: consistentem in Charactere Baptismi, Confirmationis, vel Ordinis; nam haec est indelebilis, ut docet D. Thom. art. 3. et alii, et patet ex Urbano, can. Ordinationes, dist. 9 quaest. 1. qui, ordinatos ab Episcopis Schismaticis, decernit, esse vere ordinatos, et D. Augustinus Lib. 6. de Baptismo, cap. 5. ubi ait: Potest Sacramentum tradere separatus, sicut habere.

2 Second, it is certain that these Schismatics are deprived of the faculty of using rightly and lawfully this power of the Character; and indeed are deprived of this power as to its lawful use. So St. Thomas *art. 3.* It is had in cap. Novatianus, causa 7. quaest. 1.

Secundo certum est, privari hos Schismaticos facultate utendi recte, et legitime huiusmodi potestate Characteris; atque adeo privari hac potestate, quo ad usum legitimum. Ita D. Thom. art. 3. Habetur cap. Novatianus, causa 7. quaest. 1.

3 Understand the Fathers of the Lateran Council in this sense, cap. 1. extra, de Schismaticis, saying: *We judge the ordinations made by Octavian and Guy, heresiarchs, to be null.* This Urban also says in can. Ordinationes, 9. quaest. 1.; for it must be understood as to their lawful execution, as the Gloss expounds there, and St. Thomas loco cit., and Turrecremata Lib. 4. summae, part. 1. cap. 7.

Hoc sensu intellige Patres Concilii Later. cap. 1. extra, de Schismaticis, dicentes: Ordinationes ab Octaviano, et Guidone, haeresiarchis, factas, irritas esse censemus. *Quod etiam ait Urbanus in can. Ordinationes, 9. quaest. 1. debet enim intelligi quo ad executionem earum legitimam, ut ibi exponit Glossa, et D. Thom. loco cit. ac Turrecremata Lib. 4. summae, part. 1. cap. 7.*

4 Yet in necessity it is lawful to receive Baptism from a Schismatic, as St. Thomas notes, *art. 4. ad 1.*

> *In necessitate tamen licet a Schismatico Baptismum accipere, ut notat D. Thom. art. 4. ad 1.*

5 Third, it is certain that these incur excommunication, laid down in can. Nulli, dist. 19., according to Sylvester, V. Schismatici, num. 5. after Archidiaconus, Hugo, Innocentius, and Ioan. Andreas, and in cap. Excommunicamus, de haeret., and in the Bulla coenae, as Valencia notes, quaest. 15 puncto 3., Tannerus disp. 2. quaest. 6. dub. 2.

> *Tertio certum est, hos incurrere excommunicationem, latam in can. Nulli, dist. 19. secundum Sylvestrum, V. Schismatici, num. 5. post Archidiaconum, Hugonem, Innocentium, et Ioan. Andream, et in cap. Excommunicamus, de haeret. et in Bulla coenae, ut notant Valentia quaest. 15 puncto 3. Tannerus disp. 2. quaest. 6. dub. 2.*

6 Fourth, it is certain that through Schism those who can incur excommunication lose jurisdiction ipso facto, and they are all below the Pope; for the Excommunicated lose jurisdiction, from whose power we are freed, as Valencia notes loco cit., drawing on Cajetan de authoritate Papae, cap. 22., indeed on Gregory VII, can. Nos sanctorum, 15. quaest. 6.

> *Quarto certum est, per Schisma amittere ipso facto iurisdictionem eos, qui possunt incurrere excommunicationem, qui sunt omnes infra Papam; nam Excommunicati amittunt iurisdictionem, a quorum potestate liberamur, ut notat Valentia loco cit. ex Caietano de authoritate Papae, cap. 22. imo ex Gregorio VII. can. Nos sanctorum, 15. quaest. 6.*

7 But the Pontiff cannot by excommunication fall from his dignity.

> *At vero Pontifex non potest per excommunicationem cadere a dignitate.*

8 Fifth, it is certain that pertinacious Schismatics can be punished by deposition, as is clear in Can. In nomine Domini, 23., and Turrecremata and Valencia note it above. And if they still do not come to their senses, they can be punished with corporal punishments, with the help of the secular arm, as Pope Pelagius orders, de Liguribus, 23. q. 5., and St. Thomas teaches, *art 4. ad 3.*, Tannerus num. 11.

> *Quinto certum est, Schismaticos pertinaces, posse puniri depositione, ut patet in Can. In nomine Domini, 23. et notant Turrecrem. et Valentia supra. Et si adhuc non resipiscant, possunt puniri poenis corporalibus, auxilio brachii secularis, ut iubet Pelagius Papa de Liguribus, 23. q. 5. et docet D. Thom. art 4. ad 3. Tannerius num. 11.*

9 The controversy, however, is whether by the force of Schism jurisdiction is lost, and indeed whether even the Pontiff, should he become a Schismatic, falls from the Papacy.

> *Controversia est autem, an ex vi Schismatis amittatur iurisdictio, atque adeo etiam Pontifex, si fiat Schismaticus, excidat a Papatu.*

10 The same question is about the sin of heresy: whether by its force jurisdiction, even papal, is lost.

> *Eadem quaestio est de peccato haeresis: an ex vi illius amittatur iurisdictio, etiam Papalis.*

11 The first opinion is that jurisdiction, especially papal, is never lost, neither through Heresy nor through Schism, which is the lesser. So Cajetan, de authoritate Papae, cap. 20. 21. and 22. Sotus seems to feel the same, 4. dist. 22. quaest. 2. art. 2.; Canus lib. 4. de locis, cap. 2. and cap. ult. ad arg. 22.; and others as gathered by Turrecremata, Lib. 4. summae, part. 2. cap. 19.

> *Prima sententia est, neque per Haeresim, neque per Schisma, quod minus est, amitti unquam iurisdictionem praesertim Papalem. Ita Caietanus de authoritate Papae, cap. 20. 21. et 22. Idem videtur sentire Sotus 4. dist. 22. quaest. 2. art. 2. Canus lib. 4. de locis, cap. 2. et cap. ult. ad arg. 22. et alii apud Turrecremata Lib. 4. summae, part. 2. cap. 19.*

12 The second opinion, extremely opposite, is that by Schism or heresy, even occult, the power of jurisdiction is lost, even papal. So St. Thomas hic, art. 3.; Turrecremata cap. 20.; Sylvester, verbo Schismatici, num. 3., where he says this is the unanimous sense of all the Doctors; and others as gathered by Valencia, disp. 3. quaest. 15. puncto 3.

> *Secunda sententia, extreme opposita, est, per Schisma, vel haeresim, etiam occultam, amitti iurisdictionis potestatem, etiam Papalem. Ita D. Thom. hic, art. 3. Turrecrem. cap. 20. Sylvest. verbo Schismatici, num. 3. ubi ait esse omnium Doctorum unanimem sensum, et alii apud Valentiam disp. 3. quaest. 15. puncto 3.*

13 The third opinion is the middle one: that the manifest Schismatic and heretic loses the power of jurisdiction ipso facto; but not the occult one, until he either becomes manifest or is declared by the sentence of the Church. All who judge that those do not altogether cease to be members of the Church who communicate with the other faithful, at least by external profession of faith and of the Sacraments, seem to hold this opinion. So Vuald. Tom. 1. Lib. 2. cap. 9. et 11.; Driedo Lib. 4. de Ecclesiasticis dog. et Scripturis, cap. 2. part. 2. sent. 2. et 7.; Castro Lib. 4. de locis, cap. 6. ad arg. 12.; Bellarm. Lib. 3. de Ecclesia, cap. 12. and Lib. 2. de Romano Pontifice, cap. 30.; Valencia supra, who says this opinion more easily avoids the confusions and dangers which could otherwise follow in the Church if the actions of Schismatics and heretics were invalid ipso facto; so also Tannerus disp. 3. quaest. 6. dub. 2. num. 22.

> *Tertia sententia media est, Schismaticum, et haereticum manifestum, ipso facto amittere potestatem iurisdictionis; non autem occultum, donec is, vel manifestus fiat, vel per sententiam Ecclesiae declaretur. Ita sentire videntur, quicumque arbitrantur non omnino desinere esse membra Ecclesiae, qui externa saltem professione fidei, et Sacramentorum communicant cum aliis fidelibus. Ita Vuald. Tom. 1. Lib. 2. cap. 9. et 11. Driedo Lib. 4. de Ecclesiasticis dog. et Scripturis, cap. 2. part. 2. sent. 2. et 7. Castro Lib. 4. de locis, cap. 6. ad arg. 12. Bellarm. Lib. 3. de Ecclesia, cap. 12. et Lib. 2. de Romano Pontifice, cap. 30. Valentia supra, qui ait, hanc sententiam vitare facilius confusiones, et pericula, quae alioqui sequi possunt in Ecclesia, si actiones Schismaticorum, et haereticorum essent ipso facto invalidae; sic et Tannerus disp. 3. quaest. 6. dub. 2. num. 22.*

14 Second, because this man, though he is not intrinsically a part of the Church, is nevertheless still a member of the Church by external union, through the profession and use of the Sacraments.

> *Secundo, quia hic licet non sit intrinsece pars Ecclesiae, tamen externa unione adhuc est Ecclesiae membrum per professionem, et usum Sacramentorum.*

15 It is confirmed by what Pope Coelestinus says, epist. ad clerum Constantinop., where he says that *Nestorius and his followers, after they began to preach their heresies, could not excommunicate anyone or remove anyone from his place, because they no longer had the power to do so.* He says the same in another letter to John of Antioch. The same is said of any Bishop in can. Audivimus, 24. quaest. 1.: that no one can condemn anyone from the moment he begins to preach a heresy of his own devising.

> *Confirmatur ex eo, quod ait Coelestinus Papa, epist. ad clerum Constantinop. ubi ait,* Nestorium, et asseclas, postquam suas haereses praedicare coeperunt, non potuisse ullum excommunicare, aut de suo loco movere, quia potestatem ad id amplius non habuerint. *Eadem dicit in alia epistola ad Ioannem Antiochenum. Idem dicitur de quovis Episcopo in can. Audivimus, 24. quaest. 1. Neminem posse damnare, ex quo haeresim, a se confictam, coeperit praedicare.*

16 Finally others, the Fathers, want it to hold absolutely, being brought forward by the Doctors of the second opinion, as Cyprian Lib. 1. epist. 6.; Ambrose Lib. 1. de poenit. cap. 2.; Augustine in Enchir,

cap. 65.; Optatus Lib. 1. cont. Parmen.; and Bede in cap. 18. Matthaei.

> *Tandem id omnino tantum volunt alii Patres, adducti a Doctoribus secundae sententiae, ut Cyprianus Lib. 1. epist. 6. Ambrosius Lib. 1. de poenit. cap. 2. Augustinus in Enchir, cap. 65. Optatus Lib. 1. cont. Parmen. et Beda in cap. 18. Matthaei.*

17 You will object, with the second opinion: He who has jurisdiction over the body of the Church must be a member united to it; for he who is divided cannot influence or move; but the Schismatic and heretic, even occult, is severed: Therefore. The minor is proved of the heretic; for Faith is the foundation of the union. As to the Schismatic, it is clear from the definition of Schism.

> *Obiicies cum secunda sententia. Qui habet iurisdictionem in corpus Ecclesiae, debet esse membrum illi unitum; nam, qui est divisus, non potest influere, aut movere; sed Schismaticus, et haereticus, etiam occultus, est seiunctus: Ergo. Minor probatur de haeretico; nam Fides est fundamentum unionis. Quo ad Schismaticum, patet ex definitione Schismatis.*

[Page 156 of the 1676 edition is missing from the only scan of this volume available to us, and therefore from this text. It held the end of this question, the opening of Disputation XVI, On War, and the beginning of its first question; the headings are supplied from the printed index.]

Disputation XVI: On War

Question I: Whether any war can be just

1 strike no one, wound no one; but because he knew that when they did these things as soldiers they were not homicides, but ministers of the law, and not avengers of their own injuries, but defenders of the public safety: he answered them: *shake no one down, etc.; but be content with your wages.*

> An bellum aliquod possit esse iustum.
>
> *neminem percutite, vulnerate neminem, sed quia sciebat, eos, cum haec militando facerent, non esse homicidas, sed ministros legis, et non ultores iniuriarum suarum, sed salutis publicae defensores: respondit eis:* neminem concutiatis, etc. sed contenti estote stipendiis vestris.

2 John the Baptist was certainly speaking on behalf of men even of the New Testament; for he was the precursor of Christ.

> *Loquebatur sane Baptista pro hominibus etiam novi testamenti; erat enim Christi praecursor.*

3 *IT IS PROVED* secondly from the Heroes, praised in Scripture as saints, who waged wars: thus Abraham, Moses, Josue, Gedeon, Sampson, David, Josias, the Machabees, and others.

> PROBATUR *secundo etiam ex Heroibus, in Scriptura laudatis ut sanctis, qui bella gessere, sic Abraham, Moyses, Iosue, Gedeon, Sampson, David, Iosias, Machabaei, et alii.*

4 *IT IS PROVED* thirdly from holy Pontiffs, who praised wars waged by Christians, or urged that they be waged: Damasus, in Theodorus *book 5, chapter 10;* Gregory *book 1, epistle 72;* Chrysostom *on Psalm 45;* Nazianzen *oration 3, on peace;* Ambrose *book 1 of Offices, chapters 40 and 41;* Jerome *on Micheas 4;* see the Holy Doctor in the sermons of the Hexaemeron.

> PROBATUR *tertio ex Pontificibus sanctis, qui bella gesta a Christianis laudarunt, vel gerenda suaserunt hi: Damasus apud Theodorum* lib. 5. c. 10. *Gregorius* lib. 1. epist. 72. *Chrysostomus* in Psalm. 45. *Nazianzenus* oratione 3. de pace, *Ambrosius* Lib. 1. offic. cap. 40. et 41. *Hieronymus* in 4. Micheae, *Vide S. Doctorem in sermonibus Hexaëmeronis.*

5 *IT IS PROVED* by reason, D. Bonaventure *at the place cited,* drawing on Aristotle *7 Politics, chapter 14,* and D. Augustine *epistle 207:* because peace is necessary to the human commonwealth, that we and ours may have the means of living; but this is often impeded by acts of violence, which cannot otherwise be repelled than by war; and it is a law of nature that we repel violence, whence the opposing arguments collapse.

> PROBATUR *ratione D. Bonauent.* loco allegando, *sumpta ex Aristotele* 7. Polit. cap. 14. *et D. Augustino* epist. 207. *quia pax humanae Reipublicae est necessaria, ut nos, nostraque habere possimus ad vivendum; sed haec saepe violentiis impediuntur, quae nequeunt aliter quam bello propulsari; est autem ius naturae, ut violentias propulsemus, ex quo argumenta adversa corruunt.*

6 The Holy Doctor confirms all this *on Luke 6,* in these words: *and he who strikes you on the cheek, etc.,* from D. Augustine *book 1 of the City of God, chapter 21,* where he says, expounding that precept: *Thou shalt not kill: Against this precept they did not act who, by God's authority, waged wars, or who, bearing the person*

of public power, and according to its laws — that is, by the most just command of reason — punished criminals with death.

> ID *totum confirmat S. Doctor* ad 6. Lucae, *in ea verba:* et qui te percutit in maxillam, etc. *ex D. Augustino* primo de civit. cap. 21. *ubi ait, exponens illud praeceptum:* Non occides: Contra hoc praeceptum non fecerunt, qui, Deo authore, bella gesserunt, aut personam gerentes publicae potestatis, secundum eius leges, hoc est, iustissimum rationis imperium, sceleratos morte punierunt.

7 It is confirmed *from the chapter Fortitudo 23, question 3,* which is by D. Ambrose *book 1 of Offices, chapter 27: Fortitude, which either defends the fatherland from barbarians in war, or at home defends the weak, or one's companions from robbers, is full of justice.*

> CONFIRMAT ex cap. Fortitudo 23. quaest. 3. *qui est D. Ambrosii* Lib. 1. de offic. cap. 27. Fortitudo, quae vel bello tuetur a barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel a latronibus socios, plena iustitia est.

8 *YOU WILL OBJECT* first. It was said *in Isaias 2 and Micheas 4* that wars are to be put away in the time of grace.

> OBIICIES *primo. Praedictum est* Isaiae 2. et Micheae 4. *bella tempore gratiae abigenda.*

9 *IT IS ANSWERED* with D. Ambrose *on Psalm 45* and D. Jerome *on chapter 4 of Micheas,* that what was foretold was the peace to come in the whole world at the time of Christ's advent, so that it might be prepared to receive the Gospel.

> RESPONDETUR *cum D. Ambrosio* in Psalm. 45. et *D. Hieronymo* in cap. 4. Micheae, *praedictum tempore adventus Christi futuram pacem in toto orbe, ut recipiendo Evangelio esset paratus.*

10 *YOU OBJECT* secondly that in the Gospel it is commanded: *Matth. 5. Whoever strikes you on one cheek, offer him the other also. Matth. 26. Whoever takes up the sword shall perish by the sword. Rom. 12. Rendering to no one evil for evil.*

> OBIICIES *secundo in Evangelio praecipitur,* Matth. 5. Qui te percusserit in unam maxillam, praebe illi et alteram. Matth. 26. Qui acceperit gladium, gladio peribit. Rom. 12. Nulli malum pro malo reddentes.

11 *IT IS ANSWERED* from D. Augustine *epistle 5 to Marcellinus,* that this is forbidden lest it be done by private authority.

> RESPONDETUR *ex D. Augustino* epist. 5. ad Marcellinum, *id prohiberi, ne fiat privata authoritate.*

12 *TAKE NOTE* that in the Council of Nicaea, *canon 11,* those are condemned who, after first laying down the military belt lest they sacrifice to idols, returned again as a dog to its vomit, serving Pagan Emperors, Diocletian, Licinius, and others, who all dishonored the military belt of Christians unless they sacrificed to idols.

> ADVERTE *in Concilio Nicaeno,* can. 11. *damnari eos, qui prius deposito cingulo militari, ne idolis immolarent, rursus ad vomitum redibant, servientes Imperatoribus Paganis, Diocletiano, Licinio, et aliis, qui omnes Christianos cingulo militari dehonestabant, nisi immolarent Idolis.*

13 *Some* Fathers indeed condemn only unjust wars, or those which are occasions of sinning proximately, or dissuade men in religious orders, or urge them to enter religion, etc.

> ALIQUI *vero Patres damnant bella tantum iniqua, vel quae occasiones sunt proximae peccandi, vel dissuadent viris religiosis, vel suadent ad religionem ire, etc.*

14 *From* these you have that wars even against the Turks are lawful; for if God uses the Turks for our exercise, he also uses pestilence and famine, and yet we are bound to defend ourselves, lest they overwhelm the Christian world with superstitious clouds. See Valentia *at the place cited* and Bellarmine, *chapter 16.* For the Turks are unjust possessors of Christian kingdoms.

> EX *his habes, bella etiam contra Turcas esse licita; esto enim Deus utatur Turcis ad exercitium nostrum, utitur etiam peste, et fame, et tamen nos tenemur defendere, ne Christianum orbem superstitiosis nubibus obruant. Vide Valentiam* loco cit. *et Bellarminum,* cap. 16. *Sunt enim Turcae iniqui possessores Regnorum Christianorum.*

Question II: What conditions are required for a just war

1 Most excellently, after D. Augustine *book 22 against Faustus, chapter 74, and epistles 5 and 207,* the following wrote on this matter: D. Thomas *here;* Alensis *part 3, question 76, member 3;* Gandavus *quodlibet 15, question 16;* Gabriel *book 4, distinction 15, question 4;* Victoria *relectio on the Law of War;* Castro *book 2 on the just punishment of heretics, chapter 14;* Covarruvias *relectio on the chapter Peccatum, on the rules of law, part 2, §§ 9 and 10;* Bellarmine *book 3 on the Morals of the Church, chapter 14;* Bannes, Cajetan, and other Thomists *here;* Valentia *question 16, point 1;* Tannerus *disputation 2, question 6, dubium 3;* Sylvester and other Summists, *under the word Bellum.* The Canonists *question 23, qq. 1, 2 and 3;* and D. Bonaventure *in the Mirror of the Soul, chapter 1, at the end,* and *in the Bible of the Poor, chapter 82,* where from the Scriptures he gathers wondrous examples, outstandingly proving that the integrity and prayers of the Saints contribute more to victory than arms.

> Quae conditiones ad bellum iustum requirantur.
>
> *PRAECLARE post D. Augustinum* Lib. 22. contra Faustum, cap. 74. et epist. 5. et 207. *hac de re scripsere D. Thom.* hic *Alens.* 3. part. quaest. 76. memb. 3. *Gandau.* quodl. 15. quaest. 16. *Gabr.* 4. dist. 15. quaest 4. *Victoria* relect. de Iure belli, *Castro* Lib. 2. de iusta haeret. punit. cap. 14. *Couar.* relect. in cap. Peccatum de regulis iuris, part. 2. §. 9. et 10. *Bellarm.* Lib. 3. de moribus Ecclesiae, cap. 14. *Bannes, Caietanus, et alii Thomistae* hic, *Valentia* quaest. 16. puncto 1. *Tannerus* disp. 2. quaest. 6. dub. 3. *Syluester, et alii Summistae,* verbo Bellum. *Canonistae* 23. quaest. 1. 2 et 3. *et D. Bonauent.* in speculo animae, cap. 1. ad finem, *et* in Bibliis pauperum, cap. 82. *ubi e Scripturis mira colligit exempla, egregie probantia integritatem, orationesque Sanctorum magis ad victoriam conducere, quam arma.*

2 FIRST, then, the Holy Doctor requires three conditions for a just war *in the Mirror of the Soul, chapter 1,* from D. Augustine. The first is legitimate authority. So D. Augustine *at the place cited, against Faustus, chapter 74.* The second is a just cause; so D. Augustine *question 10 on Josue.* The third is a right intention; so D. Augustine *epistle 207.*

> *PRIMO autem tres conditiones ad iustum bellum requirit S. Doctor in* speculo animae, cap. 1. *ex D. Augustino. Prima est authoritas legitima. Ita S. Augustinus* loco citato, contra Faust. cap. 74. *Secunda est causa iusta; sic D. Augustinus* quaest. 10. in Iosue. *Tertia est intentio bona; ita S. Augustinus* epistola 207.

3 AS TO the first condition, only the Prince, or the Republic, ruling absolutely, can declare offensive war. Hence Princes who are parts of some whole dominion cannot do so: so Molina *disputation 100,* Tannerus *number 30,* and the common view. For defensive war, however, all peoples and Magistrates are admitted, because anyone may repel force with force.

> *QUOAD primam conditionem solus Princeps, vel Respublica, absolute dominantes, possunt offensivum bellum indicere. Hinc Principes, qui sunt partes alicuius totius dominii, id nequeunt: ita, Molina* disp. 100. *Tanner.* num. 30. *et*

> *communiter. Ad defensivum autem omnes populi, et Magistratus admittuntur, quia cuique licet vim vi repellere.*

4 AS TO the second, the cause must be against an enemy unjustly and gravely injuring, as D. Augustine admonishes *at the place cited.* I shall set out, moreover, the specific injuries for which war may be declared, which D. Bonaventure relates *in the Bible of the Poor, chapter 82.*

> *QUOAD secundam causam oportet, esse contra hostem, iniuste, graviter laedentem, et ut monet D. Augustinus* loco cit. *Referam autem iniurias certas, ob quas possit bellum indici, quas refert D. Bonavent.* in Bibliot. pauperum, cap. 82.

5 THE FIRST is if what is owed is denied: thus the sons of Israel made war on the Amorrhites, because they denied them an unmolested passage *Num. 21,* and D. Augustine notes this *question 43 on the Book of Numbers.*

> *PRIMA est, si negetur id, quod debitum est: sic filii Israel debellarunt Amorrhaeos, quia eis transitum innoxium negarunt* Num. 21. *et advertit S. Augustinus* quaest. 43. in Lib. Numerorum.

6 NOR indeed did Julius Caesar have a just cause, on the ground that the Romans denied access to the city, as Alphonsus a Castro thinks *book 2 on the penal law, chapter 14,* and Covarruvias *at the place cited, § 9:* for he was bound to lay down his arms at the Rubicon, since he was a subject of the Republic commanding it. Nor is just war made against the Indians on the ground that they deny free access to their provinces. So Molina *disputation 105,* Tannerus *number 34* — provided, however, they do not resist the preaching of the faith.

> *NEQUE vero iustam causam habuit Iulius Caesar, eo quod Romani aditum ad urbem negarent, ut putant Alphonsus a Castro* lib. 2. de lege poen. cap. 14. *et Coar.* loco cit. §. 9. *nam tenebatur ille ad Rubiconem arma deponere, cum esset subditus Reipublicae, id iubenti. Neque iustum bellum Indis infertur, eo quod negant liberum accessum ad suas prouincias. Ita Molina* disp. 105. *Tanner.* num. 34. *si tamen non resistant fidei praedicationi.*

7 THE SECOND cause is for recovering one's own possessions. Thus David fought against Isboseth, *2 Reg. 2.*

> *SECUNDA causa est, pro rebus propriis recuperandis. Sic pugnavit David contra Isboset,* 2. Reg. 2.

8 THE THIRD cause is to resist invaders of the Republic. Thus the Jews often fought against the Philistines, and the Machabees against Antiochus and Demetrius.

> *TERTIA causa est ad resistendum invasoribus Reipublicae. Sic pugnarunt saepe Iudaei adversus Philisthaeos, et Machabaei contra Antiochum, et Demetrium.*

9 THE FOURTH, if they render aid to unjust enemies; thus David fought against Syria of Damascus, because it brought aid to Adarezer, *2 Reg. 8.*

> *QUARTA, si hostibus iniquis suppetias exhibent; sic pugnavit David contra Siriam Damasci, eo quod ferebat opem Adarezer,* 2. Reg. 8.

10 THE FIFTH, to avenge a public injury. Thus David fought against Hannon, who had dismissed the messengers with contempt, *2 Reg. 10.*

> *QUINTA, ad ulciscendam publicam iniuriam. Sic Dauid pugnavit adversus Hannon, qui nuncios vilipendio dimiserat* 2. Reg. 10.

11 THE SIXTH, against rebellious subjects, thus David *2 Reg. 20.* Hence D. Gregory infers that war against pertinacious heretics is just, *book 1 of the Register, chapter 72.*

> *SEXTA adversus rebelles subditos, sic Dauid* 2. Reg. 20. *Unde iustum esse bellum contra pertinaces haereticos, infert D. Gregorius* Lib. 1. Registri, cap. 72.

12 THE SEVENTH, if some defend public malefactors, as D. Augustine teaches, question 10 on Josue; thus in Judges 20 the Hebrews fought against the Benjamites, their own fellow-citizens.

> *SEPTIMA, si aliqui publicos malefactores defendant, ut docet D. Augustinus quaest. 10. in Iosue, sic Iudicum 20. pugnarunt Hebraei contra Beniamitas, suos contribules.*

13 THE EIGHTH, on account of a violated pact; you have an example in Jotham and Josaphat, *4 Reg. 3.* Therefore the sole cause of a just war is injury — to be repelled by the right of defense, or compensated by the right of commutative justice, or avenged by the right of vindicative justice — and that, when due satisfaction is not otherwise rendered. So all agree with D. Augustine *book 22 against Faustus, chapter 74.*

> *OCTAVA, ob violatum pactum; exemplum habes in Iotam, et Iosaphat 4. Reg. 3. Itaque causa iusti Belli est sola iniuria, aut iure defensionis repellenda, aut iure commutativae iustitiae compensanda, aut iure vindicativae ulciscenda, idque, cum aliunde debita satisfactio non praestatur. Ita cum D. Augustino* Lib. 22. contra Faustum, cap. 74. *fatentur omnes.*

14 Making war, however, against infidels not baptized, Castro and others approve; but the common opinion is that it is not lawful; for no Prince has a right to this except as a member of the Church, which has no right over those not subject to it.

> *CONTRA infideles autem, non Baptizatos, agere Bellum, laudant Castro, et alii; sed communis sententia est, id non licere; non enim ad hoc ius habet Princeps aliquis, nisi ut membrum Ecclesiae, quae non habet ius in non sibi subditos.*

15 The Archbishop of Valencia relates in his *History of America* that not a few armies of Christian warfare went astray in this, who, making war upon the most wretched Indians for the sake of winning them to religion, utterly destroyed that people even to extermination: the Gospel surely does not command that nations be destroyed with such savagery, but that they be redeemed with supreme humanity and patience; it would rather be fitting to spend one's own blood on their behalf by labor and long-suffering preaching than to draw their blood off into streams; for the Apostles, Christ commands, are to be as sheep, handing them not a savage sword, but the sword of the tongue — namely, the word of God, which is more penetrating than every two-edged sword.

> *In hoc vero nonnullos Christianae militiae exercitus aberrasse narrat Archiepiscopus Valentinus in* historia Americae, *qui bellum miserrimis Indis, religionis conciliandae gratia, inferentes, gentem illam ad internecionem usque deleverunt: Id sane Evangelium non praecipit, ut ea immanitate gentes perimantur, sed ut summa humanitate, et patientia redimantur, potiusque esset proprium pro illis sanguinem labore, et longanimi praedicatione impendere, quam ipsorum cruorem in rivos ita deducere; ut enim oves sint Apostoli, praecipit Christus, non immanus, sed linguae gladium, verbum scilicet Dei, omni gladio ancipiti penetrabilius, ipsis tradens.*

16 One who makes a just war, however, CAN call others to his aid and partnership in the war; for so the Machabees demanded the alliance of the Romans, as Tannerus notes *number 52;* so also everywhere among the nations, while wars are waged, we have it as established that this is done. Yet

I do not refuse that where the scandal of the Christian name threatens, it is not lawful; so Molina *disputation 112,* Azor *tomus 1, book 8, chapter 25, question 14,* and Tannerus *as above.*

> *POTEST autem, qui Iuste bellum infert, alios sibi in adiutorium, et belli societatem advocare; sic enim et Machabaei Romanorum foedus expostularunt, ut Notat Tannerus* num. 52. *sic etiam ubique gentium, dum bella geruntur, fieri exploratum habemus; Non renuo tamen, ubi Christiani nominis Scandalum in se imminet, id non licere; Ita Molina* disp. 112. *Azorius* Tom. 1. lib. 8. cap. 25. quaestio 14. *et Tannerus* ut supra.

17 But since the necessity of the one calling them is so well known that he is recognized as compelled to do so for his own defense, not to the injury of the faith, no one will deny that scandal will arise from it for anyone. By this is clear the answer to what Valentia objects *disputation 3, question 16, point 2.*

> *Verum cum tam nota sit advocantis necessitas, ut id agere compulsus in propriam defensionem, non in fidei iniuriam, cognoscatur; nemini inde Scandalum obventurum nemo inficiabitur. Per haec patet ad ea, quae obiicit Valentia* disp. 3. quaest. 16. puncto 2.

18 One CAN also lay ambushes, and is not bound to announce the battle beforehand, as the Holy Doctor notes *in the Bibliotheca, chapter 82,* which he proves by the examples of Abraham *Genesis 14;* Josue 8 and 10; and of Gedeon, *Judith 8.* So Tannerus.

> *POTEST etiam infidias struere, nec tenetur certamen praenunciare, ut notat S. Doctor in* Bibliotheca, cap. 82. *quod probat exemplis Abrahae* Genesis. 14. Iosue 8. et 10. et Iudit. 8. *ex Gedeone. Ita Tannerus.*

19 In doubt, however, about the just cause, the condition of the possessor is the better one, as is commonly taught, according to Valentia. Nevertheless it is reasonable also to satisfy even the adverse party, as Victoria notes *number 28,* Molina *disputation 103,* Valentia *question 16, point 2,* Tannerus *number 41.*

> *IN dubio autem iustae causae melior est conditio possidentis, ut docent communiter apud Valentiam. Attamen rationabile est etiam parti adversae satisfacere, ut notant Victoria* num. 28. *Molina* disp. 103. *Valentia* quaest. 16. puncto 2. *Tanner.* num. 41.

20 TAKE NOTE, moreover, that a just cause once recognized does not mean war is at once to be declared, but satisfaction must first be sought, as is had *in Deuteron. 20;* otherwise the undertaking will be against justice, and consequently with guilt and the obligation of restitution. So Bannes *dubium 8,* Tannerus *numbers 32 and 51,* Valentia *point 2, at the end.*

> *ADVERTE autem, non statim agnita iusta causa, esse bellum indicendum, sed prius petendam satisfactionem, ut habetur* Deuter. 20. *alioqui erit contra Iustitiam initum, et consequenter cum reitate, et restitutionis obligatione. Ita Bannes* dub. 8. *Tannerus* num. 32. et 51. *Valentia* puncto 2. in calce.

21 If, however, neither party is in legitimate possession, the thing must be divided or done by the other according to the reasons, in proportion to compensation. See Tannerus *number 43.*

> *SI autem neuter sit in possessione legitima, res pro rationibus dividenda, aut facienda est ab altero, pro rata compensatione. Vide Tannerum* numero 43.

22 AS TO intention, it is so necessary that if the other conditions are present but this one is lacking, it does not give rise to the necessity of restitution. So, from the common view, Cajetan teaches, Bannes here, Valentia *point 2,* Molina *tomus 1 on justice, disputation 123,* Tannerus *dubium 2, number 28.*

QUOAD intentionem ita est necessaria, ut si adsint aliae conditiones, haec vero desit, non inducat necessitatem restitutionis. Ita ex communi docet Caietanus, Bannes hic, Valentia puncto 2. *Molina* Tom. 1. de iustitia, disp. 123. *Tanner.* dub. 2. num. 28.

23 War can indeed be just on both sides per accidens, if on one side there is invincible ignorance, in which way the wars of the Amorrhites with Israel seem to have been, as Tostatus teaches on *Josue 10;* and then, once the truth is recognized, they are bound to withdraw and restore those things that still survive, and by which they have been made richer; as Valentia notes. But Princes must first consult the learned; otherwise, in a matter of the gravest moment, they expose themselves to the danger of guilt. So Victoria *on the law of war, number 20,* Valentia *question 16, point 2,* Molina *disputation 109,* Tannerus *disputation 2, question 6, dubium 4, number 37.*

POTEST autem bellum utraque parte esse iustum per accidens, si ex una parte sit invincibilis ignorantia, quo pacto videntur fuisse bella Amorrhaeorum cum Israele, ut docet Tostatus ad 10. Iosue, *et tunc agnita veritate, tenentur recedere, et restituere ea, quae adhuc salva sunt, et in quibus sunt facti ditiores; ut notat Valentia; sed ante debent Principes consulere eruditos; alioqui in re gravissima exponitur periculo culpae. Ita Victoria* de iure belli, num. 20. *Valentia* quaest. 16. puncto 2. *Molina* disp. 109. *Tanner.* disp. 2. quaest. 6. dub. 4. num. 37.

24 BEYOND the conditions stated, to the substance of a just war there follows the manner of conducting it. First, indeed, in the damages to be inflicted: necessary reaction is indeed allowed, both to repair the damages inflicted and to establish peace; yet not all excesses are allowed — for instance, to kill innocents, such as women and infants, as is decreed *in Exodi 23, Deuteron. 20.* But if God at some time commanded that even women and infants be killed — *Josue 6, in Jericho; 1 Reg. 15, against Amalech* — there was a special cause by the will of the supreme Lord. So Molina, Valentia, Victoria, according to Tannerus *number 66.*

PRAETER allatas conditiones, ad substantiam belli iusti sequitur modus in eo gerendo. Primo quidem in damnis inferendis licere quidem reactionem necessariam, tum ad damna illata resarcienda, tum ad pacem stabiliendam; non tamen excessus omnes licere, puta occidere innocentes, ut mulieres, infantes, ut decernitur Exodi 23. Deuter. 20. *Quod si aliquando Deus praecepit, etiam mulieres, et infantes necari:* Iosue 6. in Ierico, primo Reg. 15. in Amalech, *fuit peculiaris causa ex voluntate supremi Domini. Ita Molina, Valentia, Victoria apud Tannerum* num. 66.

25 BEYOND children and women, however, others must be presumed innocent, as is had in *the chapter Innovamus, on truce and peace,* from Alexander III: *Innovamus, that Priests, monks, conversi, pilgrims, merchants, rustics, those going and returning, and the animals with which they plough and carry seed to the field, be let be with fitting service.* To these are added Legates or Orators, in *the chapter Paternarum 24, question 3.* See there.

PRAETER pueros autem, et mulieres, praesumi debent innocentes alii, ut habetur in cap. Innovamus, de Treuga, et pace, *ex Alexandro III.* Innovamus, ut Presbyteri, monachi, Conversi, Peregrini, Mercatores, Rustici, euntes, et redeuntes, et animalia, quibus arant, et semina portans ad agrum, servitute congrua laetentur. *Quibus adduntur et Legati, sive Oratores in* cap. Paternarum 24. quaest. 3. *Vide ibi.*

26 It would nevertheless be lawful per accidens, if the citadel could not otherwise be stormed, and that storming would bring very great advantage. So Tannerus *number 67,* with Victoria.

LICITUM esset tamen per accidens, si Arx non posset aliter expugnari, et plurimum expugnatio illa referret. Ita Tannerus num. 67. *cum Victoria.*

27 It is nevertheless lawful, Valentia says, to despoil innocent enemies — namely, those who are parts of the Republic which inflicted the injury. For this can contribute both to repairing the public damage and to confirming the peace, so that the enemies, deprived of those things and weakened, may seek peace. Or if innocents of ours have been despoiled; therefore Repressalia are granted. So also Cajetan *under the word bellum,* Victoria *on the law of war, number 41,* Covarruvias *on the rule Peccatum, part 2, question 4,* Molina *disputation 121,* Tannerus *number 71,* Valentia *at the place cited,* and others.

> *LICERE tamen expoliare innocentes hostes, ait Valentia, eos scilicet, quae sunt partes Reipublicae, quae intulit iniuriam. Hoc enim et ad damnum publicum resarciendum, et ad pacem confirmandam conferre potest, ne hostes illis rebus utantes, sed infirmati pacem quaerant. Vel si ex nostris innocentibus expoliati sint; ideo conceduntur Repressalia. Ita etiam Caietanus* verbo bellum, *Victoria* de iure belli, num. 41. *Corm.* in regula Peccatum, part. 2. quaest. 4. *Molina* disp. 121. *Tannet.* num. 71. *Valentia* loco cit. *et alii.*

28 Clerics and Churches, however, are excepted on account of their immunity, unless the enemy cannot otherwise be defeated, as Valentia notes *disputation 3, question 16, point 3,* with Sylvester *under the word bellum, question 3, 6,* and the holy Bannes *article 2, last dubium.*

> *EXCIPIUNTUR autem Clerici, et Ecclesiae propter immunitatem, nisi aliter hostes vinci queant, ut notat Valentia* disp. 3. quaest. 16. puncto 3. *cum Sylvest.* verbo bellum, 3. quaest. 6. *et S. Bannes* art. 2. dub. ult.

29 FURTHERMORE, such a manner is to be kept that neither the Leaders nor the soldiers act against justice — the former by not paying the soldiers their stipends; the latter by pillaging; for *in Luke 3* John laid it upon them: *be content with your stipends.*

> *PRAETEREA modus talis servandus est, ut neque Duces, neque milites contra iustitiam agant, illi non soluendo stipendia militibus: isti rapiendo, nam* Lucae 3. *Ioannes eis imposuit:* estote contenti stipendiis vestris.

30 Likewise, let them not act against fortitude by rashly exposing themselves to danger.

> *Similiter ne contra fortitudinem agant, temere se discrimini exponendo.*

31 The manner, too, constituted by the law of nations, must also be kept: that movable things acquired be the army's; immovable things, the Prince's. See Valentia and Bellarmine *at the place cited,* and Tannerus *number 75,* who assigns movables to those who take them; immovables are designated to the Prince, *the law si captivum, ff. de captivis.*

> *DEBET etiam servari modus, iure gentium constitutus, ut res mobiles aequisitae, sint exercitus; res vero immobiles sint Principis. Vide Valentiam, et Bellarminum,* loco citato, *ac Tannerum* num. 75. *qui mobilia capientibus dat; Immobilia vero Principi designantur* Leg. si captivum, ff. de captivis.

32 TAKE NOTE, with D. Bonaventure on the passage adduced from Luke, that soldiers sin knowingly who fight in an unjust war, or are ready to fight in every war. So, from the common view, Cajetan *under the word Bellum,* Bannes *here, question 40, article 1, dubium 6,* Valentia *question 16, point 2,* Molina *disputation as above, 103,* Tannerus *number 47.* The reason is that to do evil, or even to expose oneself to danger, is not lawful.

> *ADVERTE cum D. Bonavent. ad locum adductum Lucae, peccare milites, scienter in bello iniusto militantes, sive paratos in omni bello militare. Ita ex communi, Caietanus* verbo Bellum, *Bannes* hic, quaest. 40. art. 1. dub. 6. *Valentia* quaest. 16. puncto 2. *Molina* disp. ut. 103. *Tanner.* num. 47. *Ratio est, quia malum agere, seu periculo etiam se exponere non licet.*

33 Indeed, in a doubtful cause, subject soldiers, or perpetual stipendiaries, are not bound to know and examine the justice of the war, unless perhaps they have serious indications of injustice; but the rest are bound to inquire first, before they give their name to the militia. This is the common doctrine, according to Cajetan, Bannes, and others here, *question 40, article 1,* Victoria *number 25,* Molina *disputations 114 and 118,* Valentia *point 2,* Tannerus *number 48.* The Father, from *the canon Qui culpantur, 23, question 1,* after D. Augustine *book 22 against Faustus, chapter 75.* But Fuliensis *book 3, chapter 11* adds that even foreigners can fight in the first case, if the Prince be of good repute and a Christian, of whom well is presumed.

> *In dubia quidem causa milites subditi, vel stipendiarii perpetui, non tenentur iustitiam Belli scire, et examinare, nisi forte gravia indicia habeant de iniustitia : caeteri vero tenentur prius inquirere, antequam nomen dent militiae; Est doctrina communis apud Caietanum, Bannem, et alios hic,* quaest. 40. art. 1. *Victoriam* num. 25. *Molinam* disput. 114. et 118. *Valentia* puncto 2. *Tanner.* num. 48. *Pater ex* can. Qui culpantur, 23. quaest. 1. *post D. Augustinum* Lib. 22. contra Faustum, cap. 75. *At Fuliensis* lib. 3. cap. 11. *addit, etiam exteros posse in primo casu militare, si Princeps sit bonae famae, et Christianus, de quo bene praesumitur.*

Question III: By whom war may be waged

1 First it is certain that Clerics constituted in sacred orders, and monks even if Laymen, are prohibited by ecclesiastical law. Concerning Monks it is had in *the canon Eos qui, d. 20, question 3.* Concerning Clerics, *23, question 8,* especially *the canon Clerici,* and *the canon Quicunque ex clero.* So D. Thomas and others.

> ***A quibusnam BELLUM geri possit.***
>
> *Primo certum est, Clericos in sacris constitutos, et monachos etiam Laicos, iure Ecclesiastico prohiberi. De Monachis habetur* Can. eos qui, d. 20. quaest. 3. *De Clericis vero* 23. quaest. 8. *praesertim* Can. clerici, *et* can. Quicunque ex clero. *Ita D. Thom. et alii.*

2 That these, however, can fight by the license of the Pontiff in a case of necessity, Covarruvias notes *Relectio on the Clementine si furiosus,* Bannes *article 2,* Cajetan *in the same place,* Valentia *point 4.*

> *Posse tamen hos e licentia Pontificis pugnare in casu necessitatis, notant Couar.* Relect. in Clement. si furiosus. *Bannes* art. 2. *Caietanus* ibidem, *Valentia* puncto 4.

3 The reason is; because then the ecclesiastical law yields to the natural obligation. Yet the cited Canons do not forbid clerics to be present, to exhort, to help with spiritual aids. See D. Thomas *article 2,* Valentia *at the place cited,* Molina *disputation 108,* Suarez *tomus 5, disputation 47, section 6,* Tannerus *number 80.*

> *Ratio est; quia tunc obligatione naturali cedit ius Ecclesiasticum. Non prohibent tamen allegati Canones clericos, adesse, hortari, succurrere spiritualibus. Vide D. Thom.* art. 2. *Valentiam* loco cit. *Molinam* disp. 108. *Suarez* Tom. 5. disp. 47. sect. 6. *Tanner.* num. 80.

4 Therefore if Clerics fight without due justice and license, they become irregular, as is gathered from *the chapter De caetero, extra on homicide,* provided that someone is there killed.

> *Itaque si Clerici absque debita iustitia, et licentia pugnent, irregulares fiunt, ut colligitur,* cap. de caetero, extra de homicidio, *modo tamen aliquis ibi occidatur.*

5 Indeed, even if they merely exhort in an unjust war, it is gathered from *the chapter Quod in dubiis, extra on penalties,* and *the chapter Clericus, extra on homicide.*

> *Imo etiamsi in Bello iniusto tantum hortentur, ut colligitur ex* cap. Quod in dubiis, extra de Poenis, *et* cap. Clericus, extra de homicidio.

6 Therefore if Clerics fight in a just war by the Pope's license, even if they kill, they do not become irregular.

> *Itaque si Bello iusto pugnent clerici ex licentia pontificis, etiamsi occidant, non fiunt irregulares.*

7 But if they fight in a just war, yet without license, they still do not incur irregularity, according to the common opinion — Sylvester *under the word Bellum, question 3, 2,* Covarruvias *at the place cited, part 2, § 3, number 9,* Castro *book 2 on the penal law, chapter 14,* Valentia *at the place cited, point 4.*

> *Quod si bello iusto, sine tamen licentia pugnent, adhuc non incurrunt irregularitatem, iuxta communem sententiam, Sylvest.* verbo Bellum, 3. quaest. 2. *Couarru.* loco cit. part. 2. §. 3. num. 9. *Castro* Lib. 2. de lege poen. cap. 14. *Valentia* loco citato, puncto 4.

8 The reason is, because odious laws are not to be extended. Laws burden with irregularity only illicit homicide and the killing of public ministers of justice.

> *Ratio est, quia non sunt Iura odiosa amplianda. Iura vero solum homicidium illicitum, et ministrorum iustitiae publicorum, irregularitate onerant.*

9 Nor is it credible that on account of an act to which one is bound by the law of nature one should incur an impediment to one's own office.

> *Neque est credibile, quod propter actum, ad quem tenetur iure naturae, incurrat quis impedimentum ad suum officium.*

10 You will ask, at what time war is lawful. This is asked on account of feast days; it is certain, indeed, that on these days defensive war is lawful, as is had *in 1 Machab. 2.* It is proved: for if it is lawful to draw the ox out of the pit, as is said *in Luke 14,* and to heal a man, as is said *in John 7,* why would it not be lawful to fight for the preservation of the Republic? So Nicholas also decrees, *the canon si nulla, 23, question 8.*

> *Quaeres, quo tempore licitum sit Bellum. Hoc quaeritur ob dies festos, certum quidem est, hisce diebus bellum defensivum licere, ut habetur* primo Machab. 2. *Probatur; Nam si licet bovem extrahere e fovea, ut dicitur* Lucae 14. *et sanare hominem, ut dicitur* Ioan 7. *cur non licebit pro conservatione Reipublicae pugnare? sic decernit etiam Nicolaus* can. si nulla, 23. quaest. 8.

11 It is also lawfully done when it is necessary to the end of the war, namely to victory. This the aforesaid Nicholas affirms, that with urgent necessity it is lawful.

> *Licite etiam fit, quando est necessarium ad finem belli, nempe ad victoriam. Id e dictus Nicolaus, urgente necessitate, id licere affirmat.*

12 It is nevertheless not a mortal sin, outside necessity, to fight on a feast day, provided Mass is heard, as Cajetan says, according to Valentia and Tannerus *number 87,* adducing Bannes *here,* and Molina *disputation 111.*

> *Non est tamen peccatum mortale, extra necessitatem, die festo pugnare, dummodo audiatur Missa, ut ait Caietanus apud Valentiam, Tannerum* numero 87. *adducens Bannem* hic, *et Molinam* disput. 111.

Disputation XVII: On Quarreling and Sedition

1 In CHARITY is contained eminently FRIENDSHIP (which, according to the Philosopher, is perfected only between two persons); likewise also political peace, which makes many fellow-citizens of one will and one tongue, for repelling the assaults of outsiders; against the former, Quarreling fights from the opposite side; against the latter, Sedition; against Charity, however, both; therefore both must be briefly considered here.

> *In Charitate continetur eminenter Amicitia, (quae, iuxta Philosophum, perfecte inter duos tantum initur;) uti et pax politica, quae plures concives unius facit voluntatis, et labii, ad repellendos exteriorum insultus; contra priorem ex adverso pugnat Rixa; contra alteram Seditio; contra Charitatem vero utraque; quare de illis hic videndum breviter.*

Question I: What quarreling is, and what kind of sin

1 Rixa is derived from *Ringor*, because it signifies a private fight, such as the fight of dogs, which quarrel (ringunt): Hence it is gathered to have originated from anger.

> ***Quid RIXA, et quale peccatum.***
>
> *Rixa a* Ringor *dicta, quod significet pugnam privatam, qualis est pugna canum, qui ringunt: Hinc ab ira ortum habere colligitur.*

2 Riot is therefore, on the part of the aggressor, a mortal sin, as is had in *Galat. 5.*; but on the part of the one attacked, it can be mortal, if in gravely resisting he goes too far.

> *Est igitur Rixa, ex parte invasoris, peccatum mortale, ut habetur* Galat. 5. *ex parte vero invasi, potest esse mortale, si graviter repugnando excedat.*

3 It is described by D. Bonaventure in his explanation of Theological terms: *Rixa est audax voluntas vindicandi, in iniuriam facti procedens.*

> *Describitur a D. Bonavent. in declarat. terminorum Theolog.* Rixa est audax voluntas vindicandi, in iniuriam facti procedens.

Huc refertur etiam definitio Macrobii lib. 1. in somn. Scipionis: Prudentia est ad rationis normam, quae cogitat, quaecumque agit, universa dirigere, ac nihil praeter rectum velle, vel facere. *Sic D. Bonav. lib. 6. Compend. Theologiae, cap. 34.*

10 It is defined also by Tully, On the repose of the mind: *Prudence is the science of good things and bad, with the love of one or the other and the detestation of the rest:* cited by St. Bonaventure, part 3 of the Centiloquium, section 41.

DEFINITUR etiam a Tullio de requie mentis: Prudentia est rerum bonarum, et malarum, cum alterutrum dilectione, et reliquarum detestatione scientiarum: *apud D. Bonav. 3. p. Centiloquii, sect. 41.*

11 SIMILAR is the definition of St. Augustine, On the morals of the Church, book 1, chapter 15, cited by St. Bonaventure, loc. cit. of the Centiloquium: *Prudence is love, sagaciously discerning those things by which it is aided toward God from those by which it is hindered.* And book 83 questions, 52, he defines: *It is the knowledge of things to be sought and fled.*

SIMILIS est definitio D. August. de moribus Ecclesiae, lib. 1. cap. 15. apud D. Bonavent. loc. cit. Centiloquii. Prudentia est amor, ea, quibus adiuvatur in Deum, ab his, quibus impeditur, sagaciter discernens. *Et lib. 83. qq. 52. definit:* Est cognitio rerum appetendarum, et fugiendarum.

12 He DESCRIBES, moreover, Prudence as it is a purgatorial virtue, from Macrobius, book 1 on the dream of Scipio: *Prudence is to despise this world, and all things that are in the world, through the contemplation of divine things, and to direct all the knowledge of the soul to the divine alone.* But Prudence, as it is the virtue of a purified mind, is defined: *It is to know the divine alone, and to gaze upon it as if nothing else existed.* Thus it is defined in book 5 of the Compendium of Theology, chapter 34, and in the opuscule On the four Cardinal virtues, and elsewhere.

DESCRIBIT autem Prudentiam, ut est virtus purgatoria, ex Macrob. lib. 1. in somn. Scip. Prudentia est mundum istum, et omnia, quae in mundo sunt, divinorum contemplatione despicere, et omnem animae cognitionem in sola divina dirigere. *Prudentia autem, prout est virtus purgati animi, definitur:* Est sola divina noscere, et tanquam nihil aliud existat, eam intueri. *Sic definitur lib. 5. Compend. Theol. cap. 34. et opusc. de quatuor virtutibus Cardinalibus, et alibi.*

Question II: Whether prudence is a virtue

1 IT IS CERTAIN that Prudence is a Virtue.

CERTUM est, Prudentiam esse Virtutem.

2 IT IS PROVED by St. Bonaventure, book 1 on chapter 8 of Wisdom, and in book 3, distinction 33, questions 1 and 4, from those words: *He teaches Sobriety, and Prudence, and Justice, and Virtue,* that is, Fortitude. The same is proved by that verse of Proverbs 8: *Prudence is mine, fortitude is mine. By me kings reign, and lawmakers decree just things.*

PROBATUR a D. Bonav. 1. ad 8. Sap. et in 3. dist. 33. quaest. 1. et 4. ex illis verbis: Sobrietatem, et Prudentiam docet, et Iustitiam, et Virtutem, *idest Fortitudinem. Idem probat illo Proverb. 8.* Mea est prudentia, mea est fortitudo. Per me Reges regnant, et Legum conditores iusta decernunt.

3 IT IS PROVED secondly by St. Bonaventure in the Dieta, title 5, chapter 5, and by other places of Scripture, Proverbs 28: *A leader lacking prudence shall oppress many, etc.*

PROBATUR secundo a D. Bonavent. in Diaeta tit. 5. cap. 5. et aliis Scripturae locis, Proverb. 28. Dux indigens prudentia, multos opprimet, etc.

4 PROVERBS 6: *O sluggard, go to the ant, and learn Prudence; which, though it has no guide, nor master, nor prince, prepares for itself food in the summer, and gathers in the harvest what it may eat.*

PROVERB. 6. O piger, vade ad formicam, et disce Prudentiam; quae cum non habeat ducem, nec praeceptorem, nec principem, parat in aestate cibum sibi, et congregat in messe, quod comedat.

5 PROVERBS 30. The prudent man is compared to four little animals, praised in the same place. *There are four little ones of the earth, and they are wiser than the wise: The ant, a people without strength, which prepares its food in the harvest: The rabbit, a weak folk, which makes its bed in the rock: The locust has no king, and goes forth all together by its bands: The stellio supports itself on hands, and dwells in the houses of kings.* These four animals are set before us as Masters of prudence, as Lyranus notes there, together with St. Bonaventure, who there excellently expounds these animals for us in mystical parallels; that we may imitate the rabbit, making our bed in the rock, which is Christ, as is said 1 Corinthians 10. The stellio, or lizard, which, having no wings, supplies by its hands the lack of nature; so too let diligent prudence supply in acting the defect of nature: the locust, which mounts on high and at once descends to the earth; for so also the prudent man mounts high through holy desires, and at once descends to the knowledge of his own infirmity, and thence acknowledges the necessity of divine help; according to Psalm 110: *He ascends even to the heavens, and descends even to the abysses.* And according to St. Gregory below. Lastly, let us imitate the ant, that we may prudently lay up merits for ourselves, according to John 9: *Work while it is day.*

PROVERB. 30. Comparatur prudens quatuor animalculis, ibidem laudatis. Quatuor sunt minima terrae, et ipsa sunt sapientiora Sapientibus: Formica, populus infirmus, qui praeparat in messe cibum suum: Lepusculus, plebs invalida, quae collocat in petra cubile suum: Regem Locusta non habet, et egreditur universa per turmas suas: Stellio manibus nititur, et moratur in aedibus regis. *Haec quatuor animalia proponuntur Magistri prudentiae, ut notat Lyranus ibi cum S. Bonav. ubi egregie haec animalia mysticis parallelis exponit nobis; ut imitemur Lepusculum, ponentes cubile in petra, quae est Christus, ut dicitur prima Cor. 10. Stellionem, vel Lacertum, qui alas non habens, supplet manibus indigentiam naturae, sic et prudens diligentia in operando suppleat defectum naturae: Locustam, quae alte ascendit, et statim ad terram descendit; sic enim et prudens alte per sancta desideria ascendit, et descendit statim ad propriae infirmitatis cognitionem, atque inde divini auxilii necessitatem recognoscit; Iuxta id Psal. 110.* Ascendit usque ad caelos, et descendit usque ad abyssos. *Et iuxta D Gregorium infra. Denique Formicam imitemur, ut prudenter paremus nobis merita, iuxta id Ioan. 9.* Operamini dum dies est.

6 Matthew 10: *Be therefore prudent as serpents,* to which comparison the Holy Doctor best expounds in the place cited with five parallels.

Matth. 10. Estote ergo prudentes, sicut serpentes, *ad quam similitudinem optime exponit S. Doct. loc. cit. quinque parallelis.*

7 FIRST, indeed, the serpent exposes its whole body to blows, that it may save its head; so the prudent Christian exposes all things, that he may preserve the honor of Christ the Head, as is said Philippians 3: *Those things that were gains to me, I have counted as loss for Christ.*

PRIMO enim serpens totum corpus exponit ictibus, ut caput servet, sic prudens Christianus exponit omnia, ut honorem Christi Capitis servet, ut dicitur Philip. 3. Quae mihi fuerunt lucra, haec arbitratus sum, propter Christum,

detrimenta.

8 SECONDLY, the serpent, among narrow and smooth rocks, strips off its old skin; so too the Christian ought to put off the old man, as the Apostle admonishes, Ephesians 4.

SECUNDO, serpens inter angustas, ac radentia saxa pellem exspoliat veterem; sic et Christianus debet veterem hominem exuere, ut monet Apostolus Ephes. 4.

9 THIRDLY, the serpent beguiles the charmer, as is said Psalm 57. So too prudent Saints beguile the demon, stopping one ear with the tail, that is, the memory of last things; according to Ecclesiastes 7: *Remember your last things, and you shall not sin forever;* and they stop the other ear, in the manner of the serpent, in the earth, by the memory of their own fragility, because it is said Genesis 4: *You are dust, and into dust you shall return.*

TERTIO serpens deludit incantatorem, ut dicitur Psal. 57. Sic et prudentes Sancti daemonem deludunt, unam aurem obturant cauda, idest memoria novissimorum; iuxta id Eccles. 7. Memorare novissima tua, et in aeternum non peccabis; *et alteram aurem, more serpentis obturant in terra, memoria propriae fragilitatis, quia dicitur Genes. 4.* Pulvis es, et in pulverem reverteris.

10 FOURTHLY, the serpent lies in wait for the heel; so prudent men conquer the desires of the flesh, attending to what the end of pleasure is, namely infernal death, according to Romans 6: *The end of them is death.*

QUARTO, insidiatur serpens calcaneo; sic viri prudentes superant desideria carnis, attendentes, quis finis delectationis, scilicet mors infernalis, iuxta id Rom. 6. Finis illorum mors.

11 FIFTHLY, the serpent flees woman on account of the enmities, Genesis 3, declared against it; so the prudent man flees the occasions of fornication, according to the counsel of Paul, 1 Corinthians 10.

QUINTO, fugit mulierem ob inimicitias, Genes. 3. intimatas; sic prudens fugit occasiones fornicationis, iuxta consilium Pauli prima Corinth. 10.

12 ANOTHER prudence of the serpent the Holy Doctor expounds in the sermon on the Holy Apostles Philip and James, for when it feels itself weighed down by poison, it eats a certain herb, by whose virtue it vomits up the poison; then it hastens to a bath of water, and there washes itself, and remains fasting for many days; whence the skin is loosened from the flesh, and amid the smooth narrows of the rock it sheds its skin, that it may put on a new one. So too man, prudent, wishing to become a new man from the old, ought to wash himself with tears, eat the bitter herb of penance, and thus vomit up the poison of sins by confessing; then pass through the narrow gate of satisfaction, and thus, stripped of the spoils of faults, put on grace. See the holy Doctor there.

ALIAM prudentiam serpentis exponit S. Doct. serm. de SS. Philippo, et Iacob, nam cum se sentit veneno gravatum, herbam quandam edit, cuius virtute venenum evomit; mox ad balneum aquae properat, ibique se lavat, et multis diebus ieiunus permanet; ex quo cutis a carne relaxatur, inter radentes angustias petrae pellem exuit, ut novam induat. Sic et homo prudens, volens ex veteri fieri novus homo, debet se lacrymis lavare, amaram poenitentiae herbam edere, et sic venenum peccatorum confitendo evomere; mox per satisfactionis foramen arctum transire, et sic spoliis culparum exutus, induere gratiam. Vide ibi Sanctum Doctorem.

13 The SAME comparisons he has in sermon 2 on one Holy Doctor, which is sermon 31, and sermon 33, where he speaks according to Aristotle in the book on the history of animals, book 8, chapter 17:

> *EASDEM comparationes habet sermone 2. de uno S. Doctore, qui est 31. et serm. 33. ubi loquitur iuxta Aristotelem libro de historia animalium, 8. capite 17:*

14 IN THE sermon 2 on St. Anthony of Padua, from *Job 38*, he praises the prudence of the cock: *Who gave the cock understanding*. And in the sermon on St. Lucy he recounts many examples of prudence from sacred and profane histories. That it is a virtue, indeed, confess Aristotle, books 3 and 6 of the *Ethics, chapters 5 and 13*, Cicero, *books 1 and 2 of the Tusculans, 99*, Seneca, *letter 68*, Plutarch, *in the book on the virtue of morals*, Juvenal, *Satire 10*, Valerius Maximus, *on prudence*. See the Holy Doctor also *in book 3, distinction 33, question 3, citing them*.

> *SERMONE vero 2. de S. Antonio de Padua ex* Iob. 38. *Galli prudentiam laudat:* Quis dedit Gallo intelligentiam. *Et serm. de S. Lucia, multa prudentiae exempla refert ex historiis Sacris, et prophanis. Eam enim esse virtutem fatentur Aristoteles 3. et 6.* Eth. cap. 5. et 13. *Cicero* lib. 1. et 2. Tuscul. 99. *Seneca* epist. 68. *Plutarchus* in lib. de virtute morum, *Iuvenalis* Satyra 10. *Valerius Maximus* de prudentia. *Vide S. Doct. etiam* in 3. dist. 33. quaest. 3. illos referentem.

15 IT IS PROVED thirdly by the Holy Doctor, *in the book cited, the Pharetra, chapter 27, from the Holy Fathers unanimously asserting it*.

> *PROBATUR tertio a S. Doct.* lib. citato Pharetra, cap. 27. e SS. PP. id unanimiter asserentibus.

16 ST. AUGUSTINE, *book 1 on the morals of the Church, chapter 15*, divides the four Cardinal virtues, as St. Bonaventure also teaches in *book 3, distinction 33, question 2, to the first argument;* then in *the Soliloquies, book 1, chapter 14*, he teaches that the perfect work is made by prudence, saying: *Great care must be taken, while we act in this body, lest the feathers of our wings be impeded by any viscous thing of the senses: these must be whole and perfect, that we may fly forth to that light from these darknesses*.

> *D. AUGUST.* lib. 1. de moribus Ecclesiae, cap. 15. *dividit quatuor virtutes Cardinales, ut docet etiam D. Bonav. in* 3. dist. 33. quaest. 2. ad 1. argumentum; *mox in* soliloquiis lib. 1. cap. 14. *docet, opus perfectum prudentia fieri, dicens:* Cavendum est magnopere, dum hoc corpus agimus, ne quo sensibilium visco pennae nostrae impediantur: quibus integris, perfectisque, opus est, ut ad illam lucem ab his tenebris evolemus.

17 ST. AMBROSE, *on offices, book 1, chapter 10*: The wise man, that he may speak well, first considers many things, what he may say, and to whom, in what place and time, *and chapter 27*, says: *The first fount of duty is prudence*. St. Gregory, *book 2 of the Morals, chapter 36*, says: *The solid edifice of our mind is sustained by these four virtues, of which the first is prudence,* and book 7 of the Morals, chapter 15: *When the uprightness of Saints raises men to liberty of voice, consideration of one's own infirmity guards them in humility*.

> *D. AMBROSIUS* de offic. lib. 1. cap. 10. Sapiens, ut loquatur, multa prius considerat, quid dicat, et cui dicat, quo in loco, et tempore, et cap. 27. *ait:* Primus officii fons, prudentia est. *D. Gregorius* lib. 2. Moral. cap. 36. *ait:* Solidum mentis nostrae aedificium sustineri his quatuor virtutibus, e quibus prima est prudentia, et lib. 7. Moral. cap. 15. Cum rectitudo Sanctorum viros ad libertatem vocis erigit, consideratio infirmitatis propriae in humilitate custodit.

18 St. Bernard on the Canticle, sermon 49: *Discretion is not so much a virtue as a certain moderator and charioteer of the virtues, and the orderer of affections and the directress of morals: Take this away, and virtue will be vice*. In the same way speaks St. Isidore, the book On Synonyms, chapter 16: *Whatever you do well with*

discretion is virtue; whatever you carry out without discretion is vice. For virtue without discretion is reputed as vice. And *book 2 on the supreme good, chapter 25*: It helps nothing, that we discern with a more prudent sense between good and evil, unless by our works we guard against ill-conceived thoughts, or carry forward good things begun.

> *D. Bernardus super Cant. serm. 49.* Discretio est non tam virtus, quam quaedam moderatrix, et auriga virtutum, ordinatrixque affectuum, et morum directrix: Tolle hanc, et virtus vitium erit. *Eodem modo loquitur D. Isidorus, lib. de Synon. cap. 16.* Quidquid bono cum discretione feceris, virtus est; quidquid sine discretione gesseris, vitium est. Virtus enim indiscreta, pro vitio reputatur. *Et* lib. 2. de summo bono, cap. 25. Nihil iuvat, quod inter bonum, et malum sensu prudentiore discernimus, nisi opere, aut male cogitata caveamus, aut bona inchoata faciamus.

19 And St. Jerome on Hosea, *book 2, chapter 7*: Prudence without goodness is malice.

> *Et D. Hieronymus in Oseam,* lib. 2. cap. 7. Prudentia absque bonitate, malitia est.

20 And Cassian, *Conference 1, chapter 23*, from the opinion of Abbot Moses, on Discretion, or Prudence, says: *This holds among all the virtues the citadel and primacy.*

> *Et Cassianus,* Coll. 1. cap. 23. *ex sententia Abb. Moyfis de Discretione, seu Prudentia ait.* Haec inter cunctas virtutes arcem, et primatum tenet.

21 And *conference 2, chapter 2*: For this is that which is named in the Gospel the eye and lamp of the body, according to that saying of the Savior: The lamp of your body is your eye; and Matthew 6, and Luke 11. Because (he says) it discerns all the thoughts and acts of man, it foresees and surveys all things that are to be done. The same the Holy Doctor has here, and on that place of Luke, though he expounds the lamp as intention. In which way also St. Gregory mingles prudence with intention, *homily 22 on Ezechiel*: It remains that at last we be wearied in the ministry of the word, or bestow on the needy, or tame the flesh by abstinence, or be moved by Zeal, or at times mildly bear with evil things through patience, that we ought above all to examine our intention, that whatever we do we may do not with our own, but with the Zeal of the Lord.

> *Et* coll. 2. cap. 2. Haec namque est, quae oculus, et lucerna corporis in Evangelio nuncupatur, secundum illam sententiam Salvatoris: Lucerna corporis tui est oculus tuus; et Matth. 6. Et Lucae 11. Eo quod (inquit) ipsas cogitationes hominis universas, actusque discernens, cuncta, quae agenda sunt, praevidet, atque perlustret. *Eadem habet S. Doct. hic, et ad eum Lucae locum, tametsi per lucernam intentionem explicet. Quo pacto etiam D. Gregorius, prudentiam cum intentione permiscet,* homil. 22. in Ezech. Restat ut fine in verbi ministerio fatigemur, seu indigentibus nostra largiamur, seu per abstinentiam carnem domemus, seu Zelo moveamur, seu per patientiam aliquando leniter prava toleremus, ut summopere debemus in intentione nostra discutere, quatenus omne, quod facimus, non nostro, sed Domini Zelo faciamus.

22 He recounts OTHER places of the Holy Fathers, the Holy Doctor, in *book 3, distinction 33*, as of St. Jerome on chapter 8 of Wisdom, St. Augustine, *book 12 on the Trinity, chapter 14, and book 14, chapter 9*, Bede, *in the Gloss, on chapter 26 of Exodus; and the Gloss on Genesis 1: A fountain went forth from Paradise, which is divided into four heads.* Juvenal, *Satire 10*, closes all the Encomia of this virtue:

> *ALIA loca Sanctorum Patrum refert S Doct. in* 3. dist. 33. *ut D. Hieronymi ad 8. Sap. D. August.* 12. de Trinitate, cap. 14. et lib. 14. cap. 9. *Bedae* in Glossa, ad 26. Exodi; et Gloss. in id 1. Genes. Fons egrediebatur de Paradiso, qui dividitur in quatuor capita. *Omnia huius virtutis Encomia claudit Iuvenalis,* Satyra 10.

23 *No deity is absent, if prudence be present.* — And this is what the Holy Fathers cited say, that prudence is the Leader and Charioteer of all the virtues.

> Nullum numen abest, si sit prudentia. — *Et hoc est, quod dicunt SS. Patres allegati, prudentiam esse Ducem, et Aurigam Virtutum omnium.*

24 IT IS PROVED fourthly by the reasoning which the Holy Doctor uses in nearly all the places cited, especially in *book 3 of the Sentences, distinction 33, throughout.* Every habit good and fitting to man is a virtue; But that habit of prudence is of this kind: Therefore. The major is evident; for virtue is that which makes its possessor good, leading him to his end, and renders its act good, as Aristotle teaches in the *Ethics, book 3, chapters 1, 8 and 12, and book 6*, and Tully, *book 2 on Invention*, cited by St. Bonaventure, *book 3, distinction 33, question 3*, and St. Augustine, *book 83 questions, question 31, and book 1 of the Soliloquies, chapter 6*, cited by St. Bonaventure, *in the place cited.* The minor is proved: for it is best and most fitting to the nature of man for reason to establish and set before itself for pursuit or flight those things which according to right reason are to be sought or fled, which is the office of Prudence. The Holy Doctor confirms this, *questions 1 and 3*, from the contrary. For evil is that which is against prudence, which is the same as against reason, which indeed St. Dionysius confesses to be perverse, *chapter 4 on the divine names, part 4.*

> *PROBATUR quarto ratione, qua utitur S. D. omnibus fere allegatis locis, praecipue in* tertio sententiarum, dist. 33. passim. *Omnis habitus bonus, et conveniens homini, est virtus; Sed habitus ille prudentiae est huiusmodi: Ergo. Maior patet; nam virtus est, quae bonum facit habentem, ducens in eius finem, et actum eius reddit bonum, ut docent Aristot. in* Ethicis, lib. 3. cap. 1. 8. et 12. et lib. 6. *et Tullius* lib. 2. de Invent. *apud D. Bonau.* 3. dist. 33. quaest. 3. *et D. August.* lib. 83. qq. quaest. 31. et lib. 1. soliloq. cap. 6. *apud D. Bonavent.* loco citato. *Minor probatur: nam optimum, et convenientissimum est naturae hominis, ratione constituere, et sibi praefigere ad expetendum, vel fugiendum ea, quae secundum rectam rationem sunt expetenda, vel fugienda, quod est officium Prudentiae. Quod confirmat S. Doct.* quaest. 1. et 3. *a contrario. Malum est enim, quod contra prudentiam est, quod idem est ac contra rationem, quod sane pravum fatetur esse S Dionysius* cap 4. de divinis nominibus, p. 4.

25 I ASSERT secondly, that Prudence is a rational, intellectual, and moral Virtue. It is indeed rational, because it is in reason, as the Holy Doctor observes in *book 3, distinction 33, question 3, in the body, §. To make evident.* For it directs in discerning, which is proper to reason, as the Holy Doctor notes from Aristotle, *book 6 of the Ethics, chapter 3.* The same St. Thomas teaches, *part 1-2, question 57.*

> *ASSERO secundo, Prudentiam esse Virtutem rationalem, intellectualem, et moralem. Est sane rationalis, quia in ratione, ut observat S. Doct. in* 3. dist. 33. quaest. 3. in corpore, §. Ad evidentiam. *Nam dirigit in discernendo, quod rationis proprium est, ut notat S. Doct. ex Aristotele* 6. Eth. cap. 3. *Idem docet S. Thomas* 1. 2. quaest. 57.

26 THE office of reason, however, is twofold, to discern and to define. These, however, are the functions of prudence, as St. Bonaventure teaches, *in the places cited above.* Hence in *the Dieta salutis, chapter 5*, he compares it to the assessor of a judge, who by judging directs the judge, or king, yet not by commanding; so Prudence rules reason: Wherefore Valentia does not define it rightly, *first point*: It is a faculty of the practical intellect for rightly determining, by an act of imperium, what is to be done. For imperium is nowhere conceded to the intellect, against the Thomists, *part 1-2, question 57, article 6*, and Tanner, *dispute 3, question 1, dubium 1*, and others, refuted in *part 1-2, treatise 1, Disputation on Imperium.* It is truly a moral virtue extrinsically, inasmuch as the intellect is moved and stirred by the appetite rightly ordered through the inclinations of the moral virtues, that through Prudence it may follow the good to be done, consentaneous to the right appetite.

RATIONIS autem duplex est officium, discernere, et definire. Haec autem sunt munera prudentiae, ut docet S. Bonav. locis supra allegatis. *Hinc in* Diaeta sal. c. 5. *Eam comparat Iudicis assessori, qui iudicando dirigit iudicem, vel regem, non tamen imperando; ita regit Prudentia rationem: Quare non recte Valentia eam definit* puncto primo. *Est facultas intellectus practici ad recte statuendum, per actum imperii, quid agendum sit. Nullum enim imperium intellectui usquam conceditur, contra Thomistas* prima 2. quaest. 57. art. 6. *Tannerum* disp. 3. quaest. 1. dub. 1. et alios *confutatos* prima secunda, Tract. 1. Disput. de Imperio. *Est vero virtus moralis extrinsece, quatenus ab appetitu recto per inclinationes moralium virtutum movetur, et excitatur intellectus, ut per Prudentiam sequatur agibile bonum, et appetitui recto consentaneum.*

27 I ASSERT thirdly, that Prudence is a Virtue distinct from the others.

ASSERO tertio, Prudentiam esse Virtutem, a caeteris distinctam.

28 IT IS PROVED by St. Bonaventure above with the authorities, which reckon it to be a special virtue.

PROBATUR a D. Bonav. supra authoritatibus, quae eam specialem esse virtutem recensent.

29 SECONDLY it is proved by him in *book 3, distinction 33, questions 2 and 3*, from the diverse reason of the object, which is the ratio agibilis according to reason, as conforming to the right appetite, and thus as the practical true, or good. Tanner uses this reason, *number 12*.

SECUNDO probatur ab eo in 3. dist. 33. quaest. 2. et 3. *ex ratione obiecti diversa, quae est ratio agibilis secundum rationem, ut conformis appetitui recto, atque adeo ut practice vero, seu bono. Hac ratione utitur Tannerus* num. 12.

30 THIRDLY it is proved by the Holy Doctor from the acts of Prudence, which are to direct all the acts of virtue according to the right dictate of reason.

TERTIO probatur a S. Doct. ex actibus Prudentiae, qui sunt dirigere ad omnes actus virtutis, secundum rectum dictamen rationis.

31 IT IS PROVED fourthly from the powers in which the Cardinal virtues are subjected, and which each directs; for Prudence directs the Rational, Temperance the Concupiscible, Fortitude the Irascible.

PROBATUR quarto ex potentiis, in quibus subiectantur Virtutes Cardinales, quasque dirigunt, quia Prudentia dirigit Rationalem, Temperantia Concupiscibilem; Fortitudo Irascibilem.

32 IT IS PROVED fifthly by St. Bonaventure from the opposed vices; for one is opposed to one; for under one aspect there are opposed to Prudence Precipitancy, Inconsideration, Inconstancy, Negligence, Craft, Guile, Fraud, which are surely not opposed to the other virtues.

PROBATUR quinto a S. Bonav. ex vitiis oppositis; unum enim uni opponitur; nam Prudentiae sub una ratione opponuntur Praecipitatio, Inconsideratio, Inconstantia, Negligentia, Astus, Dolus, Fraus, quae sane aliis non opponuntur virtutibus.

33 IT IS PROVED sixthly by the Holy Doctor from the mean points; for Prudence is a mean between extremes, between which the other virtues mediate; for so Prudence is between Inconsiderateness, Precipitancy, Craftiness, Guile, etc.

PROBATUR sexto a S. Doct. ex medietatibus; nam Prudentia est media inter extrema, inter quae mediant aliae virtutes, sic enim Prudentia est inter Inconsiderantiam, Praecipitationem, Astutiam, Dolum, etc.

34 *You will object*, first. The ratio agibilis, as it is the practical truth by conformity with the right appetite, is so widely extended, and is more common, than the ratio agibilis as it is moral good, by conformity with right reason, or with the right appetite; but this ratio of good does not constitute any special virtue, but only the genus of moral virtue: Therefore neither will that ratio constitute the special virtue of Prudence.

> Obiicies *primo. Ratio agibilis, ut est verum practice per conformitatem cum appetitu recto, tam late patet, et communior est, quam ratio agibilis, ut est bonum morale, per conformitatem cum ratione recta, seu cum appetitu recto; sed haec ratio boni non constituit specialem aliquam virtutem, sed solum genus moralis virtutis: Ergo neque illa ratio constituet specialem virtutem Prudentiae.*

35 *The Holy Doctor answers, distinction 33, question 2, to the fifth*, that they are equal in a certain universality of predication; but not at all in order; for the Practical True has order only to reason, because it is difficult to rectify in one way, therefore one virtue is necessary: But the matters of the powers, in order to good, suffer various difficulties.

> Respondet *S. Doct.* dist. 33. quaest. 2. ad 5. *universalitate quadam praedicationis esse pares; sed ordine nequaquam; nam Verum practicum habet ordinem solum ad rationem, quia uno modo rectificare difficile est, ideo una virtus est necessaria: At materiae potentiae, in ordine ab bonum, varias patiuntur difficultates.*

36 *You will object*, secondly. It belongs to Prudence to inspect the mean, which also befits every virtue; for whatever sees the essential mean of its end: Therefore it is not a special virtue.

> Obiicies *secundo. Prudentiae est inspicere medium, quod cuilibet virtuti etiam convenit; quaecumque enim videt medium essentiale sui finis: Ergo non est virtus specialis.*

37 *The Holy Doctor answers*, that to see its own mean by the mode of a determinate inclination is appropriated to each virtue; but that it is nevertheless proper to prudence to see the mean by the mode of direction. Wherefore Prudence sees the mean for itself and for others by directing; for it perfects the rational power, whose it is to consider and discern, and in this mode it is proper to Prudence. Wherefore as the eye sees for itself and for the other members, so prudence directs, seeing itself and the other virtues. Although as regards inclination all tend toward their end, and move, as it were, like a weight, in the manner in which gravity is said to look toward the center of the world; for so every virtue is said to look toward the mean of right living.

> Respondet *S. Doct. appropriari cuilibet virtuti videre suum medium per modum determinatae inclinationis; sed tamen proprium esse prudentiae videre medium per modum directionis. Quare Prudentia sibi, et aliis hoc modo videt medium dirigendo; perficit enim potentiam rationalem, cuius est considerare, et discernere, et hoc modo proprium est Prudentiae. Quare sicut oculus videt sibi, et aliis membris, sic prudentia dirigit, se videns, ac virtutes caeteras. Tametsi quoad inclinationem omnes tendant ad suum finem, atque quasi pondus moveant, ad modum quo gravitas dicitur aspicere ad centrum mundi; sic enim omnis virtus dicitur aspicere ad medium recte vivendi.*

Question III: What the offices of prudence are

1 From the argument recently adduced we have, first, with D. Bonaventure, that the office of Prudence is not to propose to the moral virtues their intrinsic ends, insofar as they are formally ends, but only to propose to them the means by which they may attain such ends. The same is held by D. Thomas *here, art. 6.* and his disciples, and by Tannerus *disput. 3. question 1. dub. 3.* against Scotus *in 3.*

dist. 36. single question, art. 2., where he contends that the ends themselves are set before the moral virtues by Prudence.

> ***Quaenam sint PRUDENTIAE munera.***
>
> *Ex nuper allato argumento habemus primo cum D. Bonavent. Prudentiae munus non esse proponere virtutibus moralibus earum fines intrinsecos, quatenus sunt formaliter fines, sed solum proponere ipsis media, per quae attingant huiusmodi fines. Idem sentiunt D. Thom.* hic, art. 6. *et discipuli, ac Tannerus* disput. 3. quaest. 1. dub. 3. *contra Scotum* in 3. dist. 36. quaest. unica, art. 2. *ubi contendit, fines ipsos praefigi virtutibus moralibus a Prudentia.*

2 *It is proved* by D. Bonaventure *loc. cit.* from the doctrine of Aristotle 6 *Eth. cap. 12.*, where he affirms that the moral virtue intends the end at the impulse of reason, namely through Synderesis; while Prudence directs and makes right those things that are toward the end: *The work* (he says) *is effected from Prudence and from moral Virtue: for Virtue proposes the goal; Prudence, however, makes right those things that tend toward it, and cap. 13. Virtue [assigns] the end; Prudence [makes right] those things that tend toward the end, so that we may act.*

> Probatur *a D. Bonavent.* loc. cit. *ex doctrina Aristotelis 6.* Eth. cap. 12. *ubi affirmat, ab ipsa virtute morali intendi finem ex impulsu rationis, nimirum per Synderesim; a Prudentia vero dirigi, et recta effici ea, quae sunt ad finem:* Opus *(ait)* ex Prudentia, et ex morali Virtute efficitur: Virtus enim propositum scopum: Prudentia autem, quae ad ipsum tendunt, recta efficit, et cap. 13. Virtus finem; Prudentia, quae ad finem tendunt, ut agamus, facit.

3 *Secondly* it is proved by Valentia *disp. 4. question 1. punct. 3.* with a reason drawn from the difference between Synderesis and Prudence; for the office of Synderesis is to set before the virtue the good appointed to it as an end, as that Temperance should use pleasures moderately, as D. Bonaventure teaches *in 2. dist. 39. art. 2. question 1.*, and this indeed moves the affection as a kind of weight, as S. Bonaventure teaches *there, and in 3. dist. 33. question 2.*. Prudence therefore directs toward the means, by ordering reason; otherwise, if both were directed to the same thing, it would be necessary to posit another directive habit of reason.

> Secundo *probatur a Valentia* disp. 4. quaest. 1. punct. 3. *ratione ducta ex differentia Synderesis, et Prudentiae; nam munus Synderesis est praefigere virtuti bonum, ei praestitutum in finem, ut Temperantiae esse utendum delectationibus moderate, ut docet D. Bonavent.* in 2. dist. 39. art. 2. quaest. 1. *et haec sane movet, quasi pondus, affectum, ut docet S. Bonav.* ibi, et in 3. dist. 33. quaest. 2. *Prudentia ergo dirigit ad media, ordinando rationem, alioqui si ambae essent ad idem, oporteret ponere alium habitum rationis directivum.*

4 *It is proved* thirdly from the connection of Counsel and Prudence; for Prudence is concerned only with those things about which there is consultation, as the holy Fathers teach, as related from D. Bonaventure and from other cited places of the Seraphic Doctor, as is evident. But consultation is about means to an end, not about the formal ends of the virtues themselves: Therefore also Prudence. The major is clear from the Philosopher *lib. 6. Eth. cap. 5. and 7.*, where he says: *Prudence is concerned with human goods, and with those that fall under consultation. For we say that the chief task of the prudent man is to counsel well.* The minor is proved; for consultation is only about doubtful things, and the ends of the virtues themselves are not such, as Aristotle teaches *cap. 7.*, saying: *About those things no one consults which cannot come about otherwise, nor about those whose end is not some [end].*

> Probatur *tertio ex connexione Consilii, et Prudentiae; nam Prudentia circa illa solum versatur, de quibus est consultatio, ut docent SS. PP. relati ex D. Bonavent. et ex aliis locis citatis Seraphici constat. Consultatio autem est de*

mediis ad finem, non de ipsis virtutum finibus formaliter: Ergo etiam Prudentia. Maior patet ex Philosopho lib 6. Eth. cap. 5. et 7. *ubi ait:* Prudentia circa humana bona versatur, atque ea, quae in consultationem cadunt. Prudentis enim id maxime opus esse dicimus, ut recte consuletur. *Minor probatur; nam consultatio est tantum de rebus dubiis tales autem non sunt ipsi fines virtutum, ut docet Aristoteles* cap. 7. *dicens:* De illis autem consulat nemo, quae evenire aliter nequeunt, neque de iis, quorum finis aliquis non est.

5 *Note*, however, with D. Bonaventure *opusc. de septem donis, cap. 6.*, that Prudence and Counsel are toward the end: first, insofar as it sets forth means in order to it, and so intends it as that for whose sake, as Caietanus also teaches *question 47. art. 6.*, and Valentia *puncto 3.*.

Adverte *tamen cum D. Bonav.* opusc. de septem donis, cap. 6. *Prudentiam, et Consilium esse ad finem, Primo quatenus media praefigit in ordine ad eum, atque adeo intendit eum, ut id, cuius gratia, ut docet etiam Caietanus* quaest. 47. art. 6. *et Valentia* puncto 3.

6 *Then*, Prudence is said to tend toward the ends, insofar as it judges and determines, in the manner of Affection, in which mediocrities the reason of the end of the virtue lies, as the S. Doctor teaches in *Diaeta, loc. cit.*, with Aristotle 2 *Eth. cap. 6.* and D. Thomas *art. 7.*.

Deinde *Prudentia dicitur tendere ad fines, quatenus iudicat, et decernit ad modum Affectionis in quibus medietatibus sit ratio finis virtutis, ut docet S. Doct. in* Diaeta, loc. cit. *cum Aristotele 2.* Eth. cap. 6. *et D. Thom.* art. 7.

7 *The S. Doctor assigns*, moreover, in *Diaeta, tit. 6. cap. 12.*, the difference of Prudence from Counsel; for Counsel, he says, [determines] whether something is to be done: Prudence, however, shows for what end and with what circumstances applied, of time, place, etc.; just as it belongs to one science to know whether it is expedient for someone to be saved, and to another to know how he is to be saved, etc.

Assignat *autem S. Doct.* in Diaeta, tit. 6. cap. 12. *differentiam Prudentiae a Consilio, nam Consilium dicit: utrum sit aliquid agendum: Prudentia vero ostendit, quo fine, et quibus circumstantiis adhibitis, temporis, loci, etc. sicut alterius est scientiae cognoscere: An expediat aliquem salvari, alterius vero scire qualiter sit salvandus, etc.*

8 *You will object*, first, with Scotus. Every moral virtue supposes the dictate of Prudence: Therefore [it is] toward the end.

Obiicies *primo cum Scoto. Omnis virtus moralis supponit dictamen Prudentiae: Ergo ad finem.*

9 *It is answered*, that it supposes this dictate only in order to the means; but toward the end it supposes the dictate of Synderesis, as I said.

Respondetur, *Supponere hoc dictamen in ordine ad media tantum; circa finem autem supponere dictamen Synderesis, ut dixi.*

10 *You will object*, secondly. Unless prudence sets the end before the virtue, there will not be able to be one prudence in the matter of each moral virtue.

Obiicies *secundo. Nisi prudentia praefigat finem virtuti, non poterit esse una prudentia in materia cuiusque moralis virtutis.*

11 *It is answered*, that there is one Prudence, common to all the virtues.

Respondetur, *esse unam Prudentiam, communem omnibus virtutibus.*

12 I assert, thirdly, that Prudence does not set the means before the virtues by the command of reason.

> *Assero tertio, Prudentiam non praefigere media virtutibus per rationis imperium.*

13 *It is proved,* because command belongs to the will, which is as it were the queen, as I showed in the *Treatise on the Soul, disp. 9. cap. 5. question 8.* and in other places.

> Probatur*, quia imperium est voluntatis, quae est veluti regina, ut ostendi* Tractatu de Anima, disp. 9. cap. 5. quaest. 8. *et aliis locis.*

14 Nor indeed does Aristotle 6 *Eth. cap. 10.* make it preceptive by the command of reason, as Valentia thinks.

> *Neque vero Aristoteles 6.* Eth. cap. 10. *eam ex rationis imperio praeceptivam facit, ut putat Valentia.*

15 I assert, fourthly, that the dictate of Prudence is with a certain solicitude. Therefore Aristotle *lib. 6. Eth. cap. 9.* says: *The things you have counseled are to be done quickly; but one must counsel slowly and at length, especially in grave matters,* as D. Gregory also teaches *lib. 2. Regist. indic. 10. cap. 6.,* cited by D. Bonaventure *lib. 2. Pharetra, cap. 27.,* where he says: *In the highest matters, counsel ought not to be hasty.*

> *Assero quarto, dictamen Prudentiae esse cum quadam sollicitudine. Ideo Aristoteles* lib. 6. Eth. cap. 9. *ait:* Cito agenda esse, quae consultaveris; tarde vero, ac diu consultandum, maxime in rebus gravibus*, ut docet etiam D. Gregorius* lib. 2. Regist. indic. 10. cap. 6. *apud D. Bonav.* lib. 2. Pharetra, cap. 27. *ubi ait:* Summis in rebus, citum non oportet esse consilium.

16 *It is proved* from the contrary. For negligence, sloth, and torpor are reproved, as you will see in D. Bonaventure *p. 1. Centil. sect. 8. and lib. 3. Pharetra, cap. 8. and in Diaeta tit. 1. cap. 7.*

> Probatur *ex contratio. Negligentia enim, desidia, et torpor vituperantur, ut videbis apud D. Bonav.* p. 1. Centil. sect. 8. et lib. 3. Pharetra, cap. 8. et in Diaeta tit. 1. cap. 7.

17 *Hence* he observes there that the slothful man is greatly reproved. *Proverb. 21. The desires of the slothful kill him. Proverb. 10. the slack hand has wrought poverty. So Matth. 12.* an idle [house] is entered by seven demons. And Matth. 25. *Take from him the talent.* Eccles. 22. *On a lump of mud the slothful shall be stoned.* Prov. 18. *Fear casts down the slothful.* Prov. 24. *I passed by the field of the slothful man: and behold it was all filled with nettles.* And in the same place: *How long, sluggard, do you sleep?* And Proverb. 6. *Go to the ant, O sluggard.* See there the S. Doctor differing excellently.

> Hinc *observat ibi, valde reprehendi pigrum.* Proverb. 21. Desideria occidunt pigrum. Proverb. 10. egestatem operata est manus remissa. Sic Matth. 12. *otiosum ingrediuntur septem daemones. Et Matth. 25.* Tollite ab eo talentum. *Eccles. 22.* In lapide luteo lapidabitur piger. *Prov. 18.* Timor deiicit pigrum. *Prov. 24.* Per agrum hominis pigri transivi : et ecce totum repleverant urticae. *Et ibidem :* Usquequo piger dormis ? *Et Proverb. 6.* Vade ad formicam o piger. *Vide ibi S. Doct. egregie differentem.*

18 I ADD, that Prudence sets forth means for all ends, even those of the public good.

> *ADDO, Prudentiam praefigere media pro omnibus finibus, etiam publicae commoditatis.*

19 IT IS PROVED: For in 6. Eth. cap. 5. Aristotle says that Prudence is right reason of things to be done: Therefore also concerning the public good; especially since this is the more necessary, the more necessary the public good is, truly especially for the Christian; of whom it is said in 1 Cor. 13: *Charity*

seeketh not her own. The Romans observed this, as related by Valerius Maximus lib. 6. cap. 4. For every man was hastening to increase the goods of his country, not his own. The reason is because, as Aristotle says 1. Eth. cap. 2., even if the good be the same for one man and for a city, yet the good of the city seems a greater and more divine thing both to acquire and to conserve. And indeed even each man can be content, if it be for one alone; yet it is more beautiful and more divine if the good be brought about for one people and for cities.

> *PROBATUR : Nam 6. Eth. cap. 5. ait Aristoteles, Prudentiam esse rectam rationem agibilium : Ergo etiam circa bonum publicum : eo vel maxime, quia haec magis necessaria est, quo magis necessarium est bonum publicum, maxime vero Christiano; de quo prima Cor. 13. dicitur :* Charitas non quaerit quae sua sunt. *Hoc observabant Romani apud Valerium maximum lib. 6. cap. 4. Patriae enim rem unusquisque, non suam augere properabat. Ratio est, quia, ut ait Aristoteles 1. Eth. cap. 2. etiamsi et uni hominum, et civitati bonum idem sit; bonum tamen civitatis et acquirere, et conservare, maius quid, ac divinius videtur. Ac contentus quidem esse etiam unicuique potest, si uni soli; pulchrius tamen, ac divinius, si uni genti, ac civitatibus bonum efficiatur.*

20 THEREFORE Prudence can be divided, so that one kind is Regal, or Legislative in the community of a Kingdom: another Political in a City: another Oeconomical in a household: another Military in an Army; as Aristotle seems to hold 6. Eth. cap. 8. See D. Thomas at greater length, question 50.

> *IGITUR dividi potest Prudentia, ut alia sit Regalis, seu Legislativa in communitate Regni : Alia Politica in Civitate : Alia Oeconomica in domo : Alia militaris in Exercitu; ut videtur sentire Aristoteles 6. Eth. cap. 8. Vide latius D. Thomam quaest. 50.*

Question IV: Who share in prudence

1 FIRST a question arises: Whether Prudence is in subjects; for Aristotle 3. Eth. capit. 3. seems to deny it; but he speaks of subjects, as subjects are. For truly, since Prudence is connected with the other moral virtues, with which even subjects can be endowed, there is no doubt that prudence is in them. Aristotle therefore speaks of subjects formally, as subjects are, as D. Thomas says in article 12.

> ***Quinam sint PRUDENTIAE participes.***
>
> *PRIMO oritur quaestio : An Prudentia sit in subditis; nam id videtur negare Aristoteles 3. Eth. capit. 3. sed loquitur de subditis, ut subditi sunt. Enim vero cum Prudentia connexa sit cum caeteris virtutibus moralibus, quibus praediti esse possunt etiam subditi, non est dubium, quin in eis sit prudentia. Loquitur ergo Aristoteles de subditis formaliter, ut subditi sunt, ut ait Divus Thomas articulo 12.*

2 There is doubt also concerning sinners; for Aristotle 6. Ethic. cap. 12. says: *It is manifest that no one can be prudent unless he be good.* But on the contrary it stands strong, because in cap. 5. he says that even many wicked men are strong in counsel.

> *De peccatoribus etiam dubitatur; nam Aristoteles 6. Ethic. cap. 12. ait :* Manifestum esse, non posse quempiam prudentem esse, nisi bonus sit. *In contrarium vero viget, quia cap. 5. multos etiam improbos consilio valere dicit.*

3 I SAY, first, that in sinners prudence is false; I speak of those sinning mortally: Of this Rom. 8. *The prudence of the flesh is death.* And Luke 16. *The children of this world are more prudent than the children of light in their generation,* as S. Bonaventure notes on this passage, and in the places adduced at the beginning of quest. 1.

DICO primo, in peccatoribus falsam esse prudentiam; loquor de mortaliter peccantibus : De hac Rom. 8. Prudentia carnis mors est. *Et Lucae 16.* Filii huius saeculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt, *ut advertit S. Bonav. ad hunc locum, et locis adductis initio quaest. 1.*

4 I SAY, secondly, that infused prudence is not in those sinning lethally.

DICO secundo, prudentiam infusam non esse in peccantibus lethaliter.

5 IT IS PROVED: For the moral virtues are infused, connected with Charity; as I showed in the first part of the second part, *Treatise on the Virtues.*

PROBATUR : Sunt enim virtutes infusae morales, connexae Charitati; ut ostendi prima secundae, Tract. de Virtutibus.

6 I ASSERT, thirdly, that acquired true Prudence is not in those who sin very frequently. For it is connected with the moral virtues, and is destroyed by frequently opposite acts.

ASSERO tertio, Prudentiam acquisitam veram non esse in iis, qui valde frequenter peccant. Est enim connexa cum virtutibus moralibus, et actibus frequenter oppositis destruitur.

7 I ASSERT, fourthly, that infused Prudence concerning one's own good is in the just.

ASSERO quarto, Prudentiam infusam circa bonum proprium esse in iustis.

8 IT IS PROVED, because it is connected with charity, as I showed in the place cited above.

PROBATUR, quia connexa est cum charitate, ut ostendi loco supra citato.

9 I ASSERT, fifthly, that in the young there is no acquired prudence.

ASSERO quinto, In iuvenibus non esse prudentiam acquisitam.

10 IT IS PROVED from Aristotle 6. Ethic. cap. 8. *But the cause is, that prudence is of particular things, which become known to us by experience; but the young man is without experience; for experience is produced by length of time.*

PROBATUR ex Aristotele 6. Ethic. cap. 8. Causa autem est, quia prudentia est singularium, quae experientia nobis innotescunt; Iuvenis autem expertus non est; experientiam enim temporis efficit longitudo.

Question V: How prudence is acquired, and lost

1 FIRST, therefore, it is acquired by experience of long time, as is said Job 12. *And in much time Prudence.* And Aristotle teaches 6. Eth. cap. 8. and 11.

Quomodo acquiratur, Prudentia et amittatur.

PRIMO igitur acquiritur longi temporis experientia, ut dicitur Iob. 12. Et in multo tempore Prudentia. *Et docet Aristoteles 6. Eth. cap. 8. et 11.*

2 SECONDLY, by the instruction of wise elders, as Aristotle teaches in that cap. 11. and D. Gregory Nazianzen *oratione ad Nicolaum*; and Cassianus *coll. 2. cap. 10.* Therefore we are warned in Proverb. 3.: *Lean not on your own prudence; be not wise in your own sight.* And Eccles. 6. *If you have loved to hear, you will be wise. Stand in the multitude of prudent Elders, and join your heart to their Wisdom.* See Cassianus above.

SECUNDO, eruditione seniorum sapientiorum, ut docet Aristoteles cap. illo 11. et D. Gregorius Nazianzenus, oratione ad Nicolaum*; et Cassianus* coll. 2. cap. 10. *Ideo Proverb. 3. monemur :* Ne innitaris prudentiae tuae; ne sis sapiens apud temetipsum. *Et Eccles. 6.* Si dilexeris audire, sapiens eris. In multitudine Presbyterorum prudentium sta, et Sapientiae illorum ex corde coniungere. *Vide Cassianum supra.*

3 It is indeed LOST, partly by forgetfulness, and by wicked affections. By forgetfulness indeed, insofar as it depends on experience, and this on memory, as the Philosopher teaches 1. Metaph. cap. 1. By wicked affections, however: for it depends on a right appetite. Therefore Exodi 23. *Do not accept gifts, which even blind the prudent.* Rom. 1. *When they had known God, they did not glorify him as God, etc. for their foolish heart was darkened.*

AMITTITUR vero, partim oblivione, et affectibus pravis. Per oblivionem quidem, quatenus pendet ab experientia, et haec ex memoria, ut docet Philosophus 1. Metaph. cap. 1. Per pravos autem affectus : nam pendet ex appetitu recto. Ideo Exodi 23. Ne accipias munera, quae etiam excaecant prudentes. *Rom. 1.* Cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, etc. obscuratum est enim insipiens cor eorum.

Question VI: On the parts of the virtue of prudence

1 UNANIMOUSLY the Philosophers acknowledge that Prudence has certain parts; of which Aristotle 6. Ethic. cap. 8. and following. Cicero lib. 2. de Invent. August. lib. 83. qq. quaest. 61. Macrobius lib. 1. in somn. Scipionis, cap. 8. relates them; from these the S. Doctor everywhere lib. 5. Compend. Theol. cap. 34. And 3. p. Centileg. sectione 41. and the opusc. de quatuor virtutibus Cardinalibus.

De partibus Virtutis PRUDENTIAE.

UNANIMES fatentur Philosophi, Prudentiae aliquas esse partes; de quibus Aristoteles 6. Ethic. cap. 8. et sequent. Cicero lib. 2. de Invent. August. lib. 83. qq. quaest. 61. Macrobius lib. 1. in somn. Scipionis, cap. 8. eas refert ex his S. Doct. passim lib. 5. Compend. Theol. cap. 34. Et 3. p. Centileg. sectione 41. et opusc. de quatuor virtutibus Cardinalibus.

2 The parts of Prudence are of THREE kinds. Some are integral, without which the perfect use of Prudence is not had: Others are subjective, in the manner in which species, subjected to a genus, are called subjective parts of the genus, as Man and Lion are parts of animal, because, namely, animal is predicated of them as of a subject. Others are potential parts of Prudence by similitude with the potential parts of the soul.

TRIPLICIS generis sunt partes Prudentiae. Aliae integrales, sine quibus non est perfectus usus Prudentiae : Aliae subiectivae ad modum, quo species, subiectae generi, dicuntur partes subiectivae generis, ut Homo, et Leo sunt partes animalis, quia, scilicet animal, de illis, tanquam de subiecto praedicatur. Aliae sunt Prudentiae partes potentiales per similitudinem partium potentialium animae.

3 The Integral Parts of Prudence, which integrate it as it were in the manner in which members integrate a body, are eight. Memory, which is cognition of past things; Understanding, which is cognition of present things; Docility, which is cognition through another's instruction; Solertia, which is cognition through one's own discovery; nem; Ratio of this, is because it is cognition by the inference of one thing from another; Providence, which is the ordination of means to an end; Circumspection, which is the consideration of the circumstances of the business; Caution, which is a certain contrivance against those things which can stand in the way and be an impediment.

PARTES Integrales Prudentiae, quae eam veluti integrant ad modum, quo membra integrant corpus, sunt octo. Memoria, quae est cognitio praeteritorum; Intelligentia quae est cognitio praesentium; Docilitas, quae est cognitio per alterius eruditionem; Solertia, quae est cognitio per propriam inventionem; Ratio huius, est quia est cognitio per illationem unius ex alio; Providentia, quae est ordinatio mediorum ad finem; Circumspectio, quae est animadversio circumstantiarum negotii; Cautio, quae est machinatio quaedam adversus ea, quae obstare, et impedimento esse possunt.

4 The perfect use of Prudence indeed depends on Memory, because it depends on experience; and this on many experiments, and experiments on many memories, as D. Thom. teaches *quaest. 49. art. 1. ex* Aristotle at the beginning of 1. *Metaph.*

A Memoria sane pendet usus perfectus Prudentiae, quia is pendet ab experientia; ea vero a multis experimentis, et experimenta a multis memoriis, ut docet D. Thom. quaest. 49. art. 1. ex *Aristotele initio 1.* Metaph.

5 It depends also on Understanding, which is the cognition of particulars with which Prudence is concerned, which cognition is from the intellect, partly through conversion to phantasms, partly also in the interior sense, or the cogitative power.

Ab Intelligentia etiam pendet, quae est cognitio particularium, circa quae versatur Prudentia, quae cognitio est ab intellectu, partim per conversionem ad phantasmata, partim etiam in sensu interiori, seu potentia cogitativa.

6 It DEPENDS on Docility, which Cicero praises *Lib. 2. qq. Academ.*; hence the S. Doctor defines it to be the power of instructing first oneself; then others.

PENDET etiam a Docilitate, quam laudat Cicero Lib. 2. qq. Academ. *hinc definit S. Doctor, eam esse potentiam erudiendi prius se; deinde alios.*

7 It DEPENDS on Solertia, which is swift conjecture, as Aristotle teaches *6. Eth. cap. 9.* and D. Thom. *quaest. 49. art. 4.*

PENDET a Solertia, quae est celeris coniectatio, ut docet Aristoteles 6. Eth. cap. 9. *et D. Thom.* quaest. 49. art. 4.

8 It DEPENDS on reason, which is the cognition of one thing from another by inference; for Consultation, on which the decrees of Prudence depend, is altogether with ratiocination, as the Philosopher teaches *6. Eth. cap. 10.* and D. Thomas *art. 5.*

PENDET a ratione, quae est cognitio unius ex alio per illationem; nam Consultatio, ex qua pendent decreta Prudentiae, omnino est cum ratiocinatione, ut docet Philosophus 6. Eth. cap. 10. *et D. Thomas* art. 5.

9 It DEPENDS on Prudence, which is the ordination of suitable means to an end; for Prudence is concerned with things to be done on account of an end, as the S. Doctor explains in the places alleged, and D. Thom. *art. 6.*

PENDET a Prudentia, quae est ordinatio mediorum idoneorum in finem; versatur enim Prudentia circa agibilia propter finem, ut explicat S. Doctor locis allegatis, et D. Thom. art. 6.

10 It DEPENDS on Circumspection; for prudence is concerned with particular things to be done, good on every side, consonant with reason; but the goodness of human actions depends on the circumstances, as I showed *prima secundae, Treatise 1. disput. 9. question 5. and 10.*

PENDET a Circumspectione; nam prudentia versatur circa particularia agibilia, undequaque bona, rationi consona; pendet autem bonitas actionum humanarum e circumstantiis, ut ostendi prima secundae, Tract. 1. disput. 9. quaest. 5. et 10.

11 It DEPENDS also on Caution, which is provision against contrary evils, which the S. Doctor calls the Prudence of discerning vices, bearing the appearance of virtues.

> *PENDET etiam ex Cautione, quae est provisio adversus mala contraria, quam S. Doctor vocat Prudentiam discernendi vitia, virtutum speciem prae se ferentia.*

12 As to the subjective parts of Prudence, D. Thom. treats *quaest. 50.* It is divided into governing Prudence and the particular prudence of the one acting. Again, Gubernativa is divided into Legislative, which is in the Prince, or Republic; into Political, which is in subjects concerning the same good of the Kingdom, or city; into Oeconomical, which is concerning the domestic good; and Military, concerning which the good of the army is concerned. Of the Gubernativa the S. Doctor treats excellently *de Eccl. Hierarchia.* But particular prudence is one most special species.

> *Quo ad partes Prudentiae subiectivas, agit S. Thom.* quaest. 50. *Dividitur in Prudentiam gubernativam, et singularem operantis. Rursus Gubernativa dividitur in Legislativam, quae est in Principe, vel Republica; in Politicam, quae est in subditis circa idem bonum Regni, vel civitatis; in Oeconomicam, quae est circa bonum familiare; et Militarem, circa quae bonum exercitus versatur. De Gubernativa agit egregie S. Doctor* de Eccl. Hierarchia. *Prudentia vero particularis est una specie specialissima.*

13 The potential Parts of Prudence are three intellectual virtues adjoined, serving prudence, namely, EUBULIA, which is rightly counseltative, as you have *6. Eth. cap. 9.* SYNESIS is rightly judgmental by common rules; and GNOMES, which is rightly judgmental in natural reason beyond the common rules, when these fail because of the circumstances of a particular case. See D. Thomas *quaest. 51.*, easily declaring these.

> *PARTES Prudentiae potentiales sunt tres virtutes Intellectuales adnexae, deservientes prudentiae, scilicet, EUBULIA, quae est recte consiliativa, ut habes* 6. Eth. cap. 9. *SYNESIS est recte iudicativa per communes regulas; et GNOMES, quae est recte iudicativa in naturali ratione praeter communes regulas, quando hae deficiunt ob circumstantias casus particularis. Vide D. Thomam* quaest. 51. *facile haec declarantem.*

14 Of these S. Bonaventure also treats *in the places everywhere adduced here.*

> *DE his agit etiam S. Bonavent.* locis passim hic adductis.

Question VII: How certain rules of prudence, applicable to the monastic and the political state, are drawn from the angelic hierarchy

1 SINCE the Church Militant is governed and ordered according to the order of the Church Triumphant, as it is said *sap 9. Thou hast commanded me to build a temple, and an Altar according to the likeness of thy holy Tabernacle, which thou hast prepared from the beginning,* the Seraphic Bonaventure, the wonderful sublimity of whose genius shines forth pre-eminently here, discourses on how the threefold state of those to be saved is conformed to the threefold Choir of Angels, both in public and private governance: And he says this threefold state is designated in that Ezechielis 14. *If there be in the city these three men (namely Daniel, Noe, and Iob), shall they deliver their own souls.* Daniel indeed, obtaining that supernatural Understanding by the merit of Abstinence, bears the Type of the Cloistered, who by abstaining even from things licit and illicit merit to be illumined from above. Noe, however, Governing the Ark, indicates prelates, to whom the Ark of the Church, to be saved from the Deluge of sin, has been entrusted by God. Truly Iob, a married man, intent on the works of piety and mercy, designates the assembly of the active and of married men.

Quomodo ex Angelica Hierarchia eruantur quaedam regulae prudentiae, statui Monastico et Politico Applicabiles.

CUM Iuxta ordinem Ecclesiae Triumphantis regatur, et disponatur Ecclesia Militans, ut dicitur sap 9. Dixisti me aedificare templum, et Altare secundum similitudinem sancti Tabernaculi, quod praeparasti ab initio, *Seraphicus Bonaventura, cuius Ingenii stupenda sublimitas hic praeclare elucit dissertit, quomodo triplex salvandorum status, triplici Angelorum Choro, tam publico, quam privato regimine conformetur: Et hunc triplicem statum ait designari illo Ezechielis 14.* Si fuerint in Civitate hi tres viri (scilicet Daniel, Noë, et Iob) Num liberabunt animas suas. *Daniel quidem Abstinentiae merito obtinens istam supernaturalem Intelligentiam, Typum gerit Claustralium, qui et a licitis, illicitisque abstinendo merentur desuper illuminari. Noë autem Arcam Gubernans, praelatos indicat, quibus Ecclesiae Arca a peccati Diluvio salvanda, a Deo commissa est. Verum Iob coniugatus, pietatis, et misericordiae operibus intentus, Coetum activorum, et coniugatorum designat.*

2 Of these, the first, entrusted to God by the vow of Religion, and emulating the supreme perfection and the better Charisms, are compared to the supreme choir of Angels; for these indeed pre-eminently surpass the others both in the fire of Love and in the privilege of Knowledge and in the balance of Justice.

Ex his primi, Religionis voto Deo saccati, et supremam perfectionem, ac meliora Charismata aemulantes, supremo Angelorum choro comparantur; hi etenim, et Amoris incendio, et Cognitionis privilegio, ac Iustitiae perpendiculo, caeteris praeeminent.

3 The SECOND, however, who exercise the office of Prelacy, are assimilated to the other Angelic choir; for Prelacy was instituted by God, either for the discipline and correction of morals, on account of which there is the sacerdotal dignity — to the Dominations they correspond: or for rescinding disputes and composing peace, which the judicial power serves, conformed to the Powers: or finally for coercing malice and Tyranny; and for this end the Regal, or Imperial Power was given, configured to the Potestates.

SECUNDI autem, qui Praelationis funguntur officio, alteri choro Angelico assimilantur; Praelatio enim a Deo est Instituta, vel ad morum Disciplinam, et correctionem, propter quam est dignitas sacerdotalis. Dominationibus respondent: vel ad lites rescindendas, pacemque componendam, cui inservit Iudiciaria potestas, Virtutibus conformis: vel denique ad malitiam, et Tirannidem coercendam; et hunc in finem data est Potestas Regalis, seu Imperialis, Potestatibus configurata.

4 The LAST are truly compared to the third choir; for if they are subjects and humble, they are like the principalities; if continent, like the Archangels; if finally devoted to the works of piety, they are configured to the ANGELS.

ULTIMI vero tertio choro comparantur; si enim subditi sunt et humiles, principatibus sunt similes; si continentes Archangelis; si denique operibus pietatis mancipati, ANGELIS configurantur.

5 Of the first state we must first treat briefly in certain sections.

DE primo statu prius breviter nobis quibusdam sectionibus agendum.

Section I: On the Prudence That Men Bound by Solemn Vows Claim from the First Choir of Angels

1 S. Doctor SUPPOSES here those three Hierarchical operations, to Purify, to Illuminate, and to Perfect; and by the names of Angels he proves at once private persons on account of certain excellences, and also rectors and Princes on account of their governance. Thus *Matth. 11. John* is called

an Angel; and II. Reg. 14. and 19. David is compared to an Angel. So too in Apoc. the Rectors of the Churches are called Angels.

> De Prudentia, quam viri votis sollemnibus obstricti, ex primo Angelorum choro sibi vindicent.
>
> *SUPPONIT hic S. Doct. tres illas Hierarchicas operationes, Purgare, Illuminare, et Perficere; Angelorum autem nominibus tum privatas personas ob aliquas excellentias, tum etiam rectores, et Principes ob regimen comprobat. Sic* Matth. 11. Ioannes *dicitur Angelus; et II. Reg. 14. et 19. David Angelo comparatur. Ita etiam in Apoc. Rectores Ecclesiarum Angeli dicti sunt.*

2 Therefore he first applies the supreme Hierarchy to the Religious, and to all perfect in vows.

> *Primo igitur supremam Hierarchiam Religiosis, et vitis omnibus perfectis applicat.*

3 He calls the Religious SERAPHIM, named from the divine fires of Charity, to whom he applies Heb. I. *Who maketh his angels spirits, and his ministers a flame of fire*, and Apoc. 10. *I saw an Angel, whose face was as the sun, and his feet as a pillar of fire.* And Isa. 6. *One of the Seraphim flew to me, and in his hand a live coal*, etc. Therefore thus the servants of God, kindled, ought to imitate the nature of fire: for fire is always raised upward, it consumes rust, and resolves earthly things into itself; it is moved most swiftly, it spreads itself to all things to be converted to itself.

> *SERAPHIM, a divinis incendiis Charitatis denominatos, Religiosos nominat, quibus id Heb. I. applicat.* Qui facit Angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis*, et Apoc. 10.* Vidi Angelum, cuius facies ut Sol, et pedes eius, tanquam columna ignis. *Et Isa. 6.* Volavit ad me unus de Seraphim, et in manu eius calculus ignitus*, etc. Sic igitur servi Dei accensi debent ignis naturam imitari, semper enim sursum attollitur ignis, consumit rubiginem, et terrena in se resolvit, velocissime movetur, expanditur ad omnia in se convertenda.*

4 THUS the Religious, kindled with the fire of Charity, will be proved, if they ascend swiftly, despising earthly things; if they strive to resolve all things into the love of God; if they work swiftly and with speed, as it is said: Isa. 18. *Go, ye swift angels*, and Ezech. I. *Whithersoever the Spirit went, the wheels were lifted up following him, for the spirit of life*, etc.; that is, they ought to shine with the best example of Charity, for the life of the religious is the exemplar of others. Therefore Deuter. 17. *They shall receive the exemplar of the law from the priests*, and I Timot. IV. *Be thou an example of the faithful.*

> *ITA Religiosi igne Charitatis accensi probabuntur, si velociter ascendunt, terrena spernentes; si omnia in amorem Dei resolvere satagant; si velociter operentur, et celeres, ut dicitur: Isa. 18.* Ite Angeli veloces*, et Ezech. I.* Quocunque ibat Spiritus, rotae levebantur sequentes eum, spiritus enim vitae*, etc. idest Charitatis splendere debent optimo exemplo, nam religiosi vita est aliorum exemplar. Ideo Deuter. 17.* Accipient legis exemplar a sacerdotibus*, et prima Timot. IV.* Esto exemplum fidelium.

5 They ought moreover to PURIFY others, as it is said Malach. III. *He shall sit like a refiner's fire, and shall purge the sons of Levi.* Therefore the Seraphim say to Isaias: *Thy iniquity shall be taken away, and thy sin shall be purged.*

> *DEBENT autem alios purgare, ut dicitur Malach. III.* Erit quasi ignis conflans, et sedebit, et purgabit filios Levi. *Ideo Seraphim Isaia dicunt:* Auferetur iniquitas tua, et peccatum tuum purgabiur.

6 They ILLUMINATE also, Matth. V. *You are the light of the world*, Ephes. V. *Walk as children of the light in love.*

> *ILLUMINANT etiam, Matth. V.* Vos estis Lux mundi*, Ephes. V.* Ut filii lucis ambulate in dilectione.

7 FROM the Seraphim of Isa. VI. shining forth, he argues what kind of flame the religious ought to shine with, for the example of others.

> *E SERAPHIM Isa. VI. lucentibus, arguit quali flamma lucere debeant religiosi, in aliorum exemplum.*

8 FIRST they are said to have been two, whereby is expressed their dwelling together in Charity. Therefore also *the Lord sent his disciples two by two*. Lucae X. and Ecclesiasticus IV. *It is better that there be two together than one: for they have the advantage of their society.* And Genes. XIX. *Two Angels were sent into Pentapolis*. Whereby a grave precept of prudence is given, that life in the Coenobia is safer than in the solitude of the Anachoretic life.

> *PRIMO enim dicuntur fuisse duo, quo exprimitur in Charitate cohabitatio. Ideo et* Dominus binos misit discipulos. *Lucae X. et Ecclesiastici IV.* Melius est duos esse simul, quam unum: habent enim emolumentum societatis suae. *Et Genes. XIX*. Duo Angeli missi sunt in Pentapolim. *Quo grave praeceptum prudentiae datur securiorem esse vitam in Coenobiis, quam in solitudine Anacoreticha.*

9 SECONDLY, those Seraphim were not seated, but stood. Whence in Psalm. 121. *Our feet were standing in thy courts, O Jerusalem.*

> *SECUNDO Seraphim illi non sedebant, sed stabant. Unde in Psalm. 121.* Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem.

10 HIEREMIAE VI. *Stand upon your ways, and see, and ask which is the good way?* and Psalm. V. *In the morning I will stand before thee, and will see*, and Habac. II. *I will stand upon my watch*, and Apoc. VIII. *An Angel stood near the altar of the temple.* Therefore the unwearied raising of the intention to God is handed down in all things.

> *HIEREMIAE VI.* State super vias vestras, et videte, et interrogate, quae sit via bona? *et Psalm. V.* Mane astabo tibi, et videbo*, et Habac. II.* Super custodiam meam stabo*, et Apoc. VIII.* Angelus stetit iuxta aram templi. *Igitur impigra elevatio intentionis in Deum in omnibus traditur.*

11 Each had six wings singly, that is twelve, whereby the spiritual and corporal works of mercy are signified, and they were joined one to another, as is said Ezech. I. With these wings he ought swiftly to work for the salvation of all.

> *HABEBANT singuli sex alas, idest duodecim, quibus opera misericordiae spiritualia, et corporalia signantur, et invicem iunctae sunt, ut dicitur Ezech. I. His alis debet velox operari ad salutem omnium.*

12 With these wings they veiled their hands and their feet, by working, that they might not be seen, of which Matth. VI. *Let not thy left hand know what thy right hand doth.* Therefore he veils his head, hands, and feet, who desires neither in the beginning, nor in the end, nor in the middle to be praised for his works.

> *HIs alis velabant manus, et pedes, operando, ut non videantur, de quibus Matth. VI.* Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. *Caput igitur, manus, et pedes velant, qui nec in principio, nec in fine, nec in medio laudari appetunt de operibus suis.*

13 THESE flew, because the religious ought always to be borne higher into God. Whence Psalm. 54. *Who will give me wings*, etc. Therefore with the multiplied motion of spiritual wings, they ought assiduously by contemplation and action to ascend on high, never languishing, nor ever idling.

HI volabant, quia religiosi semper altius in Deum ferri debent. Unde Psalm. 54. Quis dabit mihi pennas*, etc. Igitur multiplicato alarum spiritualium motu, debent assidue contemplatione, et actione in altum ascendere, nunquam torpendo, nunquamve otiando.*

14 THESE cried: HOLY, HOLY, HOLY, *one to the other*, because in the Divine praises they are held to cry out perpetually. Thrice they pray, that they may be rightly instructed, promoted, and brought to salvation. Therefore Ioan. XVII. *Sanctify them in truth, that they themselves may be sanctified, and consummated in one*, etc.

HI clamabant: SANCTUS, SANCTUS, SANCTUS, alter ad alterum*, quia in Divinis laudibus tenentur perpetuo inclamare. Ter autem orant, ut recte instituantur, promoveantur, et perducantur ad salutem. Ideo Ioan. XVII.* Sanctifica eos in veritate, ut ipsi sanctificati sint, et consummati in unum*, etc.*

15 WHEN indeed the lips of Isaias, defiled, were purged with a burning coal, and it kindled him, that he might offer himself for the divine missions, it expresses that the religious, most pure in themselves, are held bound to purify others with holy fire, to illuminate, and to kindle them unto works of salvation; thus Moses Num. XI. purged Mary the leper by prayers in a figure, and S. Job his friends, Iob in the last chapter.

QUOD vero labia Isaiae polluta calculo purgatint ignito, atque ipsum accenderint, ut se ad divinas missiones exhiberet, exprimit, religiosos in se purissimos, teneri ad alios igne sancto purgandos, illuminandos, et accendendos ad opera salutis; sic Moyses Num. XI. Mariam leprosam orationibus umbratice purgavit et S. Iob amicos suos Iob. ultimo.

16 There FOLLOWS the order of the Cherubim from the wisdom, with which religious men are held to be endowed and to illuminate others. Now this wisdom is practical, or prudence, as the holy Doctor advertises, Lib. I. cap. 3., which is not worldly wisdom, of which Lucae XVI. *The children of this world are more prudent than the children of the light*, which is in the avaricious; nor ought it to be the prudence of the flesh, which is death, as is said Rom. VIII., and it is in the voluptuous, because this wisdom *is not found in the land of them that live sweetly*, Iob 28.; nor ought it to be diabolical, of which Isa. V. *Woe to you that are wise in your own eyes*, etc. Therefore recourse must be had to the wisdom that is from above, which is chaste, peaceable, etc.

SEQUITUR ordo Cherubim a sapientia, qua viri religiosi esse praediti tenentur et alios illustrare. Haec autem sapientia est practica, seu prudentia, ut advertit S. Doctor Lib. I. cap. 3. quae non est mundana, de qua Lucae XVI. Filii huius saeculi prudentiores filiis lucis sunt*, quae est in avaris; neque debet esse prudentia carnis, quae mors est, ut dicitur Rom. VIII. et est in voluptuosis, quia haec,* non invenitur in terra suaviter viventium*, Iob 28. neque debet esse diabolica, de qua Isa. V.* Vae qui sapientes estis in oculis vestris*, etc. Ideoad sapientiam, quae desursum est recurrendum, quae est pudica, pacifica, etc.*

17 Now TWO Cherubim of gold are indicated Exodi 25., because there must be in them a twofold wisdom, and prudence. One of the things to be done concerning themselves and their neighbor: the other of the things to be done concerning God; and both golden, that is of Charity. Therefore gold most pure is given for the Cherubim, primo Paral. 28., which signifies the purity of conscience, from which it follows that they see God, which is beatitude, given to the clean of heart. Then indeed it follows that, radiated with divine light, they see most clearly (as the holy Doctor says). Therefore the Cherubim Ezech. I. and Apoc. IV. were full of eyes before and behind, because men compared to the Angels, the Cherubim, by the grace of circumspection, and the gift of providence, which are parts of

prudence, see gilded on every side, they provide, and each keeps watch over the perils of the other. Whence also the Cherubim looked upon one another above the Propitiatory.

> *DVO autem Cherubim aurei indicuntur Exodi 25. quia debet eis inesse duplex sapientia, et prudentia. Altera agendorum circa se, et proximum: Altera agendorum circa Deum, et utraque aurea e Charitate. Ideo aurum purissimum datur ad Cherubim, primo Paral. 28. quod puritatem significat conscientiae, ex qua sequitur, eos videre Deum, quae est beatitudo, mundis corde data. Deinde vero sequitur, ut divina luce radiati videant clarissime (ut ait S. Doctor) Ideo Cherubim Ezech. I. et Apoc. IV. erant oculis pleni ante, et retro, quia viri Angelis Cherubim comparati circumspectionis gratia, et providentiae dono, quae sunt partes prudentiae, dorati undique vident, provident, et alter ad alterius pericula invigilat. Unde et Cherubim se mutuo respiciebant in Propitiatorio.*

18 THESE are raised up into God with holy quiet. Therefore God dwells in them, *who sitteth over the Cherubim*; and these also draw others. Therefore Ezech. X. *when the Cherubim were lifted up, the others also were lifted up*; for upon the holiness of the religious hangs also the salvation of seculars. Therefore Iudith, cap. 8., says: *and now, brethren, since you are the priests in the people of God, upon you depends their soul.*

> *HI sancta quiete in Deum elevantur Ideo in eis residet Deus,* qui sedet super Cherubim*; et hi trahunt etiam alios. Ideo Ezech. X.* dum levarentur Cherubim, caetera etiam elevabantur*; ex sanctitate enim religiosorum, pendet et saecularium salus. Ideo Iudith, cap. 8. ait:* et nunc fratres, quoniam vos estis praesbyteri in populo Dei, et ex vobis pendet anima illorum.

19 THESE are the interpreters of God; therefore in a figure from the propitiatory, between the two Cherubim, the voice of God went forth, Num. VII. and Ezech. I.: *The sound of the wings of the Cherubim was as the voice of God.*

> *HI sunt interpretes Dei, ideo umbratice e propitiatorio inter duos Cherubim egrediebatur vox Dei, Num. VII. et Ezech. I:* Sonus alarum Cherubim erat sicut vox Dei.

20 THESE ought to keep the way of the tree of life, and to show it with the flaming sword, as is said Genes. III., and to cry out to all that word of Hierem. VI. *This is the way, walk ye in it.*

> *HI debent viam ligni vitae custodire, et flammeo gladio ostendere, ut dicitur. Genes. III. omnibusque clamare illud Hierem. VI.* Haec est via, ambulate in ea.

21 The THIRD order is that of the Thrones, in which Divine Justice dwells, Psalm. IX. *Thou sittest upon the throne, who judgest justice.*

> *TERTIUS ordo est Thronorum, in quibus residet Iustitia Divina, Psalm. IX.* Sedes super Thronum, qui iudicas iustitiam.

22 God dwells upon the humble, as Isa. 66. says, and Dan. VII. *His throne is a flame of fire.* These are the Religious, as Origenes expounds there: *For as the Thrones are the seats of God, compacted and joined into one, as D. Hieronymus says, cap. 7. de coelesti Hierarchia; so the religious, compacted into one place of quiet, are the Thrones of the Most High:* These are the ivory Thrones, shadowed forth in the Throne of Solomon, of which II. Paral. IX. III. Reg. X. and Cant. II., the symbol of chastity, in which God rests, who feeds among the lilies: Therefore he rested in the womb of the B. Virgin, which is called ivory, Cant. V.

> *RESIDET Deus super humiles, ut ait Isa. 66. et Dan. VII.* Thronus eius flamma Ignis. *Hi sunt Religiosi, ut exponit ibi Origenes:* Sicut enim Throni sunt sedes Dei, in unum compactae, atque coniunctae, ut ait D. Hieronymus cap. 7. de coelesti Hierarchia; Ita religiosi, in unum compacti quietis locum, sunt Throni Altissimi: *Hi sunt Throni eburnei, adumbrati in Throno Salomonis, de quo II. Paral. IX. III. Reg. X. et Cant. II.*

Simbolum pudicitiae, in quo Deus requiescit, qui pascitur inter lilia: Ideo in ventre B. Virginis requievit, qui dicitur eburneus Cant. V.

23 They ought to be Thrones of Sapphire, of which Ezech. I.

DEBENT esse Throni e Sapphito, de quo Ezech. I.

24 Ezech. I. *The likeness of the Throne was as the appearance of a Sapphire.* Now the Sapphire is a gem of heavenly color, starred, which signifies heavenly conversation. In the Sapphire the Law of Moses was written by God: so the religious are raised up from earthly things by poverty. To them it is said Isa. LVIII. *I will lift thee up above the height of the earth, and I will feed thee with the inheritance of Jacob thy father, etc.*

Ezech. I. Similitudo Throni quasi aspectus Sapphiri. *Est autem Sapphirus gemma coloris coelestis stellata, quae significat coelestem conversationem. In Sapphiro, scripta fuit a Deo Lex Moysi: Ita religiosi a rebus terrenis per paupertatem elevantur. His dicitur Isa. LVIII.* Sustollam te super altitudinem terrae, et cibabo te haereditate Iacob Patris tui, etc.

25 See the holy Doctor there, wonderfully eloquent, on how he becomes the best of religious who shall have drawn these lessons from things above.

Vide S. Doctorem ibi mira eloquentem, quomodo optimus ille evadat religiosus, qui haec documenta e supernis hauserit.

Section II: On the Government of the Prelates of the Church, Likened to the First Choir of the Second Hierarchy, the Dominations

1 The S. Doctor compares the Dominations to Pontiffs and other Prelates of the Church.

Dominationes Pontificibus, aliisque Ecclesiae Praelatis S. Doctor comparat.

2 Now they are called Dominations because, as S. Isidorus says, Lib. VII. Ethymol. cap. V., dominating over the inferior Angels, they instruct and inform them how in the office of prelacy they ought to recall their subjects to the Deiform likeness, and, without tyranny, liberally to order the deeds of their subjects. Whence S. Dionysius, de coelesti Hierarchia, cap. VIII.: *The naming of the Dominations declares an absolute and free Anagogy, bearing itself liberally without any tyrannical servitude, and removed from all ignominious subjection.* As if to say: *As by Anagogy, that is, by universal excellence over the other Angels, they are raised up without subjection; so by no tyranny are they inclined to the depression of others. Of whose domination is both liberal and severe: liberal in benignity; severe in power; and this properly befits Prelates, who singly dominate in spiritual things; as Priests and Bishops, who are accounted worthier than others in the spiritual office.* Such is the word of the S. Doctor.

Dicuntur autem Dominationes, quia, ut ait S. Isidorus Lib. VII. Ethymol. cap. V. inferioribus Angelis dominantes, eos instruunt, et informant qualiter in praelationis officio debeant subditos ad Deiformem similitudinem revocare, et sine tyrannide subditorum facta liberaliter ordinare. Unde S. Dionysius de coelesti Hierarchia, cap. VIII. Nominatio Dominationum absolutam, et liberam Anagogen absque ulla tyrannica servitute liberaliter ferentem, et ab omni subiectione ignominiosa remotam declarat. *Quasi dicat:* Sicut per Anagogen, idest, per excellentiam universalem super alios Angelos, sine subiectione elevantur; ita per nullam tyrannidem ad depressionem aliorum inclinantur. Quorum dominatio, et liberalis est, et severa: liberalis in benignitate; severa in potestate, et hoc proprie convenit Praelatis, qui in spiritualibus singulariter dominantur; sicut Sacerdotes, et Episcopi, qui in spirituali officio reputantur aliis digniores. *Haec S. Doctor.*

[3] Therefore they are called Dominations, who preside purely in spiritual things; because true dominion is obtained, when vices are overcome, and virtuous works dominate in the kingdom of the soul, or of the Church. But evils cannot be extirpated, so that goods may effectively dominate, except through the ministry of prelates, to whom authority has been conferred from heaven, that through their office and the Ministries of the Sacraments vices may be done away, and morals corrected in men, and thus the minds of subjects be reformed by the discipline of morals to the Deiform likeness. And therefore in Prelates of souls is the authority of such a Domination left by the Lord, that, with them cooperating, the servitude of sin may be banished, and the true liberty of the Spirit may dominate through their ministry. Whence it is said Sap. IX. *In thy wisdom thou hast constituted man, that he may have dominion over thy creature, which was made by thee, that he may dispose the circle of the earth in equity, and direction of heart, and justice.*

> *Dicuntur igitur illi, qui praesunt pure in spiritualibus, Dominationes; quia verum dominium obtinetur, quando superantur vitia, ac virtuosa opera in regno animae, sive Ecclesiae dominantur. Non autem possunt extirpari mala, ut bona efficaciter dominentur, nisi per praelatorum ministerium, quibus coelitus collata est auctoritas, ut per ipsorum officium, et Sacramentorum Ministeria evacuentur vitia, et mores in hominibus corrigantur, et sic subditorum mentes per morum disciplinam ad Deiformem similitudinem reformentur. Et ideo apud Praelatos animarum istiusmodi Dominationis auctoritas est a Domino relicta, ut ipsis cooperantibus peccati servitus exulet, et vera libertas Spiritus per eorum ministerium dominetur. Unde dicitur Sap. IX.* In sapientia tua constituisti hominem, ut dominaretur creaturae tuae, quae a te facta est, ut disponat orbem terrae in aequitate, et directione cordis, et iustitia.

[4] Let them recognize therefore (says the S. Doctor) the Pontiffs of Christ and the Priests, that from the Dominator of the whole earth they have received supreme Dominion, and from the days of the ages utterly unheard of not only by men but by Angelic spirits, because, as Bernardus says in his *sermone de coena Domini*, it is nowhere read as attributed to Kings or Princes, to make the glorious and most holy body of Christ, offering it to God. This gift has been granted to Prelates not for extorting base gain, nor for boasting, or oppressing subjects; but rather for reducing subjects to the state of true liberty through the ministry of Priests; and this Zachar. VI. says: *He shall sit, and shall rule, and shall be a priest upon his throne, and there shall be a counsel of peace between them, and the crowns shall be memorials in the temple of the Lord.*

> *Recognoscant igitur (ait S. Doctor.) Pontifices Christi, ac Sacerdotes, quod a Dominatore universae terrae receperunt supremum Dominium, et a diebus saeculi non solum hominibus, sed et Angelicis spiritibus penitus inauditum, quia ut dicit Bernardus* sermone de coena Domini, *nec Regibus, nec Principibus legitur attributum, ut conficiant gloriosum, ac Sanctissimum Christi corpus, illud offerentes Deo. Istud donum concessum est Praelatis non ad turpem quaestum extorquendum, neque ad superbiendum, vel subditos opprimendos; sed potius ad verae libertatis statum per Sacerdotum ministerium reducendum, et hoc dicit Zachar. VI.* Sedebit, et dominabitur, et erit Sacerdos in solio suo, et erit consilium pacis inter eos, et erunt coronae memoriales in templo Domini.

[5] Therefore the Priests of Christ are so called, not that they should bear themselves as dominating in their chapters unto pride, but that they should show themselves in heart and deed a pattern to the flock, *prima Petri V.*, and unto the likeness of the Angels promote their subjects by word and example.

> *Dicuntur igitur Christi Sacerdotes, non ut tanquam dominantes in cleris se gerant ad superbiam, sed ut formam gregi ex animo sese ostendant,* prima Petri V. *et ad Angelorum conformitatem verbo, et exempla promoveant subditos.*

[6] Therefore the Prelates of the Church are compared to the Dominations. First, because, as these are subject to the dignity of no earthly domination, as S. Dionysius says, *de coelesti Hierar. cap. VIII.*: so

Ecclesiastics have pre-eminence over Laymen, nor are they subjected to any of their laws pressing against Ecclesiastical immunity. Whence there is said to them the same Deuter. XV. *Thou shalt have dominion over every nation, and none shall have dominion over thee.*

> *Igitur Praelati Ecclesiae Dominationibus comparantur. Primo quia, sicut illae nullius terrestris dominationis dignitati subditae sunt, ut ait S. Dionysius de* coelesti Hierar. cap. VIII.*: ita Ecclesiastici Laicis praeeminent, nec ullis eorum legibus, contra Ecclesiasticam immunitatem urgentibus, subduntur. Unde eis dicitur id Deuter. XV.* Dominaberis omni nationi, et nullus tibi dominabitur.

7 Next, because, as the heavenly Dominations exercise no tyrannical or heavy power over the subject Angels, but simply condescend to them; so ought the life of clerics to be.

> *Deinde quia, sicuti coelestes Dominationes nullam in subditos Angelos tyrannicam, vel gravem exercent potestatem, sed simpliciter eis condescendunt; ita debet talis esse clericorum vita.*

8 Thirdly, because, as the Dominations are called by S. Dionysius in the place cited *onward and higher*, because converted in their own order they convert other inferiors, and perfect in themselves they perfect and illuminate others; so those who preside should allure by word and example; and he who hears, let him say: Come, Apoc. in the last chapter; and let it be as Ecclesiasticus X.: *Such as is the Lord, or ruler of the city, such are they that dwell in it.*

> *Tertio quia, sicuti Dominationes vocantur a S. Dionysio loco citato* sursum altius, quia conversi ex suo ordine alios inferiores convertunt, et perfecti in se, alios perficiunt, et illuminant; sic illi, qui praesunt verbo, et exemplo alliciant; et qui audit, dicat: Veni, Apoc. ultimo, et fiat id Ecclesiastici X. Qualis est Dominus, vel rector civitatis, tales sunt, qui habitant in ea.

9 Fourthly, because, as the Angelic Dominations are called Liberal with severity; so Ecclesiastical Prelates, liberal and benign toward the humble, severe toward the proud and rebellious, punishing them with censures. Thus the Apostle admonishes Bishops, Timotheum, and Titum, that they do so: *Reprove, beseech, etc.*

> *Quarto quia, sicut Dominationes Angelicae dicuntur Liberales cum severitate; Ita Praelati Ecclesiastici liberales, et benigni circa humiles, severi circa superbos, et rebelles, censuris eos puniendo. Sic monet Apostolus Episcopos, Timotheum, et Titum, ut faciant:* Increpa, obsecra, etc.

10 Fifthly, because, as the Angelic Dominations are set apart with a great dissimilitude of perfection, because nothing unseemly of divine likeness is found in them; so Ecclesiastics should have pre-eminence from sinners with a great disparity of life, lest there be said to them the word Rom. II. *Thou that preachest that men should not steal, dost thou steal?* Or that of Isaia VIII. *Hear ye deceivers, who rule over my people.*

> *Quinto quia, sicuti Dominationes Angelicae sunt magna perfectionis dissimilitudine segregatae, quia nihil indecens divinam similitudinem in illis reperitur; Ita Ecclesiastici magna vitae disparitate a peccatoribus praeemineant, ne illis dicatur id Rom. II.* Qui praedicas non furandum, furaris. *Vel id Isaia VIII.* Audite illusores, qui dominamini super populum meum.

11 Sixthly, because as the Dominations of the Angels are so called because they dominate most powerfully even over themselves, as S. Dionysius says *loco cit.*, so those dominating in the Church ought to dominate their own passions, that even as Melchisedech, without father, without mother,

without genealogy, they acknowledge not even their dear ones, where the duty of their office must be fulfilled.

> *Sexto, quia sicuti Dominationes Angelorum dicuntur, quia hi dominantur potentissime etiam sibi ipsis, ut ait S. Dionysius* loco cit. *sic dominantes in Ecclesia debent suis dominari passionibus, ut veluti Melchisedech sine patre, sine matre, sine Genealogia, etiam charos non agnoscant, ubi ratio sui officii est adimplenda.*

12 Seventhly, because as the Angels are called Dominations because they hold a good and stable immutability of affection in God, so that nothing appearing to them may dominate, but they be perpetually converted to the true immutable Being: so also Ecclesiastics should so stand in God as not to be converted to vanities and follies, as Tobias says cap. IV. *Never suffer pride to rule in thy sense.*

> *Septimo quia, sicuti Angeli Dominationes dicuntur, quia bonam, et stabilem affectus immutabilitatem tenent in Deo, ita ut nihil eis apparens dominetur, sed ad verum Ens incommutabile sint perpetuo conversi: Sic et Ecclesiastici ita in Deo stent, ut ad vanitates, et insanias non convertantur, ut ait Tobias cap. IV.* Nunquam in tuo sensu superbiam dominari permittas.

13 Therefore thus the Ecclesiastics purge, illuminate, and perfect all inferiors, that they may not be purged by them, etc. For as the Spirit has pre-eminence over the body and excels it, so the Spiritual power over the corporal. Whence it rightly receives the name of Domination. Whence the Regal power is subject to the spiritual Domination. Therefore Petrus, prima cap. II. *You are a Regal Priesthood, a holy nation.* For the temporal kingdom, as a certain thing adjoined, is subject to the Priesthood in the new testament; albeit in the old testament the Priesthood of temporal promises, being but a figure, seems to be adjoined to the regal power, Exodi 19. *a regal Priesthood*, as the S. Doctor says with D. Hieronym., lib. 1. *cont. Pelag.*, and epist. *ad Dardan.*, August., quaest. 33. *in Num.*, and lib. 19. *cont. Faust. cap.* 31. Although it is adjoined there also as adding the dignity and virtue necessary to the superior Order; for without Religion kingdoms fall. Hence 27. *Num.* God commands even the Prince Josue to depend on the Pontiff, and *Lev.* 4. a higher Sacrifice is exacted for the Priest than for the King: as seems to be Philo lib. *de victoria*, Theodoretus quaest. 1. *in Levit.*, Procop. *in cap.* 4. *Levit.* But if it be objected that Abiathar the Pontiff was deposed by Salomon; say with S. Bonav., according to the former Doctrine, that the case is unlike: or that it was done *by the word of the Lord, as is said* 3. *Reg.* 2. See on this matter at large the Seraphic Doctor, *cap.* 1. *de ecclesiast. Hierarchia, part.* 2., near the end.

> *Sic igitur Ecclesiastici omnes inferiores, purgant, illuminant, et perficiunt, ut ab eis nec purgentur, etc. Sicut enim Spiritus praeest corpori, eique praecellit; sic Spiritualis potestas corporali. Unde bene sortitur nomen Dominationis. Unde Regalis potestas spirituali subest Dominationi. Ideo Petrus prima cap. II.* Vos estis Regale Sacerdotium, gens sancta. *Nam temporale regnum, velut quoddam adiectum subiacet Sacerdotio in novo testamento; tametsi in veteri testamento Sacerdotium temporalium promissionum umbraticum, regiae potestati adiectivum videatur apponi, Exodi 19.* regnum Sacerdotale*, ut ait S. Doctor cum D. Hieronym. lib. 1.* cont. Pelag. *et epist.* ad Dardan. August. quaest. *33.* in Num. et lib. *19.* cont. Faust. cap. *31. Quamvis adiectivum apponatur ibi etiam, ut adiiciens dignitatem, et virtutem necessariam Ordinis superioris; nam sine Religione regna corruunt. Hinc 27.* Num. *iubet Deus, Principem etiam Iosue a Pontifice pendere, et* Lev. *4. exigitur altius Sacrificium pro Sacerdote, quam pro Rege: ut videtur Philo lib.* de victoria Theodoretus quaest. *1.* in Levit. *Procop.* in cap. *4.* Levit. *Quod si Abiathar Pontifex a Salomone depositus opponatur; dic cum S. Bonav. iuxta priorem Doctrinam, disparem esse rationem: Vel, id factum,* iuxta verbum Domini, ut dicitur *3.* Reg. *2. Vide de hac re fuse Seraphicum* cap. *1.* de ecclesiast. Hierarchia, part. 2. *prope finem.*

14 Now truly, that Pontiffs may be able to be free for God, and at the same time raise and reform the vast multitude of the people to the Deiform likeness, they ought to take others into a share of the solicitude. Therefore also Iethro advised Moses, Exodi 18.: *The business is above thy strength; thou alone canst not sustain it, etc. Be thou to the people in those things that pertain to God, to refer what is said to him: and show thou to the people the ceremonies and the rite of worshipping God, and the way by which they must walk, and the work they must do. Provide therefore able men, and fearing God, in whom there is truth, and who hate avarice, and appoint of them Tribunes, who may judge the people at all times, and it shall be lighter for thee, the burden being divided among others:* And such are the Decani, Praepositi, Archidiaconi, and Iudices, whether ordinary or delegated, who soothe lawsuits and strive to recall men to concord. And such are compared to the heavenly Powers and Virtues, as I shall say at once *sect. seqq*.

> *ENIM vero ut Pontifices etiam Deo valeant vacare, simulque populum ingentem ad Deiformem similitudinem elevare, atque reformare, debent alios in partem sollicitudinis assumere. Ideo et Iethro Moysi suasit, Exodi 18*. Ultra vires tuas est negotium, solus illud sustinere non poteris, etc. Esto tu populo in his, quae ad Deum pertinent, ut referas, quae dicuntur ad eum: ostendasque populo ceremonias, et ritum colendi Deum, viamque, per quam ingredi debeant, et opus quod facere debeant. Provide ergo viros potentes, et timentes Deum, in quibus sit veritas, et qui oderint auaritiam, et constitue ex eis Tribunos, qui iudicent populum in omni tempore, leviusque sit tibi, partito in alios onere: *Et tales sunt Decani, Praepositi, Archidiaconi, et Iudices, sive ordinarii, sive delegati, qui lites sopiunt, et ad concordiam satagunt revocare. Et tales Potestatibus, et Virtutibus caelestibus comparantur, ut statim dicam* sect. seqq.

Section III: On the Prudence of Judges, Compared with the Virtues, from the Second Order of the Second Hierarchy

1 The ANGELS are called Virtues on account of their firm and immutable virility for the reception of divine illuminations, as S. Dionysius says *cap*. 8. *de caelesti Hierarchia*, in no wise infirm, but virilely reduced to the imitation of God, not forsaking the Deiform manner of life, but firmly bearing it toward the supersubstantial and potentific virtue proceeding deiformly.

> *ANGELI Virtutes dicuntur propter firmam, et immutabilem virilitatem ad susceptionem divinarum illuminationum, ut ait S. Dionysius* cap. *8*. de caelesti Hierarchia*, nullatenus infirmam, sed viriliter in Dei imitationem reductam, Deiformem morum non derelinquentem, sed firmiter ferentem in supersubstantialem, et potentificam virtutem deiformiter provenientem.*

2 The VIRTUES are especially commended for the zealous defence of Justice, for the imitation of Divine wisdom, for the prompt determination of the cause of the poor, for the constant flight from Avarice and gifts, and lastly for the vigorous liberation of the oppressed.

> *VIRTUTES praecipue commendantur ob Impensam Iustitiae defensionem, ob Divinae sapientiae imitationem, ob expeditam causae pauperum determinationem, ob Avaritiae, munerumque constantem fugam, ob strenuam denique oppressorum liberationem.*

3 LET these things be directed to those who exercise judicial power; for without these, Justice is easily perverted in giving judgments; for those who violate Justice, how can they administer it to others? Those who do not devote themselves to the pursuits of divine wisdom will in no wise be able to set forth the Judgments of God; nor can those who indulge the Rich bestow equity upon the poor, etc.

HAEC ad illos, qui Iudiciaria funguntur potestate, dirigantur; absque his enim in iudiciis ferendis Iustitia facile pervertitur; nam qui Iustitiam violant, quomodo aliis eam possunt administrare; Qui divinae sapientiae studiis non vacant, Dei nullatenus Iudicia poterunt proferre; nec, qui Divitibus indulgent, pauperibus aequitatem valent impendere, etc.

4 BUT since these things pertain not so much to the prudence of Judges as to the unblemished equity of Judgments, therefore I defer them to the next disputation, where I shall treat of Justice.

VERUM cum haec non tam ad Iudicum spectent prudentiam, quam ad intemeratam Iudiciorum aequitatem, ideo in proximam disputationem, ubi de Iustitia egero, ea remitto.

Section IV: On the Government of Princes, Likened to the Powers

1 HERE there would be question of the government of Princes, on which D. Thomas interweaves a prolix little work, which is the twentieth.

HIC agendum esset de regimine Principum, de quo prolixum opusculum, quod est vigesimum, intexit D. Thomas.

2 REPEAT moreover the subjective parts of prudence, numbered above.

REPETE autem partes subiectivas prudentiae, supra numeratas.

3 Aristotle indeed asserts, 3. *Eth. cap.* 3., that Prudence is the proper virtue of the Prince. The reason is, because to prudence belongs to govern and to command; and therefore where the special character of government and of command is found in human acts, there also the special character of prudence is found. Now it is manifest that in him who not only governs himself, but also a perfect community, or a kingdom, there is found the perfect character of government. For the more universal a government is, extending itself to more things and attaining a further end, the more perfect it is; and therefore to the King, to whom it belongs to govern a city or a kingdom, prudence belongs by a special character, and indeed the most perfect one.

Ponit vero Aristoteles 3. Eth. cap. *3. Prudentiam esse propriam virtutem Principis. Ratio est, quia ad prudentiam spectat regere, et praecipere; et ideo ubi invenitur specialis ratio regiminis, et praecepti in humanis actibus, ibi etiam invenitur specialis ratio prudentiae. Manifestum est autem in eo, qui non solum seipsum regit, sed etiam communitatem perfectam, vel regnum, inveniri perfectam rationem regiminis. Tanto enim regimen perfectius est, quanto universalius est, ad plura se extendens, et ulteriorem finem attingens; ideoque Regi, ad quem pertinet regere civitatem, vel regnum, prudentia competit speciali ratione, et quidem perfectissima.*

4 To this there corresponds the Political prudence in subjects, that they be moved and governed; for since they are not governed and moved in the manner of irrational creatures — nay, they move themselves by free will — therefore there is required in them a certain rectitude of government, by which they direct themselves to obeying those who rule; and to this pertains that species of prudence which is called Political, as D. Thomas says *in article* 3.

Huic respondet Politica in subditis, ut moveantur, atque regantur; sed enim quia non reguntur, et moventur ad modum irrationalium, imo seipsos movent per liberum arbitrium; ideo requiritur in eis quaedam rectitudo regiminis, per quam seipsos dirigant ad obediendum principantibus, et ad hoc pertinet species prudentiae, quae Politica vocatur, ut ait D. Thomas articulo *3.*

5 FROM these however differs another prudence, which is called Oeconomical, and is midway between the prudence of princes and of individual persons; for it is ordered to the government of the

household, which is a part of the city.

> *AB his autem differt alia prudentia, quae dicitur Oeconomica, et est media inter prudentiam principum, et singularum personarum; nam ordinatur ad regimen domus, quae est pars civitatis.*

6 THAT however I may come nearer: the fourth subjective species of governing Prudence is the Military, as is intimated *Proverb.* 24. The reason is, because things done according to art and reason ought to be conformable to those that are according to nature, which were instituted by the divine reason. Now nature tends to two things. First indeed to governing each thing in itself; second truly to resisting external assailants and corruptive agents. Wherefore it gave to animals not only the concupiscible power, by which they are moved to those things that are accommodated to their salvation, but also the irascible power, by which the animal resists assaults. Wherefore also in those things that are according to reason there must be not only Political prudence, by which those things are ordered that pertain to the common good, but also Military prudence, by which the assaults of enemies are repelled.

> *UT autem propius accedam, quarta species subiectiva Prudentiae gubernativae est Militaris, ut innuitur* Proverb. *24. Ratio est, quia ea, quae secundum artem, et rationem aguntur, debent esse conformia his, quae sunt secundum naturam, quae a ratione divina sunt instituta: Natura autem ad duo tendit. Primo quidem ad regendam unamquamque rem in se ipsa: Secundo vero ad resistendum extrinsecis impugnantibus, et corruptivis. Propter quod non dedit animalibus solum vim concupiscibilem, per quam moveantur ad ea, quae sunt saluti eorum accomoda; sed etiam vim irascibilem, per quam animal resistit impugnationibus. Quare, et in his, quae sunt secundum rationem, non solum oportet esse prudentiam Politicam, per quam disponantur ea, quae pertinent ad bonum commune, sed etiam Militarem, per quam hostium insultus repellantur.*

7 BOTH indeed shine forth in the celestial Potestates, as D. Bonavent. teaches; for they are ordered both to governing the inferiors subordinated to the Dominations, and especially to blunting the assaults of the infernal enemies, as St. Dionysius teaches *de caelesti Hierarchia, cit.* whence he defines the celestial Potestates thus, in the Seraphic Doctor.

> *UTRAQUE vero in caelestibus Potestatibus elucet, ut docet D. Bonavent. nam et ad regendos inferiores subordinate Dominationibus ordinatae sunt, et praecipue ad insultus hostium infernorum retundendos, ut docet S. Dionysius* de caelesti Hierarchia, cit. *unde caelestes definit Potestates apud Seraphicum sic.*

8 THE designation of the holy Potestates teaches a powerful, and well-adorned, and undistorted ordination with regard to divine receptions, not precipitating the inferior things tyrannically by sheer command, but mightily reducing them to the divine; and assimilating them, as far as is lawful, to the potent causal power; and converting the inferior things to God, who is the prince of all power, according to the hierarchical disposition, making the divine and luminous power resplendent in the inferior things. Whence the Angels of that order restrain and check all who impede the hierarchical ordination of prelation and subjection. Whence they do not permit the power of prelation to be contemned by subjects, and they do not allow subjects to be oppressed by violence by iniquitous lords; nay, they meet every injury of these and of those most powerfully, and resist it.

> *SANCTARUM Potestatum cognominatio docet potentem, et bene ornatam, et inconfusam circa divinas susceptiones ordinationem, non tyrannice inferiora potestative praecipitantem, sed potenter in divina reducentem; et ad potentificam causalem potentiam, quantum fas est, assimilantem, et ad Deum, qui princeps est omnis potestatis, secundum hierarchicam dispositionem, inferiora convertentem, divinam, et lucentem potentiam in inferioribus resplendere*

facientem. Unde Angeli illius ordinis refraenant, et coercent omnes, hierarchicam praelationis, et subiectionis ordinationem impedientes. Unde praelationis potestatem a subditis contemni non permittunt, et subditos per violentiam ab iniquis dominis opprimi non sinunt, imo omni iniuriae istorum, et illorum obviant potentissime, et resistunt.

9 ¶ NOW Princes and Kings ought to contemplate the holy and celestial potestates, namely that they rule wisely, live in an orderly manner, and mightily repress and vindicate evil, spare the innocent, and not permit injury to be done to wretched persons; so that they also do not grow proud of the power they have received, but rather condescend to the humble.

¶ *Iam Principes, et Reges debent sanctas, et coelestes intueri potestates, scilicet ut sapienter regant, ordinate vivant, et potenter malum reprimant, et vindicent, innocentibus parcant, et iniuriam fieri miseris personis non permittant, ut etiam de suscepta potestate non superbiant, sed potius humilibus condescendant.*

10 ¶ THEREFORE secular Power will be well ordered, disposed in the similitude of the celestial potestates, if those placed in power be wise, that is, proceeding in each matter not according to the impulse of will, but according to the helm of reason, as is said Proverb. 1. *The wise man, hearing, will be wiser, and the understanding man will possess governments.* Hence Solomon at the beginning of his reign asked for wisdom, saying 3. Reg. 3. *Thou, O God, hast made me to reign in place of my father, and I am a little child, ignorant of my going out and my coming in. Give therefore to thy servant an understanding heart, that he may be able to judge thy people, and discern between good and evil.* For as in spiritual jurisdiction, so neither in temporal ought anything to be done without wisdom and discretion. Hence it is commanded Deuter. 17. *When the King shall sit on the throne of his kingdom, he shall cause the Deuteronomy to be written out for himself, etc.* Hence men of advanced age, and old men, were wont to be chosen as Princes and as kings, because wisdom is found not in children, but in the aged, who compose many experiences from the memory of things past, whence prudence is perfected, as I said. Hence Roboam lost the kingdom 3. *Reg.* 12. because, having left the counsel of the elders, he yielded to the counsel of the young. Wherefore it is said Eccles. 10. *Woe to thee, O land, whose king is a child.*

¶ *Ordinata igitur erit Potestas saecularis, secundum similitudinem coelestium potestatum disposita, si in potestate constituti fuerint sapientes, idest non secundum voluntatis impetum, sed secundum rationis gubernaculum in singulis procedentes, ut dicitur Proverb. 1.* Audiens sapiens, sapientior erit, et intelligens gubernacula possidebit. *Ideo Salomon initio regni petiit sapientiam, dicens 3. Reg. 3.* Deus tu me fecisti regnare pro patre meo, et ego sum puer parvulus, ignorans egressum, et introitum meum. Da ergo servo tuo cor docile, ut possit iudicare populum tuum, et discernere inter bonum, et malum. *Sicut enim in spirituali iurisdictione, sic nec in temporali, sine sapientia, et discretione est agendum. Ideo praecipitur Deuter. 17.* Cum sederit Rex in solio regni sui, faciet sibi describere Deuteronomium, etc. *Ideo provectae aetatis homines, et senes solebant eligi in Principes, et in reges, quia non in pueris, sed in antiquis sapientia reperitur, qui multa experimenta ex memoria praeteritorum componunt, unde prudentia integratur, ut dixi. Hinc Roboam perdidit regnum 3.* Reg. *12. quia relicto consilio seniorum, iuvenum consilio acquievit. Quare dicitur Eccles. 10.* Vae terrae, cuius Rex est puer.

11 ¶ THEN they will be like the celestial potestates if, adorned in morals, they show to subjects a good and innocent life. For nothing profits to be clothed in purple, to be marked with the diadem, to shine with glittering gems, and to be sordid in disordered morals; hence the Potestates are said to have received from the Lord a well-ordered and undistorted power. For as the Poet says:

¶ *Deinde similes erunt potestatibus coelestibus, si ornati moribus vitam bonam, et innocentem subditis ostendant. Nihil enim prodest vestiri purpura, diademate insigniri, gemmis lucentibus splendere, et moribus incompositis sordescere, itaque dicuntur Potestates bene ordinatam, et inconfusam accepisse a Domino potestatem. Nam sicut ait Poëta:*

12 *Virtue is not sought from without. He who abounds in morals within needs nothing outward; Nobility alone is that which adorns the soul with morals.*

> Virtus non quaeritur extra. Non eget exterius, qui moribus intus abundat, Nobilitas sola est, animum, quae moribus ornat.

13 ¶ THEREFORE the Lord does not attend in potestates to the nobility of the world or of the flesh, or to the comeliness of body or of dress, but to the nobility of morals and the honesty of conscience; and this is what is said primo Reg. 16. *Do not look on his countenance, nor on the height of his stature; because I have rejected him; nor do I judge according to the look of man.*

> ¶ *Dominus itaque non attendit in potestatibus, mundi, vel carnis nobilitatem, sive corporis, sive habitus venustatem, sed nobilitatem morum, et conscientiae honestatem, et hoc est, quod dicitur primo Reg. 16.* Non respicias vultum, neque altitudinem staturae eius: quoniam abieci eum, neque iuxta intuitum hominis ego video.

14 ¶ ALSO they are like the celestial Potestates who, animated by love of justice, pursue all malice in the reprobate, and those disturbing the public peace, as is said of Iuda, 1. Machab. 3. *He persecuted the wicked, searching out those who troubled the people, etc.* For the power of Kings is among men ordained by the Lord, that by their fear the audacity of the wicked be restrained, which would so prevail that, did not the public power resist, even human society would be utterly dissipated. Hence Exodi 18. *Choose for thyself men of power.* And Psalm. 44. *Upon thy thigh, O most mighty one.*

> ¶ *Item Potestatibus coelestibus sunt similes, qui amore iustitiae animati omnem malitiam in reprobis vindicantes, et pacem publicam perturbantes persequuntur, ut dicitur de Iuda, 1. Machab. 3.* Persecutus est iniquos, perscrutans eos, qui populum conturbabant, etc. *Est enim potestas Regum inter homines a Domino ordinata, ut ipsorum metu, malorum audacia refrenetur, quae quidem tantum invalesceret, ut si non resisteret potestas publica, etiam humana societas penitus dissiparetur. Ideo Exodi 18.* Elige tibi viros potentes. *Et Psalm. 44.* Super femur tuum potentissime.

15 ¶ ALSO they imitate the celestial Potestates who govern subjects, and guard the innocent, not with tyrannical cruelty, but rather with human, nay Angelic benignity. Hence it is said Esther. 12. *When I commanded over many nations, and had subdued the whole world to my dominion, I would not abuse the greatness of my power, but to govern my subjects with clemency and lenity, that passing their life without terror they might enjoy the peace they desired.*

> ¶ *Item Potestates coelestes imitantur, qui non tyrannica crudelitate, sed potius humana, imo Angelica benignitate subditos regunt, et custodiunt innocentes. Ideo dicitur Esther. 12.* Cum pluribus gentibus imperarem, et universum orbem meae ditioni subiugassem, nolui abuti potentiae magnitudine, sed cum clementia, et lenitate gubernare subiectos, ut absque terrore vitam transigentes, optata pace fruerentur.

16 ¶ LIKEWISE Princes and Kings are compared to the Potestates if they do not grow proud of power. Nay, the more they excel the rest, the more they should humble themselves before every one, as Eccles. 3 admonishes: *The greater thou art, the more humble thyself, etc.* As the Son of God, the supreme power, Virtue, and arm of the Father, emptying himself, was made subject to all, and redeemed the world by meekness; so they are warned Psalm. 146. *He shall not have his will in the strength of the horse.* Therefore he is most powerful who, trusting in God, distrusts himself. Whence observe that Kings and Leaders have always triumphed more by the aid of God than by arms; and that those who trusted most in the strength of their armies were scattered. Therefore a great act of prudence is to provide for

oneself before God, and afterwards before men, and not to wish that the power over the whole earth be in the hand of God, as is said Eccl. 10.

> ¶ *Itidem Potestatibus comparantur Principes, et Reges, si de potestate non superbiant. Imo quanto magis eminent caeteris, tanto humilientur singulis, ut monet Eccles. 3.* Quanto maior es, tanto plus te humilia, etc. *Sicut Dei filius, suprema potestas, Virtus, et brachium Patris, semet exinaniens, omnibus subiectus factus est, et per mansuetudinem mundum redemit; ita monentur Psalm. 146.* Non in fortitudine equi voluntatem habebit. *Ille igitur potentissimus, qui in Deo confidens, de seipso diffidit. Unde observa, Reges, et Duces magis semper Dei auxilio, quam armis triumphasse; eos porro, qui in fortitudine exercituum confidebant plurimum, dissipatos. Ideo magnus actus prudentiae est providere sibi coram Deo, et postea coram hominibus, et nolle, in manu Dei esse potestatem universae terrae, ut dicitur Eccl. 10.*

17 ¶ SIMILARLY Princes are likened to the supernal potestates, procuring the peace of the whole earth, which indeed would not be preserved unless the Royal potestates endeavored it, as the Machabaei acknowledged, Lib. 2. cap. 4. Therefore the Princes ought to remember that they carry the sword, that they may crush the potestates that rise up against, and are rebellious to, the Church, which fear their power, as is said Rom. 13.

> ¶ *Similiter supernis potestatibus similantur Principes, pacem universae terrae procurantes, quae sane non conservaretur, nisi Regales potestates id conarentur, quod agnovere Machabaei Lib. 2. cap. 4. Ideo debent recordari Principes, se gladium portare, ut adversus, ac rebelles Ecclesiae comprimant potestates, quae a potestate eorum timent, ut dicitur Rom. 13.*

18 ¶ SIMILARLY, as the celestial potestates make the luminous power of God resplendent in the inferior things, as St. Dionysius says; so that the truth, goodness, and power which shines forth in them may, through the mediation of the superior angels, transfulge into the lower ones, who are thereby reduced to like participations of grace and glory: so Princes should, now by severity and justice, now by clemency and benignity, lead the simple people back to the knowledge of God, and the powerful to the inviolable observance of the laws of divine justice. Hence it is said Eccles. 44. *Those ruling in their potestates, men endowed with great virtue and prudence.* For thus they ought prudently to preside, that by the light of their virtues they may shine forth before all their subjects, more than they superintend by power. As God *made the Sun into the power of the Day, and the Moon into the power of the Night.* Psalm. 135. So, as the Sun presides over the Day with a resplendent and beneficent light, dissipating the darkness, drawing upward the depraved humors, that they may be resolved into rains and dews fertilizing the earth, aiding all inferior causes toward their effects, as a universal cause; so Princes, the darkness of vices having been put to flight, should scatter, illuminate, warm, kindle, and inflame virtues everywhere, terrifying the animals inimical to the light. Hence Proverb. 19. *As the roaring of the lion, so also the anger of the king; and as the dew upon the herb, so his cheerfulness.* Thus will they be worthy that *every soul be subject to the higher potestates*, as is said Rom. 13. Whence Peter also says, prima, cap. 2. *obey your lords, etc., whether to the King as to the preeminent one, etc.*

> ¶ *Similiter, sicuti coelestes potestates lucentem Dei potentiam in inferioribus resplendere faciant, ut ait S. Dionysius; ita ut veritas, bonitas, et potentia, quae in eis elucet, mediantibus angelis superioribus, transfulgeat in ferioribus, qui in consimiles participationes gratiae, et gloriae inde reducantur. Ita Principes nunc per severitatem, et iustitiam; nunc per clementiam, et benignitatem populum simplicem ad Dei reducant cognitionem, et potentes ad inviolabilem legum divinae iustitiae observationem. Ideo dicitur Eccles. 44.* Dominantes in potestatibus suis, homines magna virtute, et prudentia praediti. *Sic enim prudenter debent praeesse, ut luce suarum virtutum subditis omnibus adspleandeant,*

magis quam potestate supersint. Sicuti Deus fecit Solem in potestatem Diei, et Lunam in potestatem noctis. *Psalm. 135. ut sicuti Sol praeclaro, et benefico lumine Diei praeest, tenebras dissipans, pravos humores sursum rapiens, ut in pluvias, et rores terrae foecundos resolvat, omnes causas inferiores adiuvat ad suos effectus, tanquam causa universalis; ita Principes, tenebris vitiorum fugatis, virtutes usquequaque spargant, illuminent, calefaciant, accendant, atque inflamment, terrendo animalia inimica lucis. Hinc Proverb. 19.* Sicuti fremitus Leonis, ita et Regis ira; et sicut ros super herbam ita hilaritas eius. *Sic erunt digni, ut* omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*, ut dicitur Rom. 13. Unde ait et Petrus prima, cap. 2.* obedite Dominis vestris, etc. sive Regi tanquam praecellenti, etc.

19 ¶ ANOTHER treatise the Saintly Doctor has on the government of prelates, which is graced with this title: *De sex alis Seraphim.* For since the Seraphim preeminate among the Angels, therefore they are likened to the prelates of the Church. But since these appeared adorned with six wings, Isa. VI. Apoc. IV. Now the senary number is perfect, consisting of its aliquot parts; therefore he labors to expound the virtues of the Antistes from this winged number, that by them they may fly to the mark.

¶ *Alium tractatum habet S. Doctor de regimine praelatorum, qui titulo hoc decoratur:* De sex alis Seraphim. *Quia enim Seraphim inter Angelos praeeminent, ideo praelatis similantur Ecclesiae. Quoniam vero hi senis alis decorati apparuere Isa. VI. Apoc. IV. Numerus autem senarius perfectus est, constans ex partibus suis aliquotis; ideo virtutes Antistitis ex hoc alatum numero explicare satagit, ut his ad scopum evolent.*

20 THEREFORE the FIRST Wing of the Rector is the zeal of justice, whereby he cannot without murmuring tolerate any evil whatsoever. For anyone is to be esteemed so much the better, the more he detests evil and pursues good: not only by way of disposition, so as not to be willing to desert the sweetness of his own quiet, after the manner of the Fig tree of Iudit. IX. which was unwilling to forgo its sweetness so as to preside over the trees; but such men ought to be such that, forgetful even of their own quiet, they take no delight in the profits of their own salvation, unless they promote others to salvation, as Paulus. prima Cor. XIII. *seeketh not the things that are his own, but those that are Jesus Christ's.* With this zeal indeed they ought to burn above all who bear the person of Christ; for of Christ it is said Psalm. XLIV. *Thou hast loved justice, and hated iniquity; therefore God, thy God, hath anointed thee with the oil of joy.* This justice is the observance of all those things that are necessary to salvation, as are the precepts of Charitas, of the Decalogue, and the rest, which flow from the eternal law; as the virtues, humility, chastity, mercy. Then also those which are constituted by human law in the law of the Church, as the rites of the Sacraments and of the rest, with the positives belonging to the law that are adjoined.[1]

1 Editor's note: the print reads 'adiunctis positivi legem pertinentium', ungrammatical as printed; rendered as 'adjunctis positivis legem pertinentibus' (with the positive things pertaining to the law that are adjoined).

PRIMA igitur Ala Rectoris est zelus iustitiae, quo nequit malum quodcumque sine murmure sustinere. Tanto enim bonus est aliquis aestimandus, quanto malum detestatur, et bonum prosequitur, non modo ordinatio, ut nolit deserere dulcedinem suae quietis ad modum Ficus Iudit. IX. quae noluit deferere dulcedinem suam, ut arboribus praeesset; sed tales esse debent, ut propriae etiam quietis obliti non delectentur salutis propriae profectibus, nisi alios ad salutem promoveant, veluti Paulus. prima Cor. XIII. Non quaerit quae sua sunt, sed quae Iesu Christi. *Hoc sane zelo, maxime Christi vicem gerentes, debent aestuare; sic enim de Christo dicitur Psalm. XLIV.* Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae. *Haec iustitia est observantia omnium, quae sunt ad salutem necessaria, ut sunt praecepta Charitatis, Decalogi, et caetera, quae a lege aeterna manant; ut virtutes, humilitas, castitas, misericordia. Deinde etiam, quae iure humano constituta sunt lege Ecclesiae, ut ritus Sacramentorum, et caeterorum, adiunctis positivi legem pertinentium.*

21 THESE however let them take care to observe both in themselves and in others, but in due order, lest they be of those of whom Lucae XI. *you pay tithe of mint, and rue, and leave the things that are weightier*, as certain Praelati, who are more inflamed for one inclination in the choir than for grave transgressions; more for one rubric neglected than for a scandal.

> *HAEC autem et in se, et in aliis observanda curent, sed ordine debito, ne sint ex his, de quibus Lucae XI.* Decimatis mentam, et rutam, et relinquitis, quae graviora sunt, *sicuti quidam Praelati, qui pro una inclinatione in choro, magis accenduntur, quam pro gravibus transgressionibus: magis pro una rubrica neglecta, quam pro scandalo.*

22 THEY ought moreover diligently to offer remedies rather for public sins; especially that the study of prayer, which is necessary, be preserved.

> *DEBENT autem sedulo magis pro peccatis publicis remedia porrigere; Praecipue vero ut studium orationis necessarium servetur.*

23 EVERY Religion is arid (says D. Bonavent.) that is not fattened with this oil. Unstable is the structure of good works which is not compacted by the frequency of devout prayer, like a wall of stones without cement. In every religion, where the fervor of prayer has grown tepid, the fabric of the other virtues also begins to fail, and to approach ruin; and the lamps of the foolish virgins, without oil, are extinguished, as is said Matth. XXV.

> *Arida est omnis Religio (ait D. Bonavent.) quae non oleo isto saginatur. Instabilis est bonorum operum structura, quae devotae orationis frequentia non compaginatur, sicut paries lapidum sine caemento. In omni religione, ubi fervor orationis tepuerit, etiam aliarum virtutum machina incipit deficere, et propinquare ruinae; Lampades quoque fatuarum virginum sine oleo extinguuntur, ut dicitur Matth. XXV.*

24 THEN there is to be guarded against negligence of exterior discipline, lest anything be left uncorrected or unpunished, lest he be condemned with Heli primo Reg. IV. This mark, for discerning laudable religion from the relaxed one, the Saintly Doctor offers: not that no one sinning be found in the reformed religions, but that no one be allowed to sin with impunity, and the approaches to sinning be studiously precluded, and the incorrigible and the other infecters be eliminated, and the good be cherished and loved, that they may persevere. For since depravity has been found even in the convent of Angels and the college of Apostles, although they lived under the mastership of God; what order of good men in this life will arrogate to itself that no sin be found in it?

> *DEINDE cavenda est negligentia exterioris disciplinae, ne aliquid incorrectum, aut impunitum relinquat, ne cum Heli damnetur primo Reg. IV. Hanc autem notam ad internoscendam laudabilem religionem a relaxata praebet S. Doctor, non quod, nullus peccans in reformatis religionibus reperiatur, sed quod nullus impune peccare sinatur, et peccandi aditus studiose praecludatur, et incorrigibiles, et alii inficientes eliminentur, et boni foveantur, et diligantur, ut perseverent. Nam cum in conventu Angelorum, et Collegio Apostolorum inventa sit pravitas, etiamsi sub magisterio Dei viverent; quis ordo bonorum in hac vita sibi arrogabit, nullum in eo peccatum reperiri.*

25 THEREFORE the Saintly Doctor concludes, the Prelate will render a heavy account to God; First for his own non-observance and omission of office, Sap. VI. *When you were ministers of his kingdom, you judged not rightly, you kept not the law of justice, nor walked according to the will of God. Horribly, and speedily shall things appear to you: for the judgment shall be most hard on those who preside.* Second, for the sins of the subjects, which they could and ought to have corrected and forestalled, and did not correct or forestall. Hence it is said Ezech. XXXIII. *If thou hadst not spoken, to keep the wicked from his way: the wicked himself shall die in his iniquity, but his blood I will require at thy hand.* Which exposition the Saintly Doctor

learned from the Seraphic P. Francisco. Third, they will render an account for the abuse of power for their own profit and honor. Hence Matth. XXV. *Take away the talent from him, and cast the unprofitable servant out*.

CONCLUDIT igitur S. Doctor, Praelatum graviter Deo rationem redditurum; Primo pro inobservantia sua, et omissione officii, Sap. VI. Cum essetis ministri regni eius, non recte iudicastis, custodistis legem iustitiae, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrende, et cito apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum his, qui praesunt, fiet. *Secundo peccata subditorum, quae poterant, et debuerant correxisse, et praecavisse, non correxerunt, aut praecaverunt. Ideo dicitur Ezech. XXXIII.* Si non fueris locutus, ut se custodiat impius a sua via: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. *Quam expositionem e Seraphico P. Francisco didicit S. Doctor. Tertio reddent rationem pro abusione potestatis ad proprium commodum, et honorem. Ideo Matth. XXV.* Tollite ab eo talentum, et inutilem servum eiicite.

26 THE SECOND Wing of the Antistites is Pietas, that as the Charitas of God inflames him to the zeal of justice, so fraternal love may form him to piety; for although to vices there is due the striking rod, yet to infirmity there is necessary the sustaining staff; of these Psalm. XXII. *Thy rod, and thy staff, they have comforted me*. The Praelati moreover ought to be prudent spiritual physicians, that they may discern the various infirmities, and have remedies apt for all. Nor let them be of those of whom Psal. LXVIII. *For whom thou hast struck, they have persecuted.* And so let them flourish in piety, lest he who is cast off utterly perish, as the prudent Tecuitis says II. Reg.; but as is said primo Reg. XXIII. let them be able to have the subjects say: *Blessed be you of the Lord, for you have had compassion on my case*.

SECUNDA Ala Antistitum est Pietas, ut sicut eum Charitas Dei ad zelum iustitiae inflammat; ita fraterna dilectio ad pietatem informet; nam, etsi vitiis deberetur virga percutiens; infirmitati tamen necessarius est baculus sustentans; de his Psalm. XXII. Virga tua, et baculus tuus, ipsa me consolata sunt. *Debent autem Praelati esse prudentes medici spirituales, ut infirmitates internoscant varias, et remedia omnibus apta habeant. Neque de illis sint, de quibus Psal. LXVIII.* Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt. *Itaque pietate vigeant, ne penitus pereat, qui abiectus est, ut ait II. Reg. prudens Tecuïtis; sed ut dicitur primo Reg. XXIII. possint dicere subditi:* Benedicti vos a Domino, quia doluistis vicem meam.

27 NEITHER say (says the Saintly Doctor.) Worthily is help given to those of whom there is hope of convalescence; but in those of whom it is not presumed that they will ever recover, the expenses are uselessly consumed; for mercy is exhibited on account of the merit of Charitas, and not on account of its own utility; therefore it behooves the Pontiff to experience infirmities, that he may be able to be compassionate, as is said Heb. IV.

NEQUE dicas (ait S. Doctor.) Illis digne subvenitur, de quibus est spes convalescentiae; in illis vero, de quibus non praesumitur, quod aliquando convalescant, inutiliter consumuntur expensae; nam misericordia propter meritum Charitatis exhibetur, et non propter utilitatem suam; oportet igitur Pontificem experiri infirmitates, ut possit compati, ut dicitur Heb. IV.

28 ADMONISHES moreover the Saintly Doctor that in his mind regarding the infirm there are three kinds. The first are those who from an affect of devotion, prone to scandals, easily fall, as the Apostle says, prima Cor. XI. *Among you many are infirm.* The second, who, although devout, yet are either easily moved to impatience by correction, or despair through diffidence. The third are all the imperfect, who, agitated by the passions, waver. Of these, he says, the occasions of scandal are to be removed, the opportunities of sinning, lest they see or hear what would weaken them; nor let them be allowed to wander outside the house. For Dina Genes. XXXIII. having gone out of the house, was corrupted.

These are to be removed by examples, and exhortations, nor let them be provoked to anger, as is said Coloss. III. *Fathers, provoke not your children to indignation, that they become not pusillanimous.* The Praelati ought to be compassionate with all these, as Iacob said XXXIII. *Thou knowest that I have little children, tender, and the sheep and cows with young with me, which, if I make them labor more in walking, all the flocks will die in one day.* Hence Paulus prima Thessal. II. *We became little ones in the midst of you, as if a nurse cherish her sons,* which doubtless means: thus humbly and piously was I gentle with you, condescending to your tenderness and imperfection.

> *ADMONET autem S. Doctor, infirmorum mente tria esse genera. Primi sunt, qui ex devotionis affectu proni ad scandala facile cadunt, ut ait Apostolus, prima Cor. XI.* Inter vos multi infirmi. *Secundi, qui, licet devoti, tamen facile ex correptione, vel commoventur impatientia, vel diffidentia desperant. Tertii sunt imperfecti omnes, qui passionibus agitati vacillant. Hic amovendas ait occasiones scandali, opportunitates peccandi, ne videant, vel audiant, unde infirmentur, ne extra domum vagari sinantur. Dina enim Genes. XXXIU. egressa domum, corrupta est. Hi per exempla, et exhortationes amovendi, neque ad iracundiam provocentur, ut dicitur Coloss. III.* Patres nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant. *Debent Praelati his omnibus compati, ut aiebat Iacob XXXIII.* Nosti, quod parvulos habeam teneros, et oves, et boves faetas mecum, quas, si plus in ambulando fecero laborare, morientur una die cuncti greges. *Ideo Paulus prima Thessal. II.* Facti sumus parvuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foveat filios suos, *quod ita nimirum humiliter, et pie blanditus sum vobis, condescendens vestrae teneritudini, et imperfectioni.*

29 ON THE CONTRARY the Lord complains of the hard pastors, Ezech. XXXIII. *That which was infirm you have not strengthened, and that which was sick you have not healed, and that which was broken you have not bound up, and that which was lost you have not sought, etc. but you ruled them with harshness, and with power.* Hence Bernardus, sermone XXIII. in Cant. *Why do you weigh down your yoke, when you behold the disciples, whose yoke you ought rather to carry? Lay aside the burdens, bring forth the udders, milk the breasts, let them rest. And if at times severity be needed, let it be paternal, not tyrannical, according to that Num. XI. Bear them in thy bosom, as the woman bears her infant, and carry them into the land for which I swore, etc.*

> *E contra de duris pastoribus conqueritur Dominus, Ezech. XXXIU.* Quod infirmum fuit non consolidastis, et quod aegrotum non sanastis, et quod confractum non colligastis, et quod perierat non quaesistis, etc. sed cum austeritate imperastis, et cum potentia. *Ideo Bernardus, sermone XXIII. in Cant.* Ut quid gravatis iugum vestrum, cum cernitis discipulorum, quorum vos potius iugum portare debetis? Ponite onera, producite ubera, pectora lactent, quiescant. Et si interdum severitate opus sit, paterna sit, non tyrannica, iuxta id Num. XI. Porta eos in sinu tuo, sicut portat mulier infantulum suum, et defer in terram, pro qua iuravi, etc.

30 THE THIRD Wing of the Antistites is patience, and constant longanimity; for as the covering of the tabernacle received the rains, the winds, and the dusts, that the interior things might remain clean; so the Prelate ought to receive the tempests, that he may preserve the interior things, and, like the Hen for her chicks, expose himself to the Kite. For three reasons however is patience necessary to them: First, on account of the various occupations pressing in. On account of this also Moses was most wretched Deuter. 1. *I am not able alone to sustain your affairs, etc.* Second, on account of the slow progress of those for whom he labors; wherefore Psalm. 118. *My zeal hath made me to languish.* Third, on account of the ingratitude of those for whom he labors, who, never contented, always complain.

> *TERTIA Ala Antistitum est patientia, et constans longanimitas; sicut enim tabernaculi tectum pluvias excepit, ventos, et pulveres; ut interiora manerent munda; ita Praelatus debet suscipere tempestates, ut interiora servet, et veluti Gallina*

pro pullis, se Miluo obiicere. Propter tria autem est eis necessaria patientia: Primo propter varias ingruentes occupationes. Propter hoc et Moyses erat miserrimus Deuter. 1. Non valeo solus vestra negotia sustinere, etc. *Secundo propter tardum eorum profectum, pro quibus laborat; Quapropter Psalm. 118.* Tabescere me fecit zelus meus. *Tertio ob ingratitudinem eorum, pro quibus laborat, qui nunquam contenti, semper conqueruntur.*

31 WITH these, and other adversities, by which he is assailed, let the prudent man oppose himself with the triple shield of patience. First, that he answer maturely, and benignly, each thing, and repress the impulse of fervor, lest he show impatience by voice, or countenance. For then he more calms the impatient, as Iudic. 8. Gedeon checked the quarrelers; for, as the Wise man witnesses: *A mild answer breaks wrath; a hard word stirs up fury.* Second, let him strive to be peaceable in the house, that he neither avenge himself of the injuries inflicted, nor hate them in his heart, but imitate the supernal Father: *Who is benign over the ungrateful, and the evil.* Third, that he not on that account less promptly apply himself to his office, as is said 2. Paral. 15. *Be you therefore comforted; and let not your hands be weakened.*

HIs, et aliis adversis, quibus impetitur, triplici patientiae scuto vir prudens se opponat. Primo ut mature, et benigne ad singula respondeat, et impetum fervoris reprimat, ne voce, aut vultu impatientiam ostendat. Tunc enim magis sedat impatientes, sic Iudic. 8. Gedeon compescuit iurgantes, nam teste Sapiente: Responsio mollis frangit iram; sermo durus suscitat furorem. *Secundo studeat in domo esse pacificus, ut nec vindicet se de illatis iniuriis, nec in corde oderit illos, sed imitetur Patrem supernum:* Qui benignus est super ingratos, et malos. *Tertio ut non ob id minus prompte incumbat officio suo, ut dicitur 2. Paral. 15.* Vos ergo confortamini; et non dissolvantur manus vestrae.

32 THE FOURTH Wing is the exemplary life. For he himself ought to be the norm of living, that what he teaches in words he may show in the figures of his actions, as one who teaches Geometry describes the demonstrations of the figures on the tablets, that what he says may be better grasped. Thus of Christ it is said, Act. 1. *Jesus began to do, and to teach*, and Ioan. 13. *I have given you an example*, and Iudic. 7. Gedeon says *What you shall see me do, that do.*

Qvarta Ala est exemplaris vita. Ipse namque debet esse norma vivendi, ut quae docet verbis, ostendat actionum figuris, sicut qui Geometriam docet, describit in tabulis figurarum demonstrationes, ut quod dicit, melius capiatur. Sic de Christo dicitur, Act. 1. Coepit Iesus facere, et docere, *et Ioan. 13.* Exemplum dedi vobis, *et Iudic. 7. ait Gedeon* Quod me facere videritis, hoc facite.

33 ALTHOUGH however the rector ought to precede the subjects in all examples of the virtues; yet especially in these three: in the conformity, namely, of common observance; in the humility of meekness; and in the honesty of maturity. Whence ad Titum 2. *In all things show thyself an example of good works, in doctrine, in integrity, in gravity, etc.*

Quamvis autem in omnibus virtutum exemplis debeat rector praecedere subditos; specialiter tamen in his tribus: In communis scilicet observantiae conformitate: In mansuetudinis humilitate. Et in maturitatis honestate. Unde ad Titum 2. In omnibus te ipsum praebe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, etc.

34 LET him observe a common life with others in food, clothing, and labor, that he be not given to banquets and drinkings, nor be unlike in habit to those with whom is his common profession: he ought to become all things to all men, that he may make all men saved, as is said 2. Cor. 9. See the Saintly Doctor.

Commvnem vitam cum aliis observet in victu, vestitu, et labore, ut non vacet conviviis, et potationibus, nec sit eis dissimilis habitu, quibuscum est professio communis: Omnia omnibus debet fieri, ut omnes faciat salvos, ut dicitur 2.

Cor. 9. Vide S. Doctorem.

35 THE FIFTH Wing of the Praelati is Prudence, and circumspect discretion. This is the chief one, as the Council of Trent teaches, which the Saintly Doctor pursues at length cap. 7. Therefore also Solomon 3. Reg. 3. having from God the option of asking whatsoever he wished, asked for this: *Give therefore, Lord, to thy servant an understanding heart, that he may be able to judge thy people, and discern between good, and evil.* And Sap. 6. *To you therefore, O Kings, are these my words, that you may learn wisdom, and not fall.* And Psalm. 2. *And now, O Kings, understand; be instructed, you that judge the earth.* For the Rector is the eye of the people, and D. Bernardus, sermone 49. in Cant. *Take away discretion, and virtue will be a vice.* On this account, Levit. 2. *in every thy oblation thou shalt offer salt.* See the Saintly Doctor, treating these wondrously differently: From the Rational of the ancient Pontiff, and from the four orders of gems, the rector has four things necessary to observe. First, how he may govern the subjects in the due state, that they may profit by his good example. Second, how he may raise up the fallen, and correct the straying. Third, in what manner he may dispose the exterior affairs. Fourth, how he may guard and conduct himself in these.

Qvinta Ala Praelatorum est Prudentia, et circumspecta discretio. Haec est praecipua, ut docet Concilium Tridentinum, quam late prosequitur S. Doctor cap. 7. Propterea etiam Salomon 3. Reg. 3. habens a Deo optionem postulandi quidquid vellet, hanc petiit: Dabis ergo Domine servo tuo cor docile, ut iudicare possit populum tuum, et discernere inter bonum, et malum. *Et Sap. 6.* Ad vos ergo Reges sunt hi sermones mei, ut discatis sapientiam, et non excidatis. *Et Psalm. 2.* Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. *Rector enim est oculus populi, et D. Bernardus, sermone 49. in Cant.* Tolle discretionem, et virtus vitium erit. *Ob id, Levit. 2.* in omni oblatione tua offeres sal. *Vide S. Doctorem, de his mire differentem: Ex Rationali antiqui Pontificis, et ex quatuor ordinibus gemmarum, quatuor necessaria habet rector observanda. Primo, quomodo in statu debito subditos gubernet, ut boni exemplo suo proficiant. Secundo, quomodo lapsos elevet, et devios corrigat. Tertio, quo pacto exteriora negotia disponat. Quarto, quomodo in his se custodiat, et gerat.*

36 IN each order of stones there were three, signifying three things pertaining to each of the aforesaid, that the burdens of whomever may be aptly, and gently disposed, as is said Num. 4. *Aaron, and his sons shall go in; they also shall dispose the burdens of each one.*

In singulis ordinibus lapidum erant tres, signando tria ad praedicta singula pertinentia, ut onera quorumcumque apte, et suaviter disponantur, ut dicitur Num. 4. Aaron, et filii eius intrabunt, ipsi quoque disponent onera singulorum.

37 NOW there is a threefold observance expressed in those triple gems.

Est autem triplex observantia in gemmis illis triplicibus expressa.

38 THE FIRST, concerning those things that are of the necessity of salvation, according to the profession of each one.

Prima circa ea, quae sunt de necessitate salutis iuxta cuiusque professionem.

39 THE SECOND, concerning those things that respect the exercise of a higher, singular perfection: namely the patience to be admitted, the stupendous humility, the arduous Charitas, the eminent sobriety, etc. to which the Rector ought to allure sweetly. Therefore let him hold this gem in his breast, that he may direct the subjects, animated to eminent virtue.

Secvnda circa ea, quae respiciunt exercitium altioris perfectionis singularis; patientiae scilicet admittendae, humilitatis stupendae, Charitatis arduae, sobrietatis eximiae, etc. ad quae Rector allicere suaviter debet. Igitur hanc gemmam in pectore teneat, ut ad eximiam virtutem subditos animatos dirigat.

40 THE THIRD are those which are instituted for the attainment of both, as silence, fasts, etc. In these let the Prelate conduct himself discretely, even by dispensing, if it be necessary.

Tertia sunt quae ad utriusque instituta sunt consecutionem, ut silentium, ieiunia, etc. In quibus discrete Praelatus se habeat, etiam dispensando, si oporteat.

41 FOR the correction of the fallen, Prudence is necessary, as is said Galat. 6. *If a man be overtaken in any fault, you who are spiritual, instruct such a one in the spirit of lenity*, supporting him, as Christ tolerated Iudam, and as Matth. 13. the zizania are left untouched until the harvest. But they are to be cut off, when they bring perdition, as is said Galat. 5. prima Cor 5. secunda Cor. 7. Lucae 13. and in Numer. 5. lepers are permitted apart; yet he warns with that Eccles. 32. *Do all things with counsel, and after the deed you will not repent.*

Circa lapsorum correctionem Prudentia est necessaria, ut dicitur Galat. 6. Si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis*, ipsum supportando, sicut Christus Iudam toleravit, et sicut Matth. 13. zizania usque ad messem intacta relinquuntur. Abscindantur vero, cum perniciem afferunt, ut dicitur Galat. 5. prima Cor 5. secunda Cor. 7. Lucae 13. et Numer. 5. permittuntur leprosi; monet tamen illud Eccles. 32.* Omnia cum consilio fac, et post factum non poenitebis.

42 IN the affairs, some it is expedient that the Prelate accomplish by himself, others through others; thus Christ committed the purses to Iudas, and was unwilling to divide the goods between two brothers; thus the Apostles said, Actorum 6. *It is not equal that we leave the word of God, and serve tables, etc.*

Circa negotia, alia expedit a Praelato per se perfici, alia per alios; sic Christus Iudae loculos commisit, et noluit inter duos fratres dividere bona; sic dixere Apostoli, Actorum 6. Non est aequum, nos relinquere verbum Dei, et ministrare mensis, etc.

43 THEREFORE he ought to preside as the head, and share out motion, and sense with the members, and so act, as about to render an account for the subjects, Heb. 15.

Igitur debet tanquam caput praesidere, et motum, et sensum membris compartiri, et ita agere, tamquam rationem pro subditis redditurus, Heb. 15.

44 SUPERFLUOUS affairs however it is expedient to cut off, as is said Ecclesiastici 11. *Son, let not thy acts be many, etc.*

Svperflva vero negotia expedit praecidere, ut dicitur Ecclesiastici 11. Fili ne in multis sint actus tui, etc.

45 ABOVE all the Rector ought to look around upon himself. For what does it profit a man, if he save others, and harm his own soul? Matth. 16.

Svper omnia debet Rector se ipsum circumspicere. Quid enim prodest homini, si alios salvet, et animae suae obsit? Matth. 16.

46 THEREFORE let him always keep his conscience clean, that he will nothing, act nothing, or permit nothing illicit, and indecent, contrary to his profession, in which sin, or scandal be detected, etc. See the Seraphicum cap. 7. setting forth wondrous things.

Igitur semper conscientiam mundam servet, ut nihil velit, agat, vel permittat illicitum, et indecens, professionique suae contrarium, in quo peccatum, scandalumve deprehendatur, etc. Vide Seraphicum cap. 7. mirabilia promentem.

47 ANOTHER circumspection is concerned with exterior morals; for since he desires to live as an example for many, he needs great discretion; lest he be of those of whom Ezech. 34. *But you ruled them with harshness, and with power, and my sheep were scattered.* And Eccles. 4. *Be not as a lion in thy house, etc.* Let him rather imitate the meekness of Christ.

Alia circumspectio versatur circa externos mores, qui enim pluribus ad exemplum cupit vivere, eget magna discretione; ne sit, de quibus Ezech. 34. Vos autem cum austeritate imperabatis eis, et cum potentia, et dispersae sunt oves meae. *Et Eccles. 4.* Noli esse quasi Leo in domo tua, etc. *Imitetur potius mansuetudinem Christi.*

48 FINALLY let the circumspection itself look around upon itself, lest it be as the eye that sees others, not itself, namely that it savor not more than it ought, nor be wise to itself. Whence Prou. 26. *Have you seen a man wise in his own eyes? the fool shall have more hope than he.* Therefore he ought to consult others; for thus Moses also, to whom God spoke face to face, consulted his father-in-law Exodi 18. and the Apostle, who had been rapt to the third heaven, consulted the other Apostles. But let him avoid the counsels of flatterers, as is said Isa. 3. and of detractors, as is said. Esth. 16.

Tandem ipsa circumspectio circumspiciat seipsam, ne sit ut oculus videns alios, non se, ut scilicet non plus sapiat, quam oportet, nec sibimetipsi sapiens sit. Unde Prou. 26. Vidisti hominem sapientem sibi videri, magis illo spem habebit stultus. *Debet igitur alios consulere, sic enim et Moyses, cui Deus facie ad faciem loquebatur, consuluit Socerum Exodi 18. et Apostolus, qui fuerat ad tertium coelum raptus, consuluit alios Apostolos. Vitet autem consilia adulatorum, ut dicitur Isa. 3. et detractorum, ut dicitur. Esth. 16.*

49 THE SIXTH Wing of the Praelati is devotion; for by this the zeal of justice is kindled, piety is fostered, patience is strengthened, the good example is founded, discretion is clarified. This is the unction of the Spirit, teaching all things 1. Ioan. 2. See the Saintly Doctor, in the cited chapter *de sex alis Seraphim, ala 5.*

Sexta Ala Praelatorum est devotio; per hanc enim zelus iustitiae accenditur, pietas confovetur, patientia roboratur, exemplum bonum conditur, discretio clarificatur. Haec est unctio spiritus, docens omnia 1. Ioan. 2. Vide S. Doctorem, capite citato de sex alis Seraphim, ala 5.

Section V: On the Prudence of Individuals, from the Lowest Hierarchy

1 THE choirs of the lowest Hierarchy are the Principalities, Archangels, and Angels, who exhibit to subjects the norm of Prudence.

De Prudentia singularium ex Hierarchia infima.

INFIMAE Hierarchiae chori sunt Principatus, Archangeli, et Angeli, qui normam subditis exhibent Prudentiae.

2 PRINCIPALITIES therefore, as St. Isidore says, are those Angels who above the rest possess the gift of reverence; hence their ministry is to teach men to show reverence to each one according to his degree.

PRINCIPATUS igitur, ut ait S. Isidorus, dicuntur Angeli, qui prae caeteris possident donum reverentiae; unde eorum ministerium est docere homines, exhibere unicuique reverentiam, secundum gradum suum.

3 Of these St. Dionysius, de coelest. Hier. cap. 6. *The holy Principalities are Deiformly moved toward the principal principality, and restoratives of the inferior ones by holy and fitting ordination, and wholly convertive*

toward the super-principal Prince of every principality, and clearly manifestative of his ordination, etc. Therefore subjects are likened to Principalities; who, just as the Princes wish to preside over them without tyranny, so do they reverently obey them, and they also wonderfully reduce their inferiors, subject to them by Oeconomical subjection, to the laws of obedience, both toward God and toward Princes, whether Ecclesiastical or secular. Of these the Scriptures hand down many admonitions *Rom. 13. Coloss. 3. prima Cor. 7. secunda Cor. 13. Lev. 19. Iob. 29. Most beautiful is the saying of Isa. 9. His principality was made upon his shoulder, etc.*

> *De his S. Dionysius de coelest. Hier. cap. 6.* Sancti Principatus ad principalem principatum Deiformiter sunt motivi, et inferiorum ordinatione sancta, et convenienti reductivi, et ad superprincipalem omnis principatus principem totaliter conversivi, et ordinationis eius manifeste ostensivi, etc. *Igitur Principatibus similantur subditi; qui sicuti Principes volunt sibi absque tyrannide praeesse; ita ipsi reverenter iis obediunt, et sibi etiam inferiores Oeconomica subiectione subditos ad obedientiae leges, tum in Deum, tum in Principes, sive Ecclesiasticos, sive saeculares, mirifice reducunt. De his multa tradunt monita Scripturae* Rom. 13. Coloss. 3. prima Cor. 7. secunda, Cor. 13. Lev. 19. Iob. 29. Perpulchrum est dictum Isa. 9. Factus est principatus super humerum eius, etc.

4 HENCE he above all obtains true principality; for *the obedient man shall speak of victories, and Iosue 10. The heavenly spheres, obedient, stood still at the voice of an obedient prince; nay, God obeyed the voice of a man, fighting for Israel.* Therefore they themselves also ought to be reverent toward superiors; hence *Exodi 22. Thou shalt not speak ill of the gods, and thou shalt not curse the prince of thy people.* See the Saintly Doctor, cap. 1. de Eccl. Hierarchia.

> *HINC verum principatum super omnia obtinet; nam* vir obediens loquetur victorias, et Iosue 10. Coelestes Sphaerae obedientes steterunt ad vocem principis obedientis, Imo obediente Deo voci hominis, et pugnante pro Israël. *Propterea, et ipsi debent esse superioribus reverentes; Ideo* Exodi 22. Diis non detrahes, et Principi populi tui non maledices. *Vide S. Doctorem, cap. 1. de Eccl. Hierarchia.*

5 IN subjects moreover there ought to be both cleanness and innocence, assimilating them to the Archangels. The Scriptures commend this cleanness *Matth. 5. Prov. 22. In the resurrection they shall be as the Angels of God.*

> *IN subditis autem debet esse et munditia, et innocentia, Archangelis assimilans. Hanc munditiam commendant Scripturae* Matth. 5. Prov. 22. In resurrectione erunt sicut Angeli Dei.

6 Of the Archangels St. Dionysius says that this order communicates with the Principalities and the superior orders, as to the reception of illuminations and its reduction to the first principle; they communicate also with the inferior ones through their reduction to God. For, united to God through the other superior orders by love, they strive to unite the Angels of the inferior order, and men, to God, just as they themselves are united; hence they are said to have a single and simple virtue. Therefore the innocent and chaste, especially Virgins, are like them, who by a wondrous example draw others to purity, and so are enriched with graces.

> *De Archangelis ait S. Dionysius, quod hic ordo communicat cum Principatibus, et superioribus ordinibus, quantum ad susceptionem illuminationum, et sui ad primum principium reductionem; communicant etiam cum inferioribus per eorum ad Deum reductionem. Nam uniti Deo mediantibus aliis ordinibus superioribus per amorem, Angelos inferioris ordinis, et homines nituntur unire Deo, quemadmodum et ipsi sunt uniti, ideo unicam, et simplicam dicuntur habere virtutem. His igitur similes sunt innocentes, et casti, maxime Virgines, qui miro alios rapiunt ad puritatem exemplo, et ita gratiis ditantur.*

7 OBSERVES moreover the Saintly Doctor that the Archangels are always prelated over the more dignified offices, as he judges of Michael, *Daniel. 10.* Raphael, *Tob. 6.* Gabriel, *Lucae 1.*; on the contrary, impurity casts out and rejects men, as is evident in Samson *Iud. 16.* and in those senses *Daniel. 13.*; for he was blinded, weakened, and prostrated; those senses being overturned, *they turned away their eyes, that they might not behold heaven.* Therefore the Saintly Doctor warns, with D. Thom. and others, that Luxury especially harms Prudence, because it blinds the mind. See the Saintly Doctor treating this wondrously.

> *OBSERVAT autem S. Doctor, Archangelos semper dignioribus officiis praelatos, ut putat de Michaele,* Daniel. 10. *Raphaele,* Tob. 6. *Gabriele* Lucae 1. *e contra immunditia abiicit, et proiicit homines, ut patet in Samsone* Iud. 16. et Daniel. 13. *in illis sensibus; ille enim excaecatus, infirmatus, et prostratus est; isti sensibus eversis,* declinaverunt oculos, ne aspicerent coelum. *Ideo monet S. Doctor cum D. Thom. et aliis, Luxuriam maxime Prudentiae obesse, quia mentem excaecat. Vide S. Doctorem mire differentem.*

8 ANGELS finally are those who are immediately related to the Ecclesiastical hierarchy, so as to purify, perfect, and illuminate it, so that through them there be upward toward God action, conversion, communication, and union, as St. Dionysius says. Now Angel is the name of an office, not of a nature; hence they carry down to us the illuminations received from above. To these Angels good subjects are likened, on account of the works of mercy, which corresponds to the gift of Counsel annexed to Prudence. See the Saintly Doctor treating these exquisitely, where he enjoins solicitude in the works of piety, and swiftness and unwearying labor. Hence also the Angels are painted young and winged. From what has been said the other question can almost be defined.

> *ANGELI tandem sunt, qui immediate se habent ad Ecclesiasticam hierarchiam, ut eam purgent, perficiant, et illuminent, ut illis mediantibus sit sursum in Deum actio, conversio, communicatio, et unitio, ut ait S. Dionysius. Est autem Angelus nomen officii, non naturae, unde illuminationes e superis acceptas ad nos deferunt. Istis Angelis similantur boni subditi, propter opera misericordiae, quae respondet dono Consilii adnexo Prudentiae. Vide S. Doctorem, haec eximie pertractantem, ubi sollicitudinem in operibus pietatis iniungit, et celeritatem, ac indefessum laborem, Unde, et Angeli iuvenes pinguntur alati. Ex dictis fere potest definiri alia quaestio.*

Question VIII: Whether there is one prudence for all the moral virtues

1 WITH immense applause all Thomists admit one Prudence with D. Thomas *quaest. 60. art. 1.*, where Caietanus, Medina, Conradus, Alvarez, Durandus *3. dist. 36.*, Buridanus *6. Eth. quaest. 13.*, Valentia *prima secundae, disput. 85. cap. 2.*, Tanner. *disput. 3. quaest. 1. dub. 2. num. 50. et alii.* On the contrary, Scotus in *3. dist. 36. §. Quantum ergo ad istum,* held that there are as many formal Prudences, specifically distinct, as there are acquired moral virtues about them, and consequently that to each moral virtue its own proper Prudence corresponds. The Nominalists follow, and all Scotists, in MASTRIUS *disput. 7. quaest. 7.* Arriaga *disput. 34. sect. 3.* Nominalists in Tannerus, Lessius *Lib. I. cap. 2. disp. 2.*

> ***An una sit PRUDENTIA pro omnibus Virtutibus moralibus.***
>
> *PLAUSU ingenti unam admittunt Prudentiam Thomistae omnes cum D. Thoma* quaest. 60. art. 1. *ubi Caietanus, Medina, Conradus, Alvarez, Durandus* 3. dist. 36. *Buridanus* 6. Eth. quaest. 13. *Valentia* prima secundae, disput. 85. cap. 2. *Tanner.* disput. 3. quaest. 1. dub. 2. num. 50. et alii.

2 On the other hand, Scotus in *3. dist. 36. §. Quantum ergo ad istum,* held that there are as many formal Prudences, and specifically distinct, as there are acquired moral virtues about them, and consequently that to each moral virtue its own proper Prudence responds. The Nominalists follow, and all the Scotists, in Mastrius *disput. 7. quaest. 7.* Arriaga *disput. 34. sect. 3.* the Nominalists in Tannerus, Lessius *Lib. I. cap. 2. disp. 2.*

> *E regione, Scotus in* 3. dist. 36. §. Quantum ergo ad istum, *voluit, tot esse Prudentias formales, et specie distinctas, quot sunt virtutes morales acquisitae circa ipsas, atque adeo cuilibet virtuti morali suam propriam Prudentiam respondere. Sequuntur Nominales, et Scotistae omnes apud Mastrium* disput. 7. quaest. 7. *Arriaga* disput. 34. sect. 3. *Nominales apud Tannerum, Lessius* Lib. I. cap. 2. disp. 2.

3 THIS seems to me to be the Sentiment of D. Bonaventure *Lib. V. compend. Theol. c. 14.*, where he also indicates the reason by which Scotus strives; it is this: as Art regards things makeable, so also Prudence things doable, indeed it expands further; for Art alone has the objects of artificial order; but Prudence ought to govern the other moral virtues, not only as to Ethics, that is, its own moral governance: Oeconomics of the family: Politics of the Republic: But since man has several ends, that is, the natural, as to human nature, and as to the world outside; and the divine, as to supernatural beatitude, and in order to all these he must give rules to the governance of the body in the deliberations of the mouth in speaking, and in human dealings and works, in all moral actions, in which so many various honesties, not subserving one another, must be taken up as a rule; it does not seem how a single rule of Prudence suffices, but surely as with respect to different things makeable by art different arts are given, as is evident; so different species of Prudences must be assigned. We see indeed that he who has the rules of the Architectonic art does not have the art of Goldsmiths; and he who has the Tailor's art, consequently does not have the Medical art; and he who has the smith's, straightway does not have the wool-working and weaving. Much more therefore must many Prudences be assigned to so many orders of things, so many different honesties, etc. so that means be assigned to each; for he who knows the mean of Temperance does not straightway have the mean of Justice, or of Fortitude, etc.

> *HAEC mihi videtur Sententia D. Bonavent.* Lib. V. compend. Theol. c. 14. *ubi rationem etiam indicat, qua Scotus nititur; est autem haec: Sicut ars respicit factibilia; ita etiam Prudentia agibilia, imo amplius se expandit; nam ars sola obiecta ordinis artificialis habet; at Prudentia debet regere caeteros virtutes morales, non solum quo ad Ethicam, idest, sui gubernationem moralem: Oeconomicam familiae: Politicam Reipublicae: Sed quia plures habet homo fines, idest, naturalem, quo ad naturam humanam, et quo ad mundum extra; et divinum, quo ad supernaturalem beatitudinem, et in ordine ad haec omnia debet dare regulas regimini corporis in deliberationibus oris in loquendo, et in humanis commerciis, et operis, in omnibus actionibus moralibus, in quibus tam variae honestates ad invicem non inseruientes, pro regula debent adiri; non videtur quo pacto unica regula Prudentiae sufficiat, sed profecto sicuti respectu diversorum arte factibilium dantur diversae artes, ut constat; ita debent assignari diversae Prudentiarum species. Videmus sane, eum, qui habet regulas Architectonycae artis, non habere artem Aurificum; et qui habet artem Sartoriam; non habere consequenter artem Medicam; et qui habet fabrilem, illico non habere lanificam, et textrilem. Multo igitur magis plurimae Prudentiae sunt assignandae tot ordinibus rerum, tot diversis honestatibus, etc. ut singulis media assignentur; non enim, qui novit medium Temperantiae, illico habet medium Iustitiae, vel Fortitudinis, etc.*

4 The Thomists REPLY that the reason of arts and of Prudence in doable things is diverse, because in these there is one mode of judging in finding the mean for the virtue, and one mode of taking counsel. So Caietanus *ad 1. But if these things are firm, it will be necessary to reduce all arts into one; for all arts agree in the mode of taking counsel about their matters, and all moral virtues will be reduced into one, because all*

operate in the same way in seeking their mean; whence as there is one directing prudence, so one direct virtue, which nevertheless is false; for the mean in the matter of fortitude toward terrible things, or in the matter of Temperance toward foods, seek considerations far different on the part of the intellect from the mean required in humiliation, prayer, contracts, etc. Arriaga further declares this diversity, num. 28. For, that a man judge prudently whether, danger of life being imminent, it be licit to omit the Sacred [rite]; and that with the same danger imminent he may kill the Aggressor, quite diverse principles are required. It is confirmed by Rubione from D. Bonaventure, for prudence about the governance of others is a virtue specifically distinct from that which governs oneself, which is called Monastic Prudence. And again the prudence governing others is multiple, and is divided into Regnative, Political, Oeconomic, and Military, as Vasquez, Tannerus, and others concede from the opponents: Therefore the same will have to be said of prudence with respect to the virtues.

> *RESPONDENT Thomistae, diversam esse rationem artium, et Prudentiae in agibilibus, quia in his unus est modus iudicandi inveniendo mediocritatem virtuti, et unus modus consultandi. Ita Caietanus* ad 1. At si haec firma sunt, oportebit omnes artes in unam redigere; nam omnes artes conveniunt in modo consulandi circa suas materias, et omnes virtutes morales in unam redigentur, quia omnes eodem modo operantur in quaerenda sua mediocritate; unde sicuti una est dirigens prudentia, ita una virtus directa, quod tamen est falsum; nam mediocritas in materia fortitudinis erga terribilia, vel in materia Temperantiae erga cibos, longe diversas petunt considerationes ex parte intellectus, a mediocritate requisita in humiliatione, oratione, contractibus, etc. Hanc diversitatem amplius declarat Arriaga num. 28. Nam, ut homo iudicet prudenter; utrum imminente periculo vitae liceat omittere Sacrum; et imminente eodem periculo possit Aggressorem interficere, diversa plane principia repetuntur. *Confirmatur a Rubione ex D. Bonavent. nam prudentia circa aliorum regimen, est distincta specie virtus a sui regitiva, quae dicitur Prudentia Monastica. Et rursus prudentia aliorum regitiva, est multiplex, et dividitur in Regnativam, Politicam, Oeconomicam, et Militarem, ut concedunt Vasquez, Tannerus, et alii ex adversis: Ergo idem erit de prudentia dicendum, respectu virtutum.*

5 IT IS CONFIRMED; for a habit respecting several objects according to diverse formal reasons is not one, but several in species, as is had from Aristotle 3. *de anima;* But Prudence is such: Therefore. The minor is proved; for the objects to be directed are constitutive of the diverse virtues, and consequently they need directions of the intellect diverse in species.

> *CONFIRMATUR; nam habitus, respiciens plura obiecta secundum diversas rationes formales, non est unus, sed plures specie, ut habetur ex Aristotele 3.* de anima; *Sed Prudentia est talis: Ergo. Minor probatur; nam obiecta dirigenda, sunt constitutiva diversarum virtutum, atque adeo egent diversis specie directionibus intellectus.*

6 I URGE, for Prudence regards no less the governance of the singular virtues under their diverse objects than the latter in it are borne toward and tend to the same rules. Nor indeed is it enough for Prudence to dictate the mean of the virtues in common, but it must show to each its proper means.

> *URGEO, nam Prudentia respicit non minus regimen virtutum singularium sub diversis earum obiectis, quam ipsae in ea obiecta ferantur, et tendant, iuxta easdem regulas. Neque enim satis est, Prudentiam dictare mediocritatem virtutum in communi, sed debet singulis singula media ostendere.*

7 Nor should the Thomists say that this is done by one reason of good, otherwise there would be no reason why Prudence labors so much about the precise, individual, and various goodnesses, about which, sweating, it acquires species about that mean, for instance of Fortitude; and yet meanwhile species about the mean of Temperance are not at the same time acquired, as experiment shows, and

as Scotus acutely argues, and this argument a posteriori, as Mastrius says, is most evident. Then Bassolis argues thus. Those habits are essentially distinct, one of which being acquired the other is not acquired; but so the matter stands, as I showed: Therefore.

> *NEQUE dicant Thomistae, id fieri una ratione boni, alioqui non erit cur adeo laboret Prudentia circa praecisas, individuas, variasque bonitates, circa quas insudans, acquirit species de illa mediocritate, puta Fortitudinis; neque tamen interea simul acquiruntur species circa medium Temperantiae, ut experimento constat, et acute arguit Scotus, et haec ratio a posteriori, ut ait Mastrius, est evidentissima. Tunc sic arguit Bassolis. Illi sunt distincti essentialiter habitus, quorum uno acquisito non acquiritur alius; sed sic res habet, ut ostendi: Ergo.*

8 Vasquez REPLIES that the habit first acquired about one virtue is afterwards extended, by way of superaddition, to a new act of another virtue.

> *RESPONDET Vasquez, eum habitum primo acquisitum circa unam virtutem, postea per modum superadditum extendi ad novum actum alterius virtutis.*

9 AGAINST, because, as Arriaga argues, there is no reason for saying one of those abilities to be a habit, the other a mode, since each is disparate and independent, and hence diverse as to object.

> *CONTRA, quia, ut arguit Arriaga, non est ratio dicendi, unam ex illis habilitatibus esse habitum; alteram esse modum, cum utraque sit disparata, et independens, adeoque obiecto diversa.*

10 The Thomists REPLY that all these are parts of the habit, yet united among themselves and constituting one habit.

> *RESPONDENT Thomistae, eas omnes esse partes habitus, tamen inter se uniri, unumque constituere habitum.*

11 AGAINST, because if the habits of Prudence are united, the habits of the moral virtues also could come together into one. Then, if they are diverse parts: Therefore there is not one habit, but many parts of Prudence, one for one virtue, another for another.

> *CONTRA, quia si habitus Prudentiae uniuntur, poterunt etiam habitus virtutum moralium in unum coire. Deinde, si sunt diversae partes: Ergo non unus est habitus, sed multae partes Prudentiae, una pro una virtute; alia pro alia.*

12 There is therefore ONE generic Prudence, and many species; just as there is one virtue of Temperance, and under it several species are enclosed. They OBJECT first from Aristotle 6. Eth. c. 13., where he says: *For since Prudence, which is one, is present, all will be present at the same time,* (that is, the virtues.) The reason is, because all have one mode of seeking the mean for the virtues.

> *UNA est igitur Prudentia generica, et multae species; sicuti una est virtus Temperantiae, et sub ea plures clauduntur species.*

13 They OBJECT first from Aristotle 6. Eth. c. 13., where he says: *For since Prudence, which is one, is present, all will be present at the same time,* (that is, the virtues.) The reason is, because all have one mode of seeking the mean for the virtues.

> *OBIICIUNT primo ex Aristotele 6. Eth. c. 13. ubi ait:* Etenim cum Prudentia, quae est una, simul inerunt omnes, *(idest virtutes.) Ratio est, quia omnes habent unum modum quaerendi mediocritatem virtutibus.*

14 It is ANSWERED, that although Prudence labors about the mean, or about the moral good, nevertheless it does not act in the genus, seeking the end, or means, in generic goods, and of mediocrity; otherwise it would not direct sufficiently to the special objects, nor would the virtues be

directed sufficiently; but as the singular virtues with diverse tendencies are borne toward their own peculiar objects, so many Prudences direct in those objects, nor have the Thomists known how to assign a diversity in this: Aristotle however speaks of Prudence in the genus, as it is extended to the directing of all the virtues.

> *RESPONDETUR, quod licet laboret Prudentia circa mediocritatem, seu circa bonum morale, tamen non agit in genere, quaerendo finem, aut media in genere bona, et mediocritatis; alioqui non satis dirigeret ad obiecta specialia, neque virtutes satis dirigerentur; sicut autem virtutes singulae diversis tendentiis in peculiaria obiecta propria feruntur; ita Prudentiae multae in ea obiecta dirigunt, neque Thomistae in hoc assignare noverunt diversitatem: Aristoteles vero loquitur de Prudentia in genere, pro ut ad omnes virtutes dirigendas extenditur.*

15 They OBJECT secondly: The object of Prudence is the true; but the reason of the true is the same in any matter of moral virtue, which Prudence judges: Therefore the virtue of Prudence is one.

> *OBIICIUNT secundo: Obiectum Prudentiae est verum; sed eadem est ratio veri in quavis materia moralis virtutis, quam iudicat Prudentia: Ergo una est virtus Prudentiae.*

16 It is CONFIRMED: As there is one Medicine against all sicknesses, so one Prudence against all practical errors.

> *CONFIRMATUR: Sicut una est Medicina contra omnes aegritudines, ita una Prudentia contra omnes errores practicos.*

17 Mastrius REPLIES *num. 150.* that if the argument were valid, it would also prove that there are not several speculative sciences, because there is one truth of all. Therefore neither Science nor Prudence takes its species from truth, but from things; for these are the object under such a reason. To the proof he denies the parity; for Medicine is toward one health, but Prudence toward several spiritual healths.

> *RESPONDET Mastrius* num. 150. *si argumentum validum esset; probare etiam, non esse plures scientias speculativas, quia est una omnium veritas. Igitur neque Scientia, neque Prudentia speciem sumunt a veritate, sed a rebus; hae enim sunt obiectum sub tali ratione. Ad probationem negat paritatem; nam Medicina est ad unam sanitatem, At Prudentia ad plures valetudines spirituales.*

18 BUT he does not advert to the force of the argument, nor does the arguer exercise himself well. The nerve of the argument therefore stands in this, that Prudence does not direct to practical truth as it is of temperance, or of justice, but as they ought to be fitted to the weight and measure of reason; as he who proves various balances by one weight, and thereby recognizes whether they are equal. So therefore Prudence weighs all moral acts of the virtues to its measure; even if it consider them materially; yet it weighs all the objects, even the formal ones of each virtue, to its rule.

> *SED non advertit vim argumenti, neque arguens bene exercit. Stat igitur nervus rationis in hoc, quod Prudentia non dirigit ad practicam veritatem, ut est temperantiae, vel iustitiae, sed ut debent aptari ponderi, et mensurae rationis; sicuti, qui probat stateras varias per unum pondus, et agnoscit inde, an sint aequae. Sic igitur Prudentia omnes ad suam mensuram actus moralium virtutum ponderat, esto eos consideret materialiter; tamen omnia obiecta, etiam formalia singularum virtutum pensitat ad suam regulam.*

19 It is ANSWERED therefore, that Prudence directs the singular acts of the virtues to the measure of reason, not precisely as to one common genus, but according to this or that special reason, seeking for each the individual means, clothed with so many circumstances, so that it does not stop at the being of reason, but equates the singular acts to the individual rules of that species of virtue; For it is

the Directrix of human acts, which are singular, and it directs these to the special norm of the mean of this individual. For often those things which are right in species can be vitiated by some circumstance, and consequently be evil in the individual; and hence it needs special, singular, practical rules, since so various are the species of virtues, of which one is neither the species nor the circumstance of another, v. g. this act of attending to a sick man on a feast day, and on that account omitting the Sacred [rite], is not directed by prudence nakedly under this common reason, as it is rational, inasmuch as the act of Charity, performed in grave necessity, is deservedly to be preferred to positive human law; but as formally it is such an act, fortified with all the good circumstances of the individual; and hence as it is such an act perfectly, for such good causes; and consequently it is necessary that Prudence have all the rules, each and every one; and in this the example of Medicine is similar, which, although one in genus, nevertheless many in species are necessary, for instance purgative, preservative, and indeed toward several ends; whence there is not one health in genus, but several; for medicine does not consider health in the genus, but this and this health in number, which are various, and often opposed, by reason of the subject, because often what reduces one to temper would distemper another; for thus purgatives, which would too much weaken and enfeeble one, heal the robust man, burdened with many humors and full of superfluities; and what benefits one with burning fever will harm one with a Catarrh.

> *RESPONDETUR igitur, Prudentiam dirigere actus singulatum virtutum ad rationis mensuram, non tanquam ad unum genus commune praecise, sed secundum hanc, vel illam rationem specialem, quaerens singulis mediocritates individuas, tot circumstantiis vestitas, ita ut non sistat in esse rationis, sed adaequet actus singulos regulis individuis illius speciei virtutis; Est enim Directrix humanorum actuum, qui sunt singulares, et hos dirigit ad specialem normam mediocritatis huius individui. Saepe enim, quae sunt recta in specie, possunt aliqua circumstantia vitiari, atque adeo in individuo esse mala; adeoque eget regulis specialibus singularibus practicis, cum tam variae sint virtutum species, quarum una, neque est species, neque est circumstantia alterius, v. g. hic actus attendendi infirmo in die festo, et ob id omittendi Sacrum, non dirigitur a prudentia nude sub hac ratione communi, ut est rationalis, quatenus actus Charitatis, praestitus in gravi necessitate, est merito praeferendus iuri positivo humano; sed ut formaliter est talis actus, omnibus bonis circumstantiis munitus individui; atque adeo ut est talis actus talibus de causis bonis perfecte; ac proinde oportet, ut Prudentia regulas omnes, et singulas habeat, et in hoc simile est exemplum Medicinae, quae, licet una genere sit, tamen plurimae sunt specie necessariae, puta purgativa, praeservativa, et sane ad plures fines; unde non est una sanitas genere, sed plures; neque enim medicina considerat sanitatem in genere, sed hanc, et hanc numero sanitatem, quae sunt variae, et saepe oppositae, ratione subiecti, quia saepe id, quod reducit unum ad temperiem, distemperaret aliam; sic enim purgantia, quae unum nimis debilitarent, atque infirmarent, sanant robustum, pluribus onustum humoribus, et superfluitatibus plenum; et quibus febri ardenti prodest; nocebit Catharro.*

20 *You will say.* As Science stands in speculative matter: so Prudence in practical; but in speculative there is one science, considering principles and conclusions, although they are more distant among themselves than diverse practical principles: Therefore the diversity of doable things does not multiply prudences. Add that all are ordered to one end.

> Dices. *Sicuti se habet Scientia in materia speculativa: ita Prudentia in practica; sed in speculativa una est scientia, principia considerans, et conclusiones, cum tamen magis distent inter se, quam diversa principia practica: Ergo diversitas agibilium non multiplicat prudentias. Adde, omnes esse ad unum finem ordinatas.*

21 *It is answered*, that the habit of principles and of conclusions is not the same; for the habit of principles is called Intellect; the habit of conclusions is called Science, from the first *Poster.* and 6. *Eth.* To what he intimates about the end, I say, that the ends of Prudence are diverse, as the Saintly Doctor

adverts *in the cited place*, and with him Scotus *dist.* 36. *upon the letter I.* for the end of Oeconomic Prudence is one, of Political another, etc. Another of Ethics; and as I said in the argument for the assertion, the ends are wholly diverse, and consequently there are several prudential habits, because it is not enough for prudence to direct to the end in the genus, but it must fit the thing in the individual, so that as it were the arrow may reach the Mark; and therefore several prudential habits are necessary, as Rada adverts *controvers. 15. de Virtutibus, articulo 3.*

> Respondetur, *non esse eundem habitum principiorum, et conclusionum; nam habitus principiorum dicitur Intellectus; habitus conclusionum dicitur Scientia ex primo* Poster. *et 6.* Eth. *Ad illud quod innuit de fine, dico, Prudentiae diversos esse fines, ut advertit S. Doctor* loco citato, *et cum eo Scotus* dist. *36.* circa litteram I. *nam alius est finis Prudentiae Oeconomicae, alius Politicae, etc. Alius Ethicae; et ut dixi in argumento pro assertione, diversi penitus sunt fines, atque adeo plures habitus prudentiales, quia non satis est prudentiae dirigere ad finem in genere, sed debet in individuo rem aptare, ut veluti sagitta Scopum attingat; et propterea plures habitus prudentiales sunt necessarii, ut advertit Rada* controvers. 15. de Virtutibus, articulo 3.

22 *You will object* lastly. Prudence, to govern one virtue, must govern according to the norm of general rectitude, embracing all the rules of rectitude, otherwise from one defect that action will be perverse: Therefore there is one prudence, extended to all things.

> Obiicies *ultimo. Prudentia, ut unam virtutem regat, debet regere ad normam rectitudinis generalis, complectentis omnes regulas rectitudinis, alioqui ex uno defectu illa actio erit prava: Ergo est una prudentia, extensa ad omnia.*

23 *It is answered*, that intensive perfection in its own moral species is enough for each virtue, nor ought it to be extended to all the rules of rectitude of others, which indeed would be applied impertinently. For what does the rule of fasting subserve to the rule of buying? But although Prudence be a rule counseling, directing, and imperating (yet prescribing as it sounds forth by dictating; for the intellect does not command,) and to these many rules of rectitude are necessary; nevertheless not all and each are to be applied for the singular acts of the virtues.

> Respondetur, *satis esse singulis virtutibus perfectionem intensivam in sua specie morali, neque extendendam ad omnes regulas rectitudinis aliarum, quae sane impertinenter adhiberentur. Quid enim infervit regula ieiunii ad regulam emptionis? Quamvis autem Prudentia sit regula consiliativa, directiva, et imperativa, (prout tamen praesinit dictans; non enim intellectus imperat,) et ad haec plurimae regulae rectitudinis sint necessariae; non tamen omnes, et singulae pro singulis virtutum actibus sunt applicandae.*

24 From what has been said other objections of Tannerus and others collapse, which I shall indicate here.

> *Ex dictis corruunt aliae obiectiones Tanneri, et aliorum, quas hic indicabo.*

25 *The first*, because there is one mode of judging about all particular doable things, namely by consultation finding the mean in any matter of the virtues, and the conveniency of the means to the end of the same virtue.

> Prima, *quia unus est iudicandi modus de omnibus agibilibus particulatibus, videlicet per consultationem inveniendo mediocritatem in qualibet virtutum materia, et convenientiam mediorum ad finem eiusdem virtutis.*

26 *The second*, because the mean and honesty of one virtue cannot be prescribed except with respect to the others.

> Secunda, *quia medium, et honestas unius virtutis praesciribi non potest, nisi cum respectu ad alias.*

27 *The third*, because the diversity of doable things, in order to the habit of the intellect, is only material.

> Tertia*, quia diversitas agibilium, in ordine ad habitum intellectus, est solum materialis.*

28 *It is answered* indeed by denying the assumptions, and indeed that of the first proposition; for the mode which subserves one particular doable thing does nothing for the direction of another doable thing; but this one mode of judging about all is generic, and consequently insufficient, since the special is required. Similarly, although in each virtue there is a conveniency of the mean to its end; nevertheless this conveniency is one in the virtue of temperance, another in the military virtue, nor does the Plowman hold the goad with the same conformity of the mean by which the Sailor holds the rudder; say the same of the rest.

> Respondetur *enim, negando assumpta et quidem primae propositionis; nam modus, qui infervit uni particulari agibili, nihil facit ad directionem alterius agibilis; iste autem modus unus iudicandi de omnibus est genericus, ac proinde insufficiens; cum specialis requiratur, Similiter licet in unaquaque virtute sit convenientia medii ad suum finem; tamen haec convenientia alia est in virtute temperantiae, alia in virtute militari, nec eadem medii conformitate tenet Arator stivam, qua Nauta temonem; Idem dic de caeteris.*

29 To the second objection I say similarly, that one virtue has its whole honesty intensive, without the honesty of another; as proved above; even if extensively it cannot be occupied in the matter of other virtues unless aided by their auxiliary supplies; yet this, since it is per accidens, and sometimes superfluous, since it is not always necessary for some virtue to go forth beyond its limits, is beside the point.

> *Ad secundam obiectionem Dico similiter, unam virtutem habere totam suam honestatem intensivam, absque honestate alterius; ut supra probatum est; esto extensive in materia aliarum virtutum non possit occupari; nisi illarum copiis auxiliaribus adiuta; id tamen, cum sit per accidens, et aliquando superfluum, cum non semper necesse sit, virtutem aliquam ultra suos limites exire, non est ad rem.*

30 To the third it is plain, because although several or few doable things put on the reason of material object; yet since each doable thing falls under the direction of one particular virtue; in order to this, it is necessary that it obtain the reason of formal object; and since moreover such a virtue undertakes the burden of discerning, directing, and impelling in its matter, it needs a particular prudence, which can fulfill that office; which, since it is the object of this Prudence, and indeed distinct from the object of the Prudence of another, as clearly appears from what has been said; it follows that this and that Prudence are of diverse reason, and consequently differ among themselves.

> *Ad tertiam patet, quia licet agibilia plura, vel pauca induant rationem obiecti materialis; cum tamen unumquodque agibile cadat sub directione unius virtutis particularis; per ordinem ad hanc, necesse est, obtineat rationem obiecti formalis; et cum insuper talis virtus subeat onus discernendi, dirigendi, et impetandi in sua materia, opus habet particulari prudentia, quae illud muneris valeat obire, quod cum sit obiectum huius Prudentiae, et quidem distinctum ab obiecto Prudentiae alterius, ut luculenter ex dictis patet; sequitur hanc, et illam Prudentiam diversae esse rationis, ac proinde inter se differre.*

Disputation XXI: On the Gift of Counsel

Question I: What the gift of counsel is, and what its office is

1 THE Gift of Counsel is a supernatural Habit, by which the mind is rendered easily movable to the inquiry necessary for deliberation. Now this mode of moving the mind is connatural to it, because it proceeds by inquiry to its decrees. But God moves the minds of men in ways connatural, as D. Thom. *art. 1.* and D. Bonaventure note.

> ***Quid sit donum CONSILII; Et quod ipsius Munus.***
>
> *DONUM Consilii est Habitus supernus, quo mens redditur facile mobilis ad inquisitionem, deliberationi necessariam. Est autem hic modus movendi mentem ei connaturalis, quia procedit per inquisitionem ad sua decreta. Congrue autem modis connaturalibus Deus mentem hominum movet, ut notat D. Thom.* art. 1. *et D. Bonaventura.*

2 *You will object.* The Gifts are given in aid of the virtues; but man is sufficiently perfected for counsel by prudence and Eubulia: Therefore.

> Obiicies. *Dona dantur in adiutorium virtutum; at satis ad consilium homo perficitur per prudentiam, et Eubuliam: Ergo.*

3 D. Thom. *answers* that Prudence and Eubulia direct to Counsel according to those things which reason can comprehend; but because human reason cannot comprehend the singular contingents that can occur, hence *the thoughts of mortals are timid, and our providence uncertain*, as is said *Sap. 9.*, where the Saintly Doctor speaks out most excellently; Therefore man needs, in the inquiry of Counsel, to be directed by God, who comprehends all things, which is done through the gift of Counsel, by which man is directed as it were by Counsel taken from God; just as also in human affairs those who are not sufficient of themselves in the inquiry of Counsel seek counsel from the wiser.

> Respondet *D. Thom. Prudentiam, et Eubuliam dirigere ad Consilium secundum ea, quae ratio comprehendere potest; sed quia humana ratio nequit comprehendere contingentia singularia, quae possunt occurrere; hinc* cogitationes mortalium timidae sunt, et incerta providentiae nostrae, *ut dicitur* Sap. 9. *ubi praeclare S. Doctor eloquitur; Ideo indiget homo in inquisitione Consilii dirigi a Deo, qui omnia comprehendit, quod fit per donum Consilii, per quod homo dirigitur, quasi Consilio a Deo accepto; sicut etiam in rebus humanis, qui sibi ipsis in inquisitione Consilii non sufficiunt, a sapientioribus consilium requirunt.*

4 Hence the Saintly Doctor labors to explain for what the gift of Counsel is necessary; namely, for the inquiry of those things which reason does not attain of itself.

> *Hinc S. Doctor explicare satagit, ad quid necessarium sit donum Consilii; scilicet ad inquisitionem eorum, quae ratio per se non assequitur.*

5 *Wherefore* the Gift of Counsel stands as a superior Mover, because indeed Prudence moves as a mover in reason toward rectitude according to the rules of created reason. But Counsel moves according to eternal reasons, which are the first rules directing to the right; hence another difference shines forth, that Counsel makes known whether something is to be done, and warns against precipices, lest one repent after the fact; but prudence teaches at what time, by what means and circumstances, here and now, one ought to act; wherefore as prudence presides specially over the virtue of fortitude, lest it rush headlong into the work; so Counsel presides over the Gift of fortitude,

by which the will imbued divinely with the Holy Spirit more quickly acquiesces to the one counseling whether, and what, is to be done; Hence D. Gregory *in moral.* says, cited by the Seraphic Doctor *de 7. Donis, de Dono Consilii, cap. 1.: greatly is fortitude destroyed, unless it be supported by Counsel.*

> Qvare *Donum Consilii se habet ut Movens superius, quia nempe Prudentia movet, ut movens ratione ad rectitudinem secundum regulas rationis creatae. Consilium autem movet secundum rationes aeternas, quae sunt regulae primae dirigentes ad rectum; hinc elucet alia differentia, quod Consilium scire faciat; an aliquid sit faciendum, praecaveatque praecipitia, ne post factum poeniteat; prudentia vero docet quo tempore, quibus mediis, et circumstantiis, hic et nunc, agendum sit; quare sicut prudentia praeest specialiter virtuti fortitudinis, ne praeceps in opus ruat; sic Consilium praeest Dono fortitudinis, qua divinitus imbuta voluntas Spiritui sancto, an, et quid agendum consulenti, ocius acquiescit; Hinc D. Gregor.* in moral. *ait apud Seraphicum* de 7. Donis, de Dono Consilii, cap. 1. valde fortitudo destruitur, nisi Consilio fulciatur.

6 Whence Prudence and Counsel seem as it were the lesser Light and the greater Light; for prudence is of lesser light, which it borrows from Counsel, that it may direct the more securely; but this [Counsel] presides over the shining and fervid rays of the spiritual day, which arises in the mind; whose Morning then begins, when the ray of eternal Counsel kindles the will toward the holy purpose, and scatters further the darkness in which the mind previously had so long lodged in the Dwelling of its own prudence; But now, upon the reception of divine inspiration, it rises up, to conform itself perfectly to that supreme Counselor, whose voice it perceives with the innermost ears whispering: *Son, hear, take my counsel, and cast it not away.* Hear (the Seraphic Doctor postillates,) as to the Intellect, *take*, as to the affection, *cast not away* as to the effect. He who walks in this day does not stumble; for he more easily regards the past, more safely beholds the present, and more securely looks out toward things to come; wherefore Counsel is called the Eye, and the Caution of things to come; of the Morning of this Day the Psalmist says: *In the morning I will stand before you, and will see*, as the Seraphic Doctor notes, *de 7. Donis, ubi supra, cap. 4.*

> *Unde Prudentia, et Consilium videntur quasi Luminare minus, et Luminare maius; prudentia enim est minoris lucis, quam etiam, quo secutius dirigat, a Consilio mutuatur; hoc autem fulgidis, fervidisque radiis praeest spirituali diei, quae in mente exoritur; cuius Mane tunc incipit, quando aeterni Consilii radius voluntatem ad sanctum propositum accendit, tenebrasque longius dissipat, quibus diu prius mens in propriae prudentiae Domicilio pernoctabat; At modo susceptione divinae inspirationis exurgit, ad perfecte se conformandum supremo illi Consiliario, cuius vocem intimis auribus percipit insusurrantem:* Fili audi, accipe consilium meum, et ne abiicias. *Audi (postillat Seraphicus,) quo ad Intellectum,* accipe, *quo ad affectum,* ne abiicias *quoad effectum. In hac die qui ambulat, non offendit, praeterita enim facilius respicit, praesentia tutius intuetur, et futuris securius prospicit; quamobrem Consilium dicitur Oculus, et Cautio futurorum; de Mane huius Diei ait Psalmista:* Mane astabo tibi, et videbo, *ut notat Seraphicus Doctor,* de 7. Donis, ubi supra, cap. 4.

7 The Saintly Doctor proceeds to pour out upon pious minds the meridian Illumination of this Gift; which stands in this, that with concordant flame and light it kindle and hasten upward, in a straight path of perpendicular rays, the afffection together with the Intellect; which is accomplished while the mind is wholly intent upon observing the Divine precepts and Counsels; for then the Sun of the Deity, shining forth more brightly from the supreme orb of heaven, visits the soul with a threefold splendor; for the Father comes and visits the Memory, exciting it to operate perfectly; the Son comes and visits the Intellect, illuminating it to contemplate clearly; the Holy Spirit also visits the Will, inflaming it to love sweetly, according to the Saying of the Lord, John 14.: *We will come to him, and will*

make our abode with him; then the divine Sun (the Seraphic Doctor says) *burns the earth at meridian, burning the mountains threefold, breathing forth fiery rays, etc. as is had in Ecclesiasticus, cap. 43.*

> *Procedit S. Doctor meridianam huius Doni Illuminationem piorum mentibus offundere; quae in eo stat, ut concordi flamma, et luce, affectum simul, et Intellectum perpendicularibus radiis sursum recto tramite accendat, et acceleret; quod praestatur, dum mens Diuinis praeceptis, ac Consiliis observandis tota intenditur; tunc enim Deitatis Sol, e supremo coeli orbe clarius refulgens, triplici splendore animam visitat; venit quippe Pater, et visitat Memoriam, excitando ad perfecte operandum, venit et visitat Filius, illuminando Intellectum ad clare contemplandum; visitat etiam Spiritus sanctus Voluntatem inflammando ad dulciter amandum, iuxta Dictum Domini Ioannis 14.* Ad eum veniemus, et mansionem faciemus; *tunc Sol diuinus (ait Seraphicus)* In meridiano exurit terram, tripliciter exurens montes, radios igneos exufflans, etc. ut habetur ecclesiastici, cap. 43.

8 But the Vesper, Consummative of this spiritual Day, then declines, when what is commanded by the Lord is attended to not with wavering care, but with exuberant desire the mind devotes itself wholly to the study of perfection, and with certain counsel embraces whatever is counseled: To this Vesper S. Theresa came, when she vowed that whatever she judged more perfect, and more pleasing to God, she would straightway perform; as is read in her life; for Counsels, the more perfect they are, the more luminous also they are, leading to the perfect Day, and consummating it; as the Saintly Doctor notes *cap. 4. near the end, ubi supra.*

> *Vervm Vespera, huius Diei spiritualis Consummativa, tunc declinat, quando, quod a Domino praecipitur, ancipiti cura non attenditur, sed exuberanti desiderio tota se mens perfectionis studio impendit, et certo consilio, quicquid consulitur, amplectitur: In hanc vesperam pervenit S. Theresia, dum voverit, quicquid perfectius, Deoque gratius, iudicaret, se extemplo actituram; ut legitur in ipsius vita; Consilia enim, quo sunt perfectiora, eo etiam luminosiora ad perfectum Diem conducunt, et consummant; ut notat S. Doctor* cap. 4. prope finem, ubi supra.

Question II: How the gift of counsel orders the mind

1 WHEN the Gift of Counsel is set forth, as it were an economus, for the powers of the soul to be directed toward supernatural things, the Saintly Doctor here proceeds to show how he orders his family.

> *Cvm Donum Consilii proponatur, tanquam oeconomus, potentiis animae quoad superna dirigendis, prosequitur hic S. Doct. ostendere quomodo familiam suam ordinet.*

2 He observes therefore, that the Soul is a certain noble creature, *from the book de spiritu, et anima, cap. 17. under D. August. tomo 3.*; for it is that City of God of which glorious things are said, *Psalm. 86.* But in the city there are many peoples; namely, the Wise for counseling, Soldiers for fighting, and Artisans for working; So in the Soul there are the vigor of genius and of nature, as it were Natives, as the Saintly Doctor says, distinguished into three grades; the first grade the Intellectual faculties obtain, the middle the Rational possess, the lowest the Sensible, or Animal, retain.

> *Observat itaque, Animam esse nobilem quamdam creaturam,* ex libro de spiritu, et anima, cap. 17. apud D. August. tomo 3. *est quippe Civitas illa Dei, de qua gloriosa dicta sunt,* Psalm. 86. *In civitate autem sunt populi multi; Sapientes scilicet ad consulendum, Milites ad pugnandum, et Artifices ad operandum; Itidem in Anima sunt ingenii et naturales vigores, quasi Indigenae, ut ait S. Doctor, in tres gradus distincti; primum gradum obtinent facultates Intellectuales, medium possident Rationales, infimum retinent Sensibiles, seu Animales.*

3 Therefore the Gift of Counsel presides over the whole soul, assigning the Intellectual powers to penetrating and persuading supernatural goods; whence these senses are the best Counselors of the soul; For they counsel: *Fear God, and keep his commandments; for this is all man*, that is, the whole man: To these, as Advocates, are joined Faith, Hope, and Charity, as called from on high to plead the cause of human salvation.

> *Donvm igitur Consilii praeficit toti animae vires Intellectuales ad superna bona penetranda, et suadenda; unde hi sensus sunt optimi Consiliarii animae, Consulunt enim:* Deum time, et mandata eius serua; hoc enim est omnis homo*, idest, totus: His pro Advocatis adiunguntur Fides, Spes, et Charitas, utpote e superis ad humanae salutis causam agendam vocatae.*

4 Likewise this Gift subordinates the rational powers to the Intellectual, for despising evil with the eye of discretion, and choosing the good manfully; whence they are as it were the Soldiers of the Soul, fighting the insolence of concupiscence according to their powers; to which, as Auxiliary troops, are added the acquired habits, namely Prudence, Temperance, Fortitude and Justice; for these virtues strongly repel the vices, and bravely defend their right.

> *Item hoc Donum potentias rationales Intellectualibus subordinat, ad malum, discretionis oculo, aspernandum, et bonum viriliter eligendum; unde sunt quasi Milites Animae, Insolentiam concupiscentiae pro viribus impugnantes; quibus in Auxiliares copias adiiciuntur habitus acquisiti, Prudentia nimirum, Temperantia, Fortitudo et Iustitia; hae etenim virtutes vitia fortiter repellunt, suumque Ius animose tuentur.*

5 Finally, in the lowest place, Counsel orders the animal senses, to supply the visible things needed by the body; whence they are as it were Rustics and Artisans, persisting in works of the hands, and working with a coarser wit, serving the other faculties of the soul. These, as it were instruments of the arts, take to themselves the exterior senses, which are also as it were Recruits pursuing coarser rudiments; Likewise to the animal senses are associated certain passions, as Love, Hatred, Sorrow, and Joy, with which, being furnished, they obey the higher faculties the more expeditiously; but all these the Gift of Counsel provides, mediately or immediately, ordering each sense in its order and to its function, as the Seraphic Doctor here concludes most excellently; but of these he speaks wondrously *cap. 6. and 7. seqq.*

> *Infimo denique loco Consilium ordinat sensus animales, ad visibilia corporis necessitati subministranda; unde sunt veluti Rustici, et Artifices, manuum operibus insistentes, et crassiori minerva operantes, caeteris animae facultatibus subserviunt. Hi, ut in artium Instrumenta, assumunt sibi exteriores sensus, qui sunt etiam veluti Tyrones crassiora rudimenta sectantes; Item sensibus animalibus associantur quaedam passiones, ut Amor, Odium, Dolor, et Gaudium, quibus instructi expeditius superioribus facultatibus obsequuntur; haec autem omnia praestat mediate, vel imediate, Donum Consilii, suo ordine, et ad suum munus unumquemque sensum disponendo, ut concludit egregie hic Seraphicus; de his autem mira eloquitur* cap. 6. et 7. seqq.

Question III: Whether the gift of counsel remains in heaven

1 IT MUST BE ASSERTED that the Gift of Counsel remains in the fatherland.

> An Donum CONCILII maneat in patria.
>
> *ASSERENDUM, manere in patria Donum Consilii.*

2 *It is proved* first from *D. Thom.* When the mover is the cause only of motion, the end having been had, it ceases to move; as when a house is being built, it is promoted; but when it has already been

built, it is no longer built; but when the mover is the cause not only of the motion, but also of the form to which the motion is, then the action of the mover does not cease even after the attainment of the form, as the Sun illuminates the air even after it has been illuminated; and in this way God causes in us both the virtue and the cognition, not only when we first acquire them, but also as long as we persevere in them: but thus God causes cognition in the blessed, not as in the ignorant, but by continuing in them the whole cognition of the things to be done. About those things which they do not know, they consult God, not with anxious inquiry, as we do, but with simple conversion.

> Probatur *primo a* D. Thom. *Quando movens est causa tantum motus, habito fine, cessat movere; ut quando domus aedificatur, promovetur; at quando iam aedificata est, non amplius aedificatur; at vero quando movens est causa, non solum motus, sed etiam formae, ad quam est motus; tunc non cessat actio moventis etiam post adeptionem formae, sicut Sol illuminat aërem, etiam postquam est illuminatus, et hoc modo Deus causat in nobis, et virtutem, et cognitionem, non solum quando primo acquirimus, sed etiam quamdiu in eis perseveramus: sic autem Deus in beatis causat cognitionem, non quasi in ignorantibus, sed continuando in eis cognitionem totam, quae agenda sunt. Circa ea vero, quae nesciunt, Deum consulunt, non inquisitione anxia, ut nos, sed simplici conversione.*

3 *It is proved* secondly from *D. Bonaventure here in the body.* The state of glory is much more abundant and perfect than the state of Grace; but the state of grace admits all the gifts by which the soul is conducted to Deiform perfection; and among these is Counsel; Therefore. The consequence is plain, because where the Deiformity of the soul is greater, there the Gifts which effect it should rather be given; but in the fatherland the Deiformity is greater: Therefore. Nevertheless the *Saintly Doctor* adverts that the Gifts and habits are admitted there as to the nobler acts and uses; but not as to those things which hardly regard imperfection.

> Probatur *secundo a* D. Bonaventura hic in corpore. *Multo abundatior, et perfectior est status gloriae, quam status Gratiae; sed status gratiae admittit omnia dona, quibus anima ad Deiformem perfectionem conducatur; inter haec autem est Consilium; Ergo. Consequentia patet, quia ubi maior est animae Deiformitas, ibi potius danda sunt Dona, quae id praestent; sed in patria maior est Deiformitas: Ergo. Advertit tamen* S. Doctor, *Dona, et habitus ibi admitti quo ad nobiliores actus, et usus; non vero quo ad ea, quae viz imperfectionem respiciunt.*

4 *It is proved* secondly from *the Seraphic Doctor, fundam. 2.* We shall not be more blessed in the fatherland than Christ was on the way; but Christ had the Gift of Counsel, as *Isaias* has it; therefore from the perfection of the fatherland there does not follow the evacuation of Counsel.

> Probatur *secundo a* Seraphico fundam. 2. *Non erimus nos beatiores in patria, quam fuerit Christus in via; sed Christus habuit Donum Consilii, ut habet* Isaias*; ergo ex perfectione patriae non sequitur Consilii evacuatio.*

5 *It is confirmed fundam. 4.* The lowest of the Gifts, namely fear, will not be evacuated in the fatherland; for it is said in the *Psalm: The fear of the Lord is holy, remaining unto age of age: Therefore* much less Counsel.

> Confirmatur fundam. 4. *Infimum Donorum, scilicet timor, in patria non evacuabitur; dicitur enim in* Psalmo. Timor Domini sanctus, permanens in saeculum saeculi: Ergo *multo minus Consilium.*

6 *You will object.* Where there will be no defect of doubt, or of Composition and discussion, there will be no Counsel, which carries these two with it; but those will not be in the fatherland: Therefore.

> Obiicies. *Ubi non erit defectus dubitationis, aut Compositio discussus, ibi non erit Consilium, quod haec duo secum portat; sed ista non erunt in patria: Ergo.*

7 The *Saintly Doctor answers ad 4.* Counsel implies a weighed discussion of the parts, and a stable, firm, and certain election of the worthier part: the first is accidental, and of imperfection; wherefore it will be taken away: but the second is essential to Counsel, and of perfection, whence it will remain.

> Respondet S. Doctor ad 4. *Consilium Importare ponderatam partium discussionem, et stabilem, firmam, certamque dignioris partis electionem: primum est accidentale, et imperfectionis; quare tolletur: secundum vero Consilio est essentiale, et perfectionis, unde remanebit.*

8 But what the function of Counsel is in the fatherland is gathered from *D. Bonaventure*, discoursing at length on the seven Gifts, *de Dono Consilii, cap. 5. 6. and 7.*, where he describes most excellently the whole family of the Soul banqueting on spiritual dishes and seasoned drinks, and prescribes the manner in which, even on the way, this Gift may be foretasted; see it yourself, whose words, something divine and savoring, read through in their proper place, suggest what for that reason it was not my wish to transfer here.

> *Quodnam autem sit Consilii munus in patria, colligitur e* D. Bonaventura*, late differente de septem Donis,* de Dono Consilii, cap. 5. 6. et 7. *ubi totam Animae familiam spiritualibus ferculis, et conditis poculis convivantem eximie describit, modumque praescribit, quo, etiam in via, hoc Donum praegustetur; ipsum vide, cuius verba, divinum quid, et sapidum, proprio loco perlecta, suggerunt, quae ideo huc transferre non libuit.*

Question IV: Whether the fifth beatitude corresponds to the gift of counsel

1 *D. Augustine Lib. 1. de sermone Domini in monte, cap. 9. says: Counsel befits the merciful, because the unique remedy is to be rescued from such great evils, to forgive others, and to give.*

> An quinta Beatitudo respondeat Dono Consilii.
>
> D. Augustinus Lib. 1. de sermone Domini in monte, cap. 9. ait: Consilium convenit misericordibus, quia unicum remedium est de tantis malis erui, dimittere aliis, et dare.

2 *It is proved* therefore from *D. Thom.*, because Counsel is of those things which are useful to the end; as among all means *piety is useful to all things, as* is said: *first Timot. 4.* Therefore to the gift of counsel, as directing, Mercy corresponds, since the best Counsel is that you do to another what you would wish done to yourself.

> Probatur *ergo a* D. Thom. *quia Consilium est de his, quae sunt utilia ad finem; ut inter omnia media,* utilis ad omnia est pietas, ut *dicitur:* prima Timot. 4. *Ideo dono consilii, tanquam dirigenti, respondet Misericordia, cum optimum Consilium sit, ut alteri facias, quod tibi fieri velles.*

3 *It is proved* also from *D. Bonaventure in Diaeta, tit. 7. cap. 4.* that to that Gift this Beatitude corresponds, at whose Precept it operates; but at the precept of Counsel mercy operates; therefore. For Counsel shows how we can be made better by the evils of others, by compassionating them; just as to be enriched by poverty, to be healed by infirmity, and to be relieved by a burden, according to that Counsel of the Apostle: *bear one another's burdens*, which Mercy, obedient, strives to bear the burdens of all, and the more it is burdened, the more it gains, and the more quickly it runs to the prize of the supernatural fatherland.

> Probatur *etiam e* D. Bonaventura in Diaeta, tit. 7. cap. 4. *illi Dono Beatitudo haec respondet, ad cuius Praescriptum operatur; sed ad praescriptum Consilii operatur misericordia; ergo. Consilium enim ostendit, quomodo de aliorum malis possimus meliorari, ipsis compatiendo; sicut et de paupertate ditari, de infirmitate sanari, et de onere*

alleviari, Iuxta illud Apostoli Consilium: alter alterius onera portate*, cui misericordia obsequens omnium onera portare satagit, et quanto plus oneratur, tanto plus lucratur, et velocius ad bravium supernae patriae currit.*

4 *Moreover*, as Human Counsel persuades to lend more willingly to the King, for the reason that he can the more securely repay the Capital, repair the losses, pay the profits and the usuries; So the merciful are counseled by this gift, that they take care to bestow their goods more abundantly on the poor; through whose hands the liberal King, God, receives them, who is accustomed to keep the Capital for his Merchants (says *the Seraphic Doctor here*), by preserving grace, repair the losses, by remitting sin; pay the usuries, namely by bestowing glory and eternal life.

Praeterea*, sicut Humanum Consilium suadet, Regi libentius mutuare, eo quod securius Capitale possit reddere, damna resarcire, lucra, usurasque solvere; Ita misericordibus hoc dono Consulitur, ut bona sua pauperibus uberius curent elargiri; per quorum manus Rex liberalis, Deus, ea recipit, qui Mercatoribus (inquit* hic Seraphicus*) suis solet Capitale custodire, conservando gratiam, damna resarcire, remittendo culpam; usuras solvere, largiendo scilicet gloriam, et vitam aeternam.*

5 To this counsel the virgins prudently obeyed, carrying oil, namely of Mercy and compassion, in their vessels, as *the Saintly Doctor* explains; wherefore, that they may traffic according to this counsel, Christ exhorts *Matthew 25.: Go, and sell all, and give to the poor.*

Huic consilio prudenter obtemperarunt virgines, portantes oleum, Misericordiae nimirum et compassionis, in vasis suis, ut explicat S. Doctor *quare, ut iuxta hoc consilium negotientur, hortatur Christus* Matthaei 25. Vade, et vende omnia, et da pauperibus.

Disputation XXII: On the Vices Contrary to Prudence

1 The higher seat in which a virtue is placed, and the more virtues it presides over, the more frequently is it assailed by the more common vices; wherefore Prudence, which is set over the other virtues for directing them to the mark in the citadel of the mind, is assailed by a very great troop of vices.

> ***De vitiis Contrariis Prudentiae.***
>
> *Quo altiori sede virtus locatur, pluribusque praesidet, eo etiam vulgatioribus vitiis frequentius impetitur; quare Prudentia, quae caeteris virtutibus ad scopum dirigendis in mentis Arce praeficitur, plurima vitiorum turma impugnatur.*

2 But the vices opposed to the virtues standing in the mean are of two kinds: some from defect; others from excess. The vices from defect of prudence, opposed to it, are four: Precipitation, Inconsideration, Inconstancy, Negligence.

> *Vitia vero opposita, virtutibus stantibus in medio, alia sunt ex defectu; alia ex excessu. Vitia ex defectu prudentiae, ei opposita, sunt quatuor, Praecipitatio, Inconsideratio, Inconstantia, Negligentia.*

3 The sins by excess opposed to prudence, which indeed bear before themselves a false species of prudence, are six: the Prudence of the flesh, Astuteness, Guile, Fraud, Solicitude for temporal things, Solicitude for things to come: All these are under the genus Imprudence, contrary to right discretion, which belongs to Prudence; of all these we shall inquire briefly.

> *Peccata per excessum opposita prudentiae, quae falsam quidem speciem prudentiae prae se ferunt, sunt sex, Prudentia carnis, Astutia, Dolus, Fraus, Sollicitudo temporalium, Sollicitudo futurorum: Haec omnia sunt sub genere Imprudentiae, contraria rectae discretioni, quae ad Prudentiam spectat; de his omnibus cursim inquiremus.*

Question I: On precipitation

1 PRECIPITATION is taken metaphorically from the precipitation of bodies from the highest to the lowest with a certain impetus, either innate or impressed; not by order gradually, but ruinously. Thus therefore someone precipitates, when reason and will rush down, not descending to operations by the due means and memorable degrees of considering the past, understanding the present, providing for the future, etc. But it rushes with the impetus of passion without counsel. This, if it is done from mere impulse of the will, is called precipitation; but if contempt is added of those things which ought to have been counseled, it is called Temerity, as D. Thom. *ad 2.* and D. Bonav. infra, Tannerus *disp. 3. quaest. 5. dub. 4.* and Caietanus *quaest. 53. art. 3.* teach. Therefore the Saintly Doctor *in speculo animae, cap. 3.,* saying *negligence, which from contempt leads man precipitantly to works contrary to salvation, without due consideration,* says it *is mortiferous.* That this is to be noted Caietanus *art. cit.* and Valentia *disp. 4. quest. 5. punct. 1.* admonish, that we may know when the penalty of some Law, or Canon, enacted against those doing something rashly, is incurred, namely when it is done from contempt. Gather this from D. Bonav. *loc. cit.* and *cap. 1. of the same speculum;* and in the Confessional.

> *PRAECIPITATIO est metaphorice sumpta a praecipitatione corporum a summo ad imum impetu quodam, vel innato, vel impresso; non per ordinem gradatim, sed ruinose. Sic igitur praecipitatur aliquis, quando ratio, et voluntas corruunt non descendendo ad operationes per media debita, et gradus memorandi praeterita, intelligendi praesentia, providendi*

futura, etc. Sed ruit per impetum passionis absque consilio. Haec, si ex mero impetu voluntatis fiat, dicitur praecipitatio; at si adhibetur contemtus eorum, quae consiliari oportuit, dicitur Temeritas, ut docent D. Thom. ad 2. *et D. Bonav. infra Tannerus* disp. 3. quaest. 5. dub. 4. *et Caietanus* quaest. 53. art. 3. *Ideo S. Doct.* in speculo animae, cap. 3. negligentiam, quae ex contemptu ducit hominem praecipitanter ad opera, saluti contraria, absque debita consideratione, ait *esse mortiferam. Id notandum monent Caietanus* art. cit. *et Valentia* disp. 4. quest. 5. punct. 1. *ut sciamus, quando incurratur poena alicuius Legis, sive Canonis, statuta in facientes aliquid temere, scilicet quando fit ex contemptu. Id colligere e D. Bonav.* loc. cit. *et* cap. 1. eiusdem speculi; *et in Confessionali.*

2 Sylvester ADDS *under the word Temeritas*, that those also are held to act rashly, and to undergo the penalties enjoined for that rash transgression, who knowingly under some fraudulent pretext exercise an act prohibited by law, as is clear from *C. Venerabilem extra, qui filii sint legitimi.* So also Tannerus.

ADDIT Sylvester verbo Temeritas*, eos etiam censeri temere agere, et poenas illas temerariae iniunctas transgressioni, subire, qui scienter sub praetextu aliquo fraudulento exercent actum a iure prohibitum, ut patet ex* C. Venerabilem extra, qui filii sint legitimi. *Ita etiam Tannerus.*

3 ANY audacity about evil is also wont to be called Temerity, as is clear from *l. Iubemus C. de Sacrosanctis Ecclesiis*, as Sylvester notes above, and Tutte-rem. *in Clem. 1. de Sacrosanct. Eccles.* But this temerity is not opposed to Prudence, but to Fortitude. Now we are treating of precipitation, and temerity, opposed to Prudence, by reason of the Eubulia annexed to it, whose act is to counsel well, as D. Thom. *quaest. 53. art. 2. and 3.* teaches. Therefore it is also opposed to the gift of Counsel, as I said. From which you also have that such temerity is a sin.

SOLET etiam Temeritas appellari quaevis audacia circa malum, ut patet l. Iubemus C. de Sacrosanctis Ecclesiis*, ut notat Sylvest. supra, et Tutte-rem.* in Clem. 1. de Sacrosanct. Eccles. *Sed haec temeritas non prudentiae opponitur, sed Fortitudini. Nunc autem agimus de praecipitatione, et temeritate, opposita Prudentiae, ratione Eubuliae illi annexae, cuius actus est bene consultare, ut docet D. Thom.* quaest. 53. art. 2. et 3. *Ideo etiam opponitur dono Consilii, ut dixi. Ex quo etiam habes, talem temeritatem esse peccatum.*

Question II: On inconsideration

1 INCONSIDERATION is thoughtlessness, or a not sufficiently attentive cognition of those truths from which one would judge rightly, as D. Thomas says. And so this sin is opposed to Prudence by reason of *Synesis*, and *Gnome*, annexed to it, which are judge of right judgment. On that account Cautelam and Incircumspectio are enclosed under this sin, against Cautela and Circumspection, which are integral parts of Prudence: For those ordinations are made toward right judgment, from which those two opposites fall short, which for that reason constitute one vice, and at the same time, together with Inconsideration, as Valentia and Tannerus say *numero 52.*

INCONSIDERATIO est incogitantia, vel non satis attenta cognitio earum veritatum, ex quibus esset recte iudicandum, ut ait D. Thom. Itaque peccatum hoc opponitur Prudentiae ratione Synesis*, et* Gnomae*, ipsi adiunctarum, quae sunt recte iudicativae. Ob id sub hoc peccato clauditur Incautela, et Incircumspectio, contra Cautelam, et Circumspectionem, quae sunt partes integrales Prudentiae: Ordinationes enim istae fiunt ad rectum iudicium, a quo deficiunt illae duae oppositae, quae propterea unum vitium constituunt, et simul, et cum Inconsideratione, ut ait Valentia, et Tannerus* numero 52.

2 But it happens for the most part, when someone, otherwise having knowledge of the Law or of fact, sins inconsiderately against either; whence he is recalled to that ignorance which the prudent man ought to have avoided; hence he has culpability when it arises from that inconsideration which is

called affectata, by which someone, letting himself be carried away by the impetus of his passion, ceases to consider what and how he ought to act; But often he does not have culpability, if from the sudden presence of some unexpected thing the mind is suddenly snatched into oblivion, and is otherwise prepared to act rightly; for often, from the surreption of some affair, the mind is dispersed into various things, and however attentively you had considered, they are scattered into alien thoughts; wherefore inconsideration taken in this sense is not adverse to prudence; since it passes into the inculpable nature of Ignorance.

> *ACCIDIT autem plerumque, cum quis alioqui Iuris, aut facti habens scientiam, inconsiderate contra utrumvis delinquit; unde ad illam ignorantiam revocatur, quam prudens debuit vitare; hinc habet culpam, quando oritur ex illa inconsideratione, quae dicitur affectata, qua quis sinens se suae passionis impetu abduci, considerare desinit, quid et qualiter agere debeat; Culpam vero multoties non habet, si ex repentina insperatae alicuius rei praesentia mentem subito in oblivionem rapiat, et alioquin recte operari sit paratus; saepe enim ex alicuius negotii subreptione animus in varia dispergitur, et quamprius quantumvis attente consideraveris, in alienas cogitationes disperguntur; quare hoc sensu sumpta inconsiderantia, prudentiae non adversatur; cum in naturam Ignorantiae invincibilis transeat.*

3 Nor does culpable Inconsideration intervene only in choosing evil simply; but also in rejecting the greater, or better good; which happens when a sensible good allure more vehemently, and reason does not weigh all with mature deliberation; whence it follows that this vice always precedes sin; although sometimes it is the effect of that sin of which it is not the cause; for the more the will succumbs to the appetite of sensible things, the less the Intellect can attend to the due pondering of things.

> *NEC solum in malo simpliciter eligendo intervenit Inconsiderantia culpabilis; sed et etiam in maiori, aut meliori bono respuendo; quod accidit, quando bonum sensibile vehementius allicit, nec ratio omnia matura deliberatione ponderat; unde sequitur, hoc vitium semper antecedere peccatum; licet aliquando illius peccati, cuius non est causa, sit effectus; cum quo magis voluntas rerum sensibilium appetitui succumbat, eo minus Intellectus debitae rerum ponderationi vacare possit.*

Question III: On inconstancy

1 INCONSTANCY is a cessation from that decree of Prudence which ought to have been continued; or the reprobation of it, as D. Thomas says. Therefore it is opposed to the essential act of Prudence, which is right practical judgment about persevering in the purpose.

> *INCONSTANTIA est cessatio ab eo Prudentiae decreto, quod continuari oportebat; aut illius reprobatio, ut ait D. Thomas. Igitur opponitur actui essentiali Prudentiae, qui est rectum iudicium practicum de permanendo in proposito.*

2 HENCE Inconstancy is defined: *A light passage from one purpose to another*, as is drawn from D. Bonavent. *3. p. Centiloquii, cap. 43.*; wherefore aptly by similitude of the Leopard's defects, the inconstant man, with D. Bernard in *serm. Gilleberti, serm. 29.: Man is like the Leopard, unlike himself, a man various and inconstant, straightway changing his counsels. For by the variety of colors, As it were the Leopard wills; and wills not*, as is said in the same place.

> *HINC definitur Inconstantia:* Lenis transitus a proposito in propositum*, ut eruitur e D. Bonavent.* 3. p. Centiloquii, cap. 43. *quare apta similitudine Pardi defectibus vir inconstans, apud D. Bernardum in* serm. Gilleberti, serm. 29. Pardo similis est homo, dissimilis sibi, homo varius, et inconstans, subinde mutans Consilia. Colorum enim varietate, Quasi vult; et non vult Pardus*, ut ibidem dicitur.*

[3] INCONSTANCY differs from Impseverance in this; that this is a discontinuation from the due end, proposing another to itself; that from the purpose undertaken, choosing another thing; but both are adverse to prudence, dictating that one must persevere in the good and remain in the purpose, according to more and less.

> *INCONSTANTIA ab Imperseverantia in eo differt; quod haec fit discontinuatio a debito fine, alium sibi proponendo; illa a suscepto proposito, aliud eligendo; verum haec et illa prudentiae, dictanti in bono perseverandum, et in proposito permanendum, secundum magis et minus adversantur.*

[4] THIS, by opposition to Constancy, has three degrees, as is gathered from the Seraphic Doctor *de Gradibus virtutum, cap. 14.* The first is, when someone is stricken from what he has begun by the praise, or indeed the blame of good men: The second, when someone is easily seduced by the praise or adulation of Players, or of evil men: The third is when someone is moved from a good purpose by mockery, or by any other light cause; These inconstancies are noticed especially in heretics, who, lacking the Anchor of Hope, and consequently the helm of infused prudence, are easily carried about by every wind; far from these went Job *cap. 27.*, who, as much caressed by the adulation of prosperity as buffeted by the storms of adversity, prudently answered his friends: *The justification which I began to hold, I will not abandon*, as the Seraphic Doctor notes, ubi supra: Of Inconstancy D. Greg. speaks most excellently, cited by D. Bonau. in Pharetra lib. 3. cap. 5.: *While the heart in adversities hopes for prosperity; in prosperities it fears adversity, hither and thither it is rolled by certain waves, and is turned about by the mutability of the various modes of alternating things.*

> *HAEC, ex opposito Constantiae, habet tres gradus, ut colligitur e Seraphico* de Gradibus virtutum, cap. 14. *Primus est, cum quis a coepto percellitur laude, vel etiam vituperio bonorum hominum: Secundus, quando facile quis seducitur laude, vel adulatione Histrionum, aut malorum hominum: Tertius est quando a proposito bono quis movetur irrisione, aut quavis alia levi causa; Hae inconstantiae in haereticis praecipue animadvertuntur, qui Carentes Anchora Spei, ac proinde infusae prudentiae gubernaculo, omni vento facile circumferuntur; ab his longe abiit Iob* cap. 27. *qui tam prosperitatis adulatione blanditus, quam adversitatis procellis impetitus, prudenter amicis respondit:* Iustificationem, quam tenere coepi, non deseram, *ut notat Seraphicus Doctor, ubi supra: De Inconstantia praeclare ait D. Greg. apud D. Bonau. in Pharetra lib. 3. cap. 5.* Dum cor in adversis sperat prospera; in prosperis formidat adversa, huc illucque quibusdam fluctibus volvitur, ac per modos varios rerum alternantium mutabilitate versatur.

Question IV: On negligence

[1] NEGLIGENCE in the purpose is a delay, or slowness, of reason and appetite in promoting what has already been well counseled and judged. And so it is opposed to Prudence by reason of due solicitude. Hence D. Bonau. p. 1. Centil. sect. 8. describes it: *It is the dereliction of a due circumstance in a good work.*

> *NEGLIGENTIA in proposito, est rationis, et appetitus cunctatio, seu tarditas in promovendo id, quod est iam bene consultatum, et iudicatum. Itaque opponitur Prudentiae ratione sollicitudinis debitae. Hinc D. Bonau. p. 1. Centil. sect. 8. eam describit:* Est debita circumstantiae derelictio in opere bono.

[2] But Gregory of Valentia OBSERVES that these sins are specifically distinct, and are to be specified in confession, when they have been directly willed, as they are against Prudence, but not when indirectly, in order to the work; for then it is enough to say the work of sin, for instance theft, etc. But if, from negligence of grave examination, you omit a mortal thing, it will have to be said, as D.

Bonau. says *in spec. animae, cap. 3.* at the end: So also if you neglect to learn by heart the things necessary for salvation.

> *OBSERVAT autem Gregorius de Valentia, haec peccata esse specie distincta, et esse specificanda in confessione, quando directe sunt volita, ut sunt contra Prudentiam, non autem quando indirecte, in ordine ad opus; tunc enim satis est dicere opus peccati, puta furtum, etc. Si autem, e negligentia gravi examinis omittas mortale, erit dicendum, ut ait D. Bonau.* in spec. animae, cap. 3. *ad finem: Sicut et si negligas ediscere necessaria ad salutem.*

3 He OBSERVES secondly that these sins, since they are of reason, arise especially from Lust, as D. Gregor. 31. *Moral. cap. 31.* teaches, although they arise also from other sins, especially Sloth, as the Saintly Doctor says.

> *OBSERVAT secundo peccata haec, cum sint rationis, maxime a Luxuria oriri, ut docet D. Gregor. 31.* Moral. cap. 31. *quamvis ex aliis etiam peccatis oriantur, maxime Acedia, ut ait S. Doctor.*

4 But they are MORTAL, either on the part of the object and matter, if they are about something necessary for salvation under a mortal [aspect]: or on the part of the cause, if they are committed from such carelessness, or neglect of salvation, that one makes nothing of the friendship of God; otherwise, if from negligence some things not necessary for salvation are omitted, it will be venial, as D. Thom. *quaest. 54. art. 3.* teaches, and universally concerning all the vices opposed to Prudence teach Sylvester *under the word negligentia*, Valentia *quaest. 5. p. 1.*, Tannerus *num. 54.*, with D. Bonau. *in spec. animae, cap. 3.*

> *SUNT autem mortalia, vel ex parte obiecti, et materiae, si sint circa aliquid ad salutem necessarium sub mortali: vel ex parte causae, si committantur ex tali incuria, seu neglectu salutis, ut quis nihili faciat Dei amicitiam; alioqui, si ex negligentia omittantur aliqua non necessaria ad salutem, erit veniale, ut docet D. Thom.* quaest. 54. art. 3. *et universim de omnibus vitiis Prudentiae oppositis docent Sylvester* verbo negligentia*, Valentia* quaest. 5. p. 1. *Tannerus* num. 54. *cum D. Bonau.* in spec. animae, cap. 3.

5 Nor indeed are they necessarily to be explained distinctly in confession, unless when they have been directly willed, otherwise they are only the conditions of sins. So D. Thom. Valentia, Caiet. Tannerus with D. Bonau. *loc. cit. Centil. and more clearly in speculo animae, cap. 3.*; and Prov. 19. brings it forward: *He who neglects his own life shall be killed:* He adds that negligence properly is the omission of a circumstance; but that sloth is a desistence from the work.

> *NEQUE vero sunt necessario distincte explicanda in confessione, nisi quando directe sunt volita, alioqui sunt tantum conditiones peccatorum. Ita D. Thom. Valentia, Caiet. Tannerus cum D. Bonau.* loc. cit. Centil. et clarius in speculo, animae, cap. 3. *et affert id Proverb. 19.* Qui negligit vitam suam, mortificabitur: *Addit, negligentiam proprie esse omissionem circumstantiae; desidiam vero esse desitentiam ab opere.*

Question V: On the prudence of the flesh

1 NOW we must treat of the vices opposed to Prudence by excess, which bear a false likeness of Prudence.

> *IAM agendum de vitiis oppositis Prudentiae per excessum, quae speciem falsam Prudentiae habent.*

2 PRUDENCE OF THE FLESH is the scheming of reason, clever, and adapted to attaining some perverse end, conformed to the depraved carnal appetite; and it is a mortal sin, if it sets itself up as the ultimate end.

PRUDENTIA carnis est machinatio rationis, solers, et accommodata ad consequendum pravum aliquem finem, conformem depravato appetitui carnali; estque peccatum mortale, si eum ultimum finem sibi praestituat.

3 Of this the Apostle speaks, Rom. 8. *The prudence of the flesh is an enemy to God: for it is not subject to the law of God.* See St. Thomas *quaest. 55. art. 1.* Valencia *quaest. 5. punct. 2.* Tanner *num. 55.* with St. Bonaventure cited at the beginning.

De hac intelligitur Apostolus Rom. 8. Prudentia Carnis inimica est Deo: Legi enim Dei non est subiecta. *Vide D. Thom.* quaest. 55. art. 1. *Valentia* quaest. 5. punct. 2. *Tanner.* num. 55. *cum D. Bonavent. allegato initio.*

4 This sin, however, is not distinct from that which is committed by a perverse work, unless this prudence is directly willed, as I said in quaestione 4.

Hoc vero peccatum non est distinctum ab eo, quod patratur pravo opere, nisi directe sit volita haec prudentia, ut dixi quaestione 4.

Question VI: On cunning

1 CRAFTINESS is the devising of means which, toward some end, whether good or evil, are such that they indeed appear good, but are in reality false and feigned. Thus it is gathered from the Philosopher lib. 1. *Magn. Moral. cap. 33.* and lib. 6. *Eth. cap. 12.* and St. Thomas *art. 3.* See Tanner *disp. 3. quaest. 1. dub. 4.* It is often called Prudence *Proverb. 1.* yet it is a vice[1], as is said 2. Corinth. 4. *Not walking in craftiness.* For the crafty and the dissemblers provoke the anger of God, whether for hidden iniquity or for open simulation; as St. Bernard says, *de ordine vitae, finem versus.* It usually attacks the weaker and the less discerning; thus the Devil, before the Master of Craftiness, in the serpent, the most cunning of Animals, deceived not the man but the woman, endowed indeed with less discretion, by feigned speech.

1 N. Editor's note: the print reads 'Proptie tamen est vitium' (OCR 'ptie'), likely a misprint for 'Proprie'; rendered as 'nevertheless it is a vice'. The print also has the clause 'sicuti Prudentia in malo sensu saepe accipitur', omitted in the first transcription and restored in the Latin.

ASTUTIA est excogitatio mediorum, quae ad finem aliquem, sive bonum, sive malum, ita sunt idonea, ut quidem videantur bona, sed revera sint falsa, et simulata. Ita colligitur ex Philosopho lib. 1. Magn. Moral. cap. 33. *et lib. 6.* Eth. cap. 12. *et D. Thom.* art. 3. *Vide Tanner.* disp. 3. quaest. 1. dub. 4. *Ipsa saepe prudentia vocatur Astutia* Proverb. 1. *sicuti Prudentia in malo sensu saepe accipitur. Proptie tamen est vitium, ut dicitur 2. Corinth. 4.* Non ambulantes in astutia. *Astuti enim, et simulatores provocant iram Dei, sive pro occulta iniquitate, sive pro aperta simulatione; ut ait D. Bernard.* de ordine vitae, finem versus. *Haec imbecilliores et minus discretos solet aggredi; sic Diabolus, prius Astutiae Magister, in serpente, callidissimo Animale, non virum, sed mulierem, minori quippe discretione dotatam, simulata loquela decepit.*

2 WHEREFORE St. Gregory says, lib. 9. moral. cap. 17. *Two things are to be feared in good works, sloth, and deceit. Sloth is caused by lesser love of God; Craftiness is caused by greater love of self,* the latter, proceeding from private love of self, issues outwardly in the circumvention of one's neighbor, simulating one thing in deeds while putting forward another in words, or the contrary.

QUARE ait D. Gregor. lib. 9. moral. cap. 17. Duo sunt in bonis operibus timenda, desidia, et fraus, Desidiam facit minor amor Dei; Astutiam facit maior amor sui*, haec ex privata sui dilectione prodit exterius in circumventione proximi, aliud simulans factis, aliud praeferens verbis, vel e contra.*

[3] MANY examples of Craftiness from the Sacred Letters the Saintly Doctor records *in Bibliis pauperum, cap. 54.* as when Laban was searching the household goods of Jacob, and came to the tent of Rachel, she, by feigning the custom of women, craftily deluded him *Genes. 31.*

> *PLURIMA Astutiae exempla e Sacris litteris commemorat S. Doctor* in Bibliis pauperum, cap. 54. *ut cum scrutaretur Laban suppellectilem Iacob, et veniret ad Tentorium Rachel, illa, simulata foeminarum consuetudine, eum astute delusit* Genes. 31.

[4] SO the Gabaonites, knowing what Joshua had done to Jericho and Hai, cunningly plotted how they might so act as not to be utterly destroyed *Ios. 9.*

> *ITA Gabaonitae, scientes quid fecerit Iosuë Iericho, et Hai, callide cogitaverunt, quomodo ita facere possent, ut non penitus delerentur* Ios. 9.

[5] SO Absalom, coveting the kingdom of his Father, maliciously began to flatter the people, cunningly boasting that he would judge with all equity *2. Reg. 15.*

> *SIC Absalon, Ambiens regnum sui Patris, malitiose coepit populo adulari, astute iactans se cum omni aequitate iudicaturum* 2. Reg. 15.

[6] TO these add in the New Testament the Craftiness of Herod, wishing to learn the time of the star *Matth. 2.* so that coming he might rather kill than adore, though he cunningly simulated the latter; thus also the Pharisees, often seeking to catch the Lord in his speech, now sent disciples to him, simulators of Justice, now brought a woman taken in adultery; and many other things, which see in the place cited above.

> *HIS adiice in novo testamento Astutiam Herodis, volentis addiscere tempus stellae* Matth. 2. *ut veniens potius occideret, quam adoraret, licet posterius callide simularet; Ita saepenumero Pharisaei cupientes capere Dominum in sermone, nunc miserunt ad eum discipulos, Iustitiae simulatores, modo foeminam in adulterio deprehensam adduxere; et alia plura, quae vide loco supra citato.*

Question VII: On guile

[1] Deceit is, when one thing is done and another feigned, as St. Bonaventure says on that passage of John 1. *In which there is no deceit*. To be deceitful is said to be to have two hearts, as the Psalmist says: *They spoke in heart, and heart*.

> ***De DOLO.***
>
> *Dolus est, cum aliud agitur, aliud fingitur, ut ait S. Bonav. ad id Ioan. 1.* In quo dolus non est. *Dolosus dicitur, duo corda habere, ut ait Psalmista:* In corde, et corde locuti sunt.

[2] Deceit is also a kind of execution of Craftiness, now by words, according to Psal. 5. *With their tongues they dealt deceitfully;* now by deeds, according to Psal. 105. *That they might work deceit against his servants.* For Craftiness meditates deceits, as is said Psal. 37. and Eccles. 19.

> *Dolus est etiam executio quaedam Astutiae, tum per verba, iuxta id Psal. 5.* Linguis suis dolose agebant; *tum per facta, iuxta id Psal. 105.* Ut dolum facerent in servis eius. *Astutia enim dolos meditatur, ut dicitur Psal. 37. et Eccles. 19.*

[3] It can be, either expressed outwardly in speech, as when one contracting betrothal calls himself Peter, though he is called John; or it can be hidden, as when one speaks in such a way as one who

simply consents. Thus St. Bonaventure in 4. dist. 17. dub. 2. literal reading.

> *Hic potest esse, vel expressus foris sermone, sicuti qui sponsalia contrahens, vocaret se Petrum, cum vocaretur Ioannes; vel potest esse occultus, ut cum quis ita loquitur, sicut qui simpliciter consentit. Ita D. Bonav. in 4. dist. 17. dub. 2. litterali.*

Question VIII: On fraud

1 It is defined by St. Bonaventure in Comp. term. Theol. *It is a will deceiving the expectation of one's neighbor for earthly gain.*

> ***De FRAUDE.***
>
> *Definitur a D. Bonavent. in Comp. term. Theol.* Est voluntas praestitum proximi decipiens ob terrenum emolumentum.

2 It is divided, 1. p. Coenil. sect. 8. according to the variety of objects; whence habits are known through acts.

> *Dividitur, 1. p. Coenil. sect. 8. pro varietate obiectorum; unde per actus dignoscuntur habitus.*

3 Fraud is the execution of Craftiness, but precisely through deeds, and also through words (says St. Bonaventure ad 1. Ioan. in the place cited). It is a mortal or venial sin according to the subject matter, as Cajetan notes under the word *Fraus*, Valencia quaest. 5. puncto 2.

> *Fraus est executio Astutiae, sed praecise per facta patet, tum etiam verbis, (ait S. Bonav. ad 1. Ioan. loco adducto.) Est autem peccatum mortale, vel veniale pro subiecta materia, ut notat Caietanus verbo* Fraus*, Valentia quaest. 5. puncto 2.*

4 It therefore differs from deceit in this, that deceit is either through words or through deeds; while this executes craftiness more through deeds, as Tanner notes with St. Bonaventure there.

> *In hoc igitur differt a dolo, quod dolus sive per verba, sive per facta; haec vero per facta magis astutiam exequitur, ut notat Tannetus cum D. Bonav. ibi.*

Question IX: On solicitude for temporal things

1 This is immoderate study about temporal goods, either because in them the ultimate end is placed, or because it has joined to it a superfluous fear of lacking them. This solicitude Christ forbids, Matth. 6. *Be not solicitous.* So St. Bonaventure, Opusc. Explicatio terminorum Theologiae, and in the first part of the Centiloquium, sectione 8. It is defined by Cicero here, sectione 22. *It is immoderate Love of possessing.*

> ***De sollicitudine temporalium.***
>
> *Haec est studium immoderatum circa bona temporalia, vel quia in eis constituatur ultimus finis, vel quia habet adiunctum timorem superfluum eis carendi. Hanc sollicitudinem prohibet Christus Matth. 6.* Nolite solliciti esse. *Ita S. Bonau. Opusc. Explicatio terminorum Theologiae, et parte prima Centiloquii, sectione 8. Ea definitur a Tullio, hic, sectione* 22. Est Amor immoderatus habendi.

2 It has especially three species: The first is great anxiety for acquiring temporal things, whether the effect follows or not; and this is found both in those who possess much and those who possess little: The second is great tenacity in retaining, which allows nothing to be spent on pious causes or the relief of the poor: The third, finally, is a burning thirst for amassing worldly riches from every quarter,

whether by fair means or foul. So St. Bonaventure, de profectu Relig. lib. 1. cap. 34. and most excellently in the Diaeta, tit. 1. cap. 6. he compares the man solicitous of temporal things to the Mole; for the wickedness of this solicitude is dark and its imprudence blind; as many possessions as it has, so many tombs it has, which it digs for itself, burying itself in continual solicitude. Then the Saintly Doctor reproves this care for riches with various other similitudes set forth there, which see.

> *Tres habet praecipue species: Prima est magna acquirendi temporalia anxietas, sive effectus sequatur, sive non; et haec habetur tam in his qui multum, quam qui modicum possident: Secunda est, magna retinendi tenacitas, quae in pias causas, aut pauperum subsidium nihil sinit erogari: Tertia denique est ardens sitis undecunque mundanas divitias, sive per fas, sive per nefas, accumulandi. Ita D. Bonau. de profectu Relig. lib. 1. cap. 34. eximie vero in Diaeta, tit. 1. cap. 6. rerum temporalium sollicitum Talpae comparat; huius enim sollicitudinis atra est nequitia, et caeca imprudentia; quot habet possiones, tot habet tumulos, quos continua sollicitudine sibi sepeliendo effodit. Deinde variis aliis appositis similitudinibus reprobat S. Doctor hanc Divitiarum curam, quas ibi vide.*

3 Toward the end of the Chapter he records several effects of this solicitude, the chief of which is servitude of Idols *Ephes. 5.* For to this Avatus refers all his works.

> *Ad finem vero Capitis, plures effectus huius sollicitudinis recenset, quorum praecipuus est Idolorum servitus* Ephes. 5. *Ad hanc enim Avatus omnia sua opera refert.*

4 The second is folly opposed to prudence; for as the fool does not guard against danger, however near,[1] so the man solicitous about the world, though near to death, does not guard against his peril, as is said, Lucae 12. *Fool, this night thy soul shall be required of thee,* other effects see in the same place.

1 Editor's note: the print reads 'sicut stultas non praecavet periculum'; 'stultas' is not grammatical here and is rendered 'stultus' (the fool), the sense required by the parallel clause.

> *Secundus, est stultitia prudentiae opposita; nam sicut stultas non praecavet periculum, quamvis propinquum sit; ita de mundo sollicitus, etiam morti propinquus, suum periculum non praecavet, ut dicitur, Lucae 12.* Stulte, hac nocte animam tuam repetent, *alios effectus ibidem vide.*

Question X: On solicitude for the future

1 Immoderate solicitude for the future is reproved, Matth. 6. *Be not solicitous for the morrow.* Of this the Saintly Doctor treats in the exposition of cap. 2. of the rule, at those words: *And let them not be solicitous.*

> ***De sollicitudine Futurorum.***
>
> *Immoderata sollicitudo de futuris reprehenditur, Matth. 6.* Nolite solliciti esse in Crastino. *De ea agit S. Doct. in expositione cap. 2. regulae, ad ea verba:* Et non sint solliciti.

2 In Religious, though small, this withdraws from perfection; in a Father of a family, when moderate, it is laudable; in anyone, however, when immoderate, it is culpable; and it destroys that prudence and confidence by which we ought to cast all our solicitude upon God; who feeds the fowls of the air, to die on the morrow; and clothes the lilies of the field, though soon to be cast into the oven.

> *Haec in Religiosis, quamvis parva, a perfectione retrahit; in Patrefamilias moderata laudabilis; in quocumque vero immoderata, culpabilis est; et prudentiam, ac confidentiam illam destruit, qua omnem nostram sollicitudinem in Deum coniicere debemus; qui nutrit volatilia caeli, crastino die moritura; et vestit lilia agri, mox licet in clibano proiicienda.*

3 Of this solicitude St. Bernard says excellently, de verb. Psalm. 23. *There are other thoughts, more violent, which pertain to the necessities of nature; For often the Carnal thought about drink, about food, or about clothing so affects us, that it can scarcely be eradicated from our hearts.* He gives the reason, because solicitude of this kind, viscous and muddy, will find muddy ground too, to which it may adhere; for man, formed not of other earth than muddy earth, conscious of his need, distrusts the providence of things to come, and directs every thought toward it, that he may follow upon it. But since our providence is uncertain, according to true prudence all our solicitude must be cast upon God; for to trust to oneself in those things whose outcome is uncertain is to distrust, as St. Bernard has it, serm. 5. de vigil. Nativit. Domini.

> *De hac sollicitudine eximie D Bernard. de verb. Psalm. 23.* Sunt et aliae cogitationes violentae magis, quae ad necessitates naturae pertinent; Saepe enim sic nos afficit cogitatio Carnalis de potu, de cibo, sive vestimento, ut vix eradicari queat de cordibus nostris. *Rationem affert, eo quod sollicitudo huiusmodi viscosa, et limosa, limosam quoque terram, cui adhaerescat, invenerit, homo etenim non de alia terra, quam limosa plasmatus, suae indigentiae conscius; futurorum providentiae diffidit, omnemque cogitatum eo confert, ut de ea secutus sit. Verum cum incertae sint providentiae nostrae, iuxta veram prudentiam, in Deum omnis sollicitudo nostra coniicienda est; sibi enim de se confidere in his, quorum eventus incertus est, diffidere est, ut habet D. Bern. serm. 5. de vigil. Nativit. Domini.*

Question XI: On the precepts of prudence

1 It is not doubtful that the Virtue of Prudence, which is the rule of all the virtues, is a matter of precept; for all the other affirmative precepts about the acts of the virtues presuppose the affirmative precepts of prudence, both in general and in species, by this very fact, that they must be done prudently from right election through prudence. Similarly all the negative precepts, forbidding the contrary acts of the vices, presuppose the negative precepts of prudence, inhibiting the acts of imprudence by which vicious acts would be badly directed.

> ***De praeceptis PRUDENTIAE.***
>
> *Non est dubium, Virtutem Prudentiae, quae est regula omnium virtutum, esse praeceptum; etenim omnia alia praecepta affirmativa de actibus virtutum supponunt praecepta affirmativa prudentiae; tum in genere, tum in specie, hoc ipso, quod ipsi prudenter fieri debent ex recta electione per prudentiam. Similiter omnia praecepta negativa, vetantia contrarios actus vitiorum, supponunt praecepta negativa prudentiae, inhibentia imprudentiae actus, a quibus actus vitiosi prave dirigerentur.*

2 AND hence is had the reason why precepts of prudence had not to be given in the Decalogue: for these stand antecedently to all the precepts of the Decalogue.

> *ATQUE hinc habetur ratio, cur non oportuerit in Decalogo dari praecepta prudentiae: habent enim haec se antecedenter ad omnia praecepta Decalogi.*

3 BUT these precepts of Prudence are set forth in many places, Leuit. 19. *Thou shalt not do Calumny to thy neighbor*, namely through craftiness, deceit, or fraud. Deuter. 25. *Thou shalt not have in thy sack divers weights, a greater and a less.* Prouerb. 3. *Lean not upon thy own prudence;* that is, be not, assuredly, tenacious of thine own judgment.

> *PONUNTUR autem in multis locis haec praecepta Prudentiae, Leuit. 19.* Non facies Calumniam proximo tuo, *per astutiam scilicet, dolum, vel fraudem. Deuter. 25.* Non habebis in sacculo tuo diversa pondera, maius, et minus. *Prouerb. 3.* Ne innitaris prudentia tua; *idest, ne nimirum sis tenax tui proprii iudicii.*

4 Prouerb. 4. *Acquire prudence, and seize it,* and cap. 9. *Walk by the ways of prudence. And Matth. 10. Be ye therefore prudent as serpents, and simple as doves,* where St. Jerome says: *That by prudence they may avoid snares; by simplicity not do evil. And the craftiness of the serpent is put as an example, because with its whole body it hides its head, that it may protect that in which life is. So let us guard with the peril of our whole body our head, who is CHRIST, that is, the faith whole and incorrupt.* This is the interpretation also of Hilary, can. 10. *in Matth.* Epiph. *haeresi 37.* and St. Bonaventure everywhere, as I said *disp. hac quaest.* 2. where I also brought forward other properties of the serpent, of which some also bring forward Rabanus, Remigius, and many others.

> *Prouerb. 4.* Acquire prudentiam, et arripe illam, et cap. 9. Ambulate per vias prudentiae. Et Matth. 10. Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae, *ubi D. Hieronymus ait:* Ut per prudentiam deuitent insidias; per simplicitatem non faciant malum. Et serpentis astutia ponitur in exemplum, quia toto corpore occultat caput, ut illud, in quo vita est, protegat. Ita nos toto periculo corporis caput nostrum, qui CHRISTUS est, custodiamus, idest, fidem integram, et incorruptam. *Haec est interpretatio etiam Hilarii can. 10.* in Matth. *Epiph.* haeresi 37. *ac D. Bonau. passim, ut dixi* disp. hac quaest. 2. *ubi alias etiam serpentis proprietates attuli, e quibus aliquas afferunt etiam Rabbanus, Remigius, et alii multi.*

5 TO the precept of prudence also pertain those words Rom. 12. *Be not prudent in your own selves* according to Prouerb. 3. *Lean not upon thy own prudence. Be not wise in thine own conceit. And cap. 4. Possess prudence. And below: Let thine eyes see things that are right, and let thy eyelids go before thy steps. Direct the path for thy feet, and thy actions shall be established.* Tit. 2. *Let them be sober, chaste, prudent, etc.* first Peter 4. *Be prudent therefore, and watch in prayers.* Matth. 10. *Be ye therefore prudent as serpents.*

> *PERTINENT etiam ad praeceptum prudentiae ea verba Rom. 12.* Nolite esse prudentes apud vos metipsos *iuxta id Prouerb. 3.* Ne innitaris prudentia tua. Ne sis sapiens apud temetipsum. Et cap. 4. Posside prudentiam. Et infra: Oculi tui recta videant, et palpebrae tuae praecedant gressus tuos. Dirige semitam pedibus tuis, et actiones tuae tuae stabilientur. *Tit. 2.* Sobrii sint, pudici, prudentes, etc. *prima Petri 4.* Estote itaque prudentes, et vigilate in orationibus. *Matth. 10.* Estote ergo prudentes, sicut serpentes.

6 There are also negative precepts of abstaining from the things opposed to Prudence, related above.

> *Sunt etiam praecepta negativaque abstinendi ab his, quae Prudentiae opponuntur, supra relatis.*

Disputation XXIII: On Justice

1 JUSTICE is one thing, directing man in good, and this embraces the other virtues; wherefore it is called *General:* Another is that correcting and Coercing from evil, which is called *Iudicial;* Finally another is that which renders to each one his own proper and due good, of which we treat here, and which is called *Cardinal:* This is Illustrated with various similitudes by St. Bonaventure, which I shall indicate below *quaest. 3.*

> ***De Iustitia.***
>
> *IUSTITIA alia est dirigens hominem in bono, et haec caeteras virtutes complectitur; quare dicitur* Generalis: *Alia est corrigens, et Coërcens a malo, quae vocatur* Iudicialis; *Alia denique quae reddit unicuique proprium, et debitum bonum, de qua hic, vocaturque* Cardinalis: *Haec variis similitudinibus Illustratur a D. Bonauentura, quas infra* quaest. 3. *indicabo.*

2 THIS also is at times confounded with the prior acceptation of Justice among the Fathers, by oratorical application; thus it is defined from St. Bernard by the Seraphic Doctor, lib. 2. Pharetrae, cap. 42. *Justice is a virtue, rendering to each one what is his own; render therefore to the three, what is theirs; render to the superior, render to the inferior, render to the equal, to each what is his own,* the same pursues there: *We have before us, superiors; after us, juniors; at the right, friends; at the left, enemies; let us render therefore to each what is his own, to superiors obedience; to juniors Doctrine; to friends joy; to enemies patience.* But how far this stands from legal Justice, of which we dispute here, I shall show in quaestione 3.

> *HAEC etiam aliquando cum priori acceptione Iustitiae apud Patres, oratoria applicatione confunditur; ita e D. Bernard. definitur apud Seraphicum, lib. 2. Pharetrae, cap. 42.* Iustitia virtus est, quod suum est, unicuique tribuens; tribue ergo tribus, quae sua sunt; redde superiori, redde inferiori, redde aequali, cuique quod suum est, *idem ibi prosequitur:* Habemus ante nos, priores; post nos, Iuniores; a Dextris amicos; a sinistris inimicos; reddamus ergo singulis quod suum est, prioribus obedientiam; Iunioribus Doctrinam; amicis laetitiam; inimicis patientiam. *Verum quantum haec distet a Iustitia legali; de qua hic disputatur, dicta quaestione 3. aperiam.*

Question I: Whether right is the object of justice

1 ALL Theologians, Jurists, and Philosophers hold that Ius is the object of the Virtue of Justice: but one must diligently see which Ius is established as the object of this virtue; and which Virtue Justice is understood to be by us; for each can be taken in many ways.

> ***An Ivs sit obiectum IUSTITIAE.***
>
> *OMNES Theologi, Iurisconsulti, atque Philosophi Ius statuunt obiectum Virtutis Iustitiae: sed oportet sedulo videre, quodnam Ius constituatur obiectum huius virtutis; et quae Virtus Iustitiae a nobis intelligatur; multis enim modis utrumque accipi potest.*

2 FOR JUSTICE is taken chiefly in three ways. First, for the habit by which we are made suited to all things equitable, both in order to ourselves, and in order to God and others: thus it is taken by all Philosophers, but more by Theologians, who understand in this sense what is delivered universally in the Scriptures, when someone is named just, namely endowed with all the virtues, which is everywhere met with, where they name Just men heroes, as Genes. 6. *Noë a just man* Genes. 6. Iob. 1. Eccles. 40. et seq. as the Saintly Doctor observes everywhere. The Doctor interprets it at ad 3. Luca:[1]

Make straight your paths, according to 16. Isa. *The path of the just is right.* Prouerb. 4. *I led thee by the paths of equity.* So Prouerb. 8. *I walk in the ways of justice.* So Gregory of Nyssa, lib. de beat. oratione 4. understands it Matth. 5. *Blessed who hunger and thirst after justice,* in which sense it is taken also by St. Augustine at that place, cited by St. Bonaventure 3. p. Centiloquii, sect. 44. and lib. 2. Pharet. cap. 42.

[1] Editor's note: the print reads 'Ided ad 3. Luca interpretatur id'; 'Ided' is unintelligible and is rendered 'Ideo' (therefore), as a new clause begins.

> *IUSTITIA enim tribus modis praecipue accipitur. Primo pro habitu, quo reddimur idonei ad omnia aequa, cum in ordine ad se, quam in ordine ad Deum, aliosque: sic accipitur ab omnibus Philosophis, magis vero a Theologis, qui hoc sensu intelligunt id, quod universaliter in Scripturis traditur, cum aliquem iustum nominant, nempe omnibus praeditum virtutibus, quod passim obvium est, quae Iustos heroes nominant, ut Genes. 6.* Noë vir iustus *Genes. 6. Iob. 1. Eccles. 40. et seq. ut observat S. Doct. passim. Ided ad 3. Luca interpretatur id:* Rectas facite semitas, *iuxta 16. Isa.* Semita iusti recta est. *Prouerb. 4.* Duxi te per semitas aequitatis. *Sic Prouerb. 8.* In viis iustitiae ambulo. *Sic Gregorius Nyssenus lib. de beat. oratione 4. intelligit id Matth. 5.* Beati qui esuriunt, et sitiunt iustitiam, *quo sensu accipitur etiam a D. August. ad eum locum apud D. Bonau. 3. p. Centiloquii, sect. 44. et lib. 2. Pharet. cap. 42.*

[3] IN like manner Justice is taken for the habit infused with sanctifying grace, by which one is constituted just, and holy, endowed with all the virtues. So Rom. 3. *But the justice of God, by the faith of Jesus Christ, unto all who believe in him.* Which is called the justice of God, not formally, but efficiently from God, or the gift of God, as St. Augustine teaches *lib. de Spiritu, et litt. cap. 9.* and the Holy Council of Trent often inculcates, and gravely defines, as I showed *Tract. de Gratia, disp. 2.*

> *SIMILI modo accipitur Iustitia pro habitu infuso gratiae sanctificantis, quo quis constituitur iustus, et sanctus, omnibus virtutibus dotatus. Sic Rom. 3.* Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes, qui credunt in eum. *Quae dicitur iustitia Dei, non formaliter, sed efficienter a Deo, seu donum Dei, ut docet D. August.* lib. de Spiritu, et litt. cap. 9. *et saepe iniungit, atque graviter definit Sanctum Concilium Tridentinum, ut ostendi* Tract. de Gratia, disp. 2.

[4] THEREFORE we do not take justice in so general a sense, but as it is a particular virtue among the four Cardinal ones, whose proper praise and office is to constitute the due equality between men, as the Saintly Doctor notes *in 3. dist. 33. dub. 1. et in quaestionibus passim, et in 4. dist. 15. passim et 3. p. Cencil. sect. 44. et 5. p. Breuil. cap. 4. et lib. 2. Phar. cap. 42. et in Diata, tit. 5. cap. 8.*

> *NON igitur tam generali ratione iustitiam accipimus, sed ut est quaedam peculiaris virtus e quatuor Cardinalibus, cuius propria laus, et munus sit constituere aequalitatem debitam inter homines, ut advertit S. Doct.* in 3. dist. 33. dub. 1. et in quaestionibus passim, et in 4. dist. 15. passim et 3. p. Cencil. sect. 44. et 5. p. Breuil. cap. 4. et lib. 2. Phar. cap. 42. et in Diata, tit. 5. cap. 8.

[5] WISDOM takes it thus, c. 8. where it is said, *to teach Soberness, and Wisdom, Justice and Virtue;* where it calls Soberness Temperance; for Wisdom it understands Prudence; for Virtue, Fortitude; but it takes Justice for the Virtue of Justice, which is the second Cardinal virtue among those, as Gregory of Valencia notes *disp. 5. quaest. 1. puncto 1.* after St. Bonaventure *in the Commentary on that place.*

> *EAM sic accipit Sapientia c. 8. ubi dicitur,* docere Sobrietatem, et Sapientiam, Iustitiam et Virtutem; *ubi sobrietatem vocat Temperantiam; pro Sapientia intelligit Prudentiam; pro Virtute Fortitudinem; Iustitiam vero pro Iustitiae Virtute accipit, quae inter illas est secunda virtus Cardinalis, ut advertit Gregorius de Valentia* disp. 5. quaest. 1. puncto 1. *post D. Bonau.* in Commentario eius loci.

6 THIRDLY, in another mode the Saintly Doctor takes it *in 3. § dist. 33. dub. 1. litt. et in Diaeta, tit. 5. cap. 31.* for the judicial, coercing with punishments; But this is a species of the Cardinal, as I shall say; nevertheless all commonly call it this, when it is said: Justice inquired into Peter, punishes; or: Peter is afflicted in Justice.

> *TERTIO alio modo eam accipit S. Doct.* in 3. § dist. 33. dub. 1. litt. et in Diaeta, tit. 5. cap. 31. *pro iudiciali coërcente poenis; Sed haec est species Cardinalis, ut dicam; eam tamen communiter vocant omnes, cum dicitur: Iustitia inquisivit Petrum, punit; vel: Petrus in Iustitia vexatur.*

7 ¶ Further, Ius also can be taken in many ways.

> ¶ *Porro Ius etiam multis modis accipi potest.*

8 ¶ First, whatever in any mode is equitable, or good, as the Jurist Paulus says *l. Ius, ff. de Iustitia, et Iure.*

> ¶ *Primo, quidquid quovis modo aequum est, seu bonum, ut ait Paulus Iurisconsult.* l. Ius, ff. de Iustitia, et Iure.

9 ¶ Second, it signifies whatever is conformable to law, as the Philosopher says *5. Eth. cap. 1.* In which way St. Isidore said *lib. 5. Ethymol. cap. 3.* that Law is a kind of species (that is, norm, or idea) of Ius, according to the doctrine of St. Thom. *art. 1. ad 2.*

> ¶ *Secundo significat quidquid est legi conforme, ut ait Philosophus* 5. Eth. cap. 1. *Quo pacto S. Isidorus dixit* lib. 5. Ethymol. cap. 3. *Legem esse quandam speciem (idest normam, seu ideam) Iuris, iuxta doctrinam D. Thom.* art. 1. ad 2.

10 ¶ Third, it signifies the lawful faculty, or power of doing, or acquiring, or possessing, or alienating something, as the Jurists distinguish between Ius *ad rem*, which is owed to someone; and Ius *in re*, which someone also possesses.

> ¶ *Tertio significat legitimam facultatem, seu potestatem faciendi, aut acquirendi, aut possidendi, aut alienandi quippiam, quomodo Iurisperiti distinguunt inter Ius* ad rem, *quae alicui debetur; et Ius* in re, *quam etiam quis possidet.*

11 ¶ Fourth, it is taken for the Sentence of a judge, as the Jurist Paulus has it *loco citato*.

> ¶ *Quarto sumitur pro Sententia iudicis, ut habet Paulus Iurisconsult.* loco citato.

12 ¶ Fifth, it signifies the same as Lex, that is, the dictamen of prudence, whether natural, or in habit, or the authority for making laws, in which way Ius is divided into the Natural of nations, and Civil, by Ulpian in *l. Iuri, et* often by St. Bonaventure in *4. dist. 36. quaest. 1. et 3. p. Centil. cap. 44. et* other places, cited in the tract. *de Legibus*.

> ¶ *Quinto significat idem, quod Lex, idest, dictamen prudentiae, aut naturale, aut in habitu authoritatem ad condendas leges, quo pacto Ius dividitur in Naturale gentium, et Civile, ab Ulpiano in* l. Iuri, et *saepe a D. Bonav. in* 4. dist. 36. quaest. 1. et 3. p. Centil. cap. 44. et *aliis locis, adductis tract.* de Legibus.

13 ¶ In none of the said modes, or the others enumerated by Valencia, is Ius taken here, but it is taken for the same as Iustum, through equality with another. Hence Scotus *lib. 3. de Iustitia, et Iure, quaest. 1. art. 1.* says that Ius, by APOCOPE, is said as it were iustum: Whence also in Greek Ius and Iustum are expressed by the same word *δίκαιον*. The ethymology of which word Ius properly sounds, to be just through the equality of thing with thing. For, as the Philosopher says *5. Eth. cap. 4.* on that account it is called ius *δίκαιον*, because it is *δίχα*, that is, divided in two, as if to say bipartite; and

what is divided in two is divided into equal parts according to the ratio of discrete quantity, inasmuch as it is divided into one and one. Whence, and Iudex, as Aristotle says in the same place, because he determines the just through the equality of thing with thing, is called Bipartitor. And by this reason Justice is called Equity. Thus *Proverb. 8. Mine is Equity, mine is Prudence, mine is Fortitude*, as the Saintly Doctor observes *ad cap. 8. Sapientiae*.

¶ *Nullo ex dictis modis, vel aliis enumeratis a Valentia, accipitur hic Ius, sed sumitur pro eodem, ac Iustum, per aequalitatem cum altero. Hinc Scotus* lib. 3. de Iustitia, et Iure, quaest. 1. art. 1. *Ius per APOCopen, quasi iustum, dici ait: Unde etiam in Graeco Ius, et Iustum eodem vocabulo* δίκαιον *exprimitur. Cuius vocabuli ethymologia Ius proprie sonat, esse iustum per aequalitatem rei cum re. Nam, ut ait Philosophus* 5. Eth. cap. 4. *propterea appellatur ius* δίκαιον, *quia* δίχα, *idest bifariam divisum est, quasi dixeris bipartitum, quod autem bifariam dividitur, in partes dividitur aequales secundum rationem discretae quantitatis, quandoquidem dividitur in unum, et unum. Unde, et Iudex, ut ibidem ait Aristoteles, quia iustum per aequalitatem rei cum re determinat, dicitur Bipartitor. Et hac ratione Iustitia dicitur AEquitas. Sic* Proverb. 8. Mea est AEquitas, mea est Prudentia, mea est Fortitudo, *ut observat S. Doct.* ad cap. 8. Sapientiae.

14 ¶ Aristotle also used Ius in this sense *cap. 4.* when he said: *Ius, which is in exchanges, is a certain constant equality according to Arithmetic proportion; but that ius, which is in distributions*, he had said *cap. 3. according to Geometric proportion*.

¶ *Hoc etiam sensu Ius usurpavit Aristoteles* cap. 4. *cum dixit:* Ius, quod in commerciis est, esse aequum quoddam constans proportione Arithmetica; id autem ius est, quod est in distributionibus constare, *dixerat* cap. 3. proportione Geometrica.

15 ¶ Moderns labor in this ius, which is the object of Justice, in making it clear; and as I see, Mastrius observes the matter *Tom. 2. disp. 7. num. 163.* saying, that it is That which constitutes dominion, which is twofold, of Jurisdiction, and of Property. This dominion however is defined by the Jurists: *The faculty of using a thing at pleasure, without injury to another.* In which definition, says Hurtado *disp. 12. de Incarn. sect. 3.* a circle is committed; for also in defining injury, they say it is *the use of a thing against the right and will of the Lord*. Thus Ius is defined through Injury, and this through Ius, which is to run in a circle against Aristotle *5. Metaph. cap. 15.* Hence Cardinal Lugo *disp. 1. de Iustitia, et disp. 3. de Incarn. sect. 2. num. 42.* teaches, that this ius, which is the object of Justice, is nothing else than a certain moral prelation, by which this man is morally preferred to others in the use of this thing, by reason of a peculiar connexion, which the thing has with him. Which explanation Bellutus also embraces *disp. 7. de Incarn. quaest 6. art. 1.* and Mastrius *num. 164*. He adds, however, that this prelation must be explained, from what head it arises, namely from the disposition of laws, or the nature of the thing. Thus it is explained a priori.

¶ *Laborant moderni in hoc iure, quod est obiectum Iustitiae, enucleando; et ut video, rem observat Mastrius* Tom. 2. disp. 7. num. 163. *dicens, esse Illud, quod dominium constituit, quod duplex est, Iurisdictionis, et Proprietatis. Hoc autem dominium definitur a Iuristis:* Facultas utendi re pro libito, citra iniuriam alterius. *In qua definitione ait cum Hurtado* disp. 12. de Incarn. sect. 3. *committi circulum; nam etiam definiendo iniuriam, aiunt, esse* usum rei contra ius, et voluntatem Domini. *Sic autem Ius per Iniuriam, et haec per Ius definitur, quod est circulum obire contra Aristotelem* 5. Metaph. cap. 15. *Hinc Cardinalis Lugo* disp. 1. de Iustitia, et disp. 3. de Incarn. sect. 2. num. 42. *docet, hoc ius, quod est obiectum Iustitiae, nihil aliud esse, quam praelationem quandam moralem, qua hic homo moraliter praefertur aliis in usu huius rei, ratione peculiaris connexionis, quam res habet cum eo. Quam*

explicationem complectitur etiam Bellutus disp. 7. de Incarn. quaest 6. art. 1. *et Mastrius* num. 164. *Addit tamen, hanc praelationem explicandam, ex quo capite oriatur, puta ex dispositione legum, vel natura rei. Sic a priori explicatur.*

16 ¶ I indeed, weighing this new invention, find that all of these relapse into the same circle; for the Praelation in the use of a thing is an effect of ius. For each one is preferred in the use of a thing, namely a house, a garment, etc. because he has right to it before others, and so Ius is the fountain and cause of that prelation, and therefore ius is not expressed a priori. Again therefore if you seek the origin of that prelation, it must be taken a priori from ius; and so they walk in a circle.

¶ *Ego vero, novum hoc inventum ponderans, invenio, omnes hos in eundem circulum relabi; nam Praelatio in usu rei, est effectus iuris. Ideo enim praefertur quisque in usu rei, puta domus, vestis, etc. quia habet ad eam prae caeteris ius, atque adeo Ius est fons, et causa illius praelationis, et propterea non exprimitur ius a priori. Rursus ergo si quaeras originem illius praelationis, sumenda est a priori ex iure; et ideo in circuitu ambulant.*

17 ¶ Tanner therefore *disp. 4. quaest. 1. dub. 2. n. 8.* says, that Ius in re, in the mode of dominion, can scarcely be explicated by any common concept, since it is an analogon of proportionality to its inferiors, such as the dominion of Jurisdiction, and of Property, of which I shall treat in the *Disputationes de Furto, et Rapina.*

¶ *Tannerys itaque* disp. 4. quaest. 1. dub. 2. n. 8. *ait, Ius in re per modum dominii vix posse aliquo communi conceptu explicari, cum sit analogum proportionalitatis ad sua inferiora, qualia sunt dominium Iurisdictionis, et Proprietatis, de quibus agam* Disputationibus de Furto, et Rapina.

18 ¶ These things pre-stated, it is now established that the object of the Justice of which we treat is Ius, that is, as he says, the Iustum through a certain equality.

¶ *His praelibatis iam constat, Iustitiae, de qua agimus, obiectum esse Ius, idest, pro ut dicit Iustum per aequalem aequalitatem.*

19 ¶ It is proved first from the definition of Justice; which is defined through such Ius, as through its proper object. So Aristotle *5. Eth. cap. 1. We see, that this kind of habit is wont to be called Justice; from which men are made suited to doing just things. And cap 5. Justice is that by which the just man is called the doer of the just from election.* Where he takes iustum for the equal.

¶ *Probatur primo ex Iustitiae definitione; quae per huiusmodi Ius definitur, tanquam per proprium obiectum. Sic Aristoteles* 5. Eth. cap. 1. Videmus, omnes huiusmodi habitum appellari Iustitiam solere; ex quo ad agendas res iustas homines idonei efficiuntur. Et cap 5. Iustitia est, qua iustus dicitur iusti operator ex electione. *Ubi iustum accipit pro aequali.*

20 ¶ The Jurists also with the words of Ulpian *l. Iustitia, ff. de Iustitia, et Iure*, define Justice thus: *Justice is a constant, and perpetual will of rendering to each his ius.* Which definition St. Thom. also sets forth *quaest. 58. art 1.* and St. Bonaventure *3. p. Centil. sect. 44.* where he asserts it to be of the Masters.

¶ *Iurisperiti etiam verbis Ulpiani* l. Iustitia, ff. de Iustitia, et Iure*, Sic definiunt Iustitiam:* Iustitia est constans, et perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi. *Quam definitionem ponit etiam D. Thom.* quaest. 58. art 1. *et D Bonav.* 3. p. Centil. sect. 44. *ubi eam Magistrorum esse asserit.*

21 ¶ So also St. Ambrose *lib. 1. de offic. cap. 24. says: Justice renders to each his own ius, does not claim another's, neglects his own utility, and keeps the common equity.* And St. Augustine *lib. 19. de civit. cap. 21.*

There is not (he says) ius, where there is no justice: Justice moreover is that virtue which distributes to each his own,[2] So also St. Bonaventure reports *loco citato.*

[2] Editor's note: the print reads 'quae sua nique distribuit'; 'nique' is corrupt (apparently for 'unicuique'); rendered 'sua unicuique distribuit' (distributes to each his own).

¶ *Sic etiam D. Ambrosius* lib. 1. de offic. cap. 24. ait: Iustitia suum cuique ius tribuit, alienum non vendicat, utilitatem propriam negligit, et communem aequitatem custodiat. *Et D. August.* lib. 19. de civit. cap. 21. Non est (ait) ius, ubi nulla iustitia est: Iustitia porro ea virtus est, quae sua nique distribuit. *Sic refert etiam D. Bonav.* loco citato.

22 ¶ It is proved secondly by St. Bonaventure in *Diaeta, tit. 5. cap. 8.* That is the object of Justice, which constitutes the virtue, standing in the mean, not declining to the vicious extremes through excess, and defect: Such is ius, or iustum: Therefore. The Major is Aristotle's *2. Eth. cap. 6.* The Minor is proved; For then is one sinning against justice, when more or less is given than is owed. But the mean is the equitable, as Aristotle shows *5. Eth. cap. 3. et 4.* cited by St. Bonaventure *loc. cit.* He says. *Thus cap. 4. he says: Whence when men contend, they flee to the judge, etc. and they seek a judge in the mean, and some call him mediator, as if, should they have attained the mean, they should also attain the ius itself. Ius therefore is a certain mean, if indeed the judge also is in the mean; But the judge reduces to equality; and as, if a line be divided into two unequal parts, that by which the greater part exceeds the half, he takes from it, and joins to the lesser.*

¶ *Probatur secundo a D. Bonav. in* Diaeta, tit. 5. cap. 8. *Illud est obiectum Iustitiae, quod constituit virtutem, in medio constantem, non declinantem ad extrema vitiosa per excessum, et defectum: Tale est ius, seu iustum: Ergo. Maior est Aristotelis* 2. Eth. cap. 6. *Minor probatur; Nam tunc peccatur contra iustitiam, quando plus, minusve datur, quam debetur. Medium autem est aequum, ut ostendit Aristoteles* 5. Eth. cap. 3. et 4. *apud D. Bonav.* loc. cit. *Dicit.* Sic cap. 4. ait: Unde cum altercantur homines, ad iudicem confugiunt, etc. et quaerunt iudicem medium, et vocant nonnulli mediatorem, quasi si medium fuerint consecuti, ius quoque ipsum sint consecuturi. Ius igitur medium quoddam est, si quidem et iudex medium est; Iudex autem ad aequalitatem redigit; et quemadmodum, si linea in duas inaequalis partes divisa sit, illud, quo maior pars dimidium excedit, ab ea aufert, et adiungit minori.

23 ¶ The Saintly Doctor expounds it with an elegant Astronomical example: For as he says the Polar star, near the pole, is borne with a small gyre in the diurnal motion around the Pole; yet so, that it does not recede from the middle, that is, from the pole of the world; so also created Justice gyrates closely around the immovable Justice of God: And as, not declining, it keeps the straightness of the diurnal motion; so that as the line of the Equator in the middle of its circulation describes the Highest circle, on that account it does not allow the gyrating stars to decline to the right, or to the left, that is, toward the South, nor toward the North; although it is borne through the immense space of 1017. Millions of miles; so also Justice, keeping the equatorial line of equity, does not allow the various things snatched by the first mobile to decline from East to West, either to the right of excess, or to the left of defect, giving more to one; and taking from the other.

¶ *Id explicat S. Doct. eleganti exemplo Astronomico: Sicut enim ait stella Polaris vicina polo, parvo gyro motu diurno circa Polum fertur; ita tamen, ut a medio non recedat seu a polo mundi; sic et Iustitia creata gyrat proxime circa immobilem Dei Iustitiam: Et sicut non declinans servat rectitudinem motus diurni; ita ut linea AEquatoris in medio sua circulatione describat Summum circulum, ideo non sinit stellas gyrantes declinare a dextris, vel sinistris, sive ad Austrum, sive ad Aquilonem; cum tamen immenso 1017. Millionum milliarium feratur; sic et Iustitia, servans lineam*

aequatoriam aequitatis, res varias a primo mobili raptas, ab Oriente in Occasum non sinit declinari, aut ad dexteram excessus, aut ad sinistram defectus, dando plus uni; et alteri auferendo.

24 From these the Saintly Doctor draws, in 3. dist. 33. dub. 1. and 5. p. Brevil. cap. 4. with St. Thomas as cited by Cajetan art. 1. and Valencia p. 1. at the end. And Soto lib. 3. de Iustitia, quaest. 1. art. 1. the difference between justice and the other moral virtues; for Justice according to its proper reason makes right in order to another; but the others only in order to oneself. On this account St. Ambrose lib. 1. offic. cap. 28. says, that Justice is born rather for others than for itself. So also Cicero lib. 2. de Republica, and Seneca epist. 77. as the Saintly Doctor teaches in Pharetra, lib. 1. cap. 42.

Ex his deducit S. Doct. in 3. dist. 33. dub. 1. et 5. p. Brevil. cap. 4. cum D. Thom. apud Caietanum art. 1. et Valentiam p. 1. in fine. Et Sotum lib. 3. de Iustitia, quaest. 1. art. 1. differentiam inter iustitiam, et alias virtutes morales; nam Iustitia secundum propriam sui rationem facit rectum in ordine ad alterum; aliae vero tantum in ordine ad se. Propterea D. Ambrosius lib. 1. offic. cap. 28. ait, Iustitiam aliis potius natam esse, quam sibi. Sic et Cicero lib. 2. de Republica, et Seneca epist. 77. ut docet S. Doct. in Pharetra, lib. 1. cap. 42.

25 It is GATHERED also, that the mean of Justice is the mean of the thing, even without comparison to the very agent; but of the other virtues, which turn about their own passions, and not about another, in no way does it consist in a mean without comparison to the very agent. But that equality is that very ius, which is called equitable between too much and too little, as Aristotle says 5. Eth. cap. 4.

COLLIGITUR etiam, medium Iustitiae esse medium rei, etiam sine comparatione vel ad ipsum operantem; aliarum vero virtutum, quae circa passiones proprias versantur, et non circa alterum, nullo modo consistit in medio sine comparatione ad ipsum operantem. Est autem illa aequalitas illud ipsum ius, quod dicitur aequum inter nimium, et paucum, ut ait Aristoteles 5. Eth. cap. 4.

26 This shines still more in that example of the Seraphic Doctor: For as without any thinking there is the pole, upon which the heaven moves, and the polar star; which, its small diurnal circle having been described around the pole, they keep the motion of both Hemispheres by the line of the Equator, the substance of the heaven being kept on both sides for each Hemisphere Mathematically; so also Justice, before every thought, and before all its operation, has that object alone, and only to be kept, which is not found in the other moral virtues.

Hoc adhuc exemplo illo Seraphici elucet: Sicut enim nullo cogitante polus est, super quem movetur coelum, et stella polaris; quae suo circulo parvulo diurno descripto circa polum rectum servant motum utriusque Hemisphaerii per lineam AEquatoris, servata utrinque Mathematice utrique Hemisphaerio substantia caeli; ita et Iustitia ante omnem cogitationem, et ante omnem suam operationem habet obiectum illud tantum, et tantum servandum, quod in aliis virtutibus moralibus non reperitur.

27 HENCE also it is, that in the *Disputation on Justice* there is first treated of its object; then of the Virtue, because the object is presupposed before the virtue; not so in the other moral virtues. See Valencia *at the end of the punctus*.

HINC etiam est, ut in Disputatione de Iustitia *prius agatur de obiecto eius; deinde de Virtute, quia obiectum supponitur ante virtutem; non sic in aliis virtutibus moralibus. Vide Valentiam* in fine puncti.

28 IT MUST however be observed, that Ius, which is the object of Justice, includes two things; First, that it be owed: Second, that it be equal.

OPORTET autem observare, Ius, quod est obiectum Iustitiae, duo includere; Primum, ut sit debitum: Secundum, quod sit aequale.

29 INASMUCH as it is owed, it can be either owed Legally by the force of some Law, or singular, arising from some pact, or convention of certain persons, such as is between buyer and seller.

QUATENUS est debitum, potest esse vel debitum Legale ex vi alicuius Legis, vel singulare, ortum ex aliquo pacto, vel conventione aliquorum, quale est inter ementem, et vendentem.

30 SECONDLY Ius, inasmuch as it is owed, is divided into natural Ius and human Ius. The owed thing of the first kind arises from the law of nature, namely, that if you give a measure of wheat as a loan; that he render that measure to you. This however is distinguished threefold by St. Bonaventure in 4. dist. 33. quaest. 1. The first is called that which is contained in the Law, and the Gospel, and this is called natural Ius commonly. The second is proper, and is defined at the beginning of the Decretals: *Natural ius is that which is common to all nations; and this ius is that which reason dictates.* The third, most proper, which nature taught all animals.

SECUNDO dividitur Ius, ut est debitum, in Ius naturale, et Ius humanum. Debitum primi generis est ortum ex lege naturae, puta, ut si mutuum das modium tritici; et modium ille tibi reddat. Hoc vero triplex distinguitur a D. Bonav. in 4. dist. 33. quaest. 1. Primum dicitur, quod in lege, et Evangelio continetur, et hoc dicitur Ius naturale communiter. Secundum est proprium, et definitur initio Decretorum: Ius naturale est, quod est commune omnium nationum; et hoc ius est, quod dictat ratio. *Tertium propriissimum, quod natura docuit omnia animalia.*

31 The owed thing from human law is, what has been established by some human law, as that between certain things vendible, and that price which is fixed by human law, it be the only price.

Debitum ex lege humana est, quod statutum est aliqua lege humana, ut inter res aliquas venales, et pretium illud, quod humana lege, taxatur, sit solum pretium.

32 From the other head, however, inasmuch as it is something just, and equal; It is divided first by Aristotle *lib. 5. Eth. cap. 3. et 4.* into Ius, or the equal Geometric; and Arithmetic. The Geometric equal, which is according to proportion, is observed in the distribution of common goods among those who are members of the community, so that by as much as one surpasses another in merits, by the same proportion he may receive more of the goods of the community. But Aristotle says that Ius is exercised through Arithmetic equality, both in exchanges, which are done voluntarily between men, as in buying, selling, exchange, etc. and in compensating, or making amends for the dealings of men involuntary, and those without clandestine acts, as theft, adultery, poisoning, pandering, the seduction of servants, deceitful homicide, false witness, etc. or manifestly violent, as flogging, captivity, slaughter, rapine, mutilation, reviling, contumely, etc. which examples the Philosopher brings *in that cap. 2.* and through this are distinguished two species of Justice properly so called, namely Distributive, and Commutative, which I exposed at length *p. 1. Tract. 1. disput. 19. quaest. 1. et 2.*

Ex altero vero capite, quatenus est aliquid iustum, et aequale; Dividitur primo ab Aristotele lib. 5. Eth. cap. 3. et 4. *in Ius, seu aequale Geometricum; et Arithmeticum. AEquale Geometricum, quod est secundum proportionem, servatur in distributione bonorum communium in eos, qui sint membra communitatis, ut ea proportione, qua unus alterum meritis superat, eadem plus de bonis communitatis recipiat. Ius autem per aequalitatem Arithmeticam exerceri ait Aristoteles, tum in commutationibus, quae voluntarie fiunt inter homines, ut in emptione, venditione, mutatione, etc. tum in compensandis, sive emendandis commerciis hominum involuntariis, iisque sine clandestinis, ut furto, adulterio, veneficio,*

lenocinio, servorum seductione, doloso homicidio, falso testimonio, etc. sive manifeste violentis, ut flagellatione, captivitate, caede, rapina, mutilatione, convitio, contumelia, etc. quae exempla affert Philosophus illo cap. 2. *ac per hanc distingvuntur duae species Iustitiae proprie dictae, scilicet Distributiva, et Commutativa, quas late exposui* p. 1. Tract. 1. disput. 19. quaest. 1. et 2.

33 SECONDLY Ius, inasmuch as it is equal, is divided into Ius, or the iustum simply, and Ius secundum quid. Ius simply is, what is altogether equal, or by which those are made equal between whom it is; and because equality is between distinct ones, therefore this equal is between those, of whom one is not a part of the other, as between two citizens, and it is called Political Ius. Ius secundum quid equal, is between those, of whom one is a part of the other, as between Father, and son, who is a part of the Father, since from his seed, as Aristotle teaches *8. Eth. cap. 12.* So between Lord, and servant, who is something of the Lord, namely his instrument, and a part in goods, as Aristotle teaches *1. Polit. cap. 3.* Such is also that between Husband, and Wife, as Aristotle says, because whichever spouse is of the other, as is gathered from the Philosopher *6. Eth. cap. 5.* and more from Matth. 19. *Ephes. 5. For they are one flesh*, and on that account that ius is called by St. Thomas *here, art. 4.* Oeconomicum, and some dominion intervenes in bodies, and some other things, as St. Bonaventure teaches *in 4. dist. 41. quaest. ult.* Such improper ius seems to be also between citizen, and community, of which he is a part.

SECUNDO dividitur Ius, quatenus aequale, in Ius, seu iustum simpliciter, et Ius secundum quid. Ius simpliciter est, quod omnino est aequale, seu per quod exaequantur illi, inter quos est; et quia aequalitas est inter distinctos, ideo hoc aequale est inter illos, quorum alter non est pars alterius, ut inter duos cives, et dicitur Ius Politicum. Ius secundum quid aequale, est inter eos, quorum unus est pars alterius, ut inter Patrem, et filium, qui est pars Patris, quippe ex eius semine, ut docet Aristoteles 8. Eth. cap. 12. *Sic inter Dominum, et servum, qui est aliquid Domini, puta instrumentum eius, et pars in bonis, ut docet Aristoteles* 1. Polit. cap. 3. *Tale est etiam inter Maritum, et Uxorem, ut ait Aristoteles, eo quod quicumque coniugum est alterius, ut colligitur ex Philosopho* 6. Eth. cap. 5. *et magis ex Matth. 19.* Ephes. 5. Sunt enim una caro*, et propterea id ius vocatur a D. Thoma* hic, art. 4. *Oeconomicum, et intercedit aliquod dominium in corpora, et aliqua alia, ut docet D. Bonav.* in 4. dist. 41. quaest. ult. *Tale ius improprium videtur etiam inter civem, et communitatem, cuius ille est pars.*

34 THEY DISPUTE: Whether this improper ius is also on the part of the father toward the son, since the father is not a part of the son. They respond affirmatively, Cajetan *art. 4.* Valencia *punct. 2.* for whatever pertains to the whole, pertains also to the part. Hence it comes about, that what the son renders to the father, he renders also to himself.

ALTERCANTUR: An hoc ius improprium, sit etiam ex parte patris ad filium, cum pater non sit pars filii. Respondent assertive Caietanus art. 4. *Valentia* punct. 2. *nam quidquid pertinet ad totum, pertinet etiam ad partem. Hinc fit, ut, quod filius tribuit patri, tribuat etiam sibi ipsi.*

35 THEY ALSO DOUBT: Whether the son, even when emancipated, ought to be included under this improper ius. It is answered, that he is included by the reason made above, because to be a part of the Father came to him from generation, which always keeps sons, that they may be as it were other Fathers, as Aristotle says *8. Eth. cap. 11.*

DUBITANT ETIAM: An filius, etiam emancipatus, debeat includi sub hoc iure improprio. Respondetur, includi ex ratione supra facta, quia esse partem Patris advenit ei ex generatione, quae semper conservat filios, ut sint quasi alteri Patres, ut loquitur Aristoteles 8. Eth. cap. 11.

Question II: What justice is

[1] D. Bonav. brings forward VARIOUS definitions of Justice in various places *in 3. dist. 33. dub. 1. litt. et 3. p. Centil. sect. 44. In Dieta tit. 5. cap. 8. et ad 3. et 20. Lucae et lib. 2. Pharetrae, cap. 42.*

> ***Quid sit IUSTITIA.***
>
> *VARIAS Iustitiae definitiones variis in locis affert D. Bonav.* in 3. dist. 33. dub. 1. litt. et 3. p. Centil. sect. 44. In Dieta tit. 5. cap. 8. et ad 3. et 20. Lucae et lib. 2. Pharetrae, cap. 42.

[2] The FIRST is taken from Tully in the first book of the Rhetoric: *Justice is a habit of mind, which, preserving the common utility, assigns to each his own dignity.*

> *PRIMA habetur ex Tullio in primo Rhet.* Iustitia est habitus animi, communi utilitati servata, suam unicuique tribuens dignitatem.

[3] The SECOND is in Macrobius: *Justice is to preserve for each what is his own.*

> *SECUNDA in Macrobio:* Iustitia est unicuique servare quod suum est.

[4] The THIRD is from D. August. de lib. arb. *What shall I say justice is, but the virtue by which each is given his own?* And lib. 19. de civitate, cap. 21. *Justice is the virtue which distributes to each his own.* D. Bernardus has the same *serm. 3. in adventu Domini*, and the Gloss *Matth. 5.* I referred to other definitions above.

> *TERTIA ex D. August. de lib. arb.* Iustitiam quid dicam esse, nisi virtutem, qua sua cuique tribuuntur. *Et lib. 19. de civitate, cap. 21.* Iustitia, est virtus, quae sua cuique distribuit. *Eandem habet D. Bernardus* serm. 3. in adventu Domini*, et Glossa* Matth. 5. *Alias definitiones retuli supra.*

[5] But the definition more commonly received, which D. Bonav. says belongs to the Masters, is that of Ulpianus, l. Iustitia, ff. de Iustitia, et iure: *Justice is the constant and perpetual will to render to each his right.* D. Thom. approves this *quaest. 58. art. 1.* and the Doctors commonly.

> *DEFINITIO autem magis recepta, quam esse Magistrorum, ait D. Bonav. est illa, quam habet Ulpianus, l. Iustitia, ff. de Iustitia, et iure:* Iustitia est constans, et perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi. *Hanc approbat D. Thom.* quaest. 58. art. 1. *et communiter Doctores.*

[6] It is called *will*, not formally, but causally, as if it said: Justice is a habit which produces a voluntary act, one of election; for it belongs to the nature of virtue that it be a voluntary act, as Aristotle teaches *lib. 2. Eth. cap. 4.* and it is proper to Justice to rectify the will in order to the right of another, as D. Bonav. teaches *3. p. Brevil. cap. 4.*

> *Dicitur* Voluntas*, non formaliter, sed causaliter, quasi dicat: Iustitia est habitus, qui efficit actum voluntarium, et ex electione; est enim de ratione virtutis, ut sit actus voluntarius, ut docet Aristot.* lib. 2. Eth. cap. 4. *et proprium est Iustitiae rectificare voluntatem in ordine ad ius alterius, ut docet D. Bonav.* 3. p. Brevil. cap. 4.

[7] It is said to be *constant and perpetual*, because Justice has a firm and stable act, namely to operate constantly and immovably, as virtue operates, from Aristotle *2. Eth. cap. 4.* D. Thom. *ad 4.* and D. Bonav. *in Diaeta, tit. 5. cap. 31.* where on that account he compares Justice to the polar star. By *right* is understood the just, according to equality, as I explained *quaest. 1.* By the particle *his own* is signified that which is due to each according to the laws, as D. Bonav. explains in the *places cited*, D. Th. *art. 11.* By the last word *rendering* is understood not only the very act of rendering to each his right, according to the form of just distribution or commutation; but also the omission of injury; since it belongs to

the same virtue to do good in its proper matter and to omit the contrary evil, as Ulpianus says immediately after this definition. Wherefore Buridanus does not rightly find fault with this definition, as though it did not posit the adequate object of Justice, which includes also not injuring.

> *DICITUR* constans, et perpetua*, quia Iustitia habet actum firmum, et stabilem, quod est operari constanter, et immobiliter, ut operatur virtus, ex Aristotele* 2. Eth. cap. 4. *D. Thom.* ad 4. *et D. Bonav.* in Diaeta, tit. 5. cap. 31. *ubi idco Iustitiam stellae polari comparat. Per* Ius *intelligitur iustum, secundum aequalitatem, ut explicui* quaest. 1. *Per particulam* suum *significatur id, quod cuique secundum leges est debitum, ut explicat D. Bonav.* locis adductis*, D. Th.* art. 11. *Per extremum verbum* tribuendi *intelligitur non solum actus ipse tribuendi ius suum cuique, secundum formam rectae distributionis, aut commutationis; sed etiam omissione iniuriae; siquidem eiusdem virtutis est facere bonum in materia propria, et omittere malum contrarium, ut ait Ulpianus statim post hanc definitionem. Quare non recte Buridanus hanc definitionem carpit, quasi non ponat adaequatum obiectum Iustitiae, quod includit etiam non laedere.*

Question III: Whether justice is a special virtue

1 JUSTICE, according to the abstract notion, inasmuch as it perfects in order to another, is twofold. So Aristotle *5. Eth. cap. 1. et 2.* One is particular, which perfects man in order to another particular person, for instance a seller in order to a buyer. The other perfects man in order to another, not per se first, as the particular does, but in order to that other as he is a part of the community, and it is called Legal; for the Laws prescribe those things which pertain to the common good.

> *IUSTITIA secundum rationem abstractam, ut in ordine ad alterum perficit, duplex est, Ita Aristot.* 5. Eth. cap. 1. et 2. *Altera particularis, quae perficit hominem in ordine ad alterum particularem, puta venditorem in ordine ad emptorem. Altera perficit hominem in ordine ad alterum, non per se primo, ut particularis est, sed in ordine ad illum, ut est pars communitatis, et dicitur Legalis; nam Leges praecipiunt, quae ad bonum commune spectant.*

2 JUSTICE indeed particular is, without controversy, a special virtue, as D. Thom. says *art. 7.* D. Bonav. *in 3. dist. 33. quaest. 2.*

> *IUSTITIA quidem particularis, absque controversia, specialis est virtus, ut ait D. Thom.* art. 7. *D. Bonav.* in 3. dist. 33. quaest. 2.

3 It is PROVED by D. Bonau. *ad caput citatum Sapientiae,* and *in Diaeta salutis, tit. 5. cap. 8.* from those words: *For he teaches Sobriety, and Prudence, and Virtue, and Justice,* as I explained *quaest. 1.* Then in that Commentary he brings forward *Prov. 8. Mine is Equity, mine is Prudence, mine is Fortitude.*

> *PROBATUR a D. Bonau.* ad caput citatum Sapientiae*, et* in Diaeta salutis, tit. 5. cap. 8. *ex illis verbis:* Sobrietatem enim, et prudentiam, docet et Virtutem, et Iustitiam*, ut explicui* quaest. 1. *Deinde affert in illo Commentario id* Prov. 8. Mea est AEquitas, mea est Prudentia, mea est Fortitudo.

4 THEN it is proved by S. Doct. *in Pharetra, lib. 2. cap. 42.* from the Fathers related above.

> *DEINDE probatur a S. Doct.* in Pharetra, lib. 2. cap. 42. *ex Patribus supra relatis.*

5 It is PROVED thirdly by the arguments of D. Bonav. *in 3. distinct. 33. quaest. 2. et dub. 1.* and other places cited above.

> *PROBATUR tertio rationibus a D. Bonav.* in 3. distinct. 33. quaest. 2. et dub. 1. *et aliis locis supra adductis.*

6 The FIRST argument is taken from the potency which it perfects; for Prudence directs the rational, Temperance the concupiscible, Fortitude the irascible; but Justice all of them, to render what is equal. And *in Diaeta, tit. 5. cap. 31.* he brings forward on this point an elegant similitude. For just as God, in the Megacosm of the world, *ordered all things in number, weight, and measure*, as is said *Sap. 11.*, so Justice in this Microcosm orders all things in number, weight, and measure, in commutations and distributions. Whence with a graceful figure he adorns it with the name of a GODDESS, to whom David said *Psalm. 4. Sacrifice the sacrifice of justice*, that is, perform just acts, as Valentia also expounds *punct. 1. et ad cap. 1. Sap.* on those words: *Love justice, you who judge the earth*, he says from D. Anselmo: *Love justice, that you may be conformed to God, because the Lord is just, and has loved justices.* Love (says S. Bonav.) justice uncreated, which is the rectitude of the divine will; and created, which is the rectitude of the human will. Thus he expounds that: *Blessed are they who hunger and thirst for justice*, with D. Ambrosio *lib. 5. in Lucam*, where he numbers Justice with the other Cardinals. So also D. August. *lib. de moribus Ecclesiae, cap. 15.* apud D. Bonau. in *Centiloq.* in the place cited.

> *PRIMA ratio sumitur ex potentia, quam perficit; nam Prudentia dirigit rationalem, Temperantia concupiscibilem, Fortitudo irascibilem; Iustitia vero omnes ad aequale tribuendum. Elegantem vero hac de re similitudinem affert* in Diaeta, tit. 5. cap. 31. *Sicuti enim Deus, in mundo Megacosmo:* Omnia disposuit in numero, pondere, et mensura*, ut dicitur* Sap. 11. *ita Iustitia in hoc Microcosmo omnia disponit in numero, pondere, et mensura, commutationibus, et distributionibus. Unde lepido schemate eam nomine DEAE decorat, cui dixit David* Psalm. 4. Sacrificate Sacrificium iustitiae*, idest agite actus iustos, ut exponit etiam Valentia* punct. 1. et ad cap. 1. Sap. *in ea verba:* Diligite iustitiam, qui iudicatis terram*, ait ex D. Anselmo:* Diligite iustitiam, ut Deo conformemini, quia iustus Dominus, et iustitias dilexit. *Diligite (ait S. Bonav.) iustitiam increatam, quae est rectitudo divinae voluntatis; et creatam, quae est rectitudo humanae. Sic exponit illud:* Beati, qui esuriunt, et sitiunt iustitiam*, cum D. Ambrosio* lib. 5. in Lucam*, ubi Iustitiam cum aliis Cardinalibus adnumerat. Sic et D. August.* lib. de moribus Ecclesiae, cap. 15. *apud D. Bonau. in* Centiloq. *loco citato.*

7 The SECOND argument of S. Doct. is taken from the acts, by which different habits are recognized as different; for the act of Justice is, as I said *quaest. 1.*, to render to each his right, or the equal and the due, in the ways expressed *quaest. 2.* But this does not belong to the other virtues.

> *SECUNDA ratio S. Doct. sumitur ex actibus, a quibus diversi agnoscuntur esse habitus; nam actus Iustitiae est, ut dixi* quaest. 1. *reddere cuique suum ius, seu aequum, et debitum, modis expressis* quaest. 2. *Hoc autem non convenit aliis virtutibus.*

8 The THIRD argument of S. Doct. is taken from the object; for acts are distinguished by it, as habits by acts. That is a special virtue which is concerned with an object peculiarly laudable and difficult, as is confessed among all: Such is particular Justice, since it is concerned with the equal due to another, about which the other virtues are not concerned: Therefore. Valentia also uses this argument *puncto 2.*

> *TERTIA ratio S. Doct. sumitur ex obiecto; nam ab eo actus discernuntur, sicut habitus ex actibus. Ea est specialis virtus, quae versatur circa obiectum peculiariter laudabile, et difficile, ut est in confesso apud omnes: Talis est Iustitia particularis, cum versetur circa aequale debitum, ad alterum, circa quod non versantur aliae virtutes: Ergo. Hac ratione utitur etiam Valentia* puncto 2.

9 The FOURTH argument of S. Doct. is taken from the contrary. For, if anyone behaves unjustly toward another particular person, e. g. by snatching something from him, etc., he commits a special vice, for which he deserves special blame, even if he commits it from no other vice: Therefore to

behave rightly and equally toward another is a special virtue. This is the argument of Aristotle *5. Eth. cap. 2.* which Valentia *loc. cit.* follows.

> *QUARTA ratio S. Doct. sumitur a contrario. Nam, si quis inique se gerat erga particularem alterum, v. g. eripiendo ei aliquid, etc. committit speciale vitium, ob quod est dignus speciali vituperio, etiamsi ex nullo alio vitio id committat: Ergo recte, et aeque se gerere erga alterum, est virtus specialis. Haec est ratio Aristot.* 5. Eth. cap. 2. *quam Valentia* loc. cit. *sequitur.*

10 The FIFTH argument of D. Bonav. is taken from the means of the virtues; for since these virtues consist in a mean, that virtue will be special which has a special mean: Such is Justice, which stands between too much, exceeding; and too little, detracting from the equal and the due. But the other moral virtues do not keep this mean, as all acknowledge.

> *QUINTA ratio D. Bonav. sumitur ex medietatibus virtutum; nam cum hae virtutes in medio consistant, illa virtus erit specialis, quae habet medietatem specialem: Talis est Iustitia, quae stat inter nimium, excedens; et parum, detrahens de aequo, et debito. Hanc autem medietatem caeterae virtutes morales non servant, ut omnes agnoscunt.*

11 As FOR legal Justice, it is certain that it is a general virtue, inasmuch as it is exercised in every matter of the moral virtues. For just as the Laws prescribe in every matter those things which conduce to the common good, as Aristotle teaches *5. Eth. cap. 1.*, so legal Justice perfects man, that he may behave rightly and justly toward the community in every matter of the moral virtues.

> *QUOAD Iustitiam legalem certum est, eam esse virtutem generalem, quatenus versatur in omni materia virtutum moralium. Sicuti enim Leges in omni materia praescribunt ea, quae ad bonum commune conducunt, ut docet Aristot.* 5. Eth. cap. 1. *ita Iustitia legalis perficit hominem, ut recte, et iuste se gerat erga communitatem in omni materia moralium virtutum.*

12 It is, however, CONTROVERTED: Whether Legal Justice is general not only in matter, but also in its formal notion.

> *CONTROVERSUM est autem: An Iustitia Legalis non modo ex materia sit generalis, sed etiam ex sua ratione formali.*

13 BURIDANUS *5. Eth. quaest. 4.* thinks that Legal Justice is any virtue whatever, as it operates for the common good; and thus Temperance, as it directs toward health on account of one's own advantage, is called temperance, but as it directs toward the common good of the Republic it is called Potency; inasmuch as it can serve the Republic by fighting, etc., it is Justice.

> *BURIDANUS* 5. Eth. quaest. 4. *existimat, Iustitiam Legalem esse quamcumque virtutem, ut operatur propter bonum commune, et ita Temperantia, ut dirigit ad valetudinem ob proprium commodum, dicitur temperantia, ut autem dirigit in bonum commune Reipub. vocatur Potentia; Quatenus vero possit servire Reipub. militando, etc. est Iustitia.*

14 Yet the contrary opinion is that of S. Bonau. above, D. Thom. *art. 6.* whom Valentia follows *punct. 2.* Soto *lib. 3. de Iustitia, quaest. 2. art. 5.* and others commonly, apud Mastrium *in 3. disp. 7. num. 189.*

> *Contraria tamen sententia est S. Bonau. supra, D. Thom.* art. 6. *quem sequuntur Valentia* punct. 2. *Soto* lib. 3. de Iustitia, quaest. 2. art. 5. *et alii communiter apud Mastrium* in 3. disp. 7. num. 189.

15 I ASSERT, with this opinion, that legal Justice is not a general virtue.

> *ASSERO cum hac sententia, Iustitiam legalem non esse virtutem generalem.*

16 It is *PROVED* first from Aristotle 5. *Eth. cap.* 1. where he gives it special Encomia, by which a special virtue is confirmed; S. Doct. collected those elogia in *Diaeta, titulo 5. cap. ultimo.* Thus he proclaims it a perfect and most excellent virtue, and compares it to a star.

> PROBATUR *primo ex Aristot. 5.* Eth. cap. *1. ubi specialia illi dat Encomia, quibus specialis virtus comprobatur, quae elogia collegit S. Doct. in* Diaeta, titulo 5. cap. ultimo. *Sic eam virtutem perfectam, atque praestantissimam acclamat, eamque stellae comparat.*

17 So also S. Doct. compares it to a straight way, which inclines neither to the right nor to the left, and applies to it that *Psalm.* 106. *He led them forth into the right way*, namely, that they might attain to the eternal prize.

> *Sic etiam S. Doct. comparat eam viae rectae, quae neque ad dextram declinet, neque ad sinistram, et huic applicat illud* Psalm. *106.* Deduxit eos in viam rectam*, nempe, ut ad bravium aeternum pervenirent.*

18 *THEN* he compares it to the straight Rule, which is the measure of things: For as we measure all things by a rule, and divide all things equally, so also Justice. And as the Astronomical rule measures by the line of *Fiduciae* the altitude of the pole above the place of habitation, the Climate, etc., so also Justice measures the entire state of the land, of the city, that the due may be rendered to all.

> DEINDE *comparat eam rectae Regulae, quae est mensura rerum: Sicut enim Regula omnia mensuramus, et omnia aeque partimur, ita etiam Iustitia. Et sicut regula Astronomica per lineam* Fiduciae *mensurat altitudinem poli super locum habitationis, Clima, etc. ita etiam Iustitia terrae, civitatis integrum statum metitur, ut omnibus debitum tribuatur.*

19 *THIRDLY* he compares it to a straight Line. For as the straight line is the most beautiful of lines, as the Philosopher says, cited *quaest.* 1.: so also the rectitude of Justice makes man most beautiful in intention and conversation. As also the stature of the human body is most beautiful, because erect toward heaven. So the stature of the heart is most lovely, when through Justice it is raised up to God. Whence *Cant.* 7. *Thy stature is like to a palm tree.*

> TERTIO *comparat eam rectae Lineae. Sicut enim linea recta est pulcherrima linearum, ut ait Philosophus, adductus* quaest. *1.: sic etiam Iustitiae rectitudo facit hominem pulcherrimum in intentione, et conversatione. Sicut etiam statura humani corporis est pulcherrima, quia recta ad caelum. Sic statura cordis est speciosissima, cum per Iustitiam est erecta ad Deum. Unde* Cant. *7.* Statura tua assimilata est Palmae.

20 *THEN* he compares it to a Gem, set in gold. The four Cardinal virtues, he says, are gems in the golden Diadem. In the anterior part, or on the forehead, is Prudence, whose it is to see not only present things but also future ones. On the right is Temperance, because this makes man just in the right hand of prosperity; Fortitude on the left of adversity. But Justice in the posterior part, as the Bishop in procession, as the King at the end of the battle line, as the Pilot at the stern of the ship, as the just Sentence is pronounced at the end of the cause, and as at the end of the contest the triumphal Crown is given to the victor. Whence the Crown is named from it as from its principal part. So the Apostle *prima Timot.* 4. *There is laid up for me a crown of justice.* The Goldsmith, in whose Forge this precious crown is wrought, is Wisdom, of which *Sap.* 8. Then he compares it to the polar Star, and to God, as I showed above. Behold S. Doctor speaking most excellently.

> DEINDE *eam comparat Gemmae, insitae auro. Virtutes enim Cardinales quatuor gemmas ait in aureo Diademate. In anteriori parte, seu in fronte est Prudentia, cuius est videre non modo praesentia, sed etiam futura. In dextera est*

Temperantia, quia haec facit hominem iustum in dextra prosperitatis; Fortitudo in sinistra adversitatis. Iustitia vero in posteriori parte, sicut Episcopus in processione, sicut Rex in fine aciei, sicut Gubernator in cauda navis, sicut Sententia iusta profertur in fine causae, et sicut in fine certaminis datur victori Corona triumphalis. Unde ab ista tanquam a principali denominatur Corona. Sic Apostolus prima Timot. *4.* Reposita est mihi corona iustitiae. *Aurifex, in cuius Fucina fabricatur haec pretiosa corona, est Sapientia, de qua* Sap. *8. Comparat deinde eam Stellae polari, et Deo, ut supra ostendi. Vide S. Doctorem eximie eloquentem.*

21 It is *PROVED* secondly by the argument of D. Bonau. *in almost all the places cited*, because in the act of Legal Justice there is special praise and difficulty. Therefore. The consequence is proved from Aristotle 2. *Eth. cap.* 6. and 7. The antecedent is Aristotle 5. *Eth. cap.* 1. and 3. *Politic. cap.* 3.

PROBATUR *secundo ratione D. Bonau.* locis fere omnibus adductis, *quia in actu Iustitiae Legalis est specialis laus, et difficultas. Ergo. Probatur consequentia ex Aristotele 2.* Eth. cap. *6. et 7. Antecedens est Aristotelis 5.* Eth. cap. *1. et 3.* Politic. cap. *3.*

22 Here the arguments first laid down can also be applied.

Hic possunt applicari etiam argumenta, primo posita.

23 *YOU OBJECT* with Buridanus. All the Virtues operate according to rectitude, and in order to the public good; otherwise the virtues could be not right.

OBIICIES *cum Buridano. Omnes Virtutes operantur secundum rectitudinem, et in ordine ad bonum publicum; alioqui possent virtutes esse non rectae.*

24 Valentia *answers* from D. Bonavent. in 3. *dist.* 33. *quaest.* 2. *ad* 2. *et* 4. that all the virtues indeed have their own proper rectitude and mediocrity, declining from the extremes; nevertheless each has its own singular rectitude, from which Justice makes the right according to all circumstances, inasmuch as it is ordered to another, and this belongs to Justice, not to the other virtues.

RESPONDet *Valentia ex D. Bonavent. in 3.* dist. *33.* quaest. *2.* ad *2.* et *4. omnes quidem virtutes habere suam propriam rectitudinem, et mediocritatem, declinantem ab extremis; attamen singulae habent suas singulares rectitudines, e quibus Iustitia facit rectum secundum omnes circumstantias, prout ordinatur ad alterum, et hoc competit Iustitiae, non aliis virtutibus.*

Question IV: In what subject justice consists

1 It is *CERTAIN* first, that Justice is not in the intellect; for no one is considered just because he knows what is just, but because he chooses what is just, as D. Thom. and D. Bonau. warn *here*.

CERTUM *est primo, Iustitiam non esse in intellectu; non enim quisquam iustus censetur, quia cognoscat, quod iustum est; sed quia iustum eligat, ut monent D. Thom. et D. Bonau.* hic.

2 It is *CERTAIN* secondly, that Justice is in some appetite of man; for since a virtue is in that potency from which the act of virtue is elicited proximately, and Justice is not in the intellect, it remains that it be in another potency, which is the proximate principle of a good and just act, as distinguished from the act of the intellect, and it includes the election of the just object, or is itself the election of such an object. Now such a principle is some appetite, as the SS. Doctors affirm, and with them Caietanus *art.* 4. and Valentia *disp.* 5. *quaest.* 2. *punct.* 4.

CERTUM *est secundo, Iustitiam esse in aliquo appetitu hominis; nam cum virtus sit in ea potentia, a qua proxime elicitur virtutis actus; et Iustitia non sit in intellectu; reliquum est, ut sit in alia potentia, quae sit principium proximum actus boni, et iusti, ut distinguitur ab actu intellectus, et includit electionem obiecti iusti, aut est ipsa electio talis obiecti. Tale autem principium est appetitus aliquis, ut afferunt SS. Doctores, et cum eis Caietanus* art. *4. et Valentia* disp. *5.* quaest. 2. punct. *4.*

3 It is *CERTAIN* thirdly, that Justice is in the rational appetite, that is, the will, as Aristotle teaches with common consent 5. *Eth. cap.* 1. et 5. and from Ulpian *l. Iustitia*, ff. *de Iustitia, et iure*, defining Justice: *It is the constant will to render to each his right*, as D. Bonau. teaches in the *places alleged, quaest.* 2.

CERTUM *est tertio, Iustitiam esse in appetitu rationali, idest voluntate, ut docet e communi consensu Aristot. 5.* Eth. cap. *1. et 5. et ex Ulpiano* l. Iustitia*, ff.* de Iustitia, et iure*, definiente Iustitiam:* Est voluntas constans ius suum cuique tribuendi*, ut docet D. Bonau.* locis allegatis, quaest. *2.*

4 It is, however, *CONTROVERTED*: Whether a certain Justice concerning another's good is to be established in the sensitive appetite, which, although in reality distinct from the Justice which is in the will, yet agrees with it in name and in matter.

CONTROVERSUM *est autem: An sit constituenda in appetitu sensitivo quaedam Iustitia circa bonum alienum, quae, licet re ipsa a Iustitia, quae est in voluntate, sit distincta; tamen in nomine, et in materia cum ea conveniat.*

5 But the controversy about this is *VERY SMALL*; for commonly all place it in the rational appetite, namely in the Will, as D. Bonau. warns, while Buridanus alone places not only Fortitude and Temperance, but also Justice, in the sensitive appetite.

PARUULA *autem est de hoc controversia; nam communiter omnes eam ponunt in appetitu rationali, nempe in Voluntate, ut monet D. Bonau. solus vero Buridanus non modo Fortitudinem, et Temperantiam, sed etiam Iustitiam in appetitu sensitivo ponit.*

6 *THEREFORE* the common opinion is that of D: Bonau. *here*, D. Thom. *art.* 4. whom all the others follow, as Sotus says *lib.* 3. *de Iustitia, quaest.* 2. *art.* 4. Valentia *disp.* 5. *quaest.* 2. *punct.* 4. Tannerus *disp.* 4. *quaest.* 2. *dub.* 1. *numero* 7. who, however, protests entirely.

IGITUR *communis sententia est D: Bonau.* hic*, D. Thom.* art. *4. quos alii omnes sequuntur, ut ait Sotus* lib. *3.* de Iustitia, quaest. 2. art. *4. Valentia* disp. *5.* quaest. *2.* punct. *4. Tannerus* disp. *4.* quaest. 2. dub. *1.* numero *7. qui tamen omnino reclamat.*

7 It is *PROVED* by D. Bonau. first from D. August. *lib.* 1. *Solil. cap.* 6. where he says: *Virtue is right reason, leading to the end.* Which predication is causal, or material.

PROBATUR *a D. Bonau. primo ex D. August.* lib. *1.* Solil. cap. *6. ubi ait:* Virtus est ratio recta, perducens in finem. *Quae praedicatio est causalis, sive materialis.*

8 *SECONDLY*: Virtue is the principle of meriting, and of a meritorious and laudable work: Therefore it has being in that potency about whose act praise and merit consist: But such is the rational appetite: Therefore.

SECUNDO*: Virtus est principium merendi, et operis meritorii, ac laudabilis: Ergo circa illam potentiam habet esse, circa cuius actum consistit laus, et meritum: Sed talis est appetitus rationalis: Ergo.*

9 *THIRDLY.* Virtue is in that subject in which the soul has the image of God, since the other virtues have their origin from grace, of which man is capable inasmuch as he is the image: But it is not the

Image except through the rational potency: Therefore. The major is D. August. 14. *de Trinitate, cap.* 8. *et* 15.

> TERTIO. *In eo subiecto est virtus, in quo anima habet imaginem Dei, cum virtutes caeterae habeant ortum a gratia, cuius homo est capax, quatenus est imago: Sed non est Imago, nisi per potentiam rationalem: Ergo. Maior est D. August. 14.* de Trinitate, cap. *8.* et *15.*

10 *The FOURTH* argument proves it singularly of Justice: That habit which consists in the proper election of good and flight from evil is in the rational appetite. Such is Justice: Therefore. The major is proved, because election signifies the selection of something, or of some things, after a comparison made with others. Therefore it is said in *Cant.*: *My beloved is white, etc. chosen out of thousands*; but the comparison of many, and the election of one from among them, includes at least virtually a discourse. The minor is proved; for the object of Justice is equality with another, inasmuch as it shuns the extremes, that is, *Too much*, or exceeding; and *Too little*, deficient from the equal, which is to be kept in proportion with another, as another's gift is.

> QUARTA *ratio singulariter probat de Iustitia: Ille habitus, qui consistit in propria electione boni, et fuga mali, est in appetitu rationali. Talis est Iustitia: Ergo. Maior probatur, quia electio dicit selectionem alicuius, vel aliquorum, post comparationem cum aliis factam. Ideo* Cant. *dicitur:* Dilectus meus candidus, etc. electus ex millibus*, comparatio autem plurium, et electio alicuius ex illis, includit saltem virtute discursum. Minor probatur; nam Iustitiae obiectum est aequalitas cum altero, quatenus refugit extrema, idest,* Nimium*, seu excedens; et* Parum*, deficiens ab aequo, quod servanda est proportione cum altero, ut alienum donum est.*

11 But sense does not perceive this formal notion. For this reason D. Thom. and the Thomists also use it, as well as Valentia in the place cited.

> *Hanc autem rationem formalem non percipit sensus. Hac ratione utuntur etiam D. Thom. et Thomistae, atque Valentia loco citato.*

12 FIFTH argument. Virtue is in the genus of the honest good, as Tully says lib. 2. de Invent. and de off. not rarely. But the honest good is the object of the rational appetite alone; for sense regards only the useful good: Therefore.

> *QUINTA ratio. Virtus est in genere boni honesti, ut ait Tullius lib. 2. de Invent. et de off. non raro. Bonum autem honestum est obiectum solius appetitus rationalis; nam sensus solum bonum commodum aspicit: Ergo.*

13 The RESPONSES of those who oppose these arguments, inasmuch as they prove it of every virtue, I referred to, and rejected, in prima secundae Tract. 2. disput. 2. quaest. 9. ¶

> *RESPONSIONES adversantium his argumentis, quatenus de omni virtute probant, retuli, et repuli prima secundae Tract. 2. disput. 2. quaest. 9.* ¶

Question V: Whether justice is the most excellent of the moral virtues

1 S. Doct. seems in Diaeta, tit. 5. cap. 8. to hold it the most noble of all the others. Therefore he compares it to a rule, a line, a straight path; he likens it to the polar star; he proclaims it the most precious gem among the others. It is the view of Aristotle 5. Eth. cap. 3. and of Scotus in 4. dist. 49. quaest. 4. post litt. L. Mastrii. disp. 7. quaest. 8.

> ***An IUSTITIA sit Virtutum moralium praestantissima.***

VIDETUR S. Doct. in Diaeta, tit. 5. cap. 8. hanc prae caeteris nobilissimam ponere. Ideo eam regulae, lineae, semitae rectae comparat; Stellae polari assimilat; gemmam pretiosissimam inter caeteras acclamat. Est Aristotelis 5. Eth. cap. 3. et Scoti in 4. dist. 49. quaest. 4. post litt. L. Mastrii. disp. 7. quaest. 8.

2 First indeed legal Justice seems more perfect than all the moral virtues, because it has for its object the common good, and, as superior and more universal, it commands all the moral virtues, referring all their objects to the common good. Therefore Aristotle 5. Eth. cap. 1. compares it to a most resplendent Star, and D. Bonav. in Diaeta, tit. 5. cap. ultimo to the straight Rule, Measure, Line, polar star, etc. as I said quaest. 3.

Primo quidem Iustitia legalis perfectior videtur omnibus moralibus, quia habet pro obiecto bonum commune, et tanquam superior, et universalior imperat omnibus moralibus virtutibus, referendo ad bonum commune omnia eorum obiecta. Ideo eam Aristot. 5. Eth. cap. 1. Stellae praefulgidae comparat, et D. Bonav. in Diaeta, tit. 5. cap. ultimo rectae Regulae, Mensurae, Lineae, Polari stellae, etc. ut dixi quaest. 3.

3 SECONDLY particular Justice is not simply more perfect than all the other virtues which are toward another; for Mercy seems more perfect. Likewise Piety, and much more Religion, which regards God infinite proximately, as the object to which worship is due and rendered, not as the object Quod of the Theological virtues. And indeed it is most noble among the virtues which are concerned with one's own good.

SECUNDO Iustitia particularis non est simpliciter perfectior caeteris omnibus virtutibus, quae sunt ad alterum; nam Misericordia videtur perfectior. Similiter Pietas, et multo magis Religio, quae respicit proxime Deum infinitum, tanquam obiectum, cui debitus est cultus exhibitus, non ut obiectum Quod virtutum Theologicarum. Et sane nobilissima est inter virtutes, quae circa bonum proprium versantur.

4 The REASON is, because, as D. Thom. teaches in the cited article, the good of another is contained in a certain diffusion, in which the notion of goodness resplends most, as Aristotle teaches in the first book of the Rhetoric, cap. 9.

RATIO est, quia, ut docet D. Thom. art. cit. bonum alterius continetur in quadam diffusione, in qua maxime resplendet ratio bonitatis, ut docet Aristoteles primo Rhet. cap. 9.

5 Then the object of Justice conduces most to the common good of human Society, as Cicero says lib. 1. offic. and Aristotle 5. Eth. cap. 5.

Deinde obiectum Iustitiae ad bonum commune maxime conducit Societatis humanae, ut ait Cicero lib. 1. offic. et Aristot. 5. Eth. cap. 5.

6 *YOU OBJECT* with Buridanus after Scotus in 3. dist. 27. quaest. 1. that the virtues which are concerned with one's own good are more according to the inclination of Nature and of Charity.

OBIICIES cum Buridano post Scotum in 3. dist. 27. quaest. 1. virtutes, quae versantur circa bonum proprium, sunt magis secundum inclinationem Naturae, et Charitatis.

7 It is ANSWERED that legal Justice is more according to the inclination, because it is toward the common good; but particular Justice has other excellences, which on that account preponderate, as I said in prima secundae, Tract. 2. disp. 2. quaest. 12. Then the Virtues which are concerned with one's own good for the moderating of the passions, such as Fortitude, Temperance, and others annexed to

these, do not have so rational an object, but more a sensible one, as D. Thom. says and Valentia puncto 5.

> *RESPONDETUR, Iustitiam legalem esse magis secundum inclinationem, quia est ad bonum commune; particularem vero alias praecellentias habere, quae hinc praepondent, ut dixi prima secundae, Tract. 2. disp. 2. quaest. 12. Deinde Virtutes, quae circa bonum proprium ad moderandas passiones versantur, sicuti Fortitudo, Temperantia, et aliae his adnexae, non habent obiectum adeo rationale, sed magis sensibile, ut ait D. Thom. et Valentia puncto 5.*

8 I shall not repeat the excellences of Justice indicated quaest. 3. from D. Bonau. in Diaeta, which S. Doct. pursues again ad Psal. 18. on those words: *Who shall direct my ways*, etc.

> *Non repetam Iustitiae praecellentias, indicatas quaest. 3. ex D. Bonau. in Diaeta, quas iterum prosequitur S. Doct. ad Psal. 18. in ea verba:* Utinam dirigantur viae meae*, etc.*

Question VI: What kind of sin injustice is, and how it is committed

1 In as many ways as Justice is called so, as related quaest. 1., in so many ways is the opposite Injustice called, according to the rule of opposites, in Aristotle 5. Ethic. cap. 1.

> ***Quale peccatum sit INIUSTITIA, et quomodo committatur.***
>
> *QUOT modis dicitur Iustitia, relatis quaest. 1. tot modis dicitur Iniustitia opposita, iuxta regulam oppositorum, apud Aristotelem 5. Ethic. cap. 1.*

2 Therefore injustice first signifies all iniquity, as it is taken in prima Ioan. 3. and Valentia notes quaest. 3. punct. 1. This therefore is opposed to general justice, which makes holy. Of this in Psalm. 91. *All the sons of iniquity shall be scattered:* Immediately he sets the antithesis *The just shall flourish like the palm tree.* This injustice embraces all sins, whether from suggestion, or from one's own will, or from habit, whatever they may be of heart, of mouth, and of deed; as S. Doct. observes ad eum Psal. and just as every declination from evil, and pursuit of good, is justice, as is said Psalm. 33. *Decline from evil, and do good*, etc. *The eyes of the Lord are upon the Just*, so every pursuit of evil, and flight from the good due, is injustice, as S. Doct. warns serm. 18. Hexaëmeronis.

> *Ideo iniustitia primo significat omnem iniquitatem, ut accipitur prima Ioan. 3. et notat Valentia quaest. 3. punct. 1. Haec igitur opponitur iustitiae generali, quae facit sanctum. De hac in Psalm. 91.* Dispergentur omnes filii iniquitatis: *Mox ponit antithesim* Iustus ut palma florebit. *Haec iniustitia omnia peccata complectitur, siue ex suggestione, siue ex propria voluntate, siue ex consuetudine, quaecumque sint cordis, oris, et operis; ut observat S. Doct. ad eum Psal. et sicut omnis declinatio a malo, et prosecutio boni est iustitia, ut dicitur Psalm. 33.* Declina a malo, et fac bonum*, etc.* Oculi Domini super Iustos*, ita omnis prosecutio mali, et fuga a bono debito, est iniustitia, ut monet S. Doct. serm. 18. Hexaëmeronis.*

3 S. Doct. brings forward there another injustice, which is an imperfection in the virtues. Such is that of those who often fall: *A just man falls seven times a day.* Proverb. 24. On the contrary, some just men are perfect, who fall more rarely, of whom Proverb. 12. *Whatever befall the just man, it shall not grieve him.* And cap. 28. *The just man, bold as a lion, shall be without fear.* The Church teaches this perfection of justice Eccles. 4. *Fight for justice even unto death*, and Matth. 5. *Blessed are they who hunger and thirst for justice.* Behold S. Doctor.

> *Aliam iniustitiam ibi adducit S. Doct. quae est imperfectio in virtutibus. Talis est eorum, qui saepe cadunt:* Septies in die cadit iustus. *Proverb. 24. e contra, aliqui iusti perfecti sunt, qui rarius cadunt, de quibus Proverb. 12.* Non

contristabit iustum, quidquid ei acciderit. *Et cap. 28.* Iustus quasi Leo confidens, absque terrore erit. *Hanc perfectionem iustitiae docet Eccles. 4.* Pro iustitia agonizare usque ad mortem, *et Matth. 5.* Beati, qui esuriunt, et sitiunt iustitiam. *Vide S. Doctorem.*

4 Therefore he places justice in three things Psalm. 33. In the declination from evil; the election of good; and the progress in good, as S. Doct. notes in the place cited above, and ad Psal. 110.

Ideo iustitiam in tribus ponit Psalm. 33. In declinatione a malo; electione boni; et profectu in bono, ut notat S. Doct. loco supra citato, et ad Psal. 110.

5 But PRE-EMINENTLY general Injustice is any transgression of the Laws, just as he is just who observes the law: Such is said to be Simeon, Lucae 2. *A just man.* And Zacharias with Elisabeth: *They were both just, walking in all the commandments and justifications of the Lord without blame.* And Noë Genes. 6. *Just in his generations;* namely, in all the commandments of God, as is said Psal. 118. *I was directed to all thy commandments; I have hated every unjust way. For whoever shall keep the whole Law, but offend in one, is become guilty of all*, as is said Iacobi 2. and S. Doct. pursues it in cap. 1. Lucae.

PRAECIPUE vero Iniustitia generalis est quaelibet Legum transgressio, sicuti iustus est, qui legem observat: Talis dicitur Simeon, Lucae 2. Homo iustus. *Et Zacharias cum Elisabeth:* Erant iusti ambo, incedentes in omnibus mandatis, et iustificationibus Domini sine querela. *Et Noë Genes. 6.* Iustus in generationibus suis; *ad omnia mandata Dei scilicet, ut dicitur Psal. 118.* Ad omnia mandata tua dirigebar; omnem viam iniquam odio habui. Quicumque enim totam Legem servaverit; offendat autem in uno, factus est omnium reus, *ut dicitur Iacobi 2. et prosequitur S. Doct. in cap. 1. Lucae.*

6 But more PROPERLY Injustice is the vice and sin opposed to legal justice, which is the virtue directing to the common good: D. Thom. calls this art. 1. illegal, which is a special sin, if it is committed out of contempt for the common good, and out of a settled intention of acting against it, as D. Thom. teaches loc. cit. Sotus lib. 3. de Iustitia, quaest. 3. art. 1. ad 1. Valentia quaest. 3. punct. 1. Otherwise it will not be a sin distinct from those which are committed against those virtues whose acts are to be exercised under the command of legal justice; but it will be the common condition of sins of this kind, and as it were a common sin, as Sotus and Valentia call it, and as I said in disputat. 22. quaest. 1.

PROPRIE vero magis Iniustitia est vitium, et peccatum, oppositum iustitiae legali, quae est virtus dirigens ad bonum commune: Hanc D. Thom. vocat art. 1. illegalem, quae est speciale peccatum, si ex contemptu boni communis, et ex certa intentione faciendi contra illud committatur, ut docet D. Thom. loc. cit. Sotus lib. 3. de Iustitia, quaest. 3. art. 1. ad 1. Valentia quaest. 3. punct. 1. Alioqui non erit distinctum peccatum ab iis, quae committantur contra virtutes eas, quarum actus sunt exercendi ex imperio iustitiae legalis; sed erit communis conditio huiusmodi peccatorum, et quasi commune peccatum, ut appellant Sotus, et Valentia, et dixi disputat. 22. quaest. 1.

7 But MOST PROPERLY it signifies the particular vice and sin opposed to the equality due of one to another, which particular Justice safeguards. Now this injustice is mortal in its genus, as D. Thom. teaches *art. 4.* although it can be venial on account of the smallness of the matter, or on account of the imperfection of an act not sufficiently deliberate, or not sufficiently voluntary, as on account of lightly culpable ignorance, as D. Thom. teaches in the *cited article* and more fully D. Bonavent. *in speculo animae, cap. 2.*

PROPRIISSIME vero significat vitium, et peccatum peculiare, oppositum aequalitati debitae unius ad alterum, quam Iustitia tuetur particularis. Haec autem iniustitia est mortalis ex genere, ut docet D. Thom. art. 4. *etsi possit esse*

> *veniale ob materiae parvitatem, vel ob imperfectionem actus non satis deliberati, vel non satis voluntarii, ut ob ignorantiam leviter culpabilem, ut docet D. Thom.* arti. citat. *et latius D. Bonavent.* in speculo animae, cap. 2.

8 But Injustice of this kind is DIVIDED into various subordinate species, namely first into Injustice against distributive Justice, and Injustice against Commutative. Then into various species of injustice against Commutative according to the very diverse ways in which one can offend against it, which S. Doct. enumerates and explains *in the place cited*, and which I enumerated with Aristotle *quaest. 1.* and shall explain in their proper places.

> *DIVIDITUR autem Iniustitia huiusmodi in varias species subalternas, nempe primo in Iniustitiam, contra Iustitiam distributivam, et Iniustitiam, contra Commutativam. Deinde in varias species iniustitiae contra Commutativam pro diversis valde modis, quibus contra eam delinqui potest, quos recenset, atque explicat S. Doct.* loco adducto, *et cum Aristotele recensui* quaest. 1. *et propriis locis explicabo.*

Question VII: Whether judgment is an act of justice

1 You have the various significations of IUDICII in Navarro *supra Rubricam de Iudiciis*, and in Valentiam *disp. 5. quaest. 4. puncto primo.*

> An Iudicium sit IUSTITIAE actus.
>
> *IUDICII significatus varios habes in Navarro* supra Rubricam de Iudiciis, *et Valentiam* disp. 5. quaest. 4. puncto primo.

2 The name of Judgment signifies MANY things. First it signifies the definition of that which is Just and equal among some, connoting at the same time a certain power of compelling the parties to the execution of the right defined. Such judgment is the sentence of a judge. Whence he is called Iudex whose it is to judge according to the laws, which in Greek is δίκαιος from δικάζω, as Valentia notes with D. Bonav. *in 1. dist. 45. parte 1. dub. 1. litt.* Therefore *indico* is *ius dico*.

> *MULTA significat nomen Iudicii. Primo significat definitionem eius, quod est Iustum, et aequum inter aliquos, connotans simul quandam potestatem compellendi partes ad executionem iuris definiti. Tale iudicium est sententia iudicis. Unde ille dicitur Iudex, cuius est secundum iura iudicare, quod in Graeco est δίκαιος a δικάζω, ut notat Valentia cum D. Bonav.* in 1. dist. 45. parte 1. dub. 1. litt. *Ideo* indico *est* ius dico.

3 SECONDLY by Metaphor it has been transferred to signify that which has been judged by a judge, as *Ioan. 5. They who have done evil shall come forth into the resurrection of judgment.* And prima *Cor. 11. He eats and drinks judgment to himself.* Therefore it chiefly expresses condemnation, as S. Doct. indicates *in 4. dist. 18. p. 1. dubio secundo.*

> *SECUNDO per Metaphoram translatum est ad significandum id, quod a iudice est iudicatum, ut* Ioan. 5. Procedent, qui fecerunt mala, in resurrectionem iudicii. *Et prima* Cor. 11. Iudicium sibi manducat, et bibit. *Ideo praecipue condemnationem exprimit, ut indicat S. Doct.* in 4. dist. 18. p. 1. dubio secundo.

4 THIRDLY in the same way it also signifies, in a certain way, things pertaining to judgment, as the tribunal. Thus Judgment is divided into Secular and Ecclesiastical *cap. Quanto, extra de Iudiciis.*

> *TERTIO eodem modo significat etiam q-d-m spectantia ad iudicium, ut tribunal. Sic dividitur Iudicium in Saeculare, et Ecclesiasticum* cap. Quanto, extra de Iudiciis.

5 FOURTHLY it signifies any definition of the intellect, in what manner it is said to pertain to Synesis, which is a part of potential Prudence, and it ought to be regulated to truth, as S. Doct. teaches *dist. 25. citata, secundo sent. dub. 1.* But this is twofold, Speculative and Practical, as D. Bonav. teaches *in 2. dist. 23. quaest. 2. ad 2. et dist. 7. p. 2. quaest. 1. in corpore.*

> *QUARTO significat quamcumque intellectus definitionem, quo pacto ad Synesim, quae est pars Prudentiae potentialis, dicitur spectare, et debet esse regulatum ad veritatem, ut docet S. Doct.* dist. 25. citata, secundo sent. dub. 1. *Hoc autem duplex est, Speculativum, et Practicum, ut docet D. Bonav.* in 2. dist. 23. quaest. 2. ad 2. et dist. 7. p. 2. quaest. 1. in corpore.

6 FIFTHLY it signifies that sentence of the intellect which is made concerning the probity of another, concerning which *Matth. 7. Judge not, and you shall not be judged.*

> *QUINTO significat eam intellectus sententiam, quae de alterius probitate fit, de quo* Matth. 7. Nolite iudicare, et non iudicabimini.

7 But this SENTENCE is from the will commanding, whose it is to judge. Therefore free choice also is defined as the judgment of reason, because in the free act, especially of judging concerning the probity of another, reason intervenes, and the judgment or decree of the will, as S. Doctor observes *loc. cit. Secundi sent.*

> *HAEC autem Sententia est a voluntate imperante, cuius est iudicare. Ideo et liberum arbitrium definitur iudicium rationis, quia in actu libero, maxime iudicandi de alterius probitate intervenit ratio, et iudicium, seu decretum voluntatis, ut observat* loc. cit. Secundi sent. *S. Doctor.*

8 But S. Doct. OBSERVES *in 1. dist. 3. p. 1. quaest. 1. ad 4.* that to judge concerning something is twofold. The first, by discerning whether it is, or is not; and in this way judgment belongs to every intellect knowing with respect to every object. The second, by approving or reproving; and thus it does not judge concerning truth, but according to it concerning other things, as D. August. says *de vera Religione, cap. 31.* that a judge does not judge concerning the law, but according to it judges concerning other things, and in this way one judging exercises the judging power, and the Right over the judged. Therefore this judgment is reserved to God, but not conceded to us, as *Matth. loc. cit.* says and Paulus *Galatas 6. Therefore do not judge before the time, until the Lord come.*

> *OBSERVAT autem S. Doct.* in 1. dist. 3. p. 1. quaest. 1. ad 4. *iudicare de aliquo esse duplex. Primum discernendo, utrum sit, vel non sit; et hoc modo convenit iudicium omni intellectui cognoscenti respectu omnis obiecti. Secundum approbando, vel reprobando; et sic non iudicat de veritate, sed secundum ipsam de aliis, sicut ait D. August.* de vera Religione, cap. 31. *quod iudex non iudicat de lege, sed secundum ipsam iudicat de aliis, et hoc modo iudicans potentiam exercet, et Ius super iudicatum. Ideo hoc iudicium est reservatum Deo, non autem nobis concessum, ut ait* Matth. loc. cit. *et Paulus* Galatas 6. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoad usque veniat Dominus.

9 In almost this manner he says three things of JUDGMENT. First the collation of merit or demerit to reward or punishment properly. Secondly he adds the discussion of merits and the pronouncing of sentence. Thirdly it is called, appropriately, condemnation itself, as S. Doct. notes *in 4. dist. 47. art. 1. quaest. 3. in resol.* Therefore we are prohibited from judging, that is, from condemning anyone, even privately, after the merits and demerits have been discussed, because this pertains to the judgment of God, as S. Doct. teaches *ibi, et in Diaeta, tit. 9. in finem*, citing that *prima Corinth. 4.* Elucidating which passage S. Doct. *in Appendice Diaetae Dom. 4. Advent. says: The Law of the Emperor says, the lesser power ceases.* Therefore the Apostle, considering the advent of the eternal judge, restrains it, saying: *Judge*

not, etc. and in *speculo animae, cap. 1.* after he has said: suspicion is an evil opinion from slight causes, and this proceeds from the evil affection of envy; and then it has the notion of mortal, but otherwise it is not judged mortal; he adds: Judgment is perverse when one, ill affected toward another, not only suspects evil in him from slight causes, but also defines in heart or mouth, in the manner of a sentence, that mortal sin is committed by someone, and this of its genus is mortal, from whatever root it proceeds. Whence the Gloss on that, prima *Cor. 4. Do not judge before the time* says: *We cannot avoid suspicions, because we are men; but judgment, that is, definitive sentences, we ought to guard against.* But this judgment is always a sin too grave. This S. Bonav. says, and *p. 3. Stimuli, cap. 8.* he adds the reason why these judgments are forbidden to us, from the Apostle *Rom. 14. Who art thou, that judgest another man's servant*, and he repeats again: *Do not judge before the time, until the Lord come*, namely, because our neighbors are not subject to us in the forum of conscience, but to the Lord, and in the Sacrament, to His Ministers.

> *HOC fere pacto tria dicit Iudicium. Primo collationem meriti, vel demeriti ad praemium, aut poenam proprie. Secundo addit discussionem meritorum, et prolationem sententiae. Tertio appropriate dicitur ipsa condemnatio, ut advertit S. Doct.* in 4. dist. 47. art. 1. quaest. 3. in resol. *Ideo prohibemur iudicare, idest discussis meritis, et demeritis aliquem condemnare, etiam private, quia hoc ad iudicium Dei pertinet, ut docet S. Doct.* ibi, et in Diaeta, tit. 9. in finem, *adducens illud* prima Corinth. 4. *Quem locum elucidans S. Doct.* in Appendice Diaetae Dom. 4. Advent. ait: Dicit Lex Imperatoris, cessat iunior potestas. *Ideo Apostolus considerans adventum aeterni iudicis, reprimit dicens:* Nolite, etc. *et in* speculo animae, cap. 1. *postquam dixit: suspicio est mala opinio ex levibus causis, et hoc ex mala affectione invidiae procedit; et tunc habet rationem mortalis, alias autem non iudicatur mortalis; subdit: Iudicium perversum est, cum quis ad alium male affectus non solum malum suspicatur in ipso ex causis levibus, verum etiam definit in corde, vel ore sententialiter peccatum mortale committi ab aliquo, et hoc de suo genere est mortale, ex quacumque radice procedat. Unde Glossa super illud, prima* Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare *ait:* Suspiciones vitare non possumus, quia homines sumus; iudicium autem idest, sententias diffinitivas, cavere debemus. *Hoc autem iudicium semper est nimis grave peccatum. Haec S. Bonav. et* p. 3. Stimuli, cap. 8. *apponit rationem, ob quam nobis vetita sint haec iudicia, ex Apostolo* Rom. 14. Tu quis es, qui alienum servum iudicas, *et iterum repetit:* Nolite ante tempus iudicare, quoad usque veniat Dominus, *nempe quia proximi non sunt nobis subiecti in foro conscientiae, sed Domino, et in Sacramento, Ipsius Ministris.*

10 MOREOVER, if Judgment be right, it will be an act of Justice: But it will be right, if the due equality is established, both by a public Judge in the Tribunal of the Forum, and unto condemnation; and by anyone in the private judgment of conscience, namely, when in practice one judges according to that which is established to us, yet not unto condemnation, as S. Doct. warns *opusc. de profectu Relig. cap. 1.* Therefore what pertains to establishing the true pertains to prudence; but what pertains to establishing equality in order to the reputation of our neighbor, to which each one has the right of defending, will be an act of Justice, as Valentia declares *loc. cit.* But the Judgment which can be made privately by us concerning the inexcusable probity of our neighbor pertains to Prudence, not to Justice, because it does not pertain to us to speak the right concerning the crimes of all others. See also Tannerum *disp. 4. quaest. 3. dub. 1.*

> *CAETERUM si Iudicium sit rectum, erit actus Iustitiae: Erit autem rectum, si statuatur aequalitas debita, tum a Iudice publico in Tribunali Fori, et ad damnationem; tum a quocumque in iudicio privato conscientiae, nempe cum practice iudicatur secundum id, quod nobis constat, non tamen ad condemnationem, ut monet S. Doct.* opusc. de profectu Relig. cap. 1. *Itaque, quod spectat ad statuendum verum, spectat ad prudentiam; quod vero ad stabiliendam aequalitatem in ordine ad famam proximi, ad quam unusquisque habet ius tuendi, erit actus Iustitiae, ut declarat*

Valentia loc. cit. *Iudicium vero, quod a nobis potest privatim fieri de inexcusabili improbitate proximi, ad Prudentiam spectat, non ad Iustitiam, quia ad nos non pertinet ius dicere de aliorum omnium criminibus. Vide etiam Tannerum* disp. 4. quaest. 3. dub. 1.

Question VIII: In what respect the public judgment of a judge is just

1 IN this matter it is certain, first, that among Christians there can be just Judgments, against the error of the Waldensians and the Anabaptists, as Tannerus warns, *disp. 4. quaest. 4. dub. 1.*

Qua ratione iustum sit Iudicis publicum Iudicium.

IN hac re primo certum est, inter Christianos posse esse Iudicia iusta, contra errorem Vualdensium, et Anabaptistarum, ut monet Tannerus disp. 4. quaest. 4. dub. 1.

2 *IT IS PROVED*

PROBATUR

3 *IT IS PROVED* at length by the Saintly Doctor, *p. 2. de Eccles. Hier. cap. 2.*, where the Saintly Doctor shows that Judges and Princes ought to be like the supernal Virtues, so that they may judge rightly. He brings forward several Scriptures on this point, 1. *Reg. 14.*, where of King David it is said: *But you, my lord the King, are as an Angel of God, who is moved neither by blessing nor by cursing.* From this he deduces that the Judge must be strong, in order to judge rightly. Therefore *Eccles. 7. Do not seek to be made a Judge, unless you have the strength to break through iniquities, lest perhaps you fear the face of the mighty. Sap. 6. Hear, O Kings and Judges, who judge the earth: to you is Power given by the Most High.* The same is found in *Psalm. 2.* in the New Testament: *Be instructed, you who judge the earth.* Therefore in Exodus 32. rules for judging are given to the faithful: *You shall not accept gifts, etc.*, and *Deuter. 16. You shall not respect persons nor accept gifts, for they blind, etc.* Second *Paral. 19. See what you do: for you do not exercise the judgment of men, but of God. Isa. 1. Judge for the orphan, help the oppressed.*

PROBATUR *late a S. Doct.* p. 2. de Eccles. Hier. cap. 2. *ubi ostendit S. Doct. Iudices, et Principes esse debere similes Virtutibus supernis, ut recte possint iudicare. Plures affert hac de re Scripturas 1.* Reg. 14. *ubi de Rege Davide dicitur:* Tu autem Domine mi Rex, es sicut Angelus Dei, qui nec benedictione, nec maledictione movetur. *Ex quo deducit, Fortem esse debere Iudicem, ut recte iudicet. Ideo* Eccles. 7. Noli quaerere fieri Iudex, nisi virtute valeas irrumpere iniquitates, ne forte expavescas faciem potentis. Sap. 6. Audite Reges, et Iudices, qui iudicatis terram, vobis data est Virtus ab Altissimo. *Idem habetur* Psalm. 2. *in novo Testamento:* Erudimini, qui iudicatis terram. *Ideo Exodi 32. dantur regulae iudicandi fidelibus:* Non accipies munera, etc. *et* Deuter. 16. Non accipies personam, neque munera, quia excaecant, etc. *Secundo* Paral. 19. Videte quid faciatis; non enim hominum exercetis iudicium, sed Dei. Isa. 1. Iudicate pupillo, subvenite oppresso.

4 *THUS* David judged, 1. *Reg. 30.*: *David rescued all that the Amalekites had taken, nor was anything missing from the spoils: but all things whatsoever they had seized, he brought back and restored. And 2. Reg. 22. Whom he shall repay fourfold,* where he is called by the holy prophet to judge. And Solomon, 3. *Reg. 3.*, judged — while he was holy — over those two little harlots concerning the stolen child. Many other passages from the Scriptures the Saintly Doctor brings forward in the Biblia pauperum, *cap. 50. also for the law of grace.*

SIC *David 1.* Reg. 30. *iudicavit:* Eruit David omnia, quae tulerant Amalecitae, nec defuit quidquam de spoliis: Sed omnia quaecumque rapuerant, retulit, et reduxit: Et 2. Reg. 22. Quem reddet in quadruplum, *ubi a propheta sancto vocatur ad iudicandum. Et Salomon 3.* Reg. 3. *iudicavit, cum esset Sanctus, de illis duabus*

meretriculis super raptum pueri. Plurima alia e Scripturis affert S. Doct. in Bibliis pauperum cap. 50. etiam pro lege gratiae.

5 *THESE* he also pursues at length *ad cap. 6. Sap.*, in these words: *Power has been given to you by the Lord, and strength by the Most High, who will question your works; for, though you were ministers of his kingdom, you did not judge rightly, nor keep the law of justice.* Where he adduces that *Rom. 13. There is no power but from God; Ioan. 19. You would have no power against me unless it had been given you from above.* That *Isa. 1. They do not judge for the orphan, and the cause of the widow does not come to them.* The same he laments, *Hierem. 5.*

HAEC *late prosequitur etiam* ad cap. 6. Sap. *in ea verba:* Data est a Domino potestas vobis, et virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, quoniam cum essetis ministri regni illius non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiae. *Ubi affert illud* Rom. 13. Non est potestas nisi a Deo, Ioan. 19. Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset desuper. *Illud* Isa. 1. Pupillo non iudicant, et causa viduae non ingreditur ad eos. *Idem lamentatur* Hierem. 5.

6 *THE SAME* authorities the Saintly Doctor pursues at length on that Ioan. 19. *You would have no power, etc.*, where in the New Testament the power of judging is asserted by Christ, and by the Apostle, *Rom. 13.*, and by St. Peter.

EASDEM *authoritates late prosequitur S. Doct. ad id Ioan. 19.* Non haberes potestatem etc. *ubi in novo Testamento a Christo, et Apostolo* Rom. 13. *et a D. Petro, asseritur Iudiciaria potestas.*

7 *THE SAME* he pursues in *serm. 22. Hexaëmer.*, where he observes that it was promised in Isaiah, chapter 1: *I will restore your judges as they were at the first: after this you shall be called the city of the just, the faithful city of Sion; she shall be redeemed in judgment, etc.* Whence it follows that judgments erected in the Old Testament were not destroyed in the New, as regards power.

EADEM *prosequitur* serm. 22. Hexaëmer. *ubi observat, promissum esse Isaiae primo:* Restituam iudices tuos, ut fuerunt prius: Post haec vocaberis Civitas iusti, urbs fidelis Sion in iudicio redimetur, etc. *Quo fit, ut iudicia erecta in testamento Veteri, non sint destructa in Novo, quoad potestatem.*

8 *THEREFORE* Paul also appealed to Caesar, *Act. 25. and 26.*, and therefore, together with Peter, he exhorted the faithful to submit to the judgment of Princes, *Rom. 13. Let every soul be subject to the higher powers, etc. For he does not carry the sword without cause: for he is God's minister: an avenger into wrath upon him who does evil,* as the Saintly Doctor shows *in 2. dist. 44. art. 3. quaest. 1.*, and in the first Epistle of Peter, 2. *Servants, be subject to your masters, not only to the good, but also to the froward, etc.* Therefore in the first Epistle to the Corinthians, 6., Paul praises judgments.

IDEO *et Paulus Caesarem appellavit,* Act. 25. et 26. *et ideo simul cum Petro hortabatur fideles, ut iudicio Principum starent,* Rom. 13. Omnis anima potestatibus subdita sit sublimioribus, etc. Non enim sine causa gladium portat; Dei enim minister est: vindex in iram ei, qui male agit, *ut ostendit S. Doctor* in 2. dist. 44. art. 3. quaest. 1. *et prima Petri,* 2. Servi subditi estote dominis, non tantum bonis, sed etiam dyscolis, etc. *Ideo prima Corinth. 6. Paulus iudicia laudat.*

9 *IT IS PROVED* more fully by the Saintly Doctor in *Hexaëmer. serm. 16.* from the constant usage of the Church from the times of the Apostles onward; for St. Peter condemned Ananias and Sapphira, *Act. 5.*, and in the following centuries there were always ecclesiastical and secular judgments in the Church, as is shown in the *Tract. de Legibus, and p. 1. Tract. 1. Disputationibus Prooemialibus.* These are confirmed by the ancient monuments of Councils, histories, and Decretals. Only this was most

constantly provided: that ecclesiastical judgments should be held among ecclesiastics, as appears in the *Decretis;* and secular judgments among the faithful, if they could be held, as the Apostle teaches, *prima Corinth. 6.*

> PROBATUR *latius a S. Doct. in* Hexaëmer. serm. 16. *ex perpetuo usu Ecclesiae iam inde a temporibus Apostolorum; Nam D. Petrus condemnavit Ananiam, et Sapphiram* Act. 5. *et deinceps sequentibus saeculis fuere semper Ecclesiastica, et saecularia iudicia in Ecclesia, ut ostendit* Tract. de Legibus, et p. 1. Tract. 1. Disputationibus Prooemialibus. *Haec constant ex veteribus monumentis Conciliorum, historiarum, et Decretorum. Solum fuit constantissime cautum, ut Ecclesiastica iudicia apud Ecclesiasticos fierent, ut constat in* Decretis; *et saecularia iudicia apud fideles, si possent fieri, ut tradit Apostolus* prima Corinth. 6.

10 *IT IS PROVED* thirdly by the Saintly Doctor, *in 2. dist. 44. art. 2. quaest. 1. ad 1.*, by the most solid argument of St. Peter, *prima cap. 2.*, where, having described the state of the holy liberty of the New Testament, he concludes: *Be subject, therefore, to every human creature for God's sake: whether to the King, as excelling: or to governors, as sent by him to punish malefactors, but for the praise of the good: for so is the will of God.* From this the reason is drawn out, which he magnifies against the fourth argument of the *following quaestio,* and which Valencia uses, *disp. 5. quaest 4 punct 2.*: What is useful and necessary by natural law for the good of the commonwealth is not abolished, but established by the decrees of the Christian Religion; for Religion does not destroy, but perfects, the law of nature. But judges and judgments are necessary for the Christian commonwealth: Therefore. The minor is proved by the example of all nations, and from God's ordinance, Deuter. 16. *Judges and Magistrates you shall constitute, that they may judge the people.* Then the minor is evident: for if there were no judges and judgments by which the disputes of men would be terminated, and punishments assigned to crimes, and rewards to rightly performed political works, the greatest disturbance and overthrow would appear. With this reasoning he argues at greater length in *p. 2. de Ecclesiastica Hier. cap. 2.*, as I shall say below.

> PROBATUR *tertio a S. Doct.* in 2. dist. 44. art. 2. quaest. 1. ad 1. *argumento solidissimo D. Petri* prima cap. 2. *ubi descripto statu sanctae libertatis novi testamenti, concludit:* Subiecti igitur estote omni humanae creaturae propter Deum: sive Regi, quasi praecellenti: sive Ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum: quia sic est voluntas Dei. *Hinc eruitur ratio, quam magnificat ad quartum argumentum* quaest. sequentis, *eaque utitur Valentia* disp. 5. quaest 4 punct 2. *Quod iure naturali est utile, et necessarium ad bonum Reip. non tollitur, sed stabilitur decretis Christianae Religionis; non enim Religio destruit, sed perficit ius naturae. At iudices, et iudicia sunt Christianae Reip. necessaria: Ergo. Minor probatur exemplo omnium nationum, et ex Dei ordinatione Deuter. 16.* Iudices, et Magistratus constitues, ut iudicent populum. *Deinde patet Minor: Nam si iudices, et iudicia non essent, quibus hominum lites terminarentur, et poenas delictis, et praemia recte exantlatis operibus politicis imponerent, maxima perturbatio, atque subversio videretur. Hac ratione latius utitur* p. 2. de Ecclesiastica Hier. cap. 2. *ut dicam infra.*

11 *NOR* do the heretical adversaries lean on a firm foundation.

> NEC *adversarii haeretici firmo nituntur fundamento.*

12 *THEY OPPOSE,* indeed, Matth. 5.: *If any one will contend with you in judgment and take away your tunic, give him also your cloak.*

> OPPONENT *enim id Matth. 5.* Si quis voluerit tecum in iudicio contendere, et tunicam tollere, da ei et pallium.

13 *THE SAINTLY DOCTOR ANSWERS* on this passage, *Lucae 6.*, that judgments are not forbidden; but contentions and quarrels, and the lust of vengeance, as St. Augustine says, *epist. 5.* Therefore, in sum, it must be held (says the Saintly Doctor) that the correction of a neighbor, or the hindering of evil, or the punishment of a crime committed by one who can and ought to hinder it — such as the Minister of the law — is not forbidden; but here the lust of revenge is forbidden and restrained, both as to the hand, and as to the sign, and as to the mind. In the same way St. Augustine says it is to be understood of what he said there also: *And whoever shall strike you on one cheek, offer him the other also,* and yet he himself, *Ioan. 19.*, corrected the striker and did not offer the other cheek: similarly Paul, *Actorum 23.*, struck on the cheek, answered: *God shall strike you, you whited wall,* and yet both were most patient in spirit, as the Saintly Doctor observes, *loc. cit. ad locum Ioan.*, from St. Augustine, *tract. 113. and epist. 5.* — see him. Thus answers Valencia, *disp. 3. quaest. 16. punct. 1. col. 742. and disp. 5. quaest. 4. p. 2.*, and Tannerus in the *cited place.*

> RESPONDET *S. Doct. ad hunc locum* Lucae 6. *non prohiberi iudicia; sed contentiones, et rixas, ac libidinem vindictae, ut ait S. August.* epist. 5. *Igitur in summa tenendum est (ait S. Doct.) quod non prohibetur correptio proximi, seu impeditio mali, vel punitio sceleris, perpetrati ab eo, qui potest, et debet praepedire, cuiusmodi est legis Minister; sed prohibetur, et cohibetur hic ulciscendi libido, et quantum ad manum, et quantum ad signum, et quantum ad animum. Eodem modo ait S. August. intelligendum id, quod ibidem dixit:* Et qui te percusserit in una maxilla, praebe illi et alteram, *et tamen ipse* Ioan. 19. *percutientem correxit, nec alteram praebuit maxillam: Similiter et Paulus* Actorum 23. *in maxilla ictus, respondit:* Percutiet te Deus paries dealbate, *et tamen animo patientissimus uterque fuit, ut observat S. Doct.* loc. cit. ad locum Ioan. *ex D. August.* tract. 113. et epist. 5. *quem vide. Sic respondet Valentia* disp. 3. quaest. 16. punct. 1. col. 742. et disp. 5. quaest. 4. p. 2. *et Tannerus* loco citato.

14 *THEY OPPOSE,* secondly, Matth. 7.: *Judge not, that you be not judged.*

> OPPONUNT *secundo id Matth. 7.* Nolite iudicare, ut non iudicemini.

15 *THE SAINTLY DOCTOR ANSWERS, p. 1. Concil. sect. 10.*, from St. Augustine, *lib. 2. de serm. Domini in monte, cap. 28.*, that not every judgment is forbidden; but one rashly passed without firm reason. The same is the judgment of St. Hilar., *Can. 5. in Matth.*

> RESPONDET *S. Doct.* p. 1. Concil. sect. 10. *ex D. August.* lib. 2. de serm. Domini in monte, cap. 28. *non prohiberi omne iudicium; sed temere assertum sine firma ratione. Idem censet D. Hilar.* Can. 5. in Matth.

16 *THE SAINTLY DOCTOR ANSWERS, de septem Itineribus aeternitatis, Itinere primo, dist. 4.*, from St. Jerome, that the order of correction is taught, so that first, judging ourselves, we amend ourselves, casting the beam out of our own eye, before we contemplate the mote in another's eye.

> RESPONDET *S. Doct.* de septem Itineribus aeternitatis, Itinere primo, dist. 4. *ex D. Hieronymo, doceri ordinem correctionis, ut primo nos ipsos iudicantes emendemus, eiicientes trabem de oculo nostro, antequam festucam in alterius aranea meditemur.*

17 *THAT* indeed he does not condemn every judgment is found in Ioan. 12.: *Judge not according to the face, but judge just judgment,* as St. Bonaventure there observes.

> QUOD *vero non damnet omne iudicium, habetur Ioan. 12.* Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate, *ut observat ibi D. Bonavent.*

18 *THEY OBJECT* also from the first Epistle to the Corinthians, 6.: *Brother contends with brother in judgment: and that before unbelievers? Indeed already altogether it is a fault in you, that you have judgments among*

yourselves.

> OBIICIUNT *etiam id prima Cor. 6.* Frater cum fratre iudicio contendit: et hoc apud infideles? Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos.

19 *IT IS ANSWERED*, not that judgment is condemned, as I said above — indeed it is instituted; but that an undue one is reproved. Four conditions, however, are laid down by the Doctors that a judgment be just: thus St. Thomas, 2.2. quaest. 60. art. 1. and 6.; St. Bonaventure, in 2. dist. 44., in the cited places, and lib. 1. Pharetra, cap. 45.

> RESPONDETUR, *non damnari iudicium, ut dixi supra, imo institui; sed reprehendi indebitum. Quatuor autem conditiones ponunt Doctores, ut iudicium sit iustum, sic D. Thomas 2.2. quaest. 60. art. 1. et 6. D. Bonav. in 2. dist. 44. locis citatis, et lib. 1. Pharetra, cap. 45.*

20 T H E F I R S T is legitimate authority, such as ordinary Judges have, or Delegates, or even Arbitrators, who have that power by the law of nations over those who freely commit themselves to them. And such also would be one who, by a special judgment of God, fulfilled that office, as Phinees, Numer. 25., slew the Madianite and the Hebrew man, as the Saintly Doctor notes in the Biblia pauperum, cap. 51.

> *P R I M A est legitima authoritas, qualem habent Iudices ordinarii, aut Delegati, aut etiam Arbitri, qui iure gentium eam habent potestatem in eos, qui se illis ultro remittunt. Et talis esset etiam ille, qui speciali Dei iudicio, fungeretur eo munere, sicuti Phinees Numer. 25. occidit Madianitam, virumque Hebraeum, ut advertit S. Doct. in Bibliis pauperum, cap. 51.*

21 Because of the lack of this condition a Judgment is said to be unjust by usurpation, as St. Thomas says, art. 6.; St. Bonaventure, 2. dist. 44. art. 2. quaest. 1.

> *Ex defectu huius conditionis dicitur Iudicium iniquum per usurpationem, ut ait D. Thom. art. 6. D. Bonau. 2. dist. 44. art. 2. quaest. 1.*

22 Y E T it can happen that the judgment of some Tyrant, who truly lacks legitimate power, be otherwise just and bind, namely if he be in peaceful possession. For otherwise the peaceful state of the commonwealth could not stand, unless what the ruler justly decreed is obeyed: Thus Valencia, punct. 2., who says that Victoria is held to have thought so, and it is the opinion of St. Bonaventure in the cited place, in the body and ad 2., where he teaches that the Tyrant, although he rules without legitimate power, and accordingly decides unjustly by reason of usurpation, must nevertheless be heard, if he decide justly, for the punishment of malefactors and the praise of the good, as is said in the first Epistle of Peter, 2.; and accordingly his decrees are just, and it is just to subject oneself to them.

> *F I E R I tamen potest, ut iudicium, alioqui iustum alicuius Tyranni, qui revera careat legitima potestate, obliget, si nimirum in pacifica possessione sit. Nam alias consistere pacificus Reipublicae status non posset, nisi dominanti in iis, quae iuste statuit, pareatur: Ita Valentia punct. 2. qui ait, ita sensisse ferri Victoriam, eaque est sententia D. Bonau. loc. cit. in corpore, et ad 2. ubi docet, Tyrannum, tametsi absque legitima potestate dominetur; atque adeo inique decernat ratione usurpationis, tamen esse audiendum, si iuste decernat, in vindictam malefactorum; laudem vero bonorum, ut dicitur prima Petri 2. atque adeo eius decreta esse iusta, eisque se subiicere esse iustum.*

23 T H E S E C O N D condition is, that the Judgment be conformed to the rule of Justice, namely, that what is decreed be just, even if the judge does not act from the virtue of Justice; but from the

political rule, lest he be deprived — such was that Judge, Luc. 16., who finally sanctioned what was just for the Widow out of fear of punishment; as Valencia observes after St. Bonaventure on that passage. By the lack of this condition, the Judgment is said to be unjust, and it does not bind in conscience, as Innocent and Panormitanus teach, in cap. Plerique, extra de immunitate Ecclesiae; Sylvest., under the word Sententia, quaest. 11.; Sotus, lib. 3. de Iustitia, quaest. 4. art. 2.

> *S E C V N D A conditio est, ut Iudicium sit conforme regulae Iustitiae, nempe, ut id, quod decernitur, iustum sit, etiamsi iudex non operetur ex virtute Iustitiae; sed vel politicae regulae, ne privetur, qualis erat Iudex ille Luc. 16. qui iustum sancivit tandem pro Vidua ex timore supplicii; ut observat Valentia post D. Bonau. ad eum locum. Ex defectu huius conditionis, dicitur Iudicium iniquum, neque in conscientia cogit, ut tradunt Innocentius, et Panormitanus in cap. Plerique, extra de immunitate Ecclesiae, Sylvest. verbo Sententia, quaest. 11. Sotus lib. 3. de Iustitia, quaest. 4. art. 2.*

24 ¶ T H E T H I R D condition is the due judicial order: citation, hearing of the Accused, defenses, etc.

> *¶ T E R T I A conditio est debitus ordo iudicialis, citatio, audientia Rei, defensiones, etc.*

25 T H E F O U R T H condition, that he judge from the affection of Justice. So all the Interpreters of St. Thomas, quaest. 60. art. 2.; Suarez, 3. p. Tom. 5. disp. 4. sect. 7.; Tannerus, in the cited place.

> *Q V A R T A conditio, ut iudicet ex affectu Iustitiae. Ita omnes Interpretes D. Thomae quaest. 60. art. 2. Suarez 3. p. Tom. 5. disp. 4. sect. 7. Tannerus loco citato.*

26 Note, however, that this condition does not render the judgment invalid, as the cited authors warn. But an order failing in essentials renders it null. But of this there will be a sub-disputation.

> *Adverte tamen, hanc conditionem non reddere iudicium invalidum, ut monent allegati. Ordo vero deficiens in essentialibus ipsum reddet nullum. Sed de hoc erit subdisputatio.*

27 A F I F T H condition is added: its conformity with the rules of Prudence. Now for this it ought to have two conditions: one, that it decide with due consideration; the other, that it not be from a depraved affection of hatred, or some other affection, or of gifts, etc.

> *Q V I N T A conditio additur conformitas eius cum regulis Prudentiae. Ad hoc autem duas habere debet conditiones: altera, ut debita consideratione decernat; altera, ut non sit ex affectu pravo odii, vel alio affectu, seu munerum, etc.*

28 ¶ I T O U G H T also to be asserted that a Judge does not straightway lose his power because he lies in mortal sin, against Wicleph, whose error is condemned in the Council of Constant., sess. 8.

> *¶ O P O R T E T etiam asserere, Iudicem non illico amittere potestatem, quia in mortali peccato iacet, contra Vuiclephum, cuius error damnatur in Concilio Constant. sess. 8.*

29 I T I S P R O V E D at length by the Saintly Doctor, in 2. dist. 44., where Peter, prima cap. 2., commands obedience to Masters, even to the froward. Iob 34. *He makes the Hypocrite to reign.* Osee 13. *I will give them a King in my wrath.* Ioan. 19. *You would have no power unless it had been given you from above.* The Saintly Doctor adduces examples of these in the Biblia, cap. 102. For thus of Nabuchodonosor it is said, Danielis 4.: *Your power reaches to the ends of the whole earth.* The same is asserted in cap. 5.; and to Ieroboam, 3. Reg., the Lord gave the kingdom of Israel, and to other wicked men, as the Saintly Doctor observes in the cited place. And Matth. 22.: *Render to Caesar the things that are Caesar's.* Now Tiberius was impious, which the Saintly Doctor elegantly discourses upon in serm. 5. Dom. 22. post Pentecosten.

P R O B A T V R late a S. Doct. in 2. dist. 44. ubi Petrus prima cap. 2. praecipit, obedire Dominis, etiam discolis. Iob 34. Regnare facit Hypocritam. *Osee 13.* Dabo eis Regem in furore meo. *Ioan. 19.* Non haberes potestatem, nisi tibi datum esset desuper. *Horum exempla refert S. Doct. in Bibliis, cap. 102. Sic enim de Nabuchodonosore dicitur Danielis 4.* Potestas tua in terminos universae terrae. *Idem asseritur cap. 5. et Ieroboam 3. Reg. dedit Dominus regnum Israël, aliisque pravis, ut observat S. Doct. loco citato. Et Matth. 22.* Reddite, quae sunt Caesaris, Caesari. *Erat autem Tiberius impius, quod eleganter discurrit S. Doct. in serm. 5. Dom. 22. post Pentecosten.*

30 T H E R E A S O N also is that of St. Bonaventure which Valencia uses: because the foundation of jurisdiction is not the grace of God, but his will in the order of political governance, and often also for the punishment of peoples, as he discourses in 2. dist. 44. art. 2.

R A T I O etiam est D. Bonavent. qua utitur Valentia, quia fundamentum iurisdictionis non est gratia Dei, sed voluntas eius in ordine ad gubernationem politicam, et saepe etiam ad poenam populorum, ut disserit in 2. dist. 44. art. 2.

31 N O W it is controverted: whether the judgment of a judge is rendered mortally evil because it is passed by a judge constituted in mortal sin — and indeed in the times of St. Bonaventure most Theologians held this, at least concerning Ecclesiastical Judges: Alens., 3. p. quaest. 40. membr. 3.; St. Thomas, 4. dist. 19. quaest. 2. art. 2. St. Bonaventure seems to suspect it in those words, Ioan. 8.: *He who is without sin among you, let him cast the first stone*, where he speaks of the danger for such judges, and more especially for those living in public sin, because they scandalize the peoples whom they ought to admonish and call away from evil.

E S T autem controversum: An iudicium iudicis reddatur mortaliter malum, eo quod feratur a iudice in peccato mortali constituto, et quidem temporibus S. Bonavent. plerique Theologi id tenebant, saltem de Iudicibus Ecclesiasticis, Alens. 3. p. quaest. 40. membr. 3. D. Thom. 4. dist. 19. quaest. 2. art. 2. Videtur suspicari D. Bonavent. in ea verba, Ioan. 8. Qui sine peccato est, mittat in eam lapidem*, ubi periculum ait talibus iudicibus, magis vero in peccato publico degentibus, quia scandalizant populos, quos arguere debent, et a malo avocare.*

32 F O L L O W I N G this were Paludanus, 4. dist. 19. quaestione 3. artic. 3.; Sylvester, under the word correctio fraterna, quaestione 16.

E A M secuti sunt Paludanus 4. dist. 19. quaestione 3. artic. 3. Sylvester verbo, correctio fraterna*, quaestione 16.*

33 T H E O P P O S I N G opinion, however, is the common one: Thus St. Thomas, *hic, art. 2. ad 3.*, where he abandoned the former opinion. Thus Caietanus; Sotus, lib. 3. de Iustitia, quaest. 4. art. 2.; Navar., in Comment. super Rubricam, de Iud. num. 42.; Valencia, disp. 5. quaest. 4. punct. 2.; and it is St. Bonaventure's, in the cited place.

O P P O S I T A tamen sententia est communis: Ita D. Thom. hic, art. 2. ad 3. *ubi priorem sententiam deseruit. Ita Caietanus, Sotus lib. 3. de Iustitia, quaest. 4. art. 2. Navar. in Comment. super Rubricam, de Iud. num. 42. Valentia disp. 5. quaest. 4. punct. 2. et est D. Bonau. loco citato.*

34 I A S S E R T with St. Bonaventure that there is some sin in that case, but I do not lay down that it is always mortal, but dangerous, lest it lead to mortal sin.

A S S E R O cum D. Bonavent. esse aliquod in eo casu peccatum, non tamen statuo illud semper esse mortale, sed periculosum, ne in mortale ducat.

35 I T I S P R O V E D first by St. Bonaventure, loc. cit., from that saying of Christ, *He who is without sin among you, let him cast the first stone*, which passage Anselm there expounds thus, and St. Augustine, tract. 33., who say that those unworthy to judge the woman were brought forward by Christ. Since,

therefore, such judges are unworthy, it follows in some way that they sin, as Valencia confesses, freely responding.

> *P R O B A T V R primo a S. Bonavent. loc. cit. ex illo Christi effato,* Qui sine peccato est vestrum, mittat in eam lapidem*, quem locum sic explicat Anselmus ibi, S. August. tract. 33. qui aiunt, eos indignos iudicandi mulierem afferi a Christo. Cum igitur tales iudices indigni sint, sequitur aliquo modo eos peccare, ut fatetur, ultro respondens, Valentia.*

36 I T I S P R O V E D secondly by St. Bonaventure, lib. 1. Pharetrae, cap. 45., from many Fathers.

> *P R O B A T V R secundo a D. Bonau. lib. 1. Pharetrae, cap. 45. ex multis Patribus.*

37 St. G R E G O R Y, homil. 26. in Evang.: *It is hard, that one who knows not how to hold the measures of his own life should become judge of another's life. Lo, the peril to which a depraved man exposes himself, when he makes himself judge of another's life.*

> *D. G R E G O R I V S homil. 26. in Evang.* Durum est, ut qui nescit tenere moderamina vitae suae, iudex fiat vitae alienae, En periculum, cui se exponit homo depravatus, dum se iudicem vitae alienae ponit.

38 St. I S I D O R E, de summo bono, cap. 55. sent. 1.: *None of the foolish or the wicked ought to be a judge: for the fool by sloth, the wicked man by wickedness, corrupts the truth which he has learned.*

> *D. I S I D O R V S de summo bono, cap. 55. sent. 1.* Neminem stultorum, vel improborum oportet iudicem esse: Nam stultus per ignaviam, improbus per improbitatem corrumpit, quam didicit, veritatem.

39 St. A U G U S T I N E, epistol. 174.: *It is unjust that anyone should wish to judge another and be unwilling to be judged himself.*

> *D. A V G V S T. epistol. 174.* Iniquum est, ut quisque iudicare de alio velit, et iudicari de seipso nolit.

40 St. A M B R O S E, in 2. Apol. David, cap. 2.: *Let each one who is about to judge another first judge himself, and let him not condemn lesser errors in another, when he himself has committed graver ones.*

> *D. A M B R O S I V S in 2. Apol. David, cap. 2.* Unusquisque de alio iudicaturus, de seipso prius iudicet, nec minora in alio errata condemnet, cum ipse graviora commiserit.

41 N O R does Valencia satisfy, saying that the Fathers only signify that it is illicit if it be done without humility. For indeed with relaxed sinews it cries out that it is in itself unjust and dangerous. Whether it be always mortal, the Saintly Doctor does not assert.

> *N E Q V E satisfacit Valentia dicens, Patres solum significare, id esse illicitum, si fine humilitate fiat. Profecto enim laxis fibris id iniquum, et periculosum ex se clamant. An vero sit mortale semper, non asserit S. Doctor.*

42 A S T O the foundation Valencia opposes — that there is a great difference between the use of the power of order and of jurisdiction, so that this is not so grave as to confect the Sacraments unworthily — I grant it; but he will not deny that even that is evil.

> *Q V O D vero opponit fundamentum Valentia, magnum esse discrimen inter usum potestatis, ordinis, et iurisdictionis, ut hic non sit adeo gravis, sicut conficere Sacramenta indigne; fateor; sed non negabit, etiam illud esse malum.*

43 N O W the Saintly Doctor elegantly discourses on the requirements of Judges in the second part, de Eccl. Hier. cap. 2., where, likening them to the Angelic Virtues, he teaches: For the Virtues are Angels of the second order, of the middle Hierarchy, who are so called *because of the strong and* unchangeable virility for the reception of divine illuminations, not in any way weak, but virilely

reduced to the imitation of God (as St. Dionysius teaches, cap. 8. de coelesti Hier.), not abandoning the deiform movement, but bearing it firmly into the superessential and potentific virtue deiformly proceeding. All these things he teaches are to be referred to those who have obtained the power of judging.

> *D I S C V R R I T autem S. Doct. eleganter de Iudicum requisitis parte secunda de Eccl. Hier. cap. 2. ubi eos Virtutibus Angelicis assimilando docet: Sunt enim Virtutes, Angeli, secundi ordinis. Mediae Hierarchiae, qui sic vocantur* propter fortem, et *immutabilem virilitatem ad susceptionem divinarum illuminationum, nullatenus infirmam, sed viriliter in Dei imitationem reductam (ut docet S. Dionysius cap. 8. de coelesti Hier.) Deiformem motum non derelinquentem, sed firmiter ferentem in superessentialem, et potentificam virtutem deiformiter provenientem. Haec omnia ad eos, qui potestatem iudicandi obtinuerunt, referenda docet.*

44 F O R, that peace and concord may be had in the Church of Christ, justice has been ordained by the Lord. But Justice and Peace accompany one another; for the Psalmist says: *The mountains shall receive peace for the people, and the hills justice;* because there would not be peace in the mountains, that is, in proud men, unless there were justice in the hills, that is, in the good and humble Prelates and Judges, in whom virility, or angelic virtuousness, is required, so that neither by blessing nor by cursing they be turned aside from the rectitude of justice, as is said of David, 2. Reg. 14.: *But you, my lord the King, are as an Angel of God, who is moved neither by cursing nor by blessing.* The judge, therefore, ought to be strong and virile, lest by fear, hatred, or love he be turned from the vigor of justice. Therefore the counsel is given, Ecclesiastici 7.: *Do not seek to be made a judge, unless you have the strength to break through iniquities, lest perhaps you fear the face of the mighty.* And Sap. 6.: *Hear, O Kings and Judges, who judge the earth: to you is strength given by the Most High, etc.*

> *NAM, ut pax, et concordia in Christi Ecclesia habeatur, iustitia a Domino est ordinata. Iustitia vero, et Pax se invicem concomitantur; nam dicit Psalmista:* Suscipiant montes pacem populo, et colles iustitiam; *quia non esset pax in montibus, idest, superbis hominibus, nisi esset iustitia in collibus, idest, in bonis, et humilibus Praelatis, et Iudicibus, in quibus virilitas, seu virtuositas angelica requiritur, ut nec benedictione, nec maledictione a rectitudine iustitiae dimoveantur, sicut de David 2. Reg. 14.* Tu autem Domine mi Rex, es sicut Angelus Dei, qui nec maledictione, nec benedictione movetur. *Fortis igitur, et virilis esse debet iudex, ne timore, odio, vel amore, a vigore iustitiae deflectatur. Ided datur consilium Ecclesiastici 7.* Noli quaerere fieri iudex, nisi virtute valeas irrumpere iniquitates, ne forte expavescas faciem potentis. *Et Sap. 6.* Audite Reges, et Iudices, qui iudicatis terram, vobis data est virtus ab Altissimo, etc.

45 N E X T, the Judges ought to be like the Virtues in the virtuous defense of justice, as is said, Ecclesiastici 4.: *Fight for Justice, and be certain even unto death for justice.* For when subjects see Prelates pusillanimous and tepid, they are easily terrified, as is said, Zach. 13.: *I will strike the shepherd, and the sheep shall be scattered.* Therefore it is said, Ezech. 3.: *I have made you like an adamant and like flint; fear them not;* where Marinus Brixiensis [reads] magnesem, because the Judge ought to be strong as the adamant, and at the same time benign, attracting, as the Saintly Doctor says. Therefore let them act virilely, lest there be said to them that of Ezech. 13.: *You have not gone up against [them].*

> *DEINDE Virtutibus similes esse debent Iudices in virtuosa iustitiae defensione, ut dicitur Ecclesiastici 4.* Pro Iustitia agonizare, et usque ad mortem certa pro iustitia. *Nam quando subditi vident Praelatos pusillanimes, et tepidos, facile perterrentur, ut dicitur Zach. 13.* Percutiam pastorem, et dispergentur oves. *Ideo dicitur Ezech. 3.* Ut adamantem, et silicem posui te, ne timeas eos; *ubi Marinus Brixiensis, ut magnesem, quia Iudex debet esse fortis,*

ut adamas, et simul benignus attrahens, ut ait S. Doctor. Igitur viriliter agant, ne eis dicatur id Ezech. 13. Non ascendistis ex adverso.

46 T H I R D L Y they are compared to the Virtues on account of the imitation of Divine wisdom, which the Judges ought to hold before their eyes in their sentences. For human wisdom is bound to imitate the virtue of divine justice. Therefore Sap. 6.: *Love the light of wisdom, you who preside over the peoples,* lest that of Hierem. 5. be said of them: *Perhaps the poor and the foolish know not the way of the Lord, and the judgment of their God. I will go forth, therefore, etc.* Isa. 56.: *They have not known satiety; the pastors themselves have not understood understanding.* Therefore it is said of the Virtues that virilely, through the reception of illuminations, they are reduced to the imitation of God. For those who are illuminated by God execute justice without offense, and this is said, Psalm. 88.: *Lord, they shall walk in the light of your countenance, and in your justice shall they be exalted.*

TERTIO Virtutibus comparantur, ob Divinae sapientiae imitationem, quam debent Iudices in suis sententiis prae oculis tenere. Humana enim sapientia divinae iustitiae tenetur imitari virtutem. Ideo Sap. 6. Diligite lumen sapientiae, qui praeestis populis, *ne dicant illud Hierem. 5.* Forsan pauperes, et stulti ignorant viam Domini, et iudicium Dei sui. Ibo ergo, etc. *Isa. 56.* Nescierunt saturitatem, ipsi Pastores ignoraverunt intelligentiam. *Ideo dicitur de Virtutibus, quod viriliter per susceptionem illuminationum reducuntur ad Dei imitationem. Nam, qui illuminantur a Deo, absque offendiculo iustitiam exequuntur, et hoc dicitur Psalm. 88.* Domine in lumine vultus tui ambulabunt, et in iustitia exaltabuntur.

47 F O U R T H L Y they are like the Virtues in the swiftness of dispatching the causes of the poor; for true Justice, when it has become known to the judge, is not to be delayed in execution, but is to be decided and promulgated at once, and this especially in the causes of the poor, whose delay is harmful to them in many ways; and therefore the Virtues are said not to abandon the deiform movement, because virtuous Judges, the cause of the poor being known, do not defer judgment; as neither does God, of whom it is said, Ecclesiastici 35.: *The Lord will not delay, but will judge the just, and will do judgment; and the Most Strong will not have patience with them.*

QUARTO Virtutibus sunt similes in celeritate expediendi causas pauperum; Nam vera Iustitia, cum fuerit nota iudici, non est ab executione retardanda, imo statim definienda, et promulganda, et hoc praecipue in causis pauperum, quarum dilatio eis nociva multipliciter est; et ideo dicuntur Virtutes Deiformem motum non derelinquere, quia virtuosi Iudices, cognita causa pauperis, iudicare non differunt; sicut nec Deus, de quo dicitur Ecclesiastici 35. Dominus non elongabit, sed iudicabit iustos, et faciet iudicium, et fortissimus non habebit in illis patientiam.

48 F I F T H L Y they ought to be like the Virtues, not burdened with gifts, which are therefore forbidden, Exodi 23., Deuter. 16., because *they blind and enervate the strength of Justice.* Therefore they are likened to the Virtues, which arrive at the Potentific and superessential virtue, that is, in their movements and acts they regard only God, not their own advantage. For they are admonished, 2. Paralip. 19.: *See what you do: for you do not exercise the judgment of men, but of God,* as I also admonished above.

QUINTO debent esse Virtutibus similes, non onerati muneribus, quae ideo vetantur Exodi 23. Deuter. 16. quia excaecant, et enervant virtutem Iustitiae. *Ideo Virtutibus similantur, quae ad Potentificam, et superessentialem virtutem perveniunt, idest, in suis motibus, et actibus, solum Deum, non proprium commodum intuentur. Admonentur enim 2. Paralip. 19.* Videte quid faciatis. non enim hominum exercetis iudicium, sed Dei, *ut etiam supra monui.*

49 S I X T H L Y let them be likened to the heavenly Virtues, on account of the swift and virile liberation of the oppressed. For those Angels are held to restrain the demons, as Tob. 8.: *Raphael seized the demon,* and Dan. 6.: *God sent his Angel and shut the mouths of the lions.* For there are some powerful men, cruel as demons, oppressors of the innocent. Therefore it is said, Proverb. 24.: *Snatch them who are led to death:* and Iob 29.: *Because I had delivered the poor man crying out, and the orphan who had no helper, I broke the jaws of the wicked, and from his teeth I snatched [the prey].* As in the first book of Reg. 17. David is said to have snatched the sheep and lambs from the jaws of the lion and the bear. So God commands, Isa. 1.: *Judge for the orphan, help the oppressed, etc.*

> *SEXTO Virtutibus coelicis similentur, ob celerem, et virilem oppressorum liberationem. Hi enim Angeli sunt, qui tenentur daemones coercere, ut Tob. 8.* Apprehendit Raphael daemonium, *et Dan. 6.* Misit Deus Angelum suum, et conclusit ora Leonum. *Sunt enim aliqui potentes, crudeles, ut daemones, innocentium oppressores. Ideo dicitur Proverb. 24.* Erue eos, qui ducuntur ad mortem: et Iob 29. Eo quod liberassem pauperem vociferantem, et pupillum, cui non erat adiutor, conterebam molas iniqui, et de faucibus eius eruebam. *Veluti primo, Reg. 17. dicitur David eruisse oves, et agnos e faucibus Leonis, et Ursi. Sic praecipit Deus, Isa. 1.* Iudicate pupillo, subvenite oppresso, etc.

50 F I N A L L Y they ought to be like the Angelic Virtues, which are destined for working miracles, restoring eyes torn out, feet cut off, etc. For so also the Judges ought manfully to take care to restore goods unjustly taken away, of fame, body, fortune, and to compel unjust robbers to satisfaction; and this is figured in the deed of David: *All things which the Amalekites had taken, nor was anything missing from the spoils, but all things whatsoever they had seized he brought back and restored.* And 2. Reg. 12. Whom (he decreed) *he shall repay fourfold*, and 3. Reg. 3. Solomon restored the stolen infant to his mother.

> *TANDEM Virtutibus similes esse debent Angelicis, quae miraculis patrandis destinantur, restituendo oculos erutos, pedes detruncatos, etc. Sic enim et Iudices bona inique ablata, famae, corporis, fortunae, debent restituenda curare viriliter, et latrones iniquos ad satisfactionem compellere, et hoc figuratur facto David:* Omnia quae tulerant Amalecitae, nec defuit quidquam de spoliis, sed omnia quaecumque rapuerant retulit, et reduxit. *Et 2. Reg. 12. Quem (decrevit)* reddet in quadruplum*, et 3. Reg. 3. Salomon raptum infantem matri reddidit.*

51 H E P R O C E E D S elegantly to liken Princes and Kings to the Powers. Now the Powers are Angels, by whose special power the adverse powers are restrained, lest they harm as much as they would wish. Now St. Dionysius says *of the heavenly Powers*, cap. 8. de coelesti Hier.: *The appellation of the holy Powers teaches a power both well adorned and undivided in its order around divine receptions, not tyrannically precipitating the inferior powers into things potestative, but potently reducing them into divine things, and assimilating them, as far as is lawful, to the potentific causal power, and converting the inferior things toward God, who is the prince of all power, according to the hierarchical disposition, making the divine and shining power resplendent in inferior things, etc.*

> *PERGIT eleganter Potestatibus Principes, et Reges assimilare. Sunt autem Potestates Angeli, quorum speciali potentia adversae potestates coercentur, ne tantum laedant, quantum vellent. Ait autem S. Dionysius* de caelestibus Potestatibus*, cap. 8. de coelesti Hier.* Sanctarum Potestatum cognominatio docet potestatem, et bene ornatam, et inconfusam circa divinas susceptiones ordinationem, non tyrannice inferiora virtutes potestativa praecipitantem, sed potenter in divina reducentem, et ad potentificam causalem potentiam, quantum fas est, assimilantem, et ad Deum, qui princeps est, omnis potestatis secundum hierarchicam dispositionem inferiora convertentem, divinam, et lucentem potentiam in inferioribus resplendere facientem, etc.

52 Whence the Angels of that order restrain and curb all who impede the hierarchical order of prelation and subjection. Hence they do not allow the power of prelation to be contemned by subjects, nor do they permit subjects to be violently oppressed. In all these things Princes ought to imitate the heavenly Powers, so that they rule wisely, live orderly, potently repress and avenge evil, spare the innocent, and not allow injury to be done to wretched persons.

> *Unde Angeli illius ordinis refrenant, et coercent omnes, hierarchicam praelationis, et subiectionis ordinationem impedientes. Unde praelationis potestatem a subditis contemni non permittunt, et subditos violentet opprimi non sinunt. In his omnibus Principes debent caelestes Potestates imitari, ut sapienter regant, ordinate vivant, et potenter malum reprimant, et vindicent, innocentibus parcant, et iniuriam fieri personis miseris non permittant.*

53 T H E R E F O R E they will be like the Powers, because animated by the love of Justice they avenge all wickedness upon the guilty and pursue the disturbers of peace, as is said, Machab. 3., of Judas. See the Seraphic Doctor discoursing throughout in the Angelic tongue.

> *ITAQUE similes erunt Potestatibus, quia amore Iustitiae animati, omnem malitiam in reptobis ulciscuntur, et perturbatores pacis persequuntur, sicut dicitur Machab. 3. de Iuda. Vide Seraphicum lingua Angelica percurrentem caetera.*

54 A G A I N, and again resuming this discourse, *part. 4. de Ecclesiastica Hier. cap. 3.*, he likens the judges of the earth to the heavens. To the heavens therefore also the first judges of the Church, the Apostles, were likened, *Psal. 18.*, and thus *Psal. 21.: The heavens shall declare his justice.* Certainly the impious cannot represent the justices of the Lord; for it is said, Psalm. 49.: *But to the sinner God said: why do you declare my justices?* But the heavens, that is, heavenly men, whose conversation is in the heavens. I shall set down, therefore, parallels between Judges and the heavens.

> *ITERUM, atque iterum hunc discursum resumens* part. 4. de Ecclesiastica Hier. cap. 3. *Iudices terrae coelis assimilat. Coelis ideo etiam primi Ecclesiae iudices Apostoli assimilati fuere* Psal. 18. *et sic* Psal. 21. Annuntiabunt caeli iustitiam eius. *Sane nequeunt impii iustitias Domini repraesentare; dicitur enim Psalm. 49.* Peccatori autem dixit Deus; quare tu enarras iustitias meas? *Sed coeli, idest, viri caelestes, quorum conversatio in caelis est. Ponam igitur parallelos inter Iudices, et caelos.*

55 A N D first indeed, the heavens are bodies so sincere that among the wise it is disputed whether they are composed of matter and form; incorruptible, inasmuch as where there is matter, there is potency for new forms, and accordingly for corruption. So the Judges ought to be so separated from every earthly admixture that it may be doubted whether they are concreted of flesh and blood, so that they do not feel the affections of parents or friends, and can be said, as it were: *Melchisedech, King of Salem, without father, without mother, without genealogy* — so incorruptible ought they to be with respect to gifts, to prayers, and to terrors.

> *Et primo quidem, caeli sunt corpora adeo sincera, ut inter sapientes disputetur: an ex materia, et forma componantur; quippe incorruptibiles; ubi enim materia, ibi potentia ad novas formas, atque adeo ad corruptionem. Sic Iudices esse debent adeo ab omni terrena concretione segregati, ut de iis dubitetur; an carne, et sanguine concreti sint, ut affectiones parentum, vel amicorum non sentiant, ac dici queant, veluti:* Rex Salem Melchisedech sine patre, sine matre, sine genealogia, sic enim incorruptibiles a muneribus, a precibus, et a terroribus esse debent.

56 N E X T, the Heavens are most subtle substances, diaphanous, transmitting the light with which they are suffused. So also the Judges ought to shine with integrity, purity, and innocence so preeminent, that they transfuse the heavenly light into the world by preeminent examples of life.

DEINDE, Coeli sunt substantiae subtilissimae, diaphanae, transmittentes lumen, quo perfunduntur. Ita et Iudices esse debent integritate, puritate, ac innocentia, adeo praecellenti, effulgentes, ut lumen coeleste transfundant mundo praeclatis vitae exemplis.

57 O F T E N U O U S substance, and fluid, are the heavens, according to the opinion of the Seraphic Doctor and of the more recent Astronomers, yet in their place standing in their orb Mathematically, as if riveted most firm in structure, or as Eugubinus read: *and the species*; so also the Judges, of a frail nature indeed, yet most firm, standing in the most perfect spherical figure, so that they halt about the mean of equity without deviation, and are, as it were, the mirror of Justice and of the other virtues.

TENVIS substantiae, ac fluidae,sunt coeli, iuxta Seraphici, ac Recentiorum Astronomorum sententiam, ita tamen in suo loco in orbem Mathematice consistentes, ac si are firmissimi solidati, vel ut legit Eugubinus: et speciem*, sic et Iudices fragilis quidem naturae, attamen firmissimi in Sphaerica perfectissima figura consistentes, ita ut circa medium aequitatis absque deviatione sistant, ac veluti speculum sint Iustitiae, aliarumque virtutum.*

58 T H E H E A V E N S are moved above the center of the world, along the line of the Equator, from east to west with a regular motion, in the space of 24 hours, and render day and night; and they carry with them all the stars, and indeed, the wandering and deviating ones, they vindicate by force from their errors toward the west, which meanwhile, repressed, shriek, as it were, mourning their sins. So also the Judges, above the Equator of commutative Justice, rendering rewards to the good and punishments to the impious, should most swiftly carry them along, correcting the wandering ones even unto the west.

MOVENTUR Coeli super centrum mundi per lineam AEquatoris ab oriente in occasum motu regulari, spatio 24. horarum, diemque, ac noctem reddunt; ac secum stellas omnes rapiunt, et sane errantes, ac devias, vi ab erroribus vindicant ad occidentem, quae interim repressae strident, quasi sua peccata gementes. Sic et Iudices super AEquatorem Iustitiae commutativae praemia bonis, et poenas impiis reddendo velocissime eos rapiant, corrigendo errantes, etiam usque ad occidentem.

59 W I T H an unequal eccentric motion above the points of Aries and Libra the heavens are seen to move from the West according to the succession of the signs, so that they distribute, as it were in Geometric proportion, lights and influxes to the various regions, and portion out the good with proportional distribution: but especially the Sun, for the preservation of all regions, bending between the Tropics, at due times toward the North through the boreal signs, and toward the South through the Antarctida, so that no region can complain that a portion of light and influx has been denied to it — which would happen if it were moved only above the Equator.

MOTU Eccentro inaequali super Arietis, et Librae puncta cernitur coeli ab Occidente secundum successionem signorum, ut distribuant, veluti Geometrica proportione, lumina, influxus variis regionibus, atque virtutem, bonaque distributione proportionali dispertiantur: Praecipue vero Sol ad omnium regionum conservationem inter Tropicos flectendo temporibus debitis ad Aquilonem per signa Borealia, et ad Austrum per Antarctida, ut nulla regio conqueri possit,portionem luminis, et influxuum sibi esse denegatam, quod fieret, si super AEquatorem tantum moveretur.

60 S O also the Judges ought not only to repay rewards and punishments by commutative Justice, but also by Distributive [Justice] above the Balance of Justice, where again an Equinox is made, the commutative nevertheless being also kept; and they are held, strong ones above Aries of gentle clemency, to apportion the goods of the commonwealth in Geometric proportion, the needs and merits of each member of the commonwealth having been computed; so that no one can justly

complain that he is left naked in rigid winter, or scorched with want in torrid summer, but all are clothed with the flowers and fruits of the commonwealth, imitating the Sun of Justice, CHRIST.

> *SIC et Iudices non modo commutativa Iustitia debent praemia, poenasque rependere, sed etiam Distributiva super Libram Iustitiae, ubi iterum fit AEquinoctium, servata tamen eiam commutativa, fortesque super Arietem mansuetae clementiae tenentur bona Reipublicae proportione Geometrica computatis singulorum Reipublicae membrorum necessitatibus, ac meritis partiri; ut nullus merito conqueri queat, se rigida in hyeme nudum desertum, vel torrida aestate, egestate adustum, sed omnes floribus, et fructibus Reipublicae viantur, Imitantes Solem Iustitiae CHRISTUM.*

61 T H E F I R M A M E N T is moved trembling above the pivots of Aries and Libra. So the Judges ought to fear lest they incline too much; and therefore, immovable, let them stand above the poles of Justice and mercy. For thus it is enjoined upon them: *and now, O Kings, understand; be instructed, you who judge the earth. Serve the Lord in fear, and exult unto him with trembling; lay hold on discipline, lest you perish from the just way.* Psalm. 2.

> *MOVETUR Firmamentum trepidando super Cardines Arietis, et Librae,Ita Iudices debent timere, ne nimium declinent; et ideo immobiles super polos Iustitiae, et misericordiae consistant. Sic enim eis indicitur:* et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Servite Domino in timore, et exultate ei cum tremore; apprehendite disciplinam ne pereatis a via iusta. *Psalm. 2.*

62 V E R Y S L O W L Y the eccentric of the Sun is moved, traversing one degree in each century of years, completing the year according to the measure of the Crystalline [heaven], the great year. So the Judges ought to be most deliberate in irregular movements, nor take a step unless the truth by which we are burned has been clearly recognized.

> *TARDISSIME movetur eccentrum Solis, unum singulis annorum centuriis gradum percurrens, ad normam Christallini, annum magnum peragens. Sic ad motus irregulares debent esse ponderatissimi Iudices, nec passum gradi, nisi agnita perspicue,a qua creamur,veritate.*

63 T H E M O O N, nearer to the earth, appearing great undeservedly, deviates with its moonlike motions among the other Wanderers. So those nearer to earthly things, in governing, deviate more in judgments and governances, and accordingly are sprinkled with earthly dregs. Such appears to our eyes the Ottoman Empire, a huge chaos of barbarians, where they hold cruelty for severity, and dissolution in place of mercy; therefore also, spotted, subject to earthly eclipses, often walking in the shadows of the earth, it is darkened by abomination, luxury, robberies, oppressions. Harsh appears the Moon, and wrinkled, full of hollow mountains and valleys; so that sordid empire, deformed with spots and wrinkles, strewn with earthly dregs, appears to wise eyes great, but to the most expert intellects most worthy of being cast away.

> *LUNA, terrae vicinior, magna immerito apparens, ucto motibus inter caeteros Errantes deviat. Sic rebus terrenis magis propinqui in regendo, magis in iudiciis, et gubernationibus aberrant, atque adeo terrenis faecibus consperguntur. Tale apparet oculis nostris Ottomanum Imperium,ingens barbarorum Chaos, ubi crudelitatem pro severitate, dissolutionem, loco misericordiae, obtinent; ideo etiam maculosum Eclipsibus terrenis obnoxium,saepe terrae umbrim ingrediens, obscuratur abominatione, luxuria, rapinis, oppressionibus. Aspera apparet Luna, atque rugosa, montibus, et vallibus plena cavernosis; sic imperium illud sordidum, maculis, et rugis deforme, terrenis faecibus consperlatum, sapientibus apparet oculis grande, sed intellectibus peritissimis abic. istissimum.*

64 N O T far away is Mercury, Aser, intent upon treacherous trades and piratical navigations; who yet can say to the Ottoman predominant what that Pirate said to Alexander, or, according to some, to

Pompey: *You accuse me of robbing a single skiff, and do you not see yourself the despoiler of the world?*

> *NON longe abest Mercurius Aser, dolosis Mercaturis, et navigationibus pyraticis intentus; Qui tamen potest Ottomano praedominanti id dicere, quod Pyrata ille Alexandro, vel, secundum aliquos, Pompeio:* Tu me indicas unius cymbae raptorem, nec te vides mundi ereptorem.

65 N E A R at hand is the effeminate kingdom of Venus in Assyria

> *Prope adest effoeminatum Veneris regnum in Assyria*

66 Soon the body of the Sun, adored among the Persians.

> *Mox adoratum apud Persas Solis corpus.*

67 H E R E the warlike Mars of the Thracians and the Greeks; the Jupiter of the Cretans; the Saturn of the Easterns, of the golden, as they fable, age. All these, wandering, are at last corrected by the Justice of God. These emblems are drawn from Bucellius at the end, and from Cassanaeus, *p. p. Catalogi gloriae mundi.*

> *HIC bellicosus Thracium, et Graecorum Mars, Cretensium Iupiter; Saturnus Orientalium,aurei, ut fabulantur, saeculi. Hi omnes errantes, tandem Iustitia Dei corriguntur. Haec insignia deducta sunt ex Bucellio in fine, et ex Cassanaeo* p. p. Catalogi gloriae mundi.

68 L E T U S R A I S E our eyes to the solid Firmament, and set forth the images and stemmata also of Kings and Princes, even of Christians, that from them they may learn Justice.

> *ERIGAMUS ad solidum Firmamentum oculos, et Regum, ac Principum etiam Christianorum Icones, ac stemmata exponamus, ut inde Iustitiam ediscant.*

69 T H E R E A R E in the circle of life, the Zodiac: the Aquarius of Lorraine; the Fishes, the Kings of Sicily. The Aries of the Argonauts. The Taurus of the Egyptians, and most noble of Certhes; the Taurus of Mechebel, and the Bulls of Savoy the Gemini; the Cancer of the Gambari; the Venetian Leo; the shining Virgo of the most powerful golden King of the Gauls, and the Libra adorned with lilies. The Scorpius of the Indians; the Sagittarius of the Scythians and Persians. The Leo of England, the Lyra of Ireland.

> *SUNT in Circulo vitae Zodiaco, Lotaringiae Aquarius; Pisces, Reges Siciliae. Aries Argonautarum. Taurus AEgyptiorum, et Certhi generosissimum; Taurus Mechebel, atque Taurini Sabandiae Gemini; Cancer Gambarorum; Venetus Leo; Virgo fulgida aurei potissimi Galliarum Regis, ornataque liliis Libra. Scorpius Indorum; Sagittarius Schytarum, atque Persatum. Leo Angliae, Hiberniae Lyra.*

70 P R E S E N T are the Eagles of Austria, in the maternal boreal clime of the Crown; the Dragons of the Romans of Norway, the Bears of the Suevi; the Wolves and Horses of the Romulids. The Crosses of the Burgundians and of the Ethiopians. See also many other emblems of Justice in Bucellius and Cassanaeus, *parte prima de gloria mundi.*

> *Adfunt Aquilae Austriae, in climate materno Boreali Coronae, Norvegiae Dracones Romani, Sueuorum Ursae; Lupi, Equique Romulidum. Cruces Burgundiorum, et AEthiopum. Vide et alia plura Iustitiae insignia apud Bucellium, et Cassanaeum* parte prima de gloria mundi.

Question IX: In what respect private judgment of the neighbor is unlawful

1 THE PRINCIPAL difficulty concerns Judgment, by which one judges evil of another; for to judge good of someone is rarely, and only per accidens, a fault.

> Quo pacto illicitum sit iudicium privatum de proximo.
>
> *POTISSIMA difficultas est de Iudicio, quo quis iudicat de alio malum; nam iudicare bonum, raro, et non nisi per accidens, est culpa.*

2 THEREFORE I suppose that to judge something for a just cause is not a sin. This is commonly supposed by S. Bonaventure and S. Thomas and others, and it is proved by the Holy Doctor on John 12 with that text: *Judge not according to the appearance, but judge just judgment.*

> *IGITUR suppono, iudicare aliquid iusta de causa, non esse peccatum. Id supponunt S. Bonavent. et S. Thom. et alii communiter, et probatur a S. Doctore ad 12. Ioan. illo:* Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.

3 BUT WHAT cause is required for judging rightly is left to the prudent judge, as *Soto noted, Book 3 de Iustitia, quaest. 4. art. 3; Valencia disp. 5. quaest. 4. puncto 3.*

> *QUAENAM autem causa ad recte iudicandum requiratur, iudicio prudenti remittitur, ut adnotavit* Soto Lib. 3. de Iustitia, quaest. 4. art. 3. Valentia disp. 5. quaest. 4. puncto 3.

4 THEREFORE I ASSERT: to judge deliberately that someone is evil, gravely harming his reputation, without a just cause, is mortal sin.

> *ASSERO igitur. Iudicare deliberate malum, graviter laedens famam alterius, absque iusta causa, est mortale.*

5 IT IS PROVED from the Holy Doctors, first from Matthew 7: *Judge not, that you may not be judged.* They confirm it from Bede on that passage, and from St. Augustine *tract. 90. in Ioannem.*

> *PROBATUR a SS. DD. primo ex illo Matth. 7.* Nolite iudicare, ut non iudicemini. *Quod confirmant ex Beda ad eum locum, et D. Augustino* tract. 90. in Ioannem.

6 NEXT it is proved by 1 Corinthians 4: *Do not judge before the time.* So D. Thomas *art. 3,* and P. Bonaventure *p. p. Centil. sect. 10,* where he observes that rash judgment is measured according to the Savior's saying, Matthew 7: *With what judgment you judge, you shall be judged.* Where the Gloss says: *If you judge anyone rashly with venial condemnation, you shall be condemned venially. If with mortal condemnation, you shall be condemned mortally.* This, he says, is to be understood without prejudice to the opinion of others; for some say it is not mortal unless reputation is gravely harmed. Whence Valencia *in the place cited,* and Tanner *disp. 4. quaest. 3. dub. 2. num. 18,* with Aragon, just as they think it mortal to judge some light things of a Religious man, as that he is a liar; so they would not think it mortal to judge of a worldly young man that he has committed fornication, or of a soldier that he has killed someone unjustly, because the judgment is a grave evil insofar as reputation is gravely taken away or harmed. From similar things (they say) such men are not harmed. Valencia adds that it is also an undue and unjust judgment to judge rashly of the future, e.g. *that man will perish,* for that belongs to God, who perhaps will change that sinner's heart.

> *DEINDE id probat illo 4. primae ad Corinth.* Nolite ante tempus iudicare. *Sic D. Thom.* art. 3. et *P. Bonavent.* p. p. Centil. sect. 10. *ubi observat, iudicium temerarium mensurari iuxta sententiam Salvatoris,* Matth. 7. In quo Iudicio iudicaveritis, iudicabimini. *Ubi Glossa:* Si quem iudicaveris temerarie damnatione veniali,

venialiter condemnaberis. Si damnatione mortali, mortaliter condemnaberis. *Hoc intelligendum, ait, sine praeiudicio sententiae aliorum; nam aliqui dicunt, non esse mortale, nisi graviter laedat famam. Quare Valentia* loco adducto, et *Tanner.* disp. 4. quaest. 3. dub. 2. num. 18. *cum Aragonio, sicuti mortale putant de viro Religioso aliqua levia iudicare, ut esse mendacem; Ita non putaret mortale de Iuvene mundano, quod moechatus sit; de Milite, quod iniuste occiderit, quia iudicium est malum grave, quatenus tollitur graviter, seu laeditur fama. E similibus (aiunt) isti non laeduntur. Addit Valentia, etiam esse iudicium indebitum, et iniquum, temerarium iudicare de futuro, v. g.* iste periturus est*, quia ad Deum pertinet, qui forsan illum reum mutabit.*

7 IT IS PROVED secondly by the Holy Doctor *opusc. de profectu religiosi, Lib. 1. cap. 1,* from Romans 14: *But thou, why judgest thou thy brother's servant?* and Luke 6: *Judge not, and you shall not be judged.* He defines rash judgment as when I believe something was done with an evil intention, when it could have been done with another intention; or when someone is judged gravely fallen on light indications. For this is to usurp the scrutiny of hearts, which is proper to God, as is said in *Jeremias 17.*

PROBATUR secundo a S. Doctore opusc. de profectu religiosi, Lib. 1. cap. 1. *illo Rom. 14.* Tu quis es, qui alienum servum iudicas*, et Lucae 6.* Nolite iudicare, et non iudicabimini. *Iudicium autem temerarium definit, quando credo aliquid factum mala intentione, quod potuit et alia fieri intentione; vel cum iudicatur aliquis graviter lapsus ex levibus indiciis. Hoc enim est usurpare scrutationem cordium, quae Dei est propria, ut dicitur* Hierem. 17.

8 THE SAME Holy Doctor cites *on Luke 6* the words alleged, where he adds Proverbs 17: *He that justifieth the wicked, and he that condemneth the just, both are abominable before God.*

EADEM affert S. Doctor ad 6. Lucae *in ea verba allegata, ubi addit id Proverb. 17.* Et qui iustificat impium, et condemnat iustum, abominabilis est uterque apud Deum.

9 HE OBSERVES that to justify the wicked is abominable, not per se, but per accidens, when he is to be compared with another in order to something of justice, e.g. the distribution of honors, etc., and by that judgment an equality with another in good reputation is established or promoted, and the wicked man is preferred or made equal to the just, as the Holy Doctor noted *in the places alleged,* and Valencia *puncto 1,* and Navarre *commentar. in Rubric. de Iudic. n. 47.*

OBSERVAT, iustificare impium, esse abominabile, non per se, sed per aliud, quando conferendus est cum alio in ordine ad aliquid Iustitiae, puta distributionis honorum, etc. et stabilitur, aut promovetur per illud iudicium aequalitas cum alio in bono famae, et iusto impius praefertur, vel aequatur, ut adnotavit S. Doctor allegatis locis*, et Valentia* puncto 1. et *Navar.* commentar. in Rubric. de Iudic. n. 47.

10 I ASSERT secondly: to judge of someone, even gravely, from light indications, but with fear/doubt, is not mortal sin. So S. Bonaventure *in the places cited,* and D. Thomas *art. 3;* Sylvester *under the word Iudicium, quaest. 4;* Cajetan *on the said art. 3;* Navarre *loc. cit. num. 49 and following.* So also Tanner *loc. cit. num. 20,* who says light indications are those by which a prudent man would not be moved to that judgment. So also Soto, Valencia, Aragon, and others.

ASSERO secundo: Iudicare de aliquo, etiam grave, ex levibus indiciis, sed cum formidine, non est peccatum mortale. Ita S. Bonavent. locis adductis*, et D. Thomas* art. 3. *Sylvest.* verbo Iudicium, quaest. 4. *Caietanus* dicto Art. 3. *Navar.* loco cit. num. 49. et sequentibus. *Ita etiam Tanner.* loco cit. num. 20. *qui levia indicia ea esse dicit, quibus vir prudens non moveatur ad id iudicium. Ita etiam Soto, Valentia, Aragonius, et alii.*

11 IT IS PROVED by the Holy Doctor, because the neighbor is not gravely harmed.

PROBATUR a S. Doctore, quia non laeditur graviter proximus.

12 HE OBSERVES, however, *in the place cited* on the Judgment of suspicion that it is threefold. The first is of violent suspicion, when no or few signs of good appear, but all of evil; and this is not a sin. The second of temerity; when many signs of good, few of evil; and it is a grave venial sin. The third, when many of evil, but few are signs of good; and this is a lighter venial sin.

> *OBSERVAT autem* loco cit. *Centil. Iudicium suspicionis esse triplex. Primum suspicionis violentae, quando nulla, vel pauca apparent signa boni, sed omnia mali, et hoc non est peccatum. Secundum temeritatis; quando multa boni; pauca mali; et est veniale grave. Tertium, quando multa mali, pauca vero sunt signa boni; et hoc est veniale levius.*

13 HE NOTES also *in the place cited, de profectu religiosi,* that fear is sometimes confused with suspicion, although they differ: for fear is directed to caution, as when, without suspecting evil of anyone, I close the Monastery as a precaution.

> *ADVERTIT etiam* loco cit. de profectu religiosi*, aliquando confundi timorem cum suspicione, cum tamen differant: Timor enim est ad cautionem, ut cum non suspicans malum de aliquo, ad cautionem claudo Monasterium.*

14 VALENCIA ADDS that such a judgment with doubt can be mortal by reason of the person; as if you judge some gravest evil of a most honest man, even with doubt, as incest with his mother or sister.

> *ADDIT Valentia, tale iudicium cum formidine posse esse, ratione personae, mortale; ut si gravissimum malum de honestissimo viro, etiam cum formidine, iudices, ut incestum cum matre, vel sorore.*

15 HE NOTES also *punct. 4.* that one can doubt by standing in suspense; but such doubt can be a sin, even if only venial, when one is lightly grounded and hangs between the two, so as not to incline toward judging the good. He adds, however, with Soto *loc. cit.* that it can be mortal by reason of a most illustrious person, as if someone is in doubt about Blessed John the Baptist, whether he was a saint or sinned mortally, etc.

> *ADVERTIT etiam* punct. 4. *posse aliquem dubitare, in ancipiti stando; tale autem dubium potest esse peccatum, etiamsi tantum veniale, quando leviter fundatus inter utrumque pendeo, ita, ut non inclinem ad bonum iudicandum. Addit vero cum Soto* loco cit. *posse esse mortale ratione personae praeclarissimae, ut si quis anceps sit de B. Ioanne Baptista, an esset sanctus, an peccaret mortaliter, etc.*

16 THE HOLY DOCTOR ADDS, moreover, that thoughts of this kind belong more to a Prelate, who by reason of his governance can prudently be in suspense or doubt, and likewise to one who is enlightened from above, of whom the Apostle says: *The spiritual man judgeth all things;* but it is not true of those "spiritual" men who, like Catos, everywhere stick in their nose and judge with a quince-like zeal — say rather with a dog-in-the-manger zeal.

> *ADDIT vero S. Doctor, huiusmodi cogitationes magis convenire Praelato, qui potest ratione gubernationis anceps esse, vel dubitare prudenter, similiter et eum, qui desuper illuminatur, de quo ait Apostolus:* Spiritualis homo omnia iudicat; *non autem esse verum de Spiritualionibus istis, qui quasi Catones ubique nasum figunt, et zelo cydonio iudicant, dic potius cotonico.*

Question X: Whether distributive justice differs in species from commutative

1 THE DIFFERENCE between Distributive and Commutative Justice is taken from the object. I distinguished and explained both *p. p. Tract. 1. disp. 19. quaest. 1.* Distributive justice, therefore, establishes equality among private persons, by dividing the goods of the Community among them

equally, according to Geometric proportion, the dignity of persons being considered, in such a way, namely, that with the same Geometric proportion (as double, e.g., or sesquialter, etc.) by which the dignity of one is greater than the dignity of the other, he also obtains more of the common goods. But Commutative justice establishes equality among private persons, by giving or receiving an equal according to Arithmetic proportion, such as, e.g., between five and five.

> *DIFFERENTIA Iustitiae distributivae, et Commutativae ab obiecto accipitur. Utranque vero distinxi, et explicui* p. p. Tract. 1. disp. 19. quaest. 1. *Distributiva igitur constituit aequalitatem inter particulares, dividendo inter eos bona Communitatis aequaliter, secundum proportionem Geometricam, considerata personarum dignitate, ita nimirum, ut eadem proportione Geometrica (ut dupla, v. g. vel sesquialtera, etc.) qua dignitas unius est maior dignitate alterius; plus etiam obtineat de bonis communibus. Iustitia vero Commutativa constituit aequalitatem inter particulares, dando, vel accipiendo aequale secundum proportionem Arithmeticam, qualis est, v. g. inter quinque, et quinque.*

2 THUS, then, Distributive justice has as its formal object the mean between excess and defect, according to Geometric proportion, just as, e.g., the quintuple is the mean between the sextuple and the quadruple; and therefore to him who exceeds another in dignity, e.g. by the quintuple, there ought to be distributed from the common goods quintuple more than to that other. But Commutative justice has as its formal object the mean between excess and defect, according to Arithmetic proportion; just as five is the mean between six and four; and therefore, of two men having five each, he who has taken one from the other must restore one to him, lest he himself have six and the other four, but each have five, which is the mean. Aristotle hands down this definition *5. Eth. cap. 3. et 4,* received by all. Nor is it necessary to dispute this doctrine with Geometric and Arithmetic speculations, for they would obscure the moral matter more, as Gregory of Valencia warns *disp. 5. quaest. 5. puncto primo.*

> *Sic igitur Iustitia distributiva habet pro obiecto formali medium inter excessum, et defectum, secundum proportionem Geometricam, sicut quintuplum, v. g. est medium inter sextuplum, et quadruplum; et ideo ei, qui dignitate alterum excedit, v. g. quintuplo, distribui debet de bonis communibus quintuplo plus, quam illi alteri. Iustitia vero Commutativa habet pro obiecto formali medium inter excessum, et defectum, secundum proportionem Arithmeticam; sicut quinque sunt medium inter sex et quatuor; et ideo, qui ex duobus, habentibus quinque, accepit unum ab altero, debet illi restituere unum, ne ipse habeat sex, et alter quatuor, sed uterque quinque, quae sunt medium. Tradit hanc definitionem Aristoteles* 5. Eth. cap. 3. et 4. *ab omnibus receptus. Neque necesse est, hanc doctrinam speculationibus Geometricis et Arithmeticis disceptare, quia rem moralem magis obscurarent, ut monet Gregorius de Valentia* disp. 5. quaest. 5. puncto primo.

3 HE NOTES, however, that by Distributive justice an equality is established according to the relation of the Community to its parts, and by that very fact an equality is established also among the parts of the Community themselves; and in this last respect, he says, the formal reason of Distributive justice consists; for among these there is a quintuple equality, e.g., to the quintuple, a quadruple to the quadruple, which is an equality simply and properly, such as ought to be in proper justice, and this Aristotle teaches 5. Eth. chapter 2. Whence it happens that this Justice is not only in the Dispenser of the community, but also in the members of the community, in those capable of receiving this equality; for they can will it.

> *ADVERTIT autem, quod per Distributivam constituitur aequalitas, secundum habitudinem Communitatis ad suas partes, et eo ipso constituitur aequalitas etiam inter ipsas Communitatis partes, atque in hoc ultimo ait consistere rationem formalem Distributivae; nam inter has est aequalitas quintupla, v.g. ad quintuplum, quadrupla ad*

quadruplum, quae est aequalitas simpliciter, et proprie, qualis esse debet in Iustitia propria, et hoc docet Aristoteles 5. Eth. capite 2. Ex quo fit, ut haec Iustitia, non solum sit in Dispensatore communitatis, sed etiam in membris communitatis, recipere valentibus hanc aequalitatem; possunt enim eam velle.

4 I ASSERT that these two Justices are specifically distinct. So Aristotle in the place cited, and the common view.

ASSERO, has duas Iustitias esse specie distinctas. Ita Aristoteles loco cit. et communiter.

5 IT IS PROVED. Those virtues differ in species whose acts, from the formal reason of their object, have both a different praise and a different difficulty: such are the acts of Commutative and Distributive Justice: Therefore. The minor, as to praise, is evident; as to difficulty, however, it is proved, because by Commutative justice there is given to another what is truly his; but by Distributive justice there is given what is as it were his, inasmuch as what belongs to the whole community belongs also to the parts; but it is easier to give to another what is his absolutely, than what in another way is in some manner his.

PROBATUR. Illae virtutes differunt specie, quarum actus ex ratione formali sui obiecti habent diversam, tum laudem, tum difficultatem: Tales sunt actus Commutativae, et Distributivae Iustitiae: Ergo. Minor, quod ad laudem, patet; Quod ad difficultatem vero probatur, quia per Commutativam datur alteri id, quod est vere eius; per Distributivam vero datur id, quod est tanquam suum, quatenus id, quod est totius communitatis, est etiam partium; facilius est autem dare alteri id, quod suum est absolute, quam id, quod altero modo est quodammodo suum.

6 From these things the answer to Buridan's argument 5. Eth. quaest. 7 is clear, where he contends he can prove that they are not specifically distinct, because both preserve equality. For we have already seen that the equality of each is different. See the rest in Valencia loc. cit., and Mastrius disp. 7. num. 179.

Ex quibus patet ad argumentum Buridani 5. Eth. quaest. 7. ubi contendit probare, non esse distinctas specie, quia ambae servant aequalitatem. Iam enim vidimus, diversam esse utriusque aequalitatem. Reliqua vide in Valentia loco cit. et Mastrio disp. 7. num. 179.

7 FURTHERMORE, the matter of Distributive and Commutative justice are the very things that are commuted or distributed; but the proximate matter of Commutative justice are commutations, either voluntary, as Buying, Selling, Exchange, Betrothal, Usury, Deposit, Hiring, as Aristotle says 5. Eth. cap. 2; or according to D. Thom. art. 3: Buying or Selling, which is the permutation of a thing for money; Usufruct, when someone grants gratis the use of a fruit-bearing thing, with the obligation of returning the same thing; Loan for use (Accomodatum), when the use of a non-fruit-bearing thing is granted gratis, with the obligation of returning the same thing in number; Mutuum (consumable loan), when likewise the use of a non-fruit-bearing thing is granted gratis, with the obligation of returning the same in species, not in number; Leasing and Hiring, when the use of a thing is granted for a price, with the obligation of returning the same: Deposit, when a thing is granted that it be kept and afterwards returned; Pawning, when a thing is granted to secure the obligation of satisfaction, namely that if he does not satisfy, it can be retained: Suretyship (Fideiussio), when someone simply obliges himself to satisfy for another. Add Bills of Exchange, Partnership, and other things to be discussed below.

PORRO materia Distributivae, et Commutativae sunt res ipsae, quae commutantur, vel distribuuntur; materia vero proxima Commutativae sunt commutationes, sive voluntariae, ut Emptio, Venditio, Mutatio, Sponsio, Usura,

Depositio, Conductio, ut ait Aristoteles 5. Eth. cap. 2. Vel secundum D. Thom. art. 3. Emptio, aut Venditio, quae est permutatio rei cum pecunia; Ususfructus, cum quis concedit gratis fructificantis rei usum, cum debito reddendi eandem rem: Accomodatum, cum gratis conceditur usus rei non fructificantis, cum debito reddendi eandem rem numero: Mutuum, cum conceditur item gratis usus rei non fructificantis, cum debito reddendi eandem specie, non numero: Locatio, et Conductio, cum conceditur pro pretio usus rei, cum debito eandem reddendi: Depositum, cum conceditur res, ut conservetur, et postea reddatur, Impignoratio, cum conceditur res ad firmandam obligationem satisfaciendi, ut scilicet, si non satisfaciat, retineri possit: Fideiussio, cum quis simpliciter se obligat ad satisfaciendum pro altero. Adde Cambium, Societatem, et alia infra edisserenda.

8 THERE ARE ALSO Involuntary Commutations, from which some are clandestine, as Theft, Adultery, Poisoning, Pimping, the seduction of servants, Homicide treacherously committed, and false testimony. Others are violent, as scourging, Chains, Death, Robbery, Mutilation, Reviling, the infliction of Contumely. See St. Thomas.

ALIAE sunt Commutationes Involuntariae, e quibus aliae sunt clandestinae, ut Furtum, Adulterium, Veneficium, Lenocinium, Servorum seductio, dolose perpetratum Homicidium, et falsa testificatio. Aliae violentae, ut flagellatio, Vincula, Mors, Rapina, Mutilatio, Convitiatio, Contumeliae illatio. Vide S. Thomam.

9 BUT THE proximate matter of Distributive justice are the distributions of all the goods of the Republic, revenues, honors, etc. Indeed also of burdens, which ought to be distributed according to the distribution of goods and honors as well. See the same D. Thomas.

MATERIA autem proxima Distributivae sunt distributiones bonorum omnium Reipublicae, proventuum, honorum, etc. Imo et onerum, quae debent distribui, iuxta distributionem, etiam bonorum, honorumque. Vide eundem D. Thomam.

10 FROM WHAT has been said it seems to follow that Commutative justice does not observe Geometric equity, otherwise the species would be confused, as Valquez and Turrianus say: Yet Suarez, Card. Lugo, Poncius (in Mastrius n. 181) assert this for the case when someone, because of contracts, owes many and has gone bankrupt; and therefore cannot satisfy all equally; then he must satisfy all according to proportion; as if one creditor is owed a hundred gold pieces, another two hundred, let 150 be given to the latter, but only fifty to the former. Thus he will pay by Commutative justice, and Geometric proportion will be preserved.

VIDETUR ex dictis sequi, Commutativam non observare aequitatem Geometricam, alioqui species confunderentur, ut aiunt Valquez, et Turrianus: Attamen Suarez, Card. Lugo, Poncius apud Mastrium n. 181. id asserunt tunc, quando aliquis, ob contractus, debet multis, et decoxit; ideoque nequit omnibus aeque satisfacere; tunc debet omnibus satisfacere, iuxta proportionem; ut si unus sit creditor centum aureorum; alter ducentum, huic dentur 150. illi vero tantum quinquaginta. Sic ex Commutativa solvet, et servabitur proportio Geometrica.

11 YET FOR all that those equities are not confused, says Mastrius, because in Commutative justice an equity of quantity, of equality, and moreover of proportion is required; in Distributive justice, however, of proportion alone.

NEQUE tamen ob id illas aequitates confundi, ait Mastrius, quia in Commutativa exigitur quantitatis, aequalitatis, et insuper proportionis aequitas; in Distributiva vero, sola proportionis.

12 AMICUS, however, disp. 11. sect. 14, for that reason denies that they are specifically distinguished.

AMICUS tamen disp. 11. sect. 14. ob id negat, eas specie distingui.

13 COLLECT MOREOVER that Commutative justice is a genus divided into subordinate species, as I related above; for in nearly each there is a different law, as Mastrius says num. 184; for the law concerning goods of reputation, life, fortune, etc. is different, as Amicus also says.

> *COLLIGE etiam, Commutativam esse genus subalternum in species divisum, ut supra retuli; est enim in singulis fere diversum ius, ut ait Mastrius num. 184. diversum est enim ius ad bona famae, vitae, fortunae, etCC. ut ait etiam Amicus.*

14 CARDINAL LUGO ALSO COLLECTS disput. 1. num. 43, on Distributive justice, that in every act it regards several persons compared, so that proportion may be preserved.

> *COLLIGIT etiam Cardinalis Lugo disput. 1. num. 43. de Iustitia distributiva, quod in quolibet actu plures respiciat comparatos, ut proportio servetur.*

15 THIS, HOWEVER, Suarez denies, disp. de Iustitia sect. 3, as do Poncius and Mastrius, because a Bishop can confer a benefice on someone without comparison with others.

> *ID tamen negant Suarez disp. de Iustitia sect. 3. Poncius, et Mastrius, quia potest Episcopus conferre beneficium alicui absque collatione cum aliis.*

16 BUT THIS reason is frivolous; for Distributive justice to be preserved, the more worthy must be chosen, according to the decree of the holy Council of Trent; and this supposes a comparison, at least confused, or some distinct one with several; otherwise, if he confers it thinking nothing of it, he will not act according to the norm of Distributive Justice.

> *SED haec ratio frivola est; nam ut servetur Distributiva, oportet ut dignior eligatur, iuxta decretum Sancti Concilii Tridentini; haec autem supponit comparationem, saltem confusam, aut aliquam distinctam cum nonnullis; alioqui, si id praestat nil cogitando: non aget ad normam Distributivae Iustitiae.*

Disputation XXIV: On Restitution

1 AMONG the species of Justice enumerated above, none is graver, or more pressing, than Restitution; which therefore suffers grave difficulties: for to steal another's goods, a greed conscious of its own need does not disdain; but to restore, for the most part, recoils rather from disdain than from want; since it is not so much the return of what was taken away, as a kind of public confession of the crime committed. Yet nevertheless there is an obligation of compensating the injury inflicted, or the thing taken away; so that D. Augustine could say with the greatest confidence, *epist.* 54 *ad Macedonium,* that even one who persuades a man not to restore, or even does not compel him (provided the task of compelling is in his own hands), is a partner in the crime and the fraud, and will be bound by an equal bond both of punishment and of fault; and however much he be absolved from the fault by touching penitence, nothing will ever exempt him from the penalty of paying, except an impossibility of paying. For as St. Augustine says a little further on in the same place: *No one is to be interceded for, that what he took away by crime he may possess with impunity for the crime; but, the injury being forgiven, let him render what he took away unjustly, provided he has what he took away, or something else from which he may restore it.* Concerning this restitution, therefore, we must here treat with the usual brevity.

> *INTER species Iustitiae, supra enumeratas, nulla gravior est, aut urgentior, quam Restitutio; quae graves idcirco patitur difficultates: Aliena enim surripere, suae indigentiae conscia aviditas non fastidit; restituere vero potius ex fastu, quam ex inopia plerumque refugit; cum non tam sit ablati redditio, quam patrati criminis publica velut confessio: Verum tamen illatam iniuriam, sive ablatam rem ea est recompensandi obligatio; ut fidentissime dixerit D. Augustinus* epist. *54.* ad Macedonium*, etiam suadentem non restituere, sive etiam non compellentem (modo penes ipsum sit compellendi munus) socium esse criminis, et fraudis, ac pari et poenae, et culpae vinculo obstrictum iri; et quantumvis a culpa absolutum tacta poenitentia; nunquam tamen a poena solvendi, aliud, praeter solvendi impossibilitatem, eximet. Nam ut ait ibidem paulo infra S. Augustinus:* pro nullo interveniendum est, ut quod scelere abstulit, sceleris impunitate possideat; sed, ut remissa iniuria, quod iniuriose abstulit, reddat, si tamen habet quod abstulit, vel aliud unde illud restituat*; de hac igitur restitutione pro solita brevitate hic agendum est.*

Question I: What restitution is

1 RESTITUTION, as is gathered from D. Bonaventure in 4. dist. 15. quaest. ultima, is an act of Commutative Justice, by which, according to the equality of thing to thing, what has been taken from another, whether willingly or unwillingly, is given back to him. So also D. Thomas here, and others in Valencia disp. 5. quaest. 6. puncto 1; Caspensis disp. 1. sectione 1. de Restit. More properly, however, it is when what has been unjustly taken away is given back, as Tanner notes disp. 4. quaest. 6. dub. 1, with Bannes quaest. 62. art. 1 and others.

> ***Quid sit RESTITUTIO.***
>
> *RESTITUTIO, ut colligitur ex D. Bonav. in 4. dist. 15. quaest. ultima. est actus Iustitiae Commutativae, quo secundum aequalitatem rei ad rem redditur alteri, quod ab eo, vel volente, vel invito, est acceptum. Ita etiam D. Thom. hic, et alii apud Valentiam disp. 5. quaest. 6. puncto 1. Caspensem disp. 1. sectione 1. de Restit. Magis tamen proprie est quando redditur id, quod inique est ablatum, ut notat Tanner. disp. 4. quaest. 6. dub. 1. cum Bannes quaest. 62. art. 1. et aliis.*

2 CASPENSIS, however, OBSERVES, from D. Bonaventure loc. cit. and Lib. 6. Compend. Theol. cap. 29, that Restitution differs from Satisfaction, as the inferior from the superior, because every restitution is a satisfaction, yet not every satisfaction is a restitution; for he who satisfies for himself is not said to restore. And so Restitution is the giving back of what was received, and pertains to Commutative justice: but Satisfaction is the taking on of some burden because of an offense inflicted on another, and pertains to Vindictive justice.

> *OBSERVAT vero Caspensis ex D. Bonavent. loco cit. et Lib. 6. Compend. Theol. cap. 29. Restitutionem differre a Satisfactione, tanquam inferius a superiori, quia omnis restitutio est satisfactio, non tamen omnis satisfactio est restitutio, qui enim satisfacit pro se, non dicitur restituere. Itaque Restitutio est redditio accepti, et spectat ad Commutativam: Satisfactio vero est assumptio alicuius molestiae ob illatam alteri offensam, et spectat ad Vindicativam.*

3 MOREOVER, Satisfaction for sins, if it is made ex opere operantis, must be by a man existing in grace: but Restitution can be fulfilled by a man existing in mortal sin. Satisfaction, too, can be a part of the Sacrament of Penance: but Restitution by no means. Finally, Satisfaction is at the discretion of a good man: but Restitution of itself must be made according to equality. Moreover, all say that Restitution is an act of Commutative Justice.

> *PRAETEREA Satisfactio pro peccatis, si fit ex opere operantis, debet esse ab homine, existente in gratia: Restitutio autem potest impleri ab homine, existente in peccato mortali. Satisfactio etiam potest esse pars Sacramenti Poenitentiae: Restitutio vero nequaquam. Tandem Satisfactio est ad arbitrium boni viri: Restitutio vero per se debet fieri ad aequalitatem. Porro Restitutionem esse actum Iustitiae Commutativae omnes aiunt.*

Question II: Whether restitution is necessary for salvation

1 IT IS A COMMONPLACE, that saying of D. Augustine epist. 44: *The sin is not forgiven unless what was taken away is restored.* And cap. ult. de Iniustitiis: *If damage has been given by your fault, you are bound in justice to make satisfaction.* From which you have that to restore is a precept, as the Holy Doctor teaches in 4. dist. 15. quaest. ultima. But it is not necessary as a means, for we are often excused from restitution on account of incapacity, and yet we can still be saved, as I shall show from D. Augustine; but means, even when omitted without fault, impede salvation.

> ***An sit necessaria RESTITUTIO ad salutem.***
>
> *VULGATUM est illud D. Augustini epist. 44.* Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. *Et cap. ult. de Iniustitiis:* Si tua culpa damnum datum est, iure satisfacere teneris. *Ex quo habes, esse praeceptum restituere, ut docet S. Doctor in 4. dist. 15. quaest. ultima. Non est autem necessaria ut medium, nam saepe excusamur a restitutione ob impotentiam, et tamen adhuc possumus salvari, ut ostendam ex D. Augustino; media autem, etiam sine culpa omissa, impediunt salutem.*

2 THERE IS, however, a difficulty: Whether this precept is negative.

> *Est autem difficultas: An hoc praeceptum sit negativum.*

3 OBSERVE, for distinguishing, that to recognize whether a Precept is affirmative or negative, one must attend to the matter which is commanded, not to the manner in which it is enunciated; for if the matter, or object, is something forbidden, it will be negative; but if something commanded, it will be positive.

OBSERVA, ad dignoscendum; An Praeceptum sit affirmativum, vel negativum, oportere attendere materiam, quae praecipitur, non modum quo enunciatur; nam si materia, seu obiectum sit aliquid vetitum, erit negativum; si vero aliquid iussum, erit positivum.

4 I ASSERT it is negative in substance, although in the form of words it is affirmative: *Restore what is not thine, that is, do not retain what is another's:* So the Doctors who seem contrary are reconciled, in Tanner disp. 4. quaest. 6. num. 8; Bassaeus num. 4.

ASSERO, esse negativum in substantia, licet in forma verborum sit affirmativum: Restitue non tuum, idest, non retineas alienum: *Ita conciliantur Doctores, qui videntur contrarii apud Tanner. disp. 4. quaest. 6. num. 8. Bassaeus num. 4.*

5 FOR IT IS PROVED that this grave precept is expressed positively by Matthew 22: *Render therefore to Caesar the things that are Caesar's.* And Romans 13: *Render to all men their dues: tribute, to whom tribute; custom, to whom custom.* Which the Holy Doctor pursues in Confessionali, cap. 4. partic. 2.

PROBATUR enim exprimi positive praeceptum hoc grave, illo Matth. 22. Reddite, quae sunt Caesaris, Caesari. *Et Rom. 13.* Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal. *Quae prosequitur S. Doctor in Confessionali, cap. 4. partic. 2.*

6 IT IS PROVED, secondly, by the Holy Doctor loc. cit. and in Speculo, cap. 2, toward the end, with a splendid testimony of St. Augustine, epist. 54. ad Macedonium, which is cited *in Regula Peccatum, de regulis Iuris, in 6, and in cap. cum tua, extra de usuris, and in Decretis 14. quaest. 6. can. 1.* For when Macedonius had written in the letter, the preceding 53rd, which is to Augustine, that some even desired the penalty of their crime to be relaxed for them, while they possessed that for which the crime had been committed. St. Augustine answering says: *You mention that worst kind of men, upon whom every medicine of penance is of no profit. For if the thing of another, on account of which the sin was committed, is not restored when it can be restored, penance is not done, but feigned: but if it is done truthfully, the sin will not be forgiven unless what was taken away is restored — but, as I said, when it can be restored. For often he who takes away loses, either by suffering evil men, or by living badly himself; and he has nothing else from which he may restore. To such a one, certainly, we cannot say: Restore what you took away, except when we believe him to have it, and he denies it.* From this testimony of St. Augustine, D. Thom. loc. cit. and the Disciple collect, especially Tanner disp. 4. quaest. 6. num. 7, that restitution is not necessary by a necessity of means, because the condition is added: *if he can.*

PROBATUR deinde a S. Doctore loco cit. et in Speculo, cap. 2. ad finem, luculento S. Augustini testimonio epist. 54. ad macedonium, quod refertur in Regula Peccatum, de regulis Iuris, in 6. et in cap. cum tua, extra de usuris, et in Decretis 14. quaest. 6. can. 1. *Cum enim Macedonius epistola, praecedenti 53. quae est ad Augustinum scripsisset, quosdam etiam sceleris poenam cupere sibi relaxari, et id, propter quod admissum est scelus, possidere. Respondens S. Augustinus, ait:* Pessimum hominum genus commemoras, cui poenitendi medicina omnis non prodest. Si enim res aliena, propter quam peccatum est, cum reddi possit, non redditur, non agitur poenitentia, sed fingitur: Si autem veraciter agitur, non remittetur peccatum, nisi restituatur ablatum, sed ut dixi, cum restitui potest. Plerumque enim, qui aufert, amittit, siue alios patiendo malos, siue ipsi male viuendo; neque aliud habet, unde restituat. Huic certe non possumus dicere: Redde quod abstulisti, nisi cum habere credimus, et negare. *Ex hoc testimonio S. Augustini colligunt D. Thom. loco cit. et Discipuli, praecipue Tanner. disp. 4. quaest. 6. num. 7. restitutionem non esse necessariam necessitate medii, quia apponitur conditio;* si potest.

7 BUT THAT the Precept is negative is proved by Valencia with the argument of St. Bonaventure in the place cited, because it obliges forever not to retain the thing of another to the injury of its Owner, and the unjust detainer is always in unjust delay, sinning actually, as the Holy Doctor says in the place cited, and as I showed in the first part of the Summa.

> *QUOD vero dicat Praeceptum negativum, probatur a Valentia argumento S. Bonavent. loco citato, quia obligat pro semper ad non retinendum rem alienam in iniuriam Domini, et iniustus detentor semper est in mora iniqua, peccans actu, ut ait S. Doctor loco cit. et ostendi prima secundae.*

8 BASSAEUS ANSWERS that it does not oblige forever, e.g. in necessity. But then things are common; therefore he is not an unjust detainer, and so is not subject to restitution.

> *RESPONDET Bassaeus, non obligare ad semper, v. g. in necessitate. At tunc res sunt communes; ideo non est iniquus detentor, atque adeo non est subiectum restitutionis.*

9 YOU WILL OBJECT. If the debtor sins by not restoring, the creditor ought to give way, lest the debtor be damned; for the salvation of the soul is to be preferred to riches.

> *OBIICIES. Si debitor peccat non restituendo, debet creditor cedere, ne debitor damnetur; est enim praeferenda salus animae divitiis.*

10 ADRIANUS de restit., Sotus Lib. 4. de Iustitia, quaest. 6. art. 2, and Valencia disp. 5. quaest. 6. puncto 2, struggle with this. But I answer easily from D. Bonaventure in 3. dist. 29. quaest. ultima, that the Order of Charity between my goods and my neighbor's requires necessity in the neighbor — a necessity, surely, which is not found in him who can, and wills not, to restore. But I am not bound to give support to his evil will; for Charity does not act perversely.

> *LABORANT Adrianus de restit. Sotus Lib. 4. de Iustitia, quaest. 6. art. 2 et Valentia disp. 5. quaest. 6. puncto 2. Sed facile respondeo ex D. Bonavent. in 3. dist. 29. quaest. ultima, Ordinem charitatis inter mea bona, et proximi, exigere in proximo necessitatem, quae sane non repetitur in eo, qui potest, et non vult restituere. Non teneor autem eius malae voluntati suffragari; non enim Charitas agit perperam.*

Question III: Who is bound to restore

1 CERTAIN rules are handed down by the Doctors, that what is sought may be recognized. The obligation of restoring arises from a threefold source. First, by reason of the mere acceptance of another's thing, even if perhaps you no longer have that thing. Secondly, by reason of another's thing alone, which you have in your keeping, even if perhaps you have not received it from its Owner. Thirdly, by reason of both, namely the acceptance and the thing. By the name of thing is understood the thing, either in itself, or as it remains in some fruit, or in the price, or in effect, e.g. the gain by which you have been made richer.

> ***Quis RESTITUERE teneatur.***
>
> *QUAEDAM regulae traduntur a Doctoribus, ut agnoscatur id, quod quaeritur. Triplici ex capite oritur obligatio restituendi. Primo ratione solius acceptionis rei alienae, etiamsi eam rem forte amplius non habeas. Secundo ratione solius rei alienae, quam apud te habeas, licet eam forte ab eius Domino non acceperis. Tertio ratione utriusque, scilicet acceptionis, et rei. Nomine rei intelligitur res, vel in se ipsa, vel ut manet in aliquo fructu, vel in pretio, vel in effectu, puta emolumento, ex quo ditior factus sis.*

[2] BY acceptance I understand, not that which is gratuitous, but that which has been made in commercial dealings, e.g. of sale, purchase, etc. related above in *disp. priori quaest. 10.*

> *PER acceptionem intelligo, non illam quae est gratuita, sed quae facta est in commerciis, puta venditionis, emptionis, etc. supra relatis in* disp. priori quaest. 10.

[3] *IT IS PROVED.* He is bound to restore who is the true cause that someone have less than he ought of his goods: Such a one is he: Therefore. So *Caietanus under the word Restitutio, Valencia disp. 5. quaest. 6. puncto 3.* Tannerus *in the quaest. cited,* Caspensis *disp. 1. sect. 4,* who distinguishes these roots of Restitution as arising from the thing, from the delict, and from the contract, and adds two others, which are reduced to these. The first is from a statute of law. The second from the will, e.g. from a testament. For if someone has bequeathed to me a thousand gold pieces, the heir is bound to render them to me. So also *D. Bonavent. in confessionali, cap. 2. particula 6. et 15, and cap. 3. part. 44, and cap. 4. particula 2,* where with other Doctors he includes under the title of unjust acceptance injuries, as burnings, devastations, etc.; so also *in speculo animae, cap. 2, and de decem praeceptis, 7, and in Diaeta, tit. 3. cap. 6.*

> PROBATUR. *Is tenetur restituere, qui est vera causa, ut aliquis minus habeat, quam debet, de rebus suis: Talis est is: Ergo. Ita* Caietanus verbo Restitutio, Valentia disp. 5. quaest. 6. puncto 3. *Tannerus* quaest. citata, *Caspensis* disp. 1. sect. 4. *qui eas radices Restitutionis distinguit ex re, ex delicto, et ex contractu, et duas alias, quae ad has reducuntur, addit. Prima est ex legis statuto. Secunda ex voluntate, puta ex testamento. Si enim quis mihi legavit mille aureos, tenetur haeres eos mihi reddere. Ita etiam* D. Bonavent. in confessionali, cap. 2. particula 6. et 15. et cap. 3. part. 44. et cap. 4. particula 2. *ubi cum aliis Doctoribus sub iniustae acceptionis titulo claudit laesiones, ut incendia, dirutiones, etc. sic et* in speculo animae, cap. 2. et de decem praeceptis, 7. et in Diaeta, tit. 3. cap. 6.

[4] BEYOND the executor, the causes of acceptance of another's thing are commonly reckoned as nine with *D. Thom. here, and D. Bonav. in confessionali, cap. 2. particula 19,* in these verses.

> *CAUSAS acceptionis rei alienae ultra executorem recensent novem communiter cum* D. Thom. hic, et D. Bonav. in confessionali, cap. 2. particula 19. *his versibus.*

[5] *Command, Counsel, Consent, Flattery, Recourse, The Mute, The Participant, The Not-hindering, The Not-revealing.*

> Iussio, Consilium, Consensus, Palpo, Recursus, Mutus, Participans, Non obstans, Non manifestans.

[6] Of these the first six are positive, direct causes; the last three indirect, as *Tannerus disput. 6. quaest. 4. dub. 14. num. 392* says, with the Holy Doctors.

> *Ex his primae sex sunt causae positivae directae; tres postremae indirectae, ut ait* Tannerus disput. 6. quaest. 4. dub. 14. num. 392. *cum SS. Doctoribus.*

[7] THE ONE COMMANDING, or ordering, tacitly or expressly, is a true cause of the damage; if, however, he revoked the command before the damage, with the knowledge of the Mandatary, the latter is not bound to restore. So commonly in *Bassaeus, V. Restitutio, 5. §. 1.*

> *IUBENS, seu mandans tacite vel expresse, est vera causa damni; si tamen mandatum revocavit ante damnum, sciente Mandatario, ille non tenetur restituere. Ita communiter apud* Bassaeum, V. Restitutio, 5. §. 1.

[8] THE ONE GIVING counsel, or urging, asking, instructing. If he revoke his Counsel, etc., he does not seem to be bound to restitution any longer; although others say it is not enough merely to urge,

but he must efficaciously withdraw it, as *Bassaeus §. 2* relates.

> *CONSILIUM dans, vel hortans, rogans, instruens. Is si revocet Consilium, etc. non videtur amplius restitutioni ligatus; etsi alii dicant, non satis esse suadere, sed exigi efficaciter amovere, ut refert* Bassaeus §. 2.

9 HERE is reduced the one giving consent, if he is a cause of the damage, e.g. by giving a vote for an unjust war and other iniquities.

> *Huc reducitur consensum dans, si est causa damni, puta suffragium praestando ad bellum iniustum, et alia iniqua.*

10 THE PALPO is one praising the crime and moving to it, or mocking, as if the one to be judged were sluggish, whence he is moved to vengeance like a buffalo. See *Lessius lib. II. c. 13. num. 15; Regin. lib. X. num. 85; Petr. Nau. lib. III. cap. 4. num. 37; Azor 3. part. lib. IV. cap. 13; Filliucius tract. 32. num. 64; Sylvius cap. de Palpone; Bassaeus §. 4.*

> *PALPO est laudans crimen, movensque, vel irridens, quasi inertem aestimandum, unde ad vindictam velut Bubalus movetur. Vide* Lessium lib. II. c. 13. num. 15. Regin. lib. X. num. 85. Petr. Nau. lib. III. cap. 4. num. 37. Azor 3. part. lib. IV. cap. 13. Filliucium tract. 32. num. 64. Sylvium cap. de Palpone, Bassaeum §. 4.

11 RECURSUS signifies the Receiver of stolen goods, etc., by fostering, protecting unto the damage, or retention, of another's thing. Thus Innkeepers receiving money stolen by sons of families, or servants; yet if they do not receive it as from a thief, but as from a friend, etc., then the Innkeeper is not bound to restore. See *Bonacinus de restit. disput. 1. quaest. 2. punct. 2; Filliucius cit. num. 66. et 67; Bassaeus §. 5.* Here the Holy Doctor includes those who foster brothels in their places of business, harlots and gamers in houses to which unwary youths fly as to snares, robbing those whom they have made steal, and bringing thence moneys and many precious things. These bloodsuckers will drink up the better portion of the blood of the innocent.

> *RECURSUS signat Receptorem furis, etc. fovendo, tuendo ad damnum, vel retentionem rei alienae. Sic Cauponarii recipientes pecunias, a filiis familias, vel servis surreptas; Si tamen non recipiant ut furem, sed ut amicum, etc. tunc Caupo non tenetur restituere. Vide* Bonacin. de restit. disput. 1. quaest. 2. punct. 2. Filliucium cit. num. 66. et 67. Bassaeum §. 5. *Includit hic S. Doctor eos, qui fovent ludos in negotiationibus, meretrices, et lusores, in domibus, ad quas muscipulas evolant adolescentes incauti, expilantes illos, quos furari fecerint, et eo pecunias, resque multas pretiosas afferentes. Hi sanguisugae ebibunt potiorem insontium sanguinis portionem.*

12 THE PARTICIPANT forthwith judges those plundered, and all cooperating in inflicting the damage; if, however, he is constrained by fear of the rope, by giving keys, holding the ladder, he seems immune from the debt of restitution; so also the Ergastula slaves of the Turks seem immune, forced to inflict damages upon us; but I do not agree that they are excused as to killings. See *Suarez tract. 5. disp. 21. sect. 2.*

> *PARTICIPANS mox vellicatos iudicat, et quoscunque cooperantes damno inferendo; Si tamen grani metu coageret, dando claves, tenendo scalam, videtur a restitutionis debito immunis, sic videntur et immunes Ergasti Turcarum, ad damna nobis inferenda coacti, sed ad caedes non assentior, eos excusare. Vide* Suarez tract. 5. disp. 21. sect. 2.

13 THOSE who are co-causes of the same damage, e.g. a fire, are bound in solidum, *l. Ita vulneratus, ff. ad Legem Aquiliam.*

> *Hi, qui sunt concause ad idem damnum, puta incendium, tenentur in solidum,* l. Ita vulneratus, ff. ad Legem Aquiliam.

Doubt I: Whether one is a true cause of loss without whom the loss would still have followed

1 MANY assert that only he who is the true Cause of the Damage is subject to restitution, without whom the damage would not have been. *Innoc. cap. sicut dignum, extra de homic.; Hostiensis there; Altissiodorensis lib. IV. tract. de Poenit. cap. de Restit. quaest. 3; Rich. 4. dist. 15. art. 5. quaest. 4; Sylvest. V. Restit. 3. quaest. 6; Adrian. 4. quaest. 4. de Restit. §. De concurrentibus cum fure; Nau. man. cap. 7. num. 20; Caspensis disp. 1. sect. 9. §. 2; Bassaeus V. Restit. 3. num. 3. §. 2.* Because otherwise the causes would be inefficacious.

> *MULTI eum solum, ut veram Damni causam, restitutioni esse obnoxium asserunt, sine quo damnum non fuisset.* Innoc. cap. sicut dignum, extra de homic. Hostiens. ibi, Altissiodor. lib. IV. tract. de Poenit. cap. de Restit. quaest. 3. Rich. 4. dist. 15. art. 5. quaest. 4. Sylvest. V. Restit. 3. quaest. 6. Adrian. 4. quaest. 4. de Restit. §. De concurrentibus cum fure, Nau. man. cap. 7. num. 20. Caspensis disp. 1. sect. 9. §. 2. Bassaeus V. Restit. 3. num. 3. §. 2. *Quia aliter sunt causae inefficaces.*

2 THE OPPOSITE is held by *Caietanus here, art. 7; Ioan. Medin. quaest. 7. de Restit.; Sotus lib. IV. de iustit. quaest. 7. art. 3; Valencia disp. 5. quaest. 6. puncto 3.* The reason is, because they operate efficaciously. This was the view of *D. Bonavent. in spec. animae, cap. 2, and Clatius cap. 1. §. Damnificatio.* Therefore the Advocate who unjustly defends a Client is bound to Restitution — otherwise, one who would still unjustly covet the inheritance, which he would invade by others if he did not otherwise obtain it.

> *OPPOSITUM censent* Caietanus hic, art. 7. Ioan. Medin. quaest. 7. de Restit. Sotus lib. IV. de iustit. quaest. 7. art. 3. Valentia disp. 5. quaest. 6. puncto 3. *Ratio est, quia efficaciter operantur. Hoc sensit* D. Bonavent. in spec. animae, cap. 2. et Clatius cap. 1. §. Damnificatio. *Ideo Restitutioni obligat Advocatum, qui tuetur iniuste Clientem, alioqui adhuc volentem iniuste haereditatem, quam per alios invaderet, si eam aliter non obtineret.*

3 IT IS PROVED from the *Holy Doctor.* That is a true cause, posited, the effect is posited, as the Holy Doctor and others say. For if many wished to kill Peter, would not one who alone killed him be guilty of injustice, even if he would have to be killed by the others? See *Valencia, and Caietan.*

> *PROBATUR e* S. Doctore. *Ea est vera causa, qua posita, ponitur effectus, ut ait S. Doctor, et alii. Si enim multi vellent occidere Petrum, nonne si unus solus ipsum occideret, esset reus iniustitiae, etiam si ab aliis foret necandus? Vide* Valentiam, et Caietanum.

Doubt II: On the indirect causes of loss

1 THERE FOLLOW three others, namely the *Silent one*. He is called silent who ought to have spoken in order to prevent the damage. He can be bound either by office, as a Prelate, or by contract. I shall treat of these in the doubts below.

> *SEQUUNTUR alii tres, nempe* Mutus. *Dicitur autem is, qui debuit loqui ad impediendum damnum. Potest autem, ut teneatur vel ex officio, ut Praelatus, vel ex contractu. De quibus infra dubitationes ponam.*

2 The SECOND is the *Non-obstructor*, when he ought to have obstructed, as Prince, Magistrate, and the like.

> *SECUNDUS est,* Non obstans, *cum deberet, ut Princeps, Magistratus, et similes.*

3 The THIRD is the *Non-discloser* of the one causing damage, when he was bound, as a witness in court, keepers of vineyards, woods, etc. Many doubts are raised about these.

TERTIUS Non manifestans *damnificantem, cum teneretur, ut testis in iudicio, custodes vinearum, nemorum, etc. De his multa dubia aguntur.*

4 TANNERUS *disp. 4. quaest. 6. dub. 2. num. 72.* requires three conditions for these persons to be bound to restitution. The first is that he was bound to procure such a good, or ward off such an evil, by a debt of Commutative or Distributive Justice. The second is that he was bound to procure it for that very person who has been damaged, whose cause he ought to have pleaded. The third is that the procuring of such a good was deliberately omitted, or omitted with proportionate fault. From this doctrine innumerable cases are resolved. See also *Vasquez prim. 2. disp. 175. Lessius Lib. II. cap. 12. disput. 10. et 18.*

TANNERUS disp. 4. quaest. 6. dub. 2. num. 72. *tres exigit conditiones, ut hi teneantur restitutioni. Prima est, ut is teneretur procurare tale bonum, vel malum arcere ex debito Iustitiae Commutativae, aut Distributivae. Secunda est, ut teneretur procurare illi numero, qui damnificatus est, cuius causam agere debuerat. Tertia est, ut deliberate omissa sit talis boni procuratio, vel cum culpa proportionata. Ex hac doctrina innumeri casus resolvuntur. Vide etiam* Vasquez prim. 2. disp. 175. Lessium Lib. II. cap. 12. disput. 10. et 18.

5 WHETHER, THEREFORE, he who is the indirect cause of damage by not obstructing it, when he can and ought, is bound to restitution; many assert universally. So *Angelus, and Cajetan in the summa, under the word Restitutio, Richard in 4. dist. 15. art. 5. quaest. 4. Valencia also, at the place cited,* judges it probable.

AN ERGO is, qui est causa indirecta damni non impediendo, cum possit, et debeat, teneatur ad restitutionem; multi asserunt universaliter. Ita Angelus, et Caietanus summa, verbo Restitutio, Richardus in 4. dist. 15. art. 5. quaest. 4. Valentia quoque loco cit. *id probabile censet.*

6 OTHERS, however, as reported by Valencia, say he is bound only when he could and ought to have obstructed it out of justice; for instance, because he was Praetor, etc. So it seems D. Bonaventure holds in the Speculum, cap. 1. under the word Damnificatio, Sylvester V. Restitutio 3. Adrian IV, quaest. de Restitut. Soto Lib. 4. de Iustitia, quaest. 7. art. 3. Medina quaest. 9. de rebus restitutis. Alensis 4. part. quaest. 86. num 3. art. 4 §. 7. Altissiodor lib. 4. summae, tract. de poenitent. cap. de Restit. and almost Valencia; Bassaeus num. 15. citing Peter of Navarre lib. 3. cap. 4. numero 130. Lessius lib. 2. cap. 13. dub. 10. Bonacina disput. 1. quaest. 2. punct. 11. Azor 3. part. lib. 4. cap. 17. Fillucius tract. 32. num. 75. Sylvius 2. 2. quaest. 62. art. 4. quaestio 4. and art. 7.

ALII tamen apud Valentiam dicunt, teneri solum, solum, quando potuit, et debuit impedire ex iustitia; puta, quia erat Praetor, etc. Ita videtur D. Bonaventura in speculo, cap. 1. verbo Damnificatio, Sylvester V. Restitutio 3. Adtianus quarto, quaest. de Restitut. Sotus Lib. 4. de Iustitia, quaest. 7. art. 3. Medina quaest. 9. de rebus restitutis. Alensis 4. part. quaest. 86. num 3. art. 4 §. 7. Altissiodor lib. 4. summae, tract. de poenitent. cap. de Restit. et fere Valentia; Bassaeus num. 15. citans Petrum Nauar. lib. 3. cap. 4. numero 130. Lessius lib. 2. cap. 13. dub. 10. Bonacina disput. 1. quaest. 2. punct. 11. Azor 3. part. lib. 4. cap. 17. Fillucius tract. 32. num. 75. Sylvius 2. 2. quaest. 62. art. 4. quaestio 4. et art. 7.

7 As to the keeper of the gates of woods who connives at the carrying-off of timber, many, as reported by Diana part. 2. tract. 5. resol. 54, deny that they are bound to make good the losses inflicted.

Quid ad custodem portarum nemorum, qui dissimulant asportationes, multi negant apud Dianam part. 2. tract. 5. resol. 54. eos teneri ad damna illata resarcienda.

[8] THERE ARISES another question: Whether a Confessor, and others on whom the office of prohibiting unjust detentions rests, are bound to Restitution if they omit to admonish, etc. As to the Confessor, they affirm it: Summa Rosella, V. Restitutio 2. §. 5. Summa Angel. V. Restitutio, ultim. §. 5. Navarre in the Manuale, cap. 17. num. 22. and others as reported by Valencia disput. 5. quaest. 6. puncto 3. and Bonacina de restitut. disput. 1. quaest. 2. punct. 11. The same view is followed by Nunges in addit. ad 3. part. Tom. 2. quaest. 8. art. 4. dub. 5. Zanchus in the directorium confess. part. 2. praecepto 7. cap. 26. dub. 3. Gabriel in 4. dist. 15. quaest. 2. art. 3. Sylvester V. usura, 7. quaestio 2. and other Neoterics as reported by Diana Tom. 1. Tract. 16. resol. 1. Bassaeus num. 8.

> *OCCURRIT alia quaestio: An Confessarius, et alii, quibus ex officio incumbit prohibere iniquas detentiones, teneantur Restitutioni, si omittant admonere, etc. Quo ad Confessarium affirmant Summa Rosella, V. Restitutio 2. §. 5. Summa Angel. V. Restitutio, ultim. §. 5. Nauar. in manuali, cap. 17. num. 22. et alii apud Valentiam disput. 5. quaest. 6. puncto 3. et Bonacinam de restitut. disput. 1. quaest. 2. punct. 11. Eandem sequitur Nungus in addit. ad 3. part. Tom. 2. quaest. 8. art. 4. dub. 5. Zanardus in directoriov confess. part. 2. praecepto 7. cap. 26. dub. 3. Gabriel in 4. dist. 15. quaest. 2. art. 3. Sylvester V. usura, 7. quaestio 2. aliique Neoterici apud Dianam Tom. 1. Tract. 16. resol. 1. Bassaeus num. 8.*

[9] The CONTRARY opinion is that of Bonacina and others as reported by him, Filliucius tom. 1. tract. 7. cap. 12. quaest. 7. num; 37. Lessius Lib. 2. cap. 10. dub. 6. Malderus 2. 2. tract. 5. cap. 3. dub. 24. Bartholomew of Saint Faustus in spec. confess. disp. 4. quaest. 121. num. 7. Aegid. Coninch. de Sacram. disp. 8. dub. 17. num. 144. Rebellius de oblig. iust. part. 2. lib. 17. quaest. ult. num. 12. and part. 1. Lib. 2. quaest. 14. sect. 8. num. 63. Diana limits this, provided the Confessor does not persuade the penitent not to make restitution. But the obligation to join restitution with not dissuading is one and the same. This indeed is taught also by Suarez tom. 4. in 3. part. disput. 32. sect. 6. and Rebellius at the place cited, Caspensis disp. 5. sect. 9. §. 1. num. 86. Sanchez Lib. 7. Decalogi, cap. 6. Tanner. disp. 4. quaest. 6. num. 75. referring to others, Bassaeus, V. Restit. 3. §. 7. num. 16. Crousers ad cap. 7. Reg. Min. lib. 31.

> *CONTRARIA sententia est Bonacinae, et aliorum apud eum, Filliucii tom. 1. tract. 7. cap. 12. quaest. 7. num. 37. Lessii Lib. 2. cap. 10. dub. 6. Malderi 2. 2. tract. 5. cap. 3. dub. 24. Bartholomaei a S. Fausto in spec. confess. disp. 4. quaest. 121. num. 7. AEgid. Coninch. de Sacram. disp. 8. dub. 17. num. 144. Rebellii de oblig. iust. part. 2. lib. 17. quaest. ult. num. 12. et part. 1. Lib. 2. quaest. 14. sect. 8. num. 63. Haec limitat Diana, dummodo Confessarius non suadeat poenitenti, ut non restituat. At una est obligatio iungendi restitutionem, et non dissuadendi. Id vero ita docent etiam Suarez tom. 4. in 3. part. disput. 32. sect. 6. et Rebellius loco citato, Caspensis disp. 5. sect. 9. §. 1. num. 86. Sanchez Lib. 7. Decalogi, cap. 6. Tanner. disp. 4. quaest. 6. num. 75. alios referens, Bassaeus, V. Restit. 3. §. 7. num. 16. Crousers ad cap. 7. Reg. Min. lib. 31.*

[10] The opinion of D. Bonaventure, as I see, is this second one; for in the Confessionale, cap. 4, where he professes to teach confessors what they are bound to do, and what penalties they incur by omitting it, he says: *Attendendum igitur, quod cum sint tria genera poenitentium, primis nulla potest iniungi poenitentia utilis ad salutem. Horum autem sunt sex genera. Primi raptores, Secundi usurarii, Tertii incendiarii, Quarti fures, Quinti Simoniaci, Sexti dolosi circumventores, ut sunt perversi Iudices, advocati iniqui, testes falsi, negotiatores fraudulenti, et alii huiusmodi, quibus omnibus non potest alia iniungi poenitentia, nisi illa Evangelica, Matth. 18. Redde quod debes, et illa Apostolica, Rom. 13. Reddite omnibus debita. Et illud Ecclesiastici 4. Redde debitum tuum. Quod si hanc acceptare noluerit confitens, nulla alia iniungi potest, quae valeat ad salutem; quia, ut dicit Augustinus epist. 54. ad Macedonium 14. quaest. 6. Si res aliena, propter quam peccatum est, possit reddi, et*

non redditur, poenitentia non agitur; non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. He then enumerates the rest shortly after in part. 7. He indeed condemns confessors who omit the debt; but he imposes nothing about Restitution upon them.

> *SENTENTIA D. Bonavent. est, ut video, haec secunda; nam in Confessionali, cap. 4. ubi profitetur docere Confessarios ea, quae tenentur facere, et quas poenas incurrant omittendo, ait:* Attendendum igitur, quod cum sint tria genera poenitentium, primis nulla potest iniungi poenitentia utilis ad salutem. Horum autem sunt sex genera. Primi raptores, Secundi usurarii, Tertii incendiarii, Quarti fures, Quinti Simoniaci, Sexti dolosi circumventores, ut sunt perversi Iudices, advocati iniqui, testes falsi, negotiatores fraudulenti, et alii huiusmodi, quibus omnibus non potest alia iniungi poenitentia, nisi illa Evangelica, Matth. 18. Redde quod debes, et illa Apostolica, Rom. 13. Reddite omnibus debita. Et illud Ecclesiastici 4. Redde debitum tuum. Quod si hanc acceptare noluerit confitens, nulla alia iniungi potest, quae valeat ad salutem; quia, ut dicit Augustinus epist. 54. ad Macedonium 14. quaest. 6. Si res aliena, propter quam peccatum est, possit reddi, et non redditur, poenitentia non agitur; non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. *Reliquos vero postea recenset mox part. 7. Damnat quidem confessarios, debitum omittentes; Nil autem de Restitutione illis imponit.*

11 *IT IS PROVED*, because the obligation of restitution arises from the virtue of Justice alone; but the Confessor is bound to admonish not from his own justice, but from religion.

> PROBATUR, *quia Restitutionis obligatio oritur ex sola Iustitiae virtute; At Confessarius non ex iustitia propria, sed e religione, tenetur admonere.*

12 From the conditions adduced above other decisions are had. The first is that a Defendant who unjustly denies the crime in court is not bound to pay the monetary penalty due to the judge before the sentence. So Tanner. num. 76. with Adrian quodlib. 6. Navarre in the manuali, cap. 18. num. 49. Couarv. in Epitome 124. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 10. Azor. Lib. 5. cap. 8. quaestio 5. Vasquez prim. 2. disput. 175. cap. 5. against Soto Lib. 4. quaest. 6. art. 6. Molina Tract. primo, tract. 2. disp. 95. The same seems to hold of witnesses, if they testify falsely. So Tanner. with Sà V. Restitutio, and Azor. at the place cited. The reason is that they are not bound out of justice to procure the good of the Judge or of the Treasury; nor has the Treasury acquired any right, under Commutative Justice, to the money before the sentence.

> *Ex allatis supra conditionibus habentur aliae decisiones. Prima est, non teneri pecuniariam mulctam, iudici debitam, solvere ante sententiam, Reum, iniuste crimen in iudicio negantem. Ita Tanner. num. 76. cum Adriano quodlib. 6. Nauar. manuali, cap. 18. num. 49. Couarv. in Epitome 124. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 10. Azor. Lib. 5. cap. 8. quaestio 5. Vasquez prim. 2. disput. 175. cap. 5. contra Sotum Lib. 4. quaest. 6. art. 6. Molina Tract. primo, tract. 2. disp. 95. Idem videtur de testibus, si falsum testentur. Sic Tanner. cum Sà V. Restitutio, et Azor. loco citato. Ratio est, quia non tenentur ex iustitia procurare bonum Iudicis, seu Fisci; Neque Fiscus aliquod ius ex Iustitia commutativa acquisivit ad pecunias, ante sententiam.*

13 IT IS GATHERED secondly that both the Defendant and the witnesses, unjustly denying the truth, are bound to restore to the damaged party the expenses and other losses inflicted by the denial of the truth. So from the common teaching Carbo quaest. 31. Sà at the place cited, Soto Lib. 4. quaest. 7. art. 3. Medina Cod. de restit. quaest. 9. Tanner. num. 77. For they were bound out of justice not to damage the innocent party; yet they can be excused if grave losses to themselves threaten from the confession. So Tanner. with Lessius, and Sà. They judge it probable, indeed, that Molina holds they are never bound, disput. 83. Sylvester V. Testis, Lessius Lib. 2. cap. 30. dub. 8. Vasquez speaking of

the Defendant in the chapter above cap. 2. Tanner. num. 79. Because it does not so plainly appear that these are bound to it out of justice.

> *COLLIGITUR secundo, tam Reum, quam testes, iniuste veritatem negantes, teneri restituere parti damnificatae expensas, et alia damna, illata ob negatam veritatem. Sic ex communi docet Carbo quaest. 31. Sà loco citato, Sotus Lib. 4. quaest. 7. art. 3. Medina Cod. de restit. quaest. 9. Tanner. num. 77. Tenebantur enim ex iustitia, non damnificare partem innocentem: excusari tamen possunt, si gravia sibi e confessione damna immineant. Ita Tanner. cum Lessio, et Sà. Probabile imo censent, Molina nunquam teneri, disput. 83. Sylvester V. Testis, Lessius Lib. 2. cap. 30. dub. 8. Vasquez loquens de Reo supra cap. 2. Tanner. num. 79. Quia non ita liquido constat, hos ex iustitia ad id teneri.*

14 IT IS GATHERED thirdly that a Judge negligent in delivering sentence is bound to restore the losses to the Republic and to the parties, but also the penalty which he would have paid to the Treasury for the Defendant had he proceeded rightly. The same they assert likewise of the fiscal officer: Sylvester V. Poena, quaest. 28. Salon art. 7. controv. 5. Carbo quaest. 31. who says it is the common opinion, and Vasquez agrees as to the fiscal officer. The reason is that out of justice these are bound to it by their office.

> *COLLIGITUR tertio, Iudicem, in proferenda sententia negligentem, teneri restituere damna Reipublicae, et partibus, sed etiam mulctam, quam Fisco soluisset Rei, si rite processisset. Quod pariter de Fisco asserunt Sylvester V. Poena, quaest. 28. Salon art. 7. controv. 5. Carbo quaest. 31. qui dicit, esse communem sententiam, et quo ad Fiscalem consentit Vasquez. Ratio est, quia e iustitia ad id ex officio isti tenentur.*

15 The CONTRARY, however, as to the Judge, regarding the monetary penalty to be paid to the Treasury, is held by Azor. at the place cited, ad 4. Sà V. Restitutio; Vasquez at the place cited. Lessius Lib. 2. cap. 3. dub. 10. as to the fiscal officer, whom others reported by Salonius follow.

> *CONTRARIUM tamen, quod ad Iudicem de poena pecuniaria, Fisco soluenda, censent Azor. loco cit. ad 4. Sà V. Restitutio; Vasquez loco cit. Lessius Lib. 2. cap. 3. dub. 10. quod ad Fiscalem, quos sequuntur alii apud Salonium.*

16 IT IS GATHERED fourthly that toll-collectors are bound to restitution for the neglect of a just toll; but say otherwise of the monetary penalty which would come to the Treasury if they neglected to procure it. Say the same with Bassaeus of the keepers of things and fruits, from which something is given to the Prince.

> *COLLIGITUR quarto, Telonarios teneri ad restitutionem neglecti vectigalis iusti; secus dic de mulcta pecuniaria, ad Fiscum perventura, si eam procurare negligant. Idem Dic cum Bassaeo de Custodibus rerum, et fructuum, e quibus datur aliquid Principi.*

17 IT IS GATHERED fifthly that Keepers of forests, rivers, etc. are not bound to pay the penalty which would have come to the Treasury had they reported the transgressors to the Magistrate. So Sylvester V. Restit. 3. quaest. 5. §. 7. Bassaeus num. 17. Lessius lib. 2. cap. 13. dub. 10. Tanner. num. 83. against Cato and Salonius. The reason is that their office out of justice regards not the good of the Treasury, but the security and defense of the public good. Except the tributes, as I said, excerpted from these.

> *COLLIGITUR quinto, Custodes Sylvarum, Fluminum, etc. non teneri solvere mulctam, quae ad Fiscum pervenisset, si transgressores ad Magistratum detulissent. Ita Sylvester V. Restit. 3. quaest. 5. §. 7. Bassaeus num. 17. Lessius lib. 2. cap. 13. dub. 10. Tanner. num. 83. contra Cathonem, et Salonium. Ratio est, quia illorum officium ex iustitia non respicit bonum Fisci, sed securitatem, et defensionem boni publici. Excipe tributa, ut dixi, hinc excerpta.*

Doubt III: Whether one who has promised three or four times to restore, and has not restored, is to be absolved before restitution

1 The answer is with D. Bonaventure at the place cited, whom Fagundez follows on the seventh precept of the Decalogue, cap. 14. num 17. if the debt be public, such as is seen in usurers and the ravishers of churches, he is never to be absolved, nor even the first time, before he pays and gives security; and this on account of the scandal of the people.

> An ille, qui ter, vel quater promisit restituere, et non restituit, sit absolvendus ante restitutionem.
>
> *Respondetur cum D. Bonavent. loco cit. quem sequitur Fagundez in septimum praeceptum Decalogi, cap. 14. num 17. si debitum sit publicum, quale respicitur in usurariis, et raptoribus Ecclesiarum, nunquam esse absolvendum, neque prima vice, antequam solvant, et dent cautionem; idque propter scandalum populi.*

2 The Sainted Doctor adduces cap. 3. particula 54. the Decree of Eugenius III. against the ravishers of churches, which is found in extra de raptoribus, where he decrees this, saying:

> *Apponit vero S. Doctor cap. 3. particula 54. Decretum Eugenii III. contra raptores Ecclesiarum, et habetur extra de raptoribus, ubi id decernit, dicens:*

3 *Statuimus, ut quicumque ex his, qui violenter surrexerint in rapinam, sive in Ecclesiarum violatione manifeste deprehensus fuerit, nisi prius ablata restituit si poterit; vel emendandi firmam, et plenam fecerit securitatem, poenitentiae beneficium ei penitus denegetur. Si vero usque ad obitum in contumacia sua duraverit, et in extremis positus, remedium poenitentiae humiliter postulaverit, si emendationem, vel emendandi securitatem praestiterit, ei poenitentia, et Ecclesiastica sepultura concedatur. Qui autem in sanitate obstinata mente non poenituerit; vel emendaverit; et in morte securitatem praestare nequiverit, solemnitas poenitentiae parum prodesse videtur, sicut credimus, sed de peccato contrito viaticum non denegetur, ita tamen, ut nullus clericorum sepulturae illius intersit, nec eius eleemosynam recipere praesumat. Quod si quis presbyterorum, vel clericorum contra haec in vita, vel in morte poenitentias dare, aut sepulturae interesse, vel eorum eleemosynas accipere attentaverint, seu huiusmodi rapinae participes inventi fuerint; ordinis sui damnum irrecuperabiliter patiantur, et Ecclesiastico beneficio careant. Haec Canon.*

> Statuimus, ut quicumque ex his, qui violenter surrexerint in rapinam, sive in Ecclesiarum violatione manifeste deprehensus fuerit, nisi prius ablata restituit si poterit; vel emendandi firmam, et plenam fecerit securitatem, poenitentiae beneficium ei penitus denegetur. Si vero usque ad obitum in contumacia sua duraverit, et in extremis positus, remedium poenitentiae humiliter postulaverit, si emendationem, vel emendandi securitatem praestiterit, ei poenitentia, et Ecclesiastica sepultura concedatur. Qui autem in sanitate obstinata mente non poenituerit; vel emendaverit; et in morte securitatem praestare nequiverit, solemnitas poenitentiae parum prodesse videtur, sicut credimus, sed de peccato contrito viaticum non denegetur, ita tamen, ut nullus clericorum sepulturae illius intersit, nec eius eleemosynam recipere praesumat. Quod si quis presbyterorum, vel clericorum contra haec in vita, vel in morte poenitentias dare, aut sepulturae interesse, vel eorum eleemosynas accipere attentaverint, seu huiusmodi rapinae participes inventi fuerint; ordinis sui damnum irrecuperabiliter patiantur, et Ecclesiastico beneficio careant. Haec Canon.

4 But the Sainted Doctor notes, from Raymond, that this decretal is local in scope; nor are public suffrages to be denied to the penitent; yet his heirs, to whom his goods have passed, are to be compelled to satisfaction, extra de sepulturis, §. Parum prodesse, as far as the temporal punishment is concerned.

Advertit autem S. Doctor ex Raymundo, hanc decretalem esse localem; nec poenitenti suffragia publica sunt neganda; eius tamen haeredes, ad quos bona eius pervenerint, sunt ad satisfactionem compellendi, extra de sepulturis, §. Parum prodesse, appa quantum ad poenam temporalem.

5 Then, if Excommunication has been imposed upon the non-payer, as it is said to be imposed in the Tridentine, sess. 25. cap. 22. upon those who do not pay Tithes, he is not to be absolved even the first time, unless he pays, or, if he cannot, gives a pledge of security.

Deinde, si Excommunicatio imposita sit non solventi, ut dicitur imponendo in Tridentino, sess. 25. cap. 22. non solventi Decimas, nec primo absolvendus est, nisi solvat, et si non potest, cautionem praebeat securitatis.

6 He adds thirdly that in the ordinary cases he who has three times failed to carry out the promise is considered to be trifling; yet there may be some circumstance of person, place, etc. such that it can seem to the Confessor, who needs prudence, that he should be absolved. So also Sayrus in clav. reg. lib. 10. tract. 5. cap. 5. num. 26. and others as reported by him.

Addit tertio, quod in casibus ordinarii ille, qui ter non exequutus est promissum, censetur ludere; possit tamen esse aliqua circumstantia personae, loci, etc. ut Confessario, cui necessaria est prudentia, videri possit absolvendus. Ita etiam Sayrus in clav. reg. lib. 10. tract. 5. cap. 5. num. 26. et alii apud eum.

7 From what has been said you have, also, that he who in life is unwilling to restore, but reserves the committing of it to his heirs at death, is not to be absolved. So the Sainted Doctor at the place cited, and D. Thom. quaest. 62. art. ultim. Toletanus in summa, lib. 5. cap. 24. Navarre Lib. 4. de restitut. cap. 12. num. 72. Soto lib. 4. de Iustitia, quaest. 7. art. 4. Sylvester V. restitut. 5. num. 7. and others to whom Fagundez subscribes at the place cited, num. 19.

Ex dictis habes, etiam eum, qui in vita non vult restituere, sed reservat ad mortem id committere haeredibus, non esse absolvendum. Ita S. Doctor loco citato, et D. Thom. quaest. 62. art. ultim. Toletanus in summa, lib. 5. cap. 24. Navarrus Lib. 4. de restitut. cap. 12. num. 72. Sotus lib. 4. de Iustitia, quaest. 7. art. 4. Sylvester V. restitut. 5. num. 7. et alii, quibus subscribit Fagundez loco citato, num. 19.

8 The reason. Fagundez follows D. Bonaventure in the speculum animae, cap. 2. §. 4 and in the Confessionale, cited by name, because he who unjustly retains is always in act a debtor bound to pay, and unjust, if he does not pay.

Ratio. Fagundez est D. Bonavent. in speculo animae, cap. 2. §. 4 et in Confessionali, voce adductus, quia qui iniuste retinet, semper est in actu ad solvendum debitor, et iniquus, si non solvit.

9 But in no case is a Confessor who omits the admonition bound to restitution.

In nullo autem casu, si monere omittat Confessarius, tenetur ad restitutionem.

10 For you will say to Nunges: he is bound out of justice to admonish the penitent: Therefore, omitting it, he sins against justice.

Dices enim Nungo: tenetur ex iustitia admonere poenitentem: Ergo id omittens, peccat contra iustitiam.

11 Diana answers that he is bound out of Justice, a debt owed from religion by the Sacrament of penance, which regards the penitent in order to spiritual salvation; in this the confessarius who omits to admonish indeed falls short, but he does not fall short in any obligation of justice which regards the temporal good of the creditor; Valencia subscribes disput. 5. quaest. 6. puncto 3. Tannerus quaest.

cit. I confess that in other cases, where there is a proper obligation of justice, the debt of restitution is found, for instance in the Praetor, Governor, in the Keepers of the chains, etc.

> *Respondet Diana, teneri ex Iustitia, Sacramento poenitentiae debita a religione, quae respicit poenitentem in ordine ad spiritualem salutem, in qua deficit quidem omittens confessarius monere, sed non deest in aliqua obligatione iustitiae, quae respicit temporale bonum creditoris; Subscribit Valentia disput. 5. quaest. 6. puncto 3. Tannerus quaest. cit. Fateor in reliquis, ubi est obligatio propria iustitiae, inveniri debitum restitutionis, puta in Praetore, Gubernatore, in Custodibus vinculum, etc.*

12 From the second head, namely of another's property, arises the obligation of restitution.

> *Ex secundo capite, nempe rei alienae, oritur restitutionis obligatio.*

13 But Valencia at the place cited, and Cassensis disput. 1. sect. 4. note, that even goods possessed in good faith, when they are acknowledged to be another's, one is bound to restitution; for no one ought to be made richer by another's loss, according to rule 48 in 6. and the Law Nam hoc natura, ff. de conditione indeb.

> *Advertunt autem Valentia loco citato, et Cassensis disput. 1. sect. 4. tem, sive etiam bona fide possessam, cum agnoscitur aliena, ad restitutionem teneri; nemo enim alterius iactura ditior fieri debet ex regula 48 in 6. Lege Nam hoc natura, ff. de conditione indeb.*

14 But the Doctors establish this general rule: As long as the thing endures in its own species and substance, it ought to be restored as itself; but if it has been consumed, there ought to be restored that by which you have been made richer, or in which you have preserved your own property, for instance food, clothing, etc.

> *Statuitur autem haec regula generalis a Doctoribus: Quam diu durat res in propria specie, et substantia, debet ea restitui; si vero consumpta sit, restitui debet id in quo locupletior es factus, vel rem tuam servasti, puta cibos, vestes, etc.*

15 Yet they raise the doubt: Whether he who in good faith buys a stolen thing from a thief, and resells the same to another, is bound to give back the price to that buyer; and they answer in the negative: Lessius Lib. 2. cap. 14. dub. 5. Rebellius part. 1. lib. 2. quaest. 3. Cassensis at the place cited. num. 31. Cajetan V. Restitutio. Navarre in the manuali, cap. 17. num. 7.

> *Dubitant vero: An qui bona fide a fure emit rem furatam, et eandem alii revendidit; huic emptori teneatur reddere pretium; Et negative respondent Lessius Lib. 2. cap. 14. dub. 5. Rebellius part. 1. lib. 2. quaest. 3. Cassensis loco cit. num. 31. Caietanus V. Restitutio. Navar. in manuali, cap. 17. num. 7.*

16 The opposed opinion is that of Valencia puncto 3. Soto lib. 4. de Iustitia, quaest. 7. art. 2. that such a one is bound to restore the price to the third buyer, indeed in the case in which the buyer knows, or seems to have knowledge, that the thing is another's. For if he does not seem likely to know it, and no comparison is made, there is no need to restore anything to him, since otherwise no damage threatens him.

> *Opposita sententia est Valentiae puncto 3. Soti lib. 4. de Iustitia, quaest. 7. art. 2. talem teneri restituere tertio emptori pretium, in casu quidem, quo emptor sciat, aut cognitivus videatur, rem esse alienam. Nam si non videatur id sciturus, neque compareat, non est opus illi quidquam restituere, cum nullum ei immineat alioqui damnum.*

17 To my mind, following D. Bonaventure in the speculum animae, cap. 2. the former opinion seems more likely; for it seems to compel only purchases and sales of bad faith to restitution; but the

obligation remains with the thief.

> *Mihi ad mentem D. Bonaventurae in speculo animae, cap. 2. videtur magis prior opinio; nam solas emptiones, et venditiones malae fidei videtur cogere ad restitutionem; sed manet apud furem obligatio.*

18 The reason is that the price, which alone seems subject to Restitution, has not been exchanged formally with the thing, but with the price given by me to that first seller from whom I bought; and accordingly the obligation still remains with the first seller.

> *Ratio est, quia pretium, quod solum videtur Restitutioni obnoxium, non est commutatum cum re formaliter, sed cum pretio, a me dato illi primo, a quo emi, atque adeo obligatio adhuc remanet apud primum venditorem.*

19 I ADD indeed, with D. Bonaventure at the place cited, Caspensis, num. 61. and others, that the thing ought to be grave, for restitution to be owed. Sanchez lib. 2. cap. 23. num. 160. Azor 3. part. lib. 4. cap. 8. Filliucius tract. 32. num. 31. Lessius lib. 2. cap. 7. num. 24. Sylvius quaest. 62. art. 4.

> *ADDO vero cum D. Bonavent. loco citato, Caspensi, num. 61. et aliis, rem debere esse gravem, ut restitutionem exigat. Sanchez lib. 2. cap. 23. num. 160. Azor 3. part. lib. 4. cap. 8. Filliucius tract. 32. num. 31. Lessius lib. 2. cap. 7. num. 24. Sylvius quaest. 62. art. 4.*

20 BUT the debt of restitution can arise ex re, by the just acceptance, by contract or acceptance, of a thing owed to another, and therefore in these it seems to arise more from the thing itself; likewise ex re by an unjust acceptance, as when the thing is still in the hands of the thief, in whom the obligation is greater; for in these cases of unjust acceptance, by which ownership is not transferred, as in theft, rapine, etc. the detainer is always in mora, and sins mortally by detaining, even though he repents having accepted it; provided, however, the possibility and opportunity of restoring be present. Whence Saint Augustine, epistola 54. *Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.* But in those cases in which ownership passes to the receiver, as in sale, loan, etc. no one is in mora except according to the conditions attached, as the Sainted Bonaventure disserus at the place cited of the speculum.

> *POTEST vero oriri debitum restitutionis ex re, accepta contractu, seu acceptione iusta rei, quae debetur alteri, et ideo in his magis videtur oriri ex re ipsa; similiter ex re, et iniusta acceptione, veluti cum res adhuc est apud furem, in quo est maior obligatio; nam in his casibus acceptionis iniquae, ex quibus non transfertur dominium, sicuti in furto, rapina, etc. semper est detentor in mora, et peccat mortaliter detinendo, licet poeniteat accepisse; si tamen adsit restituendi possibilitas, atque opportunitas. Unde S. Augustinus epistola 54.* Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. *In his autem, in quibus dominium transit in accipientem, sicut in venditione, mutuo, etc. non est quis in mora, nisi secundum conditiones appositas, ut disserit S. Bonavent. loco cit. speculi.*

21 THERE are indeed also contracts in which ownership is not transferred, as Commodatum, Precarium, Locatum, Depositum, and Pledge, as I said in the preceding disputation, question 10.

> *SUNT quidem et contractus, in quibus non transfertur dominium, ut Commodatio, Precarium, Locatum, Depositum, et Pignus, ut dixi disputatione praeced. quaestione 10.*

22 One must know that some contracts are referred to the utility of the receiver alone, as mutuum, donation, commendatum, and precarium. Others regard the utility of the giver alone, as depositum and mandatum. Others regard the utility of both contracting parties, as sale, letting, and likewise pledge, and also depositum, when some wage is given on account of the keeping.

> *Oportet scire, e contractibus aliquos referri in utilitatem solius accipientis, ut mutuum, donatio, commendatum, et precarium. Alii respiciunt utilitatem solius dantis, ut depositum, et mandatum. Alii respiciunt utriusque contrahentis*

utilitatem, ut venditio, locatio, et pignus similiter, et depositum, quando aliqua merces datur ratione custodiae.

23 IT IS ASKED, then; when is anyone bound to restitution from a contract when the thing perishes; but the thing can perish by chance, by fraud, or by negligence.

QUAERITUR autem; quando tenetur aliquis ad restitutionem ex contractu pereunte re; potest autem perire res, vel casu, vel dolo, vel negligentia.

24 IT IS CERTAIN first that from no right does an obligation to restore arise from a contract when the thing perishes by mere chance (unless that is included in the contract:) for so in Canon Law cap. ultimo de commodato, and cap. 2. de deposito, and in Civil Law L. 27. ff. de reg. iuris; and Leg. 18. ff. commodati, and Leg. 22. Cod. de negotiis gestis. The reason is that, unless otherwise provided in the contract, the contracting parties are bound only to that which is in their power, which chance happenings are not. Yet these things can be included in contracts, as the Laws cited affirm. Likewise this obligation can arise from another head, when, for instance, someone was in mora of restitution, or made illicit use, for instance, if he carries the silver lent him onto a ship, to dine on the Lake, and for these causes it perishes.

CERTUM est primo, ex nullo iure oriri obligationem e contractu restituendi, quando res solo casu fortuito perit (nisi in contractu id includatur:) sic enim Iure Canonico cap. ultimo de commodato, et cap. 2. de deposito, et in Iure Ciuili L. 27. ff. de reg. iuris; et Leg. 18. ff. commodati, et Leg. 22. Cod. de negotiis gestis. Ratio est, quia, si aliter non explicetur in contractu, tenentur contrahentes solum ad id, quod est in eorum potestate, quales non sunt casus fortuiti. Posse tamen includi in contractibus afferunt Iura allegata. Similiter ex alio capite potest haec oriri obligatio, quando, v. g. aliquis fuit in mora restitutionis, vel usu illicito, puta, si argentum commodatum portet in navim, ad coenandum in Lacu, et ob eas causas pereat.

25 IT IS CERTAIN also that if the thing perishes through fraud, or through grave, or serious fault, he is bound to restitution: It is evident from the Canon and Civil Law cited.

CERTUM est etiam, si res pereat ex dolo, aut lata, seu gravi culpa, teneri ad restitutionem: Patet ex Iure Canonico, et Ciuili allatis.

26 SIMILARLY, when the contract can be freely revoked by him who freely hands over his own thing to another, then he who has another's thing is bound to restitution only in fraud and grave fault, which is serious. *It is proved from the Law 23. ff. de reg. Iuris*, where the Jurist says: *Contractus quidam dolum tantum recipiunt, scilicet Depositum, et Precarium.*

SIMILITER quando contractus libere revocari potest ab illo, qui libere suam rem alteri tradit, tunc qui rem alienam habet, tenetur ad restitutionem solum in dolo, et lata culpa, quae est gravis. Probatur ex Lege 23. ff. de reg. Iuris, *ubi Iurisconsultus ait:* Contractus quidam dolum tantum recipiunt, scilicet Depositum, et Precarium.

27 BUT when the contract cannot be revoked, if it regards the utility of both contracting parties, it obliges the receiver in respect of grave and light fault; but if it is for the utility of the receiver alone, it obliges him even in respect of the lightest fault. *It is proved from cap. 1. de commodo, and the Civil Law Leg. 5. et 18. ff. commodati, and Leg. 1. ff. de obligationibus.*

QUANDO vero contractus non potest revocari, si respicit utilitatem utriusque contrahentis, accipientem obligat de culpa gravi, et levi; si autem sit in utilitatem solius accipientis, obligat eum, etiam de culpa levissima. Probatur ex cap. 1. de commodo, et Iur. ciuil. Leg. 5. et 18. ff. commodati, et Leg. 1. ff. de obligationibus.

Question IV: To whom restitution is to be made

[1] ALL agree that restitution is owed by him from whom the thing was accepted: Four conditions, however, being laid down.

> *CONVENIUNT omnes, illi restituendum, a quo res accepta est: Positis tamen quatuor conditionibus.*

[2] The FIRST is that he from whom it was accepted have a right to the thing, either as Owner, or as steward, or keeper.

> *PRIMA est, ut is, a quo accepta sit, habeat ad rem ius, vel ut Dominus, vel ut dispensator, aut custos.*

[3] The SECOND, provided that no loss is going to accrue from it to him from whom it was accepted, nor to another, for instance, that he is going to squander the thing, or that others are going to use it for crime.

> *SECUNDA, dummodo inde damnum ei, a quo accepta est, neque alii sit obventurum, puta, ut dissipaturus rem illam, vel ea usuros ad crimen.*

[4] The THIRD, if the giving was not of itself unjust, as in the case of a simoniac; yet if it was joined from the origin with an external sin, for instance, because it is the price of fornication, it is no obstacle. Yet even to a simoniac restitution can be made, Caspensis says *sect. 1. before a sentence is delivered against him by the judge. So also Navarre Lib. 4. de restit. cap. 2.*

> *TERTIA, si datio non fuit per se iniusta, ut in Simoniaco; si tamen coniuncta fuerit ex origine cum peccato extero, puta, quia est pretium fornicationis, nil obest. Tamen etiam Simoniaco posse restitui ait Caspensis* sect. 1. antequam a iudice feratur sententia contra eum. Ita et Nauar. Lib. 4. de restit. cap. 2.

[5] The FOURTH, that the restitution be made to him from whom you received it, either by yourself, or through another. See Valencia *puncto 4.*

> *QUARTA, ut fiat restitutio ei, a quo accepisti, vel per se, vel per alium. Vide Valentia* puncto 4.

[6] HERE a question occurs: Whether another's thing, accepted from a thief, ought always to be restored to the true Owner: The reason of the doubt is that it may have been accepted from him in good faith: Therefore it is to be given back to him, and the price paid is to be recovered; and so think Alens. *4. part. quaest. 86. memb. 3. art. 5.* Summa angl. V. *Restitutio,* Gabriel *4. dist. 15. quaest. 3. dub. 5.* Navarre *Manuali, cap. 17. num. 9.* Valencia *at the place cited, provided it be given back to him to redeem his own price, not that the thief may retain it.* This seems to me true, against some as reported by Valencia *at the place cited* and Fagundez *in septimum praeceptum, Lib. 7. cap. 20.* My reason is that I am bound to look first to my own innocence, rather than to another's; and to my own family property, rather than to another's; why, therefore, should I lose my own price without profit, so that another's thing may be restored?

> *HIC occurrit quaestio: An res aliena, accepta a fure, debeat semper vero Domino restitui: Ratio dubii est, quia potest ab eo accepta fuisse bona fide: Ergo ei reddenda, et excutiendum pretium datum; et ita sentiunt Alens.* 4. part. quaest. 86. memb. 3. art. 5. *Summa angl. V.* Restitutio, *Gabriel* 4. dist. 15. quaest. 3. dub. 5. *Nauar.* Manuali, cap. 17. num. 9. *Valentia* loco cit. dummodo ei reddatur ad redimendum suum pretium, non ut fur eam retineat. *Haec mihi vera videtur contra aliquos apud Valentiam* loco cit. *et Fagundez* in septimum praeceptum, Lib. 7. cap. 20. *Ratio mea est, quia teneor prius innocentiae meae prospicere, quam alienae; et meae rei familiari, quam alienae, cur ergo pretium meum amittam insons, ut res aliena reddatur.*

7 Yet Peter Eligius Bassaeus says *V. Restit. 4. §. 2. num. 7.* if he does not find the thief, or the thief, when found, is unwilling to give back the price, the thing is to be restored to the Owner. So Peter of Navarre *lib. 3. cap. 4. num. 191.* Filliucius *tract. 32. num. 85.* Sayrus *lib. 10. tract. 2. num. 17.* Lessius *lib. 2. cap. 14. dub 3.*

> *AIT tamen Petrus Eligius Bassaeus* V. Restit. 4. §. 2. num. 7. *Si furem non inveniat, vel inventus nolit reddere pretium, restituendam rem Domino. Sic Petrus Nauar.* lib. 3. cap. 4. num. 191. *Filliucius* tract. 32. num. 85. *Sayrus* lib. 10. tract. 2. num. 17. *Lessius* lib. 2. cap. 14. dub 3.

8 But why should I without profit deprive myself of my own price, when the debt is in the thief? I know this can be done in the external forum. Let him act meanwhile; the thief can be found and compelled.

> *At cur ego infons meo me pretio privabo, cum debitum sit in fure? Scio id posse in foro externo. Agat interim, potest reperiri fur, et cogi.*

9 Meanwhile I am not bound to give it back in conscience, as Filliucius says *tract. 32. num. 84. and others*, although others disagree.

> *Interim non teneor reddere in conscientia, ut ait Filliucius* tract. 32. num. 84. et alii*, etsi alii repugnent.*

10 UNCERTAIN debts arising from a lawful contract, with the creditor unknown, or too remote, you may retain; for since by Canon Law alone uncertain debts, unjustly contracted and from a wicked acquisition, for instance from usury, devolve upon the poor, I do not see why these should be paid. See Peter of Navarre *lib. 4. cap. 1. num. 46.* Layman *lib. 3. sect. 3. tract. 2. cap. 9.* Lessius *lib. 2. cap. 14. num. 58.* Bassaeus *num. 4.*

> *DEBITA incerta ex licito contractu, ignorato creditore, vel nimis remoto, potes retinere; nam cum solo iure Canonico devolvantur ad pauperes debita incerta, iniuste contracta e prava acquisitione, puta ex usuris; non video cur haec sint solvenda. Vide Petrum Nauar.* lib. 4. cap. 1. num. 46. *Layman* lib. 3. sect. 3. tract. 2. cap. 9. *Lessium* lib. 2. cap. 14. num. 58. *Bassaeum* num. 4.

11 THE Sainted Doctor indicates these rules in the *Confessionale, cap. 4. part. 2.* concluding with that epiphonema of the Apostle *13. Reddite omnibus debita, etc.*

> *HAS regulas indicat S. Doctor in* Confessionali, cap. 4. part. 2. *concludens illo apostoli epiphonemate* 13. Reddite omnibus debita, etc.

Question V: What ought to be restored

1 This question contains many things, and those various, to be discussed; for since the things subject to restitution are goods, and those goods are of many kinds, namely goods of fortune, as riches; of the body, as the integrity of honor and of fame, and goods of the soul; and among these goods some are of difficult restitution, as the health of the body, one must treat of all of them: Whether they are included under the debt of justice; or whether they are to be compensated by other goods.

> Quidnam debeat restitui.
>
> *Multa, eaque varia haec quaestio continet discutienda; nam cum res, restitutioni obnoxiae, sint bona, eaque plurima sint, scilicet fortunae, ut opes; corporis, ut incolumitas honoris, et famae, atque bona animae; et inter haec bona sint*

aliqua difficilis restitutionis, ut sanitas corporis, oportet de omnibus differere: An includantur sub debito iustitiae; an vero aliis bonis sint compensanda.

2 Again, secondly, the debt of restitution can arise from the mode in which the things themselves are held, and thus the equality to be made can fall upon the mode by which the thing was acquired, as through various contracts, through donation, etc. Likewise through hunting, fowling, fishing, digging, and through some shameful action. Therefore these also must be treated of. Thirdly, from goods impeded to someone. These I shall discuss one by one.

Rursus potest secundo oriri debitum restitutionis ex modo, quo res ipsae habentur, et ita aequalitas facienda, cadere potest supra modum, quo res acquisita est, ut per varios contractus, per donationem, etc. Itidem per venationem, aucupium, piscationem, effossionem, et per actionem aliquam turpem. Ideo de his etiam differendum. Tertio ex impeditis alicui bonis. Haec singula disseram.

Subquestion I: What is to be restored, considering the things that are our goods

1 The more excellent the goods taken away, the stricter the obligation of restitution that weighs upon one; provided those goods be of such a nature as to be capable of being restored. Among these goods, moreover, some are dearer to the possessor than others; for goods of fame usually outweigh goods of fortune in everyone's estimation, and indeed those are in themselves to be preferred. Goods of the Soul, too, as much as the soul itself surpasses the body, are deservedly considered better; from these goods, therefore, unjustly taken away, arises a varied obligation of restitution; for some there are which, when taken away, perish; others, however, remain, so that the same things can be restored. These I shall weigh one by one through the doubts.

Quid sit restituendum, spectatis rebus, quae sunt bona nostra.

Quo excellentiora bona auferuntur, eo strictior restituendi incumbit obligatio; modo ea bona talis sint naturae, ut restitui queant, Inter haec autem bona, alia aliis sunt chariora possidenti; Bona etenim famae plerumque apud omnes solent praeponderare bonis fortunae, et quidem in se illa praeferenda sunt. Bona etiam Animae, quantum et ipsa anima corpus superat, meliora merito putantur; ex his itaque bonis, inique ablatis, nascitur varia restituendi obligatio; quaedam enim sunt, quae dum auferuntur, intereunt: quaedam vero remanent, ita ut eadem possint restitui. Haec singillatim per dubitationes expendam.

Doubt I: Whether the goods of fortune are to be restored in the same way

1 It is certain, and beyond controversy, that goods of fortune, the same ones, if they exist, even if consumable by use, are to be restored as the same in number, unless perhaps thereby a hidden sin of the sinner would be made manifest, or some great inconvenience would follow, as *Valentia quaest. 6. puncto 5. §. 1. Navarre in the Manuali, cap. 17. num. 24.* notes; or unless the creditor is content with another thing, as is found in *Leg. eum a quo, and Leg. manifesti, Cod. de solut.*

An bona fortunae sint eadem restituenda.

Certum est, et extra controversiam, bona fortunae eadem, si extent, esto usu consumptibilia, esse restituenda eadem numero, nisi forte inde peccator occultus manifestaretur, aut sequeretur magnum aliquod incommodum, ut notat Valentia quaest. 6. puncto 5. §. 1. Nauar. in Manuali, cap. 17. num. 24. *aut nisi creditor sit alia re contentus, ut habetur* Leg. eum a quo, et Leg. manifesti, Cod. de solut.

2 But if the thing no longer exists, satisfaction ought to be made in equivalent. And if the thing is consumable by use, it ought to be restored as the same, if it exists; or another of the same species,

and equally good; or in money. Nor is the thing only owed, but also the fruits of the thing, as the *Sainted Bonaventure 3. dist. 37. dub. 7.* says; and I have said enough about these also above.

> *Si autem res non extet, debet fieri solutio in aequivalenti. Et si res est usu consumptibilis, debet restitui eadem, si extet; vel alia eiusdem speciei, et aeque bona; vel pecunia. Nec res solum, sed et fructus rei, ut ait* S. Bonavent. 3. dist. 37. dub. 7. *sunt debiti, et de his satis etiam supra dixi.*

Doubt II: In what manner restitution is to be made for goods of the body

1 All agree that one who mutilates, kills, breaks limbs, or renders a man's body useless is held to make restitution of all the damages that follow from these deeds; and if the man cannot be restored by medical treatment, the wrongdoer is held to restore an equivalent in money. Thus *the Saintly Doctor in the place cited and in Spec. animae cap. 1; D. Thom. art. 2. ad 1; Richardus in 4. dist. 15. art. 5. quaest. 2; Sylvest. V. restit. 3; Soto Lib. 4. de Iustitia, quaest. 6. art. 3; Valentia quaest. 6. puncto 5. §. 1; Tanner. disp. 4. quaest. 6. dub. 4; Carbo quaest. 15,* and others commonly among these.

> Quo pacto RESTITUTIO facienda pro bonis corporis.
>
> *Conveniunt omnes, mutilantem, occidentem, membra frangentem, et reddentem hominis inutile corpus, teneri ad restituendum omnia damna, ex his secuta; et si non possit convalidari medicinis, teneri restituere aequivalens in pecuniis. Ita* S. Doctor loco cit. et in spec. animae cap. 1. D. Thom. art. 2. ad 1. Richardus in 4. dist. 15. art. 5. quaest. 2. Sylvest. V. restit. 3. Soto Lib. 4. de Iustitia, quaest. 6. art. 3. Valentia quaest. 6. puncto 5. §. 1. Tanner. disp. 4. quaest. 6. dub. 4. Carbo quaest. 15. *et alii communiter apud hos.*

2 Wherefore if the man mutilated or killed was earning by his own industry, reparation must be made out of the goods of the assailant, even if the assailant is dead; and if the slain man was bound in justice to support certain persons, the assailant will be bound to provide for them, as *Sotus loco cit.* and *Valentia loco cit.* say against *Scotus 4. dist. 15. quaest. 3* and *Adrianus de Restit.*

> *Quare si mutilatus, vel occisus erat in lucrando ex industria, resarciendum est in bonis percussoris, etiam defuncti: Et si occisus aliquos ex iustitia alere tenebatur, tenebitur eis percussor providere, ut ait* Sotus loco cit. Valentia loco cit. contra Scotum 4. dist. 15. quaest. 3. *et* Adrianum de Restit.

3 *Sotus* adds that somewhat less must be rendered, at the judgment of a good man, to the heirs of the mutilated or killed man than he himself would have earned, in view of the fact that it is less to have something in hope than in reality; for the man who was killed might have died for another cause, and the man mutilated might have been disabled in some other way. Wherefore *Valentia* admonishes that diligent consideration be given to age, health, etc., as *Caspensis disp. 3. sect. 6* and others also observe.

> *Addit* Sotus*, aliquanto minus reddendum, arbitrio boni viri, mutilati, vel occisi haeredibus, quam is esset lucraturus, attento, quod minus est habere quidpiam in spe, quam in re: siquidem poterat is, qui occisus est, aliam ob causam mori, et is, qui mutilatus est alio modo debilitari. Quare monet* Valentia*, ut diligens habeatur consideratio aetatis, valetudinis, etc. ut observant etiam* Caspensis disp. 3. sect. 6. *et alii.*

4 From all this it appears that what *Maior 4. dist. 15. quaest. 19. dub. ult.* and *Valentia loco cit.* say is true, namely that although one who kills a nobleman sins more than one who kills a hired laborer who would have earned nothing by his labor or industry, yet the killer of such a hired laborer is bound to more.

> *Ex his autem apparet, verum esse id, quod aiunt* Maior 4. dist. 15. quaest. 19. dub. ult. Valentia loco cit. *nempe, quamvis plus peccet occidens nobilem, nihil suo labore, vel industria lucraturum, quam occidens hominem mercenarium,*

tamen ad plus obligari occidentem mercenarium talem.

5 The *Saintly Doctor in Speculo animae, cap. 1. v. Damnificatio* observes that not only the slayer, but also one who commands, helps, or counsels is held to restitution; yet not one who fails to prevent when he ought out of Charity; indeed he does not even sin mortally if for some reason he desists from removing the slayer — for instance, if he fears the slayer may break in against himself. But if he permits a man to be killed out of hatred, he is not held to restitution unless he himself is bound in justice to prevent it.

Observat vero S. Doctor in speculo animae, cap. 1. v. Damnificatio*, teneri restitutioni non solum interfectorem, sed praecipientem, iuvantem, consulentem; non tamen eum, qui non impedit, cum debeat ex Charitate; imo neque peccare mortaliter, si aliqua ratione desistat a removendo occisorem; puta, si timeat, ne contra se irrumpat; quod si ex odio etiam sinat occidi hominem, non teneri ad restitutionem, nisi ipse ex iustitia teneatur impedire.*

6 Next observe that damages can be exacted in conscience immediately to the point of equality, but not yet that penalty of restitution which is prescribed by law; for by means of that law he must await the judge's sentence, as we have in *Leg. ex iudiciorum, ff. de accusationibus.*

Deinde observa, damna in conscientia posse illico exigi ad aequalitatem, non tamen eam poenam restitutionis, quae a lege praescribitur; per haec enim expectare debet iudicis sententiam, ut habetur Leg. ex iudiciorum, ff. de accusationibus.

7 They dispute, however: whether compensation must also be made in money, or the like, for the injuries of killing, mutilation, etc.

Disputant vero: An etiam iniuriae illatae occisionis, mutilationis, etc. debeat fieri compensatio in pecuniis, vel simili.

8 The first opinion is negative. *Nauarri in manuali, cap. 15. num. 21; Azorii, Ostiensis.* Thus *Caspensis loco cit. num. 51; Couar. lib. 2. var. cap. 10; Petrus Nauar. lib. 4. cap. 2. num. 80; Gomez lib. 3. variarum, cap. 6; Lessius Lib. 2. cap. 9. num. 141.*

Prima opinio est negativa Nauarri in manuali, cap. 15. num. 21. Azorii, Ostiensis. *Ita* Caspensis loco cit. num. 51. Couar. lib. 2. var. cap. 10. Petrus Nauar. lib. 4. cap. 2. num. 80. Gomez lib. 3. variarum, cap. 6. Lessius Lib. 2. cap. 9. num. 141.

9 The second opinion is affirmative. Thus *D. Thom. art. 2. ad 1; Scotus in 4. dist. 15. quaest. 3; Richardus ibi, art. 5. quaest. 2; Adrianus 4. de restit. quaest. ultim.; Maior in 4. eadem dist. quaest. 14; Sotus Lib. 4. de Iust. quaest. 6. art. 3; Valentia quaest. 6. puncto 5. §. 1; Carbo quaest. 12; Lopez p. p. quaest. 47; Angles 4. de restit.; Salon quaest. 62. art. 2.*

Secunda sententia est assertiva. Ita D. Thom. art. 2. ad 1. Scotus in 4. dist. 15. quaest. 3. Richardus ibi, art. 5. quaest. 2. Adrianus 4. de restit. quaest. ultim. Maior in 4. eadem dist. quaest. 14. Sotus Lib. 4. de Iust. quaest. 6. art. 3. Valentia quaest. 6. puncto 5. §. 1. Carbo quaest. 12. Lopez p. p. quaest. 47. Angles 4. de restit. Salon quaest. 62. art. 2.

10 To me the negative opinion appears truer. It is proved by the doctrine of D. Bonaventure. Restitution is a part of satisfaction, or a species of it, as *S. Bonavent. 4. dist. 15. quaest. ultim.* shows, *et in spec. animae.* But satisfaction must hold a proportion to the offense, and no one Satisfies unless he Restitutes as much as he took away. From this it follows that Satisfaction and Restitution must be

made from proportionate goods; but money cannot be made proportionate to the good of a life taken away: Therefore.

¶ *Itaque sicut dignitas consistit in aetate legitima, in litteris, in moribus, in ordinibus ad beneficium requisitis,* cap. cum in cunctis, §. Inferior de ele- ctione*, ut non sit inferior vigintiquinque annis, ut habetur,* cap. Cum in cunctis*, quocum non potest Episcopus dispensare ad honores,* extra de elect. *Ut non habeant aliud beneficium curae,* extra de cleri- cis, Dudum, etc. *quae habet S. Bonaventura* in con- fessionali, cap. 5. particula 59. *Selva* de benefic. part. 3. *quaest. 5. Concilium Trident. cap. 1. cum sequenti, sess. 7. et cap. 2. et 4. sess. 22. Riccius supra, et alii: Là indignitas in eo sita est, ut qualitates non habeant requisitas, iuxta Rebuffum de pacifica possess. num. 7. D. Thom. 2. 2. quaest. 63. art. 2. et D. Bonavent. locis allegatis, et infra allegandis. In hoc autem valet plurimum iudicium superioris eligentis. Ita Baldus in cap. si pro debilitate, de off. deleg. Menoch. de arbitr. quaest. centur. 1. casu 67. num. 13. Alexander consil. 33. Lib. 1. num. 7. Tiraquel. de nobilit. cap. 10. num. 12. Doctores in cap. sedes, de rescriptis. Attamen per haec non statuitur infallibile iudicium Episcopi, vel alterius Praelati inferioris Pontifici, et ideo ab eis datur appellatio; Nam in eiusmodi arbitrariis potest dolus committi. Baldus L. si fugitivus, col. ult. et sic patet Cod. de servis fugit. Alexander ad Bartolum in L. si quae poena 2. 44. in fine, ff. de verb. signific. post Glossam ibi v. poena, in fine, Tiraquell. L. si unquam, v. omnia, vel partem, num. 32. Cod. de revocand. Donat. quibus subscribit Fagandez num. 6.*

46 The QUALITIES of those to be elected, Valencia says, are to be taken from the end, in view of the variety of Prebends. And so, if the benefice is for teaching, say a Theological one, or for receiving confessions, there will be need of Theological doctrine and of the sacred Canons, as the Holy Doctor at length treats in his Confessionale. If for the care of souls, he will need to be endowed also with a greater Charity, as the Holy Doctor taught above on the passage of John at the end, and the Council of Trent in the places related at the beginning.

QUALITATES eligendorum, ait Valentia, sumendas a fine, pro varietate Praebendarum iniento. Itaque si sit beneficium ad docendum, puta Theologalis, vel ad excipiendas confessiones, necessaria erit doctrina Theologica, et Sanctorum Canonum, ut late differit S. Doctor in Confessionali. Si ad curam animarum, oportebit Charitate etiam maiori esse praeditum, ut docuit S. Doctor supra ad locum Ioan. ult. et Concil. Trident. locis initio relatis.

47 IN these matters, moreover, many things are to be guarded against, and many observed, for the public good. Hence it was rightly provided, cap. Nullus and cap. oportebat, dist. 79, that the Pope be elected by the College of Cardinals alone, lest Schisms arise.

IN his autem multa sunt cavenda, multaque observanda, ad bonum publicum. Ideo recte ait cautum cap. Nullus, et cap. oportebat, dist. 79. de solo collegio Cardinalium eligendum Papam, ne Schismata orirentur.

48 THEN it was rightly provided, cap. Nullus, dist. 61, and cap. Metropolitano, dist. 63, that the Election of Bishops be not made except from the same Church where they previously served, if suitable men are there; for these are presumed to love the people more.

DEINDE recte cautum est, cap. Nullus, dist. 61. et cap. Metropolitano, dist. 63. ut Electio Episcoporum non fiat, nisi ex eadem Ecclesia, ubi prius servierint, si ibi idonei sint; hi enim supponuntur magis cum populum amare.

49 BESIDES, often also rightly in certain elections it is provided that some be promoted with respect had to nobility and the splendor of family; for these promote the good of the Church.

PRAETEREA saepe etiam recte in quibusdam electionibus cautum est aliquos promoveri, habito respectu ad nobilitatem, et ad familiae splendorem, hi enim promovent bonum Ecclesiae.

50 SIMILARLY, rightly excluded from elections are those who already have other Churches espoused to themselves; for Churches are not frequently to be changed by way of providence, so that after other sheep have been known, they be transferred, and unknown ones be taken up to be governed. Hence it was provided that this not be done, in the Councils: Nicaea, can. 15; Arelate 2, can. 13;

Sardica, can. 1; Carthage 4, can. 27 — although sometimes these changes are expedient, as is clear from the letter of Pope Evaristus, epist. 2 to the Bishops of Egypt; Calixtus I, epist. to Benedictus; Antherus, epist. to the Bishops of Boetica and of the Toletan province.

> *SIMILITER recte excluduntur ab electionibus, qui alias Ecclesias iam sibi habent desponsatas; non enim provide mutantur Ecclesiae frequenter, ut postquam aliae oves sunt cognitae, deferantur, ut incognitae suscipiantur regendae. Ideo cautum est, ne hoc fiat, in Conciliis Nicaeno can. 15. Arelat. 2. can. 13. Sardic. can. 1. Carthag. 4. can. 27. etsi aliquando hae mutationes expediant, ut constat ex Evaristo Papa epist. 2. ad Episcopos AEgypti. Calixto I. epist. ad Benedictum, Anthero epist. ad Episcopos Boeticae, et Toletanae provinciae.*

51 FINALLY, above all, the life must be attended to, so that the life of him who is to be preferred not be gravely depraved. *For he who is evil to himself is good to no one.* On which matter many, with D. Bonaventure, discoursed at length upon those words of Matth. 24: *Who, thinkest thou, is the faithful and prudent servant*, and of Luke 12: *Dispenser*, etc.

> *TANDEM praecipue vitae ratio est attendenda, ut illius, qui praeficiendus sit, vita non sit graviter prava.* Qui enim sibi malus, nulli bonus. *Qua de re multi ad ea verba Matth. 24.* Quis putas est fidelis servus, et prudens*, et Lucae 12.* Dispensator*, etc. cum D. Bonavent. late disserunt.*

52 ELEGANTLY the Holy Doctor says in the *Apol. pauperum, art. 1, at the end*, from D. Jerome, epist. 85: *Let such a one be elected as future Pastor of the Church, in comparison with whom the subject people may deservedly be called a flock*; and from D. Gregory, 1. part. de cura pastorum, cap. 1: *So much ought the action of the people's prelate to precede the action of the people, as the life of the pastor is wont to differ from the flock.*

> *ELEGANTER S. Doctor in* Apol. pauperum, art. 1. in fine*, ait, ex D. Hieronymo epist. 85.* Futurus pastor Ecclesiae talis eligatur, cuius comparatione subiectus populus merito grex dicatur*, et ex D. Gregorio 1. part. de cura pastorum, cap. 1.* Tantum debet actionem populi actio praecedere praesulis, quantum distare solet a grege vita pastoris.

53 Of the condition of Prelates the Seraphic Bonaventure discoursed most eloquently, and most wisely out of the practice of all, who for eighteen years governed the most ample Order of Minors; then made Bishop of Albano, Coadjutor of the Supreme Pontiff, Cardinal, a most strong Atlas of the Church, turning the axis upon his shoulder, he kept in view the whole orbit of the Ecclesiastical world.

> *DE Praelatorum conditionibus eloquentiissime, et ex praxi omnium sapientissime Seraphicus Bonaventura disseruit, qui decem, et octo annos Ordinem amplissimum Minorum gubernavit; mox factus Episcopus Albanensis, summo Pontifici Coadiutor, Cardinalis, Ecclesiae validissimus Atlas, axem humero torquens, totum orbis Ecclesiastici gyrum observavit.*

54 He discourses on the conditions of prelates in the *Libello Apologetico*, against those who oppose the Order of Friars Minor, quaest. 5, where he requires maturity of Age, a becoming demeanor of person, integrity of life, discreet learning, providence, industry, and prudence, zeal for justice and the discipline of order, mildness, fraternal piety, devotion, the pursuit of prayer, etc. See it itself.

> *DE conditionibus praelatorum disserit in* Libello Apologetico*, in eos, qui ordini Fratrum Minorum adversantur quaest. 5. ubi exigit AEtatis maturitatem, honestam personae habitudinem, vitae integritatem, scientiam discretam, providentiam, industriam, atque prudentiam, zelum iustitiae, et ordinis disciplinae, mansuetudinem, pietatem fraternam, devotionem, orationis studium, etc. Ipsum vide.*

55 He wove an excellent little work, whose title is *De sex alis Seraphim*, in which, taking up that apparition of God described in Isa. 6, where in the temple, with God seated, two Seraphim having six wings stood by, with two veiling the face, with two the feet, and with two flying, etc. — he notes that Prelates are adumbrated by these, endowed as it were with wings, with six virtues especially necessary for governance: that with zeal for justice together with piety they veil the face; that with patience and exemplary life, as it were with two other wings, they cover the body even to the feet. But with circumspect prudence and devotion they fly aloft; and they are Seraphim, adorned with wisdom and Charity. I send you back to the Holy Doctor, discoursing excellently on this matter. Would that all Prelates bore those words inscribed on plates of gold in their breast, like the Rationale, in which DOCTRINE and TRUTH shine forth; I send you back also to what we discoursed on this above, disp. 20, quaest. 7.

> *OPUSCULUM egregium contexuit, cui titulus.* De sex alis Seraphim*, in quo assumpta illa Dei apparitione 6. Isaiae descripta, ubi in templo, Deo sedenti, duo Seraphim habentes alas senas adstabant, duabus velantes faciem, duabus pedes, duabus quoque volantes, etc. His adumbrari Praelatos, sex virtutibus praecipue ad regimen necessariis praeditos veluti alis adnotat, ut zelo iustitiae simul cum pietate velent faciem; patientiae, et vitae exemplaris, veluti duabus aliis alis corpus usque ad pedes contegant. Circumspectione vero prudenti, et devotione evolent in altum; sunt autem Seraphim sapientia et Charitate ornati. Remitto ad S. Doctorem egregie hac de re differentem. Utinam aureis laminis omnes Praelati ea inscripta in pectore portarent, veluti Rationale, in quo resplendet DOCTRINA, et VERITAS remitto etiam ad ea, quae hac de re disseruimus supra disp. 20. quaest. 7.*

56 In the first part also of the Pharetra, cap. 11, he pours forth many sentiments of the Holy Fathers on the right governance of Prelates, and others in cap. 12 compressed against wicked Prelates.

> *PRIMA parte etiam Pharetrae, cap. 11. multas Sanctorum Patrum sententias de Praelatorum recta gubernatione, et alias cap. 12. in malos Praelatos constipatas eiaculatur.*

57 AGAIN, in the work on the Ecclesiastical Hierarchy, he erects the hierarchy of all the Orders of Governors, and sets it in excellent parallels against the celestial Hierarchies.

> *RURSUS in opere de Ecclesiastica Hierarchia, Ordinum omnium Gubernatorum hierarchiam erigit, et caelestibus Hierarchiis, optime exquisitis parallelis componit.*

58 Therefore the Prelates, the dispensers of benefices, are held to attend to these; nor is the Pope exempt from this law. For although he has the supreme power, independent of men; yet he is subject to the laws of nature and of Divine Justice; and by this doctrine the arguments of the opposite opinion are answered, taken from *cap. 2 de praebendis, in 6*, and from the first Clementine, in fide, which begins: *Si duobus*, where full and free disposition of the dignities of the Church is asserted.

> *EAS igitur tenentur attendere Praelati, dispensatores beneficiorum; neque ab hac lege indemniz est Papa. Quamvis enim supremam habeat potestatem, ab hominibus independentem; tamen subiicitur legibus naturae, et divinae Iustitiae, et hac doctrina respondetur argumentis oppositae sententiae, sumptibus ex* cap. 2. de praebendis, in 6. et ex Clementina prima, in fide, quae incipit: Si duobus*, ubi plena, et libera dignitatum Ecclesiae dispositio asseritur.*

59 FINALLY, the doctrine of D. Bonaventure must be noted with regard to secular benefices; of which he says in the *Speculo animae, loco citato, in the words alleged above: But if the benefices be temporal, thus in them acception of persons can be mortal sin in the article of necessity, when someone is bound to confer a benefice by precept, and the benefice is given to him who does not need it, by reason of particular love; and he who is in*

straitened necessity is despised. But in those things in which one is not bound to give, acception of persons does not come in, according to that of Matthew 20: Is it not lawful for me to do what I will?

> *POSTREMO adnotanda est doctrina D. Bonaventurae quo ad beneficia saecularia; de quibus ait in* speculo animae, loco citato, verbo supra allegata; Si autem sint temporalia beneficia sic in eis potest esse personarum acceptio mortale peccatum in necessitatis articulo, quando quis tenetur beneficium conferre ex praecepto, et cum datur beneficium illi, qui non indiget, ratione particularis amoris; et ille, qui est in arcta necessitate, contemnitur. In his autem, in quibus non tenetur quis dare, non cadit acceptio personarum, secundum illud Matthaei 20. Aut non licet mihi quod volo facere?

60 The Holy Doctor wished, moreover, to abstain from defining whether Kings in their Kingdoms can dispense benefices — that is, revenues and stipends — in whatever villages they wish; for the goods of Kings seem to be their own free property, and consequently, by the common sentiment of very many whom you have noted above, they can dispense them freely, since they are not only dispensers but Lords. So also hold the *Gloss on cap. finali, 9, q. 3, verbo ad nos*; Decius, *in cap. quae in Ecclesiarum, de constit., num. 26*; Ripa, *l. 2, respon., cap. 19, num. 5*; Gomez, on the rule de non tollendo iure, quaest. 1, quod. 3; Baldus, on l. Rescripta, num. 7, Cod. de precibus Imper. offer.; Gigas, de pensionibus, quaest. 10, num. 4; Socinus, consil. 13, num. 34, l. 1; and consil. 266, num. 46, l. 2; and consil. 87, num. 21, d. 3; Selva, de benef., 1. p., quaest. 1, num. 42; Alciatus, reg. 3, praesumpt. 8, num. 2; Caccialupus, de pensionib., quaest. 19, num. 30; Panormitanus, C. Inter quatuor, de maioritate et obedientia. The same is held by all who assert that Kings can take away benefices freely conferred by themselves; so the Lusitanian law, l. 1, tit. 98; Cabedo, 2. p., decis. 20; Socinus, consil. 53, l. 3; Decius, l. finali C. de pactis, loan.; Lupus, at the beginning of his repetitio de donat. inter virum et uxorem; Suarius, allegation 12; Afflictus, on cap. 1, v. potestas, num. 14, quae sint regal. feud., l. 3; Thomas Grammaticus, decis. 46; Benedictus, on C. Raynutius, verse duos, num. 37; Felinus, on C. quae in Ecclesiarum, num. 40, de const.; Ripa, respons., l. 2, cap. 19, num. 4; Gomez, on the reg. cancell., reg. de non tollendo iure, quaest. 1, col. 3.

> *VOLVIT autem S. Doctor abstinere a definiendo: an Reges in suis Regnis possint dispensare beneficia villis quibuscumque voluerint, ut sunt proventus, et stipendia; bona enim Regum videntur ipsorum libera, atque adeo ex communi plurimorum sententia, quos supra innuis, possunt ea libere dispensare, cum non sint solum dispensatores, sed Domini. Sic etiam tenent* Glossa in cap. finali 9. q. 3. verbo ad nos, *Decius* in cap. quae in Ecclesiarum, de constit. num. 26. *Ripa* l. 2. respon. cap. 19. *num. 5. Gomez in reg. de non tollendo iure quaest. 1. quod. 3. Baldus in l. Rescripta, num. 7. Cod. de precibus Imper. offer. Gigas de pensionibus, quaest. 10. num. 4. Socinus consil. 13. num. 34. l. 1. et consil. 266. num. 46. l. 2. et consil. 87. num. 21. d. 3. Selva de benef. 1. p. quaest. 1. num. 42. Alciatus reg. 3. praesumpt. 8. num. 2. Caccialup. de pensionib. quaest. 19. num. 30. Panotmir. C. Inter quatuor de maioritate, et obedientia. Idem tenent omnes asserentes, posse Reges auferre beneficia a se gratis collata, ita lex Lusitana l. 1. tit. 98. Cabedo 2. p. decis. 20. Socinus consil. 53. l. 3. Decius l. finali C. de pactis loan. Lupus initio sua repetit. de donat. inter virum, et uxorem, Suarius allegatione 12. Afflictus in cap. 1. v. potestas, num. 14. quae sint regal. feud. l. 3. Thomas Grammat. decis. 46. Benedictus in C. Raynutius versu duos, num. 37. Felinus in C. quae in Ecclesiarum, num. 40. de const. Ripa respons. l. 2. cap. 19. num. 4. Gomez in reg. cancell. reg. de non tollendo iure, quaest. 1. col 3.*

61 But that the aforesaid Doctors assert the same even of offices is not proved. For there is a valid argumentation from benefices to offices; but the Pope cannot dispense and take away benefices at his pleasure: Therefore neither can Kings without cause, as Fagundez well argues from the above, cap. 23, at the line of D. Bonaventure, who wills that in those things which pertain to the public administration of government Distributive Justice be observed.

QUOD vero etiam de officiis praecitati Doctores idem asserant, non probatur. Est enim valida argumentatio a beneficiis ad officia; sed Papa nequit beneficia ad libitum dispensare, et auferre: Ergo nec Reges sine causa, ut bene arguit ex supradictis Fagundez cap. 23. ad lineam D. Bonau. qui in his, quae respiciunt publicam gubernationis administrationem, vult, ab his servari Iustitiam distributivam.

62 AND SO in useful goods, with which Kings erect stipends or revenues from their own treasuries, they can dispense freely; not, however, withdrawing what has already been granted, except for some cause, since it was freely assigned. To dispense with some of these, leaving others in straitened necessity, or grave necessity without succor, the Holy Doctor judges to be against Charity, and it seems also against the distributive, according to the various principles brought in disp. 1, where I showed probabiliter that it is against the law of nature, altered by the law of nations, as I said in disp. de eleemosyna, quaest. 7.

ITAQUE in bonis utilibus, quibus Reges ex propriis gazis erigunt stipendia, aut proventus, libere possunt dispensare, non tamen retrahendo iam concessa, nisi ex aliqua causa, cum libere fuerint consignata. De his dispensare quibusdam, relinquendo alios in necessitate arctata, seu gravi sine adiutorio, existimat S. Doctor esse contra Charitatem, et videtur etiam contra distributivam, iuxta varia principia allata disp. 1. ubi ostendi probabiliter, esse contra ius naturae, iure gentium alteratum, ut dixi disp. de eleemosyna, quaest. 7.

Question III: Whether acceptance of persons has place in the showing of honor, and reverence

1 St. Bonaventure holds as certain, in the Speculum, cap. 3, and D. Thomas here, that in the exhibition of such things acception of persons can intervene, insofar as they are goods of the Republic, and others have a greater right to them, for instance by reason of virtue, which is to be esteemed at more, than others by reason of power and riches.

An Acceptio personarum habeat locum in exhibitione honoris, et reverentiae.

PRO certo habent S. Bonav. in speculo, cap. 3. et D. Thom. hic, in talium exhibitione posse intervenire acceptionem personarum, prout sunt bona Reipublicae, et alii ad ea habent ius maius, puta ratione virtutis, quae pluris aestimanda, quam alii ratione potentiae, et divitiarum.

2 It is PROVED by both Holy Doctors from that text of James 2: *Do not in acception of persons hold the faith of our Lord Jesus Christ. For if there shall come in unto your assembly a man having a golden ring in fine apparel, and there shall come in also a poor man in vile attire; and you have respect to him that is clothed in fine apparel, and shall say unto him: Sit thou here well; but say to the poor: Stand thou there, or sit under my footstool: do not you judge within yourselves, and are become judges of unjust thoughts?*

PROBATUR ab utroque S. Doctore ex illo Iacobi 2. Nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi. Etenim si introierit in conventum vestrum vir aureum annulum habens in veste candida; introierit autem et pauper in sordido habitu; et intendatis in eum, qui indutus est veste praeclara, et dixeritis ei: Tu sede hic bene: pauperi autem dicatis: Tu sta illic; aut sede sub scabello pedum meorum: nonne iudicastis apud vosmetipsos, et facti estis iudices cogitationum iniquarum?

3 By these things the Apostle shows that it is fraudulent acception of persons to honor some, even if they are wicked, on account of riches alone, more than poor men eminent in virtue. It is confirmed by the Holy Doctor from the Interlinear Gloss on this passage, expressly reproving this preference of persons.

HIs ostendit Apostolus, esse acceptionem fraeidam personarum, honorare aliquos, etiamsi improbos, ob solas divitias magis, quam pauperes, virtute praeclaros. Confirmatur a S. Doctore ex Glossa, ad hunc locum, Interlineari, diserte hanc personarum praeferentiam reprobante.

4 It is PROVED secondly by reason, by St. Bonaventure. For honor, according to Aristotle, 2 Rhet., cap. 5, is nothing other than the testimony of virtue, owed to each proportionately for the magnitude or smallness of the virtue itself; and it is an estimable good, and a good of the Republic insofar as it is a civil body; and consequently to deprive studious men of this observance is acception of persons, and consequently, if it verges toward contempt of the poor studious man, it will be mortal, especially when the rich man is honored for riches alone, as the Holy Doctor notes from the testimony of D. James, who calls such a one a judge of unjust thoughts, or an unjust judge. Valencia uses this argument, quaest. 7, puncto 3.

PROBATUR secundo ratione S. Bonav. Nam honor ex Aristotele 2. Rhet. cap. 5. non est aliud, quam testimonium virtutis, debitum cuique pro magnitudine, vel parvitate ipsius virtutis proportionaliter; estque bonum aestimabile, et bonum Reipub. quatenus est corpus ciuile, atque adeo privare viros studiosos hac observantia, est acceptio personarum, atque adeo, si vergat ad contemptum pauperis studiosi, erit mortale, maxime honorato divite ob solas divitias, ut advertit S. Doctor ex testimonio D. Iacobi, qui talem vocat Iudicem cogitationum iniquarum, seu iudicem iniquum. Hoc argumento utitur Valentia quaest. 7. puncto 3.

5 From this it appears that Cajetan here is deceived, and Lessius, tome 1 de Iustitia, l. 2, cap. 11, de detract. et contumel., dub. 27, num. 142; Filliuccius, tomo 2, tract. 32, cap. 9, num. 251; Fagundez, lib. 8, cap. 28, num. 8 — saying that the denial of due honor is not against justice, but only against observance, of which St. Thomas, quaest. 102; unless perhaps contumely be interpretatively attached, as if someone, while all honor a passing Pastor or Prince, should look upon him without any sign of honor. From this they deduce that the denial of reverence does not of itself obligate to restitution.

Ex quo apparet, deceptos Caietanum hic, Lessium tomo primo de Iustitia l. 2. cap. 11. de detract. et contumel. dub. 27. num. 142. Filliucium tomo 2. tract. 32. cap. 9. num. 251. Fagundez lib. 8. cap. 28. num. 8. dicentes, negationem honoris debiti non esse contra iustitiam, sed solum contra observantiam; de qua S. Thomas quaest. 102. nisi forte habeat contumeliam interpretative adiunctam, ut si transeuntem Pastorem, seu Principem omnibus honorantibus, aliquis sine honoris signo aspiciat. Ex quo deducunt, negationem reverentiae per se non cogere ad restitutionem.

6 But they are DECEIVED, because these acts must be considered not as immediately elicited by the virtue of observance, but as they are the matter, or the thing owed; and consequently he abuses the virtue of observance unjustly, which is opposed to the act of Distributive Justice; for it is not unusual for the act of one virtue to be the matter of another virtue; for thus also the act of divine liberality and mercy, by which he gives grace, is the matter of justice, insofar as that grace is owed by the merits of Christ. Therefore the exhibition of reverence is the matter of distributive justice in the manner in which Ecclesiastical benefices also are to be distributed, as Valencia notes, loc. cit.

FALLUNTUR autem, quia non sunt considerandi hi actus, ut immediate eliciti a virtute observantiae, sed ut sunt materia, seu res debita, atque adeo iniuste virtute observantiae abutitur, quod opponitur actui Iustitiae distributivae; neque enim insolitum est, actus unius virtutis esse materiam alterius virtutis, sic enim et actus divinae liberalitatis, et misericordiae, qua gratiam dat, est materia iustitiae, prout ea gratia est debita meritis Christi. Igitur exhibitio reverentiae est materia distributivae iustitiae ad modum, quo et beneficia Ecclesiastica distribuenda, ut advertit Valentia loc. cit.

7 From this also falls Cajetan's other argument: This exhibition of honor is gratuitous; but in gratuitous things acception of persons does not intervene.

> *Ex quo etiam ruit Caietani alterum argumentum. Haec honoris exhibitio est gratuita; in gratuitis autem non intervenit acceptio personarum.*

8 It is ANSWERED that these acts are gratuitous as they are elicited immediately by the virtue of observance; but not as they are owed insofar as they are public goods of the Republic, as it is a civil body, to be distributed according to merits. Nor indeed does anyone infer well that these do not pertain to distributive justice, on the ground that even inferiors pertain to it, who exhibit these signs of reverence. For it is enough that it pertain to everyone having a right to those goods, which are to be distributed to each according to his own merit.

> *RESPONDETUR, hos actus esse gratuitos, ut eliciuntur immediate a virtute observantiae; non autem, ut sunt debiti ex eo, quod sunt bona publica Reipublicae, ut est corpus ciuile, distribuenda secundum merita. Neque vero bene infert quispiam, haec non spectare ad iustitiam distributivam, eo quod etiam ad inferiores spectat, haec signa reverentiae exhibere. Satis enim est, id spectare ad omnem habentem Ius ad illa bona, cuique secundum suum meritum distribuenda.*

9 TANNERUS indeed, disp. 4, quaest. 8, num. 20, says that honor is indeed immediately and elicitive from the virtue of observance; but imperative from Commutative Justice. Thus he reconciles the opinions.

> *TANNERUS sane disp. 4. quaest. 8. num. 20. dicit, immediate quidem, et elicitive honorem esse a virtute observantiae; imperative autem a Iustitia commutativa. Sic componit opiniones.*

10 Most GLORIOUSLY, however, St. Doctor confirms the assertion laid down from the Holy Fathers, lib. 3 of the Pharetra, cap. 38, by which also he dissolves the objections. Most illustrious, too, are the testimonies on this matter of DD. Gregory and Jerome; see them in the preceding question.

> *PRAECLARE vero e SS. PP. assertionem positam confirmat S. Doctor lib. 3. Pharetrae, cap. 38. quibus etiam oppositiones diluit, Praeclara sunt etiam hac de re testimonia DD. Gregorii, et Hieronymi, eos vide quaestione praecedenti.*

11 He ADDS Seneca, epist. 76, after the middle: *In this error we toil; thus is it imposed upon us, that we estimate no man for what he is, but we add to him also those things by which he is adorned: But when you wish to enter upon the true estimation of a man, and to know what sort he is; look upon him naked: let him cast away patrimony, let him cast away honors, and the other lies of fortune, let him strip off the body itself; consider the soul, what and how great it is, whether great by another's, or by its own.*

> *ADDIT Senecam epist. 76. post medium:* Hoc laboramus errore, sic nobis imponitur, quod neminem aestimamus, eo quod est, sed etiam adiicimus illi et ea, quibus adornatus est: Atqui cum voles veram hominis aestimationem inire, et scire qualis sit; nudum inspice: ponat patrimonium, ponat honores, et alia fortunae mendacia, corpus ipsum exuat, animum intuere, qualis, quantusque sit, alieno, an suo magnus.

Question IV: Whether acceptance of persons finds a place in the sentences of judges

1 IT IS CERTAIN from faith that there can be acceptance of persons in judgment. The holy Doctor proves it with those words: *Deuter. 16: You shall not accept person in judgment; and Proverbs 18: To accept person in judgment is not good.*

An acceptio personarum inveniat locum in Iudicum sententiis.

CERTUM ex fide est, in iudicio esse posse acceptionem personarum. Id probat S. Doctor illo Deuter. 16. Non accipies personam in iudicio, et Proverb. 18. Accipere personam in iudicio non est bonum.

2 ST. BONAV. ADDS a valid reason, *Part 1. on the Ecclesiastical Hierarchy, cap. 4. at the end*, citing there the passage of Proverbs; for it departs from the Geometric mean, which is owed to each one's merits.

ADDIT S. Bonav. rationem validam Parte 1. de Eccl. Hierarchia, cap. 4. in fine*, recitato hoc loco Proverbiorum; nam declinatur a mediocritate Geometrica, debita meritis cuiusque.*

3 This therefore is a grave sin, and a kind of monster, that he who is Judge of men should act unjustly, as the Blessed Andrew said to Aegeas, judge of Achaia.

Hoc itaque est grave peccatum, et veluti monstrum, ut qui Iudex est hominum, iniuste agat, ut dicebat Beatus Andreas AEgeae, iudici Achaiae.

4 IT IS PROVED thirdly by the holy Doctor, *l. 3. of the Pharetra, cap. 38. from the holy Fathers.*

PROBATUR tertio a S. Doct. l. 3. Pharetrae, cap. 38. ex SS. PP.

5 ST. ISIDORE, *on the highest good, l. 3. cap. 57: Unjust judges err from the truth of the sentence, while they attend to the quality of the person; and they often wound the just, while they wickedly defend the unjust; and cap. 57: The rich man quickly corrupts the Judge with gifts; but the poor man, while he has nothing to offer, is not only despised and refused a hearing, but is also oppressed against the truth.*

D. ISIDORUS de summo bono, l. 3. cap. 57. Iudices iniqui errant a veritate sententiae, dum intendunt in qualitate personae; et exulcerant saepe iustos, dum improbe defendunt iniquos, et cap. 57. Dives muneribus cito corrumpit Iudicem; pauper autem dum non habet, quod offerat, non solum audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur.

6 HENCE ST. GREGORY, *lib. 9. Morals, cap. 17.*, cited by ST. Bonav. *lib. 1. of the Pharetra, cap. 45: There are three acceptances of gifts, by which one hastens deceitfully to judgment. A gift from the heart is the favor sought by thought. A gift from the mouth is glory through favor. A gift from the hand is a reward through giving.*

HINC D. Gregorius lib. 9. Moral. cap. 17. *apud D. Bonav.* lib. 1. Pharetrae, cap. 45. Tres sunt acceptiones munerum, ad quas ex fraude festinatur ad iudicium. Munus namque a corde, est captata gratia a cogitatione. Munus ab ore, est gloria per favorem. Munus a manu, est praemium per dationem.

7 He goes on there to cite St. Isidore, *on the highest good, cap. 58. sent. 7: In four ways human judgment is perverted: by fear, by covetousness, by hatred, by love. By fear, when dreading the power of someone we are afraid to speak the truth. By covetousness, when we are corrupted by the reward of some gift. By hatred, when we strive against someone. By love, when we strive to obey a friend or relatives.* For other Fathers testifying the same you have question 2 of the preceding question.

PERGIT ibidem afferre D. Isidorum de summo bono, cap. 58. sent. 7. Quatuor modis iudicium humanum pervertitur, timore, cupiditate, odio, amore. Timore, dum metu potestatis alicuius veritatem loqui pavescimus. Cupiditate, dum praemio muneris alicuius corrumpimur. Odio, dum contra quemlibet adversari molimur. Amore, dum amico vel propinquis obtemperare contendimus. *Alios patres id ipsum testantes habes quaest. 2. praecedenti.*

8 SO MUCH do the Fathers exaggerate this crime of Judges that St. Jerome calls it the greatest, because since the Judge is the soul of Justice, or animated justice, as Aristotle teaches in 5 Ethics, injustice in him is a monstrous thing.

> *ADEO autem exaggerant Patres hoc Iudicum crimen, ut S. Hieron. maximum appellet, quia cum Iudex sit anima Iustitiae, seu iustitia animata, ut docet Aristoteles 5. Eth. monstruosa res est in eo iniustitia.*

9 BUT there is a doubt: Whether a Judge, when he judges in a matter of commutative justice, punishing or rewarding this particular one, or that one against the just, while considering in him a condition not relevant to the cause, sins also against distributive justice.

> *EST autem dubium: An Iudex, quando iudicat in materia Iustitiae commutativae, puniendo, vel praemiando hunc praecisum, vel illum contra iustum, considerando in eo conditionem, non facientem ad causam, peccet etiam contra Distributivam.*

10 IT MUST BE ASSERTED that a Judge so judging offends against distributive justice.

> *ASSERENDUM, Iudicem ita iudicantem, contra distributivam Iustitiam delinquere.*

11 IT IS PROVED from Valencia, *point 4*. For judicial acts, as in the power [of the judge], are morally public goods to be distributed according to the Geometric proportion to those who deserve them: therefore the Judge, distributing these acts unjustly, sins against distributive justice, since that sentence was owed to another more worthy.

> *PROBATUR a Valentia* puncto 4. *Nam actus Iudiciales, prout in potentia, sunt moraliter bona publica distribuenda secundum proportionem Geometricam emeritis: Ergo Iudex hos actus distribuendo inique; peccat contra distributivam, quia illa sententia alteri digniori debebatur.*

12 YET this reason seems metaphysical, not moral; otherwise all the acts of a Prince or Judge bound by some precept would look to distributive justice. They must therefore be considered in their practical application, whence the reason of distributive or commutative justice is considered.

> *HAEC tamen ratio videtur Metaphysica, non moralis; alioqui omnes actus Principis, vel Iudicis aliquo praecepto ligati, spectabunt ad distributivam. Debent igitur considerari in practica applicatione, unde ratio distributivae, vel commutativae consideratur.*

13 THE TRUE and solid reason is that of St. Bonaventure, *on the Ecclesiastical Hierarchy p. 1. cap. 4. at the end, and in the places of the Pharetra cited from the Fathers.* Because, since the Judge holds in his hands the distribution of rewards and punishments and the other goods of the community, he is bound to observe the mean, remote from every extreme of vice; and accordingly, even if he now looks upon this defendant, this infant, and renders to them according to the commutative debt, he is bound to render it with that moderation which, the public good being reckoned along with the others to whom justice is ministered, is due according to the present state of affairs, so that with this one the utmost rigor is not applied; since, if it were applied with a just proportion to him, it ought not to be applied to the others, if he wishes to preserve the peace of the commonwealth. This exorbitance of disproportion arises either from ignorance of one's office, or from an affectation of attending to conditions irrelevant to the definition of causes, such as friendships, gifts, power, kinship, etc.; and this the holy Fathers openly intended, as cited by St. Bonaventure. Wherefore Valencia does not rightly say that others have not sufficiently explained this matter.

RATIO igitur vera, et solida est D. Bonav. de Eccl. Hier. p. 1. cap. 4. in fine, et in Pharetra locis adductis ex PP. *Quia, cum Iudex habeat in manibus distributionem praemiorum, et poenarum, aliorumque bonorum communitatis, tenetur servare medietatem, ab omni extremitate vitiorum remotam; atque adeo, etiamsi nunc respiciat hunc reum, hunc infantem, reddatque illis secundum commutativam debitum, tenetur id praestare ea mediocritate, quae bono publico computatis etiam aliis, quibus iustitia ministratur, iuxta praesentem statum rerum debita est, ut non adhibeatur rigor summus cum hoc; cum iusta proportione non adhibeatur, neque adhiberi debeat cum caeteris, si pacem Reipub. tueri velit. Haec vero exorbitantia improportionis oritur, vel ex ignorantia sui officii, vel ex affectatione in respiciendo ad conditiones, impertinentes definitioni causarum, ut sunt amicitiae, munera, potentia, consanguinitas, etc. et hoc voluere aperte SS. PP. apud D. Bonaventuram. Quare non recte Valentia ait, non satis rem hanc alios explicasse.*

14 From these things I deduce what must be said when it is left to the Judge's discretion to give something, for example, when the law determines that the Judge shall grant a time to litigants at his discretion.

Ex his deduco; quid dicendum, quando Iudicis arbitrio relinquitur dare aliquid, puta, cum Lex determinat, ut Iudex pro arbitrio det tempus litigantibus.

15 FOR I SAY that he cannot, on account of conditions irrelevant [to the cause], give more to one than to another; for the law leaves something to the discretion of the Judge because there are so many conditions subject to individuating circumstances that it would be difficult, and morally impossible, to define each one. Therefore it is left to the discretion of the Judge, all things being reckoned, to preserve what must be preserved; otherwise, if he distributes this out of favoritisms, he will not rightly consult the peace and public tranquillity; since all the members of the commonwealth have a right to those goods, for example to that convenience of time for appearing or paying, since all are equals in the causes, it must not be denied to one more than to another.

DICO enim, non posse ex conditionibus impertinentibus dare uni magis, quam alteri; relinquit enim lex aliqua arbitrio Iudicis, quia tot sunt conditionibus individuantibus obnoxia, ut de singulis definire sit arduum, ac moraliter impossibile. Ideo relinquitur arbitrio Iudicis computatis omnibus, servanda servare, alioqui si ex affectionibus haec distribuat, non recte paci, ac tranquillitati publicae consulet; cum enim membra omnia Reipublicae habeant ius ad ea bona. puta ad illam commoditatem temporis ad comparendum, vel ad solvendum, cum omnes sunt pares in causis, non est uni magis, quam alteri denegandum.

16 YET some things, which impose a proper inconvenience to be borne by the Judge himself, can be assigned rather to a friend, for example, to go to an inconvenient place, to the scene of the crime, or to plead a cause, as Valencia notes, *loc. cit.*, Sotus *l. 3. last quaest. art. 5. and others.* But scandal must be avoided.

ALIQUA tamen, quae proprium incommodum Iudici suspiciendum imponunt, possunt amico magis appendi, puta ire ad locum incommodum, ad corpus delicti, vel ad causam dicendam, ut notat Valentia loc. cit. *Sotus* l. 3. quaest. ult. art. 5. et alii. *Cavendum tamen scandalum.*

Sole Doubt: Whether a judge can, without the stain of acceptance of persons, decide in favor of friends when the law is doubtful among the doctors

1 WHEN there is on either side a probable opinion, most hold that the Judge can judge for either side at his pleasure. So Sanchez *7. 1. Decal. lib. 1. cap. 9. num. 45.* Medina *t. 2. quaest. 19. art. 6. fol. 309.* Salon. *2. 2. quaest. 63. art. 4. controu. 2.* Valencia *2. 2. disp. 5. quaest. 7. punct. 4. dub. 3.* Rodriquez *Tomo 1. of the summa, cap. 6.* Sayrus *lib. 1. cap. 11.* Salas *2. 2. quaest. 21. tract. 8. dub. un. sect. 12.* Petrus Ledesma

T. 2. of the summa, Tract. 8. cap. 22. after the 11th conclusion, diff. 1. fol. 745. Fagundez *on the eighth Precept of the Decal. l. 8. cap. 26. num. 35.*, where he says that all these assert that the Judge cannot divide the thing disputed in the lawsuit among the litigants, or, if it be indivisible, such as a Majorat, cannot divide the fruits (as Bannes *2. 2. quaest. 69. art. 4. disp. 1.* and Malder. *tract. 9. on justice, cap. 1. dub. 4.* hold), but that the Judge is bound to determine himself and choose whichever opinion he prefers, and according to it adjudge the whole dispute to one party; but not all say the Judge is bound to do this, but that he can. Nor does it seem proved to me that he is bound; for since no greater reason compelling conscience is present on either side, but the probabilities are in equilibrium on both sides, I do not see why he should wish to compel. Indeed I think it probable that he is bound to divide, because each has an equal right to the thing, and therefore, by giving the whole to one, there will be a withered acceptance of persons, which judges not according to the reason of merit. On this I have also treated in *prima secundae, Tract. on human acts, disp. 17. on probable conscience, quaest. 10. and on proposition 16. This many hold with Navarro, C. si quis, on penitence, dist. 7. num. 130.*

> An possit IUDEX absque nota acceptationis personarum adhaerere amicorum Favori, quando ius est dubium inter Doctores.
>
> *EXISTENTE utrinque opinione probabili, censent plurimi, posse Iudicem pro alterutro ad libitum iudicare. Ita Sanchez* 7. 1. Decal. lib. 1. cap. 9. num. 45. *Medina* t. 2. quaest. 19. art. 6. fol. 309. *Salon.* 2. 2. quaest. 63. art. 4. controu. 2. *Valentia* 2. 2. disp. 5. quaest. 7. punct. 4. dub. 3. *Rodriquez* Tomo 1. summae, cap. 6. *Sayrus* lib. 1. cap. 11. *Salas* 2. 2. quaest. 21. tract. 8. dub. un. sect. 12. *Petrus Ledesma* T. 2. summae, Tract. 8. cap. 22. post 11. conclusionem, diff. 1. fol. 745. *Fagundez* in octavum Praeceptum Decal. l. 8. cap. 26. num. 35. *ubi ait, hos omnes asserere, non posse Iudicem dividere rem litigio agitatam inter litigantes, aut si indivisibilis sit, ut Maioratus, non posse dividere fructus (ut volunt Bannes* 2. 2. quaest. 69. art. 4. disp. 1. et *Malder.* tract. 9. de iustitia, cap. 1. dub. 4.*) sed teneri Iudicem se determinare, et unam opinionem, quam maluerit eligere, et secundum eam totam litem parti uni adiudicare; sed non omnes dicunt, Iudicem ad id teneri; sed posse. Neque mihi id probatur, quod teneatur; nam cum nulla hinc inde maior ratio cogens conscientiam adsit, sed utrinque in aequilibrio sint probabilitates; non video cur velit cogere. Imo arbitror probabile, teneri dividere, quia uterque ius habet aeque ad rem, atque adeo totam dando uni, erit acceptio marcida personarum, quae iudicat, non secundum rationem meriti. De hoc egi etiam* prima secundae, Tract. de actibus humanis, disp. 17. de conscientia probabili, quaest. 10. et ad prop. 16. Hoc multi tenent cum Navarro C. si quis, de poenit. dist. 7. num. 130.

2 I WONDER, however, that Fagundez should put forward little arguments and boast that they are admirably proved, which are taken from the fact that the Judge is bound to determine himself for some party.

> *MIROR autem, Fagundez apponere ratiunculas, atque gloriari, egregie probari eas, quae sumuntur, eo quod Iudex tenetur se determinare ad aliquam partem.*

3 FOR I SAY he is bound to determine himself according to the laws of justice, not against them. But to give the whole thing to one, taking it away from another who has an equal right to it — let Fagundez consider whether that is to determine oneself according to the rules of justice. This seems to be the opinion of St. Bonaventure, *at the place cited.*

> *DICO enim, teneri se determinare secundum leges iustitiae, non autem contra eas. Iam vero dare totam rem uni, eam auferendo ab alio, qui habet ad eam aequale ius, cogitet Fagundez, an sit determinare se secundum regulas iustitiae. Haec videtur sententia D. Bonan.* loco citando.

4 I ADD that these freedoms of adjudicating usually bring scandals, when the people see that the same thing, numerically one, is judged one way and then the opposite way. *It is confirmed.* When the reasons and proofs on both sides are equal, the thing is to be divided: therefore that must also be done when the opinions on both sides rest on the same reasons.

> *ADDO has libertates adiudicandi, plerumque scandala afferre, dum vident populi modo, uno modo, modo opposito iudicari eandem numero rem.* Confirmatur. *Quando rationes, et probationes utrinque sunt aequales, res est dividenda: Ergo et id agendum dum opiniones sunt utrinque iisdem rationibus nixae.*

5 Fagundez answers by denying the parity; for the proofs hold on the side of the cause, but the probabilities of the opinions on the side of the Judge, who is bound to choose the opinion according to which he judges. Sanchez also assents to this, *lib. 1. Decal. cap 9. num. 45.*

> *RESPONDET Fagundez, negando paritatem; nam probationes se tenent ex parte causae; probabilitates autem opinionum ex parte Iudicis, qui tenetur eligere opinionem, secundum quam iudicet. Cui annuit etiam Sanchez* lib. 1. Decal. cap 9. num. 45.

6 BUT both are mistaken; for the reasons of the opinions stand on the side of the cause, just as the proofs do. For they are the props of the cause, without which it perishes; and this is the royal sign, because when the reasons of the opinions are changed, the case essentially changes its face.

> *SED fallitur uterque; nam et rationes opinionum stant ex parte causae, sicuti etiam probationes. Sunt enim sustentacula causae, sine quibus perit, et hoc signum regium est, quia mutatis rationibus opinionum, mutat causa essentialiter faciem.*

7 NEXT, he infers not very cleverly that, if the probabilities hold on the side of the judge, it lies in his power to judge against the reasons: for these generate probability in the judge.

> *DEINDE non adeo lepide infert, quod si probabilitates se teneant ex parte iudicis, stet in eius potestate contra rationes iudicare: Haec enim gignunt in iudice probabilitatem.*

8 Valencia ADDS that if the opinion is more probable for one side, the Judge is bound to judge for it; for then the law stands for the one whom the opinion favors more probably; otherwise he will be an acceptor of persons; and from this he deduces what the Confessor is bound to do in the forum of conscience, so as not to be an acceptor of persons.

> *ADDIT Valentia, quod si opinio sit probabilior pro una parte, tenetur pro ea Iudex iudicare; tunc enim ius stat pro illo, cui opinio favet probabilius; alioqui erit acceptor personarum; et hinc deducit, quid Confessarius teneatur agere in foro conscientiae, ne sit acceptor personarum.*

9 BETTER is St. Bonaventure in the *Confessionale, cap. 1. part. 6.*, whose words I shall quote: *Let the Confessor also strive to guard against acceptance of persons, so that the confessor in the judgment of penance accept not a person, which is thus described by the Masters. Acceptance of a person is an injustice by which a person is preferred to a person on account of an undue cause. Attend diligently, O penitential judge, to what is said to thee, Leviticus 19: You shall not do that which is unjust, nor shall you judge unjustly. Do not consider the person of the poor; nor honor the countenance of the mighty, lest namely thou decline from the way of justice on account of compassion for the poor, or on account of flattery of the mighty. Attend also to what is said to thee, Deuter. 16: You shall not accept person nor gifts, for gifts blind the eyes of the wise, and pervert the words of the just. Nevertheless attend diligently, and consider that it was said universally to all confessors, Deuter. 1: Hear them, and judge what is just: whether he be a citizen or a stranger. There shall be no distinction of persons; you shall hear the small as the great; you shall not accept the person of anyone, for it is the judgment of God. Hear, I say, that is, attend diligently*

to the sins, examining the sins and their circumstances, and judge what is just, namely absolving the just, whether rich or poor, and condemning the impious, though they be also powerful and rich; nor shall you accept the person of anyone, unduly exasperating the poor, and flattering the rich and powerful. Do not, I say, accept a person, lest thou be struck by the prophetic malediction by which it is said, Isa. 5: Woe to you who justify the wicked for gifts, and take away the justice of the just from him. This is St. Bonaventure.

> *MELIUS S. Bonav. in* Confessionali, cap. 1. part. 6. *cuius verba auferam:* Studeat etiam Confessor cavere ab acceptione personarum, quod confessor in iudicio poenitentiae personam non accipiat, quae sic describitur a Magistris. Acceptio personae est iniustitia, qua praefertur persona personae, propter causam indebitam. Attende diligenter o iudex poenitentialis, quod tibi dicitur, Levitici 19. Non facies quod iniquum est, nec iniuste iudicabis. Non consideres personam pauperis; nec honores vultum potentis, ne videlicet declines a via iustitiae propter pauperis compassionem, vel propter potentis adulationem. Attende praeterea tibi dictum, Deuter. 16. Non accipies personam, nec munera, quia munera excaecant oculos sapientum, et mutant verba iustorum. Attende nihilominus diligenter, et considera universaliter omnibus confessoribus esse dictum, Deuter. 1. Audite illos, et quod iustum est iudicate: siue civis ille, siue peregrinus. Nulla erit distantia personarum, ita parvum audietis, ut magnum; non accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. Audite inquam, idest, diligenter intendite peccata, et peccatorum circumstantias examinando, et quod iustum est iudicate, iustos videlicet, siue divites, siue pauperes absolvendo; et impios, quamvis etiam potentes, et divites, condemnando: nec accipietis personam cuiusquam, pauperes indebite exasperando, et divitibus, et potentibus adulando. Non inquam accipias personam, ne maledictione prophetica feriaris, qua dicitur Isa. 5. Vae qui iustificatis impium pro muneribus, et iustitiam iusti aufertis ab eo. Haec S. Bonaventura.

10 HENCE another question is born concerning Judges, whether, without the note of acceptance of persons, they can, through the intervention of gifts, judge for a side equally probable. We have examined this difficulty in *tomo quarto, disp. 17. nu. 10.*, according to the decree of Alexander VII., who curbs the lust of opinions running riot too much, both in this and in other matters. It will not be tedious to treat of this question again in *disp. on the Judge, quaest. 6.*

IMO, etiam si de sola separatione coniugum ad tempus agatur, ut ob lepram, etc. ad solum Iudicem Ecclesiae spectat, contra Rupellan. forens. instit. Galliae, lib. 1. cap. 25. *Et si quando ageretur de divortio, coram iudice Ecclesiastico, quaestio alimentorum, et dotis amittendae, tanquam accessoria, pertinent ad forum eundem. Vide Barbosam* de potest. Episcopi, part. 3. allegat. 84.

28 GATHER second, as the Saintly Doctor says *in corpore*, that it is against even the civil laws to kill a wife outside the flagrant crime of intercourse; but it has been added by the Doctors that those laws are not violated if she is killed amid kisses, for the Laws speak expressly of adultery alone, in which the Doctors judge that even acts nearest to the last are comprehended. So Barbosa *L. 2. initio part. 1. num. 7. ff. soluto matrim.*, Molina *de Iust. Tom. 4. tract. 3. disput. 91. num. 8.*, Suarez *de censur. disp. 1. sect. 1. num. 37.*, Sylvester *V. Excommunicatio, 6. num. 6. §. 10.*, Angel. *ibi §. num. 19.*

COLLIGE secundo, quod ait S. Doctor in corpore*, esse contra iura etiam civilia occidere uxorem extra flagrans crimen coitus; sed additum est a Doctoribus, non violari ea iura, si occidatur inter oscula, nam Iura de solo adulterio loquuntur expresse, in quo censent DD. comprehendi etiam actus ultimo proximos. Ita Barbosa* L. 2. initio part. 1. num. 7. ff. soluto matrim. *Molina* de Iust. Tom. 4. tract. 3. disput. 91. num. 8. *Suarez* de censur. disp. 1. sect. 1. num. 37. *Sylvester* V. Excommunicatio, 6. num. 6. §. 10. *Angel.* ibi §. num. 19.

29 If, however, it is a blood relative of the wife kissing or embracing her, he is not considered as toward evil, as Farinac. notes, *tract. 4. quaest. 121.*, Fagundez *num. 7.*

Si tamen sit consanguineus uxoris eam osculans, vel amplexans, non censetur ad malum, ut notat Farinac. tract. 4. quaest. 121. *Fagundez* num. 7.

30 GATHER third, that husbands are not prohibited by ecclesiastical law from accusing their adulterous wives, as I said above; for secular power was instituted for this, which carries the sword not without cause, as the Saintly Doctor notes *here*, and especially *sermone 6. in Decalogum*, from the Apostle, Rom. 13: *Non enim sine causa gladium portat*, that is, jurisdiction, as Fagundez also says, *num. 16.*

COLLIGE tertio non prohiberi iure Ecclesiastico maritis accusare adulteras suas uxores, ut supra dixi; ad hoc enim instituta est secularis potestas, quae non sine causa gladium portat, ut advertit S. Doctor hic*, et praecipue* sermone 6. in Decalogum*, ex Apostolo Rom. 13.* Non enim sine causa gladium portat*, idest iurisdictionem, ut ait etiam Fagundez* num. 16.

31 GATHER fourth, that a Judge cannot, before a juridically rendered sentence, hand over to the husband the wife to be killed; but if he hands her over afterward: let the husband beware of the appetite of vengeance, which is nevertheless arduous; then it is unseemly to play the executioner.

COLLIGE quarto, non posse Iudicem, ante latam iuridice sententiam, tradere marito uxorem occidendam; sed si postea tradat: caveat maritus ab appetitu vindictae, quod tamen est arduum; deinde indecorum est, carnificem agere.

32 NOTE, however, that in the cases in which a man is permitted to kill his adulterous wife with the lover, and a father his married adulterous daughter, the canonical law spares the malediction, so that the killer is not marked with excommunication if the lover be a cleric, nor with irregularity, *cap. si vero, de sent. excom.*, and thus, although they sin mortally, they do not incur the censures, so Suarez *de censur. disp. 22. sect. 1.*, Sylvester *V. excom. 6. num. 6. et alii.*

ADVERTE autem, in casibus, quibus permittitur viro uxorem adulteram cum proco occidere, et patri filiam nuptam adulteram, parcere ius canonicum maledictioni, ita ut non innotet interfectorem excommunicatione, si procus sit clericus, neque irregularitate cap. si vero, de sent. excom. *et ita, licet mortaliter peccent, non incurrunt censuras, ita Suarez* de censur. disp. 22. sect. 1. *Sylvester* V. excom. 6. num. 6. et alii.

33 I add as a crowning point, that many speak most falsely, saying that a father can kill a daughter, or a husband a pregnant wife, according to the laws: for they do not permit the same against the innocent, as Baiardus notes, *in addit ad Clarum, § homic. num. 167.*, Farinac. *in praxi, tract. 4. quaest. 121. num. 5.*

Addo pro coronide, falsissime loqui multos, dicentes, posse partem filiam, vel maritum uxorem praegnantem occidere secundum iura: non enim permittunt eaedem insontis, ut notant Baiardus in addit ad Clarum, § homic. num. 167. *Farinac.* in praxi, tract. 4. quaest. 121. num. 5.

34 But the reasoning of Fagundez *num. 32.* is ridiculous, because the offspring in the womb is considered one thing with the mother. For first the soul of the infant perishes eternally, which does not pertain to the mother.

RIDICULA est autem ratio Fagundez num. 32. *quia partus in utero censetur una res cum matre. Primo enim perit anima infantis in aeternum, quae non spectat ad matrem.*

35 Then the laws also distinguish very much the one who kills a pregnant woman, because although the fetus is materially one thing, nevertheless there are two things distinct in judgment; otherwise, if the mother died in grace, the infant also would be saved without baptism. Nor in this can human law be buried, so as to concede the death and damnation of an innocent little boy, not subject to its laws, outside the moral state. Alas, how many paths to impiety are opened from this!

DEINDE leges etiam valde distinguunt occidentem mulierem gravidam, quia licet foetus materialiter una res sit, tamen sunt duae res in iudicio diversae; alioqui moriente matre in gratia, salvaretur etiam infans sine baptismo. Neque in hoc ius humanum potest innehi, ut concedat mortem, et damnationem innocentis pueruli, non subditi suis legibus, extra moralem statum. Eheu quot hinc impietati viae apertae!

36 Finally, Fagundez himself, *L. 5. cap. 12. num. 27.* Therefore he denies that it is not licit for a pregnant mother to kill the fetus in order to save her own life.

TANDEM ipse Fagundez L. 5. cap. 12. num. 27. *Ideo negat, non licere matri gravidae occidere foetum, ut propriam vitam salvet.*

Question IX: Whether it is lawful to kill oneself

1 § D. Thom. quaest. 64. art 5.

An liceat seipsum interimere.

§ D. Thom. quaest. 64. art 5.

2 The killer of himself is proclaimed unjust by D. Bonaventura *in 3. dist. 37. dub. 5. litt.* and D. Thom. *here;* all follow them, as Farinac. reports, *Tom. 4. quaest. 128.,* Fagundez *in quintum praeceptum decal. cap. 11.*

INTERFECTOR sui ipsius iniquus proclamatur a D. Bonaventura in 3. dist. 37. dub. 5. litt. *D. Thom.* hic; *quos omnes sequuntur, ut refert Farinac.* Tom. 4. quaest. 128. *Fagundez* in quintum praeceptum decal. cap. 11.

3 It is PROVED by the Saintly Doctors from the fifth precept, *Non occides,* by which precept every unjust killing of a man is prohibited; but none is more unjust than against oneself; because, as D. Bonavent. says, *in 3. dist. 29. quaest. 3.,* Fundamento I., *Qui sibi nequam est, cui alii bonus erit? Ecclesiastici 14.*

PROBATUR a SS. DD. ex quinto praecepto, Non occides, *quo praecepto, omnis iniqua occisio hominis prohibetur; nulla autem magis iniqua, quam in seipsum; quia ut ait D. Bonavent.* in 3. dist. 29. quaest. 3. *Fundamento I.* Qui sibi nequam est, cui alii bonus erit? Ecclesiastici 14.

4 But the UNHAPPY man who kills himself, that he may obtain rest, is destined to eternal punishments without rest, as the Seraphic Doctor says, *in 3. dist. 28. dub. 2.*; indeed he is deprived of the rest of burial, as was defined in the Council of Braga, *cap. 34.,* and it is related in *cap. Placuit, dist. 23. quaest. 5.*: *Placuit, ut qui sibi ipsis, aut per ferrum, aut per venenum, aut per praecipitium, aut suspendium, aut quolibet modo, violentam inferunt mortem, nulla pro eis in oblatione commemoratio fiat; neque cum Psalmis ad sepulturam cadavera eorum deducantur.*

INFOELIX autem, qui seipsum interimit, ut requiem consequatur, aeternis poenis destinatur sine requie, ut ait Seraphicus in 3. dist. 28. dub. 2. *imo requie sepulturae privatur, ut definitum est in Concilio Bracharensi* cap. 34. *et refertur,* cap. Placuit, dist. 23. quaest. 5. Placuit, ut qui sibi ipsis, aut per ferrum, aut per venenum, aut per praecipitium, aut suspendium, aut quolibet modo, violentam inferunt mortem, nulla pro eis in oblatione commemoratio fiat; neque cum Psalmis ad sepulturam cadavera eorum deducantur.

5 I ADD, however; for this punishment to be incurred it is required that he involve himself in full judgment; For if he does it in a frenzy, indeed pious Mother Church has compassion on him. But if there is doubt, he is not to be deprived of Ecclesiastical Sepulture, but is to be conducted with lesser ceremony; for instance with one or two Priests accompanying. So very many, whom Farinac. follows, *loco cit. num. 16.*

ADDO tamen; ad hanc poenam incurrendam requiri, ut se irretiat in pleno iudicio; Nam si in frenesi id faciat, sane pia mater Ecclesia eius miseretur. Quod si dubium sit, non est privandus Ecclesiastica Sepultura, sed minori apparatu deducendus; puta uno, vel altero Sacerdote sociante. Ita plurimi, quos sequitur Farinac. loco cit. num. 16.

6 By civil law, the one who kills himself, or attempts to kill himself, even if death does not follow, is infamous, *Lex si aliquid, § finali, ff. de poenis,* and *Lex, omne delictum, §. si se vulnerauerit, ff. de re militari,* where it speaks of honorary soldiers.

De iure civili occidens se ipsum, aut tentans occidere, etiamsi mors non sequatur, infamis est, Lex si aliquid, § finali, ff. de poenis, *et* Lex, omne delictum, §. si se vulnerauerit, ff. de re militari, *ubi loquitur de militibus honorariis.*

7 The Doctors commonly assert, with D. Bonaventure, that the one who kills himself sins mortally against Justice toward God, and toward the Republic, of which he is a member; and against Charity toward himself, as the Saintly Doctor teaches *in the places to be cited and alleged*, D. Thom. *2. 2. quaest. 64. art. 5.* ad 1., Sotus *L. 4. de Iust. quaest. 2. art. 3.*, Couar. *lib. 4. var. cap. 2.*, Sayrus *lib. 7. cap. 17.*, Petrus Navar. *lib. 2. de restitut. cap. 3. num. 54.*, Fagundez *in quintum Praeceptum decalogi, L. 5. cap. 11. num. 5.*

> *COMMUNITER asserunt Doctores cum D. Bonavent. occidentem seipsum peccare mortaliter contra Iustitiam erga Deum, atque Rempublicam, cuius est; et contra Charitatem in se ipsum, ut docet S. Doctor* locis citandis, et allegatis, *D. Thom.* 2. 2. quaest. 64. art. 5. *ad 1. Sotus* L. 4. de Iust. quaest. 2. art. 3. *Couar.* lib. 4. var. cap. 2. *Sayrus* lib. 7. cap. 17. *Petrus Navar.* lib. 2. de restitut. cap. 3. num. 54. *Fagundez* in quintum Praeceptum decalogi, L. 5. cap. 11. num. 5.

8 It is not, however, properly against justice toward the Republic, because it is not perfectly mistress of his own life, as Fagundez notes, *cont. Aragon. 2. 2. quaest. 62. Tract. de dominio vitae, concl. 1.*, but against God, the supreme Lord, as Plato argues *in Phaedone.*

> *Non est tamen proprie contra iustitiam in Rempublicam, quia non est perfecte domina vitae ipsius, ut notat Fagundez* cont. Aragon. 2. 2. quaest. 62. Tract. de dominio vitae, concl. 1. *sed contra Deum, supremum dominum, ut arguit Plato* in Phaedone.

9 There arises a new question, which Lessius first hinted at, *Tom. 1. de Iust. Lib. 2. cap. 9. dub. 6. num. 32.*, and Fagundez discusses, *num. 6.*: whether the Commander of a fleet of Miopari, when otherwise he cannot escape the hands of the Barbarians, can licitly send fire into the sulphurous powder and set the ship ablaze, not in order to kill himself and others, but lest that ship come into the hands of the enemy, lest they become more insolent and stronger because of it.

> *OCCURRIT nova quaestio, quam primo Lessius* Tom. 1. de Iust. Lib. 2. cap. 9. dub. 6. num. 32. *innuit, et agitat Fagundez* num. 6. *An Dux Mioparonum classis, quando aliter Barbarorum manus effugere nequit, possit licite ignem immittere in pulverem sulphureum, et navim incendere, non ut se, et alios interimat; sed ne illa navis veniat in manus hostium, ne inde insolentiores, et fortiores evadant.*

10 The FIRST opinion is affirmative, which Lessius follows, and Fagundez applauds: others subscribe, who allege that the defenders of the fatherland, unable otherwise to sustain death, can undertake some deed, even if they are to be killed because of it. So Victoria *relect. de homicid. ad ult.*, Aragon. *2. 2. quaest. 62. tract. 1. de dominio vitae, concl. 1. quaest. 64. art. 1.*, Valentia *Tom. 3. disput. 5. quaest. 8. puncto 2.*, Lopez *p. p. Instruct. cap. 65.*; and they cite the examples of Samson, *Iudv 16.*, of Eleazar *primo, Machab. 9.*, of Raziz *2. Machab. 14.*, and of other Heroes.

> *PRIMA opinio est assertiva, quam sequitur Lessius, Fagundez plaudit: Subscribunt alii, qui afferunt, posse patriae defensores nequentes virate mortem, facinus aliquod aggredi, etiamsi inde sint interimendi. Ita Victoria* relect. de homicid. ad ult. *Aragon.* 2. 2. quaest. 62. tract. 1. de dominio vitae, concl. 1. quaest. 64. art. 1. *Valentia* Tom. 3. disput. 5. quaest. 8. puncto 2. *Lopez* p. p. Instruct. cap. 65. *et afferunt exempla Sampsonis,* Iudv 16. *Eleazari* primo, Machab. 9. *Raziz* 2. Machab. 14. *et aliorum Heroum.*

11 The SECOND opinion is negative. So D. Thom. in the place cited, whom they commonly follow, who in the deed of Samson take refuge in a singular impulse of God. So D. Bonavent. *in 4. dist. 32. art. 2. quaest. 1.*

> *SECUNDA sententia est negativa. Ita D. Thom. loco cit. quem communiter sequuntur, qui in facto Sampsonis ad singularem Dei impulsum confugiunt. Ita D. Bonavent.* in 4. dist. 32. art. 2. quaest. 1.

12 It is PROVED by the Saintly Doctor in the chapter on the sixth precept of the Decalogue from the divine precept: *Non occides*. But what they say, that this does not intend one to kill oneself, is frivolous; For he efficiently brings about his own death, by sending in a cause naturally efficacious.

> *PROBATUR a S. Doctore in cap. 6. Decalogi ex divino praecepto:* Non occides. *Quod autem aiunt, non intendere hunc, se occidere, frivolum est; Nam agit efficaciter mortem suam, causam immittendo naturaliter efficacem.*

13 To the example of Samson D. Bonaventure answers that he did it, moved by God, who is the lord of life; for Scripture says: *Irruit super eum spiritus Domini*, as Tostatus observes, *in 16. Iudic. quaest. 54.*, citing D. Augustine *primo, de civit. Dei, cap. 20.*, and he says the same in *lib. contra secundam epistolam Gaudensii*.

> *AD exemplum Sampsonis respondet D. Bonavent. id fecisse, motum a Deo, qui est dominus vitae; ait enim Scriptura:* Irruit super eum spiritus Domini, *ut observant Tostatus* in 16. Iudic. quaest. 54. *allegans D. Augustinum* primo, de civit. Dei, cap. 20. *idemque dicit in* lib. contra secundam epistolam Gaudensii.

14 But that he could have done it without the impulse of God, as Sayrus *Lib. 7. cap. 9. num. 9.*, Lessius *loco cit.*, Caietanus *Iud. 16.*, Lopez *cap. 65. Instruct.* say, is not proved; otherwise God would have sent in His Spirit in vain.

> *QUOD vero id sine impulsu Dei posset facere, ut dicunt Sayrus* Lib. 7. cap. 9. num. 9. *Lessius* loco cit. *Caietanus* Iud. 16. *Lopez* cap. 65. Instruct. *non probatur; alioqui frustra Deus irruenter immisisset Spiritum suum.*

15 I say the SAME of Eleazar, whom D. Ambrose praises, Lib. primo, offic. cap. 40.

> *IDEM dico de Eleazaro, quem laudat D. Ambrosius, Lib. primo, offic. cap. 40.*

16 I assert entirely the SAME of Razia, who stabbed himself and threw himself headlong from a height, lest he fall into the power of the Barbarians. For so Scripture says: *Eligens nobiliter potius mori, quam subditus fieri peccatoribus.* But the Greek text is rendered thus: *Generose volens mori potius, quam peccatoribus subditum fieri, et propria nobilitate indigne contumeliam pati.*

> *IDEM omnino assero de Razia, qui se confodit, et ab alto praeceps deiecit, ne in potestatem Barbarorum deveniret. Sic enim ait Scriptura:* Eligens nobiliter potius mori, quam subditus fieri peccatoribus. *Textus autem Graecus sic redditur:* Generose volens mori potius, quam peccatoribus subditum fieri, et propria nobilitate indigne contumeliam pati.

17 Wherefore the Holy Spirit praises him for this. Nor do some rightly say that he is so related; but that, deceived by the opinion of his own nobility, he mortally sinned; among whom is also D. Thom. in the place cited, ad 5., and others in Fagundez num. 8., for Scripture acknowledges this act as generous. Therefore Lyra defends him on the text, and Victoria at the end.

> *QUARE Spiritus Sanctus eum de hoc laudat. Neque recte dicunt aliqui, eum ita referri; sed ex opinione suae nobilitatis deceptum, mortaliter deliquisse; inter quos est etiam D. Thom. loco citato, ad 5. et alii apud Fagundez num. 8. nam actum hunc generosum fatetur Scriptura. Ideo eum defendit Lyra ad textum, et Victoria ad ultimum.*

Doubt I: Whether it is lawful to shorten our life by mortifications

1 The FIRST opinion is, that it is mortal to use penances imprudently applied, which one has recognized will gravely harm, even if life be shortened on account of satisfying God. So D. Thom. 2. 2. quaest. 147. art. 5., Tolet. lib. 5. summae, cap. 6. concl. 4., Navar. summa Lat. cap. 15. num. 12., Petrus Navarrus lib. 2. restit. cap. 3. num. 88., Couar. lib. 1. variar. cap. 10., Aragon. 2. 2. quaest. 64.

art. 5. ad 5., Lopez p. p. instruct. cap. 64., Sayrus lib. 7. cap. 9., Bassaeus V. Homic. 1. num. 8., Diana part. 5. tract. 4. Resol. 33., Pasqual. de ieiunio, disp. 27.

> ***An liceat mortificationibus vitam nobis decurtare.***
>
> *PRIMA opinio est, esse mortale uti poenitentiis imprudenter adhibitis, quas graviter nocituras quis agnoverit, etiamsi ob satisfaciendum Deo vita decurtetur. Ita D. Thom. 2. 2. quaest. 147. art. 5. Tolet. lib. 5. summae, cap. 6. concl. 4. Navar. summa Lat. cap. 15. num. 12. Petrus Navarrus lib. 2. restit. cap. 3. num. 88. Couar. lib. 1. variar. cap. 10. Aragon. 2. 2. quaest. 64. art. 5. ad 5. Lopez p. p. instruct. cap. 64. Sayrus lib. 7. cap. 9. Bassaeus V. Homic. 1. num. 8. Diana part. 5. tract. 4. Resol. 33. Pasqual. de ieiunio, disp. 27.*

2 Fagundez SUBSCRIBES, num. 18., that it is deadly to feed on raw herbs, or on other gravely harmful foods, and he cites Victoria num. 43., Aragonius, and Lopez above; yet these excuse one who does not advert to it.

> *SUBSCRIBIT Fagundez num. 18. mortiferum esse pasci herbis crudis, vel aliis cibis graviter noxiis, et allegat Victoriam num. 43. Aragonium, et Lopez supra; excusant tamen haec non advertentem.*

3 Indeed I am lifted up in wonder, and moved by unblemished examples, when I read through the life of the saints, who pleased God most of all, and among them the Seraphic Father Francis; of whom S. Bonaventura relates in the legend, especially cap. 5., that the most holy Patriarch so crucified, through the whole course of his penitential life, his flesh with its concupiscences, that he scarcely ever in sound health admitted cooked foods, and when he did admit them, he finished them with ashes, or spoilt them with water. And of water he never dared to drink as much as nature would suffice: the bare earth was his bed, wearing a hairshirt, his clothing torn, trembling in the utmost rigor of winter, and he continually devised other new kinds of penance. Now on a certain night, when he was passing the night at the hermitage of Sarthianus, he heard a voice calling him three times: FRANCIS, FRANCIS, FRANCIS. To which he: What? The voice answered: There is no sinner whom God does not spare; but whoever kills himself with harsh penance will not find mercy in eternity: Immediately the man of God perceived the voice of the enemy, and recognized the cunning of the veteran serpent, for he was so inflamed by the temptation of the flesh: But the Holy Father, suddenly stripping himself and scourging himself sharply, thus addresses his body: Come, brother ass. Thus it befits you to undergo the scourges. Soon indeed he rolled among the snows; then he composed seven great heaps of snow, and said: See, this household must be fed by you: this is the wife; these the sons; these the daughters to be clothed; but if this care oppresses you, return; and serve God.

> *EGO quidem admirabundus tollor, et illotum moveor exemplis, qui viam salutis e caelo securam indigitant, dum perlego vitam sanctorum, qui maxime Deo placuere, et inter eos Seraphici Patris Francisci; de quo S. Bonaventura in legenda, maxime cap. 5. refert, sanctissimum Patriarcham adeo crucifixisse, toto vitae poenitentis cursu, carnem cum concupiscentiis, ut cocta cibaria vix unquam sanus admitteret, admissa vero, cinere confecisse, aut aqua infecisse. De aqua vero nunquam ausum bibere, quantum naturae sufficeret: Nuda humus lectus erat, cilicium gerens, vestitu lacero, obsoleto in summo rigore hiemis tremens, et alia nova poenitentiae genera continuo excogitabat. Iam vero nocte quadam cum apud eremum Sarthiani pernoctaret, audivit vocem se ter vocantem. FRANCISCE, FRANCISCE, FRANCISCE. Cui ille. Quid? Respondit vox: Nullus est peccator, cui Deus non indulgeat; sed quicumque semetipsum poenitentia dura necaverit, misericordiam non inveniet in aeternum: Statim vir Dei sensit vocem hostis, agnovitque veterani serpentis calliditatem, adeo enim carnis tentatione accensus est: At Sanctus Pater subito nudatum se acriter flagellans, sic suum alloquitur corpus: Eia frater asine. Sic te decet subire flagella. Mox vero inter nives volutatus est; deinde septem pallas*

grandes nivis composuit, aitque: Vide, haec tibi familia alenda: haec est uxor; hi filii; hae filiae vestiendae; si autem te haec sollicitudo premit, revertere; et Deo servi.

4 For thus he called his body brother ass, as if to be subjected to laborious burdens, to be beaten with frequent scourges, and to be refreshed with vile fodder. This is D. Bonaventure.

SIC enim corpus suum fratrem asinum appellabat, tanquam laboriosis supponendum oneribus, crebris flagellis caedendum, et vili pabulo reficiendum. Haec D. Bonaventura.

5 The same Saintly Doctor in the Diaeta, tit. 2. cap. 6., commends gravely the fasting of Elias and of other saints, and says it was instituted by the true Hippocrates, God.

IDEM S. Doctor in Diaeta, tit. 2. cap. 6. ieiunium graviter commendat Eliae, et aliorum sanctorum. et ait a vero Hippocrate, Deo, esse institutum.

6 And in Lib. 4. of the Pharetra, cap. 45., he relates of D. Bernard, sermone 66. in Cantica: *Abstinebo a vino, quia in vino luxuria est, aut si infirmus sum, medico utar, iuxta consilium Apostoli. Abstinebo a carnibus, ne dum mihi nimis carnem nutriunt, simul et carnis nutriant vitia, etc.*

ET Lib. 4. Pharetrae, cap. 45. refert D. Bernardum, sermone 66. in Cantica: Abstinebo a vino, quia in vino luxuria est, aut si infirmus sum, medico utar, iuxta consilium Apostoli. Abstinebo a carnibus, ne dum mihi nimis carnem nutriunt, simul et carnis nutriant vitia, etc.

7 But in the sermon on S. John the Baptist, he observes the austerity of S. John, *Matth. 3. erat in deserto ab aetate tenella, vestimentum e pilis camelorum, cibus locustae, ac mel Sylvestre, et Lucae primo insinuatur: Vinum, et siceram non bibet.*

SERMONE vero de S. Ioanne Baptista, observat austeritatem S. Ioannis Matth. 3. erat in deserto ab aetate tenella, vestimentum e pilis camelorum, cibus locustae, ac mel Sylvestre, et Lucae primo insinuatur: Vinum, et siceram non bibet.

8 *Praebuit hirtum tegumen camelus Artubus sacris, strophium bidentes Cui latex haustum sociata pastum Mella Locustis.*

Praebuit hirtum tegumen camelus Artubus sacris, strophium bidentes Cui latex haustum sociata pastum Mella Locustis.

9 Likewise in cap. 7. it is said: *Venit Ioannes, non manducans panem; neque bibens vinum, Et tamen aequaliter nunquam peccavit. Sane maior esse debet poenitentia peccatorum, and D. Gregorio homil. 20. in Euangelia, and he subjoins: si Ioannes, et Elias, et omnes SS. P. P. in desertis AEgypti, tantis se vigiliis, et ieiuniis macerarunt, tam aspera, et inculta vestimenta portaverunt, quidnos pleni peccatis omnibus facere debemus?* These words of the Saintly Doctor: certainly those Anchorites and Monks fed on herbs and water, and were nourished by them.

Item cap. 7. dicitur: Venit Ioannes, non manducans panem; neque bibens vinum, Et tamen aequaliter nunquam peccavit. Sane maior esse debet poenitentia peccatorum, et D. Gregorio homil. 20. in Euangelia, et subdit: si Ioannes, et Elias, et omnes SS. P. P. in desertis AEgypti, tantis se vigiliis, et ieiuniis macerarunt, tam aspera, et inculta vestimenta portaverunt, quidnos pleni peccatis omnibus facere debemus? *Haec S. Doctor sane Anachoretae, et Monachi illi herbis, et aqua vescebantur, et nutriebantur.*

10 The Saintly Doctor confesses in the Apologia pauperum that now indeed more is required on account of weaker natures, but one must beware of self-love, which is accustomed to indulge itself

too much.

> *FATETUR S. Doctor in Apologia pauperum, nunc iam ob debiliores naturas plura requiri, sed cavendum ab amore proprio, qui sibi nimis indulgere solet.*

Doubt II: Whether, to avoid a sin or another evil, it is lawful to kill oneself

1 Without doubt, D. Augustine teaches that this is not licit, *primo de civitate, cap. 25. et 27.*, and D. Bonavent. *ad 12. Ioan.*, where with the same D. Augustine, *tract. 51. in Ioannem*, he condemns the Donatists, who killed themselves in detestation of sin, and on this account gloried that they would soon be redeemed with the crown of Martyrdom.

> ***An liceat ad vitandum peccatum, vel aliud malum, se occidere.***
>
> *ABSQUE dubio, id non licere docet D. Augustinus* primo de civitate, cap. 25. et 27. *et D. Bonavent.* ad 12. Ioan. *ubi cum eodem D. Augustino* tract. 51. in Ioannem*, damnat Donatistas, qui se perimebant in detestationem peccati, et hinc gloriabantur, se corona Martyrii mox redimitos iri.*

2 Nor is this licit in order to avoid rape. For so the most valiant Lucia said: *Si me feceris violari, castitas duplicabitur ad coronam.* Therefore S. Bonavent. describes her as most valiant *in sermonibus*. On the contrary, D. Augustine, *1. de civitate, cap. 19.*, reproves the Roman Lucretia as pusillanimous, because she killed herself lest she succumb to the adultery of the violating Tarquin. Yet Bassaeus says that she, and others, can be excused on account of invincible ignorance; and the deed of S. Apollonia is excused by many, and he brings forward many in Diana part. 6. tract. 7. Resol. 47. But that one is justified by the Church.

> *NEQUE hoc licet ad vitandum stuprum. Sic enim Lucia fortissima dixit:* Si me feceris violari, castitas duplicabitur ad coronam. *Ideo eam fortissimam describit S. Bonavent.* in sermonibus. *E contra D. Augustinus* 1. de civitate, cap. 19. *reprehendit Lucretiam Romanam, ut pusillanimem, quod se interfecerit, ne adulterio succumberet violantis Tarquinii. Eam tamen, aliasque excusari posse ob ignorantiam invincibilem, ait Bassaeus; et a multis excusari factum S. Apolloniae, et adducit multos apud Dianam part. 6. tract. 7. Resol. 47. At ista iustificatur ab Ecclesia.*

3 But he praises rather allowing oneself to be killed by one willing to violate, in order to decline the danger of consent; for we are held to allow life rather to be snatched away than to sin against God, as the Saintly Doctor argues in the place cited: *Qui amat animam suam, perdet eam, et qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam*, And it is the common opinion

> *SINERE autem se potius occidi a volente violare laudat, ad periculum consensus declinandum; tenemur etenim sinere potius vitam eripi, quam in Deum peccare, ut arguit S. Doctor loco cit.* Qui amat animam suam, perdet eam, et qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam*, Estque communis sententia*

Doubt III: Whether, for the life of the neighbor, it is lawful to give oneself over to death

1 The FIRST opinion is negative. So Durandus 4. dist. 17. quaest. 6., Paludanus dist. 15. q. 3. art. 2. contr. 3., Petrus Navat. de restit. lib. 2. cap. 3. disp. 3. num. 41., and it seems to be D. Augustine's in the Lib. de mendacio, cap. 6. It is alleged by Fagundez Lib. 5. cap. 12. num. 6., and by D. Bonavent. 3. dist. 19. quaest. 3., because he said that those are fools who neglect their own temporal life on account of the corporal life of another. But the Saintly Doctor speaks in another way, and in another sense; for he says: Those are considered fools who neglect their own salvation, so that they may procure another's; but he speaks according to the phrase of Christ: *Quid prodest homini, si universum*

mundum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur? The Seraphic Doctor elegantly discusses this on this passage of Lucae 9.

> An liceat pro vita proximi, se morti tradere.
>
> *PRIMA opinio est negativa. Ita Durandus 4. dist. 17. quaest. 6. Paludanus dist. 15. q. 3. art. 2. contr. 3. Petrus Navat. de restit. lib. 2. cap. 3. disp. 3. num. 41. et videtur D. Augustini Lib. de mendacio, cap. 6. Allegatur a Fagundez Lib. 5. cap. 12. num. 6. et D. Bonavent. 3. dist. 19. quaest. 3. quia dixerit, stultos esse illos, qui vitam temporalem propriam negligunt, propter vitam corporalem alienam. At S. Doctor alio modo, alioque sensu loquitur; ait enim: Illi stulti reputantur, qui salutem propriam negligunt, ut procurent alienam; loquitur autem iuxta phrasim Christi:* Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur? *Haec ad hunc locum Lucae 9. eleganter disserit Seraphicus Doctor.*

2 Moreover, in dub. 1. litt. he says this is licit for a just cause, and in dub. 5. he says it belongs to perfect Charity. Wherefore he holds the affirmative opinion with D. Thom. 3. dist. 29. quaest. 15. art. 5. ad 3., and Lib. 1. de regimine Principum, cap. 10., and 2. 2. quaest. 26. art. 4 ad 3., and art. 5. ad 3. So Victoria relect. de homicidio, ad 5. num. 27., Sotus Lib. 5. de Iust. quaest. 1. art. 6., Bannes 2. 2. quaest. 26. art 4. dub. 3., Salon. 2. 2. quaest. 64. art. 5. ad 5., Aragon. ibi ad 4., Valentia Tom. 3. disp. 3. quaest. 4. puncto 3., Corduba lib. 1. quaest. 38. ad 4., Tolet. lib. 5. sum. cap. 6., Sà V. homic., Sayrus lib. 7. cap 9. num. 23., Fagundez Lib. 5. cap. 12. num. 7.

> *CAETERUM dub. 1. litt. id licere ait ex iusta causa, et dub. 5. dicit, esse perfectae Charitatis. Quare affirmativam sententiam tenet cum D. Thom. 3. dist. 29. quaest. 15. art. 5. ad 3. et Lib. 1. de regimine Principum, cap. 10. et 2. 2. quaest. 26. art. 4 ad 3. et art. 5. ad 3. Sic Victoria relect. de homicidio, ad 5. num. 27. Sotus Lib. 5. de Iust. quaest. 1. art. 6. Bannes 2. 2. quaest. 26. art 4. dub. 3. Salon. 2. 2. quaest. 64. art. 5. ad 5. Aragon. ibi ad 4. Valentia Tom. 3. disp. 3. quaest. 4. puncto 3. Corduba lib. 1. quaest. 38. ad 4. Tolet. lib. 5. sum. cap. 6. Sà V. homic. Sayrus lib. 7. cap 9. num. 23. Fagundez Lib. 5. cap. 12. num. 7.*

3 The REASON of D. Bonaventure, which the others use, is, that in this case he does not love his neighbor more than himself; but on account of the honor of the virtue of friendship, and for God, on account of some preeminent cause of honesty (S. Bonaventure adds), he prefers the life of his friend.

> *RATIO D. Bonaventurae, qua utuntur caeteri, est, quia in hoc casu non diligit magis proximum, quam seipsum; sed propter honestatem virtutis amicitiae et propter Deum, ob aliquam causam praecipuam honestatis (addit S. Bonav.) praefert vitam amici.*

4 I have treated of this also in the Tract. de Charitate, disp. 8. quaest. 34., in which disputation I have also treated, in quaestione 30., when we are held to undergo death on account of the spiritual good of others.

> *De hoc egi etiam in Tract. de Charitate, disp. 8. quaest. 34. in qua disputatione egi etiam, quando ob bonum spirituale aliorum teneamur mortem oppetere, quaestione 30.*

Doubt IV: When we are bound to die for the salvation of souls

1 IT IS CERTAIN that in many cases we are bound to undergo death for the salvation of souls, according to John 3: *And we ought to lay down our lives for the brethren.*

> Quando nam teneamur pro salute animarum mori.
>
> *CERTUM est, in multis casibus nos teneri mortem pro salute animarum subire, iuxta id Ioan. 3.* Et nos debemus pro fratribus animas ponere.

2 IT IS PROVED by St. Bonaventure on John 15, from those words of Christ: *This is my commandment, that you love one another, as I have loved you. Greater love than this no man hath, than that a man lay down his life for his friends.* St. Augustine confirms this in tractate 84 on John. And he observes with St. Gregory, homily 27 on the Gospels, that under the name of friends, in the precept of charity, even enemies are included.

> *PROBATUR a D. Bonavent. ad 15. Ioannis, illis Christi verbis:* Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. *Id confirmat ex D. Augustino tract. 84. in Ioannem. Observat autem cum D. Gregorio homil. 27. in Evangelia, nomine amicorum, in dilectionis praecepto, etiam inimicos includi.*

3 That this is a precept, Christ himself asserts, when he adds: *You are my friends, if you do the things that I command you.* Secondly, for the defense of the honor of FAITH, we are bound to face death.

> *Hoc autem esse praeceptum, asserit Christus, qui etiam addit:* Vos amici mei estis, si feceritis quae ego praecipio vobis. *Secundo ad fidei honorem tuendum, tenemur mortem obire.*

4 IT IS PROVED by St. Bonaventure on Luke 9: *For whosoever shall be ashamed of me and of my words, of him the Son of man shall be ashamed, when he shall come in his majesty.* He also cites 1 Kings 2: *Whosoever shall glorify me, him will I glorify: but they that despise me, shall be ignoble*, that is, on the day of judgment. For God spoke thus, threatening eternal destruction to Heli, who had not reproved the horrible sins of his sons. Ecclesiasticus 4 adds the same: *For the sake of thy soul be not ashamed to speak the truth.* Hence also in Romans 1 the Apostle says: *I am not ashamed of the Gospel.*

> *PROBATUR a D. Bonavent. ad illud Lucae 9.* Qui me erubuerit, et meos sermones: hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua. *Affert etiam id, primo Reg. 2.* Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles*, idest, in die iudicii. Haec enim locutus est Deus, exitium minitans aeternum Heli, qui peccata horribilia filiorum non reprehenderat. Addit etiam id Ecclesiastici 4.* Pro anima tua ne confundaris dicere verum. Ideo et Rom. 1. ait Apostolus: Non erubesco Evangelium.

5 From these passages the Saintly Doctor shows that a learned man is bound to speak if ignominy threatens Christ, as for instance if heretics were from this to boast that their sects are the true ones, and that the Christian Catholic Religion is false. So too Sayrus, Book 7, cap. 9, num. 17; Toletus, Book 5 of the Summa, cap. 16; Soto, Book 5 on Justice, question 1, article 7; Fagundez, Book 5, cap. 12, num. 10.

> *His locis eruit S. Doctor teneri virum doctum loqui, si Christo immineat ignominia, veluti si haeretici hinc glorientur, suas sectas esse veras; et Christianam Catholicam esse falsam Religionem. Ita etiam Sayrus Lib. 7. cap. 9. num. 17. Tolet. Lib. 5. summa, cap. 16. Sotus Lib. 5. de Iust. quaest. 1. art. 7. Fagundez Lib. 5. cap. 12. num. 10.*

6 THE PRECEPT of confessing the faith, certainly, at that time most of all compels, as is said in Romans 10: *For, with the heart, we believe unto justice: but, with the mouth, confession is made unto salvation*, as he implies in the Dieta, title two, chapter three, and as I said in disputation 1, question 16.

> *PRAECEPTUM sane confitendae fidei tunc maxime cogit, ut dicitur Rom. 10.* Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem*, ut innuit in Dieta, titulo secundo, cap. tertio, et dixi disput. 1. quaestione 16.*

Question X: Whether a pregnant mother may, to save her own life, procure the abortion of the fetus

1 TO PROCURE AN ABORTION is most cruel if the fetus is living; for it not only destroys the body, but also loses the soul. Thus St. Bonaventure solemnly warns in the Dieta, tit. 3, cap. 4, and in the Confessionale, cap. 2, part 13.

> An liceat Matri gravidae, ad salvandam vitam suam, procurare foetus abortum.
>
> *ABORTUM procurare crudelissimum est, si foetus sit vivus; non enim solum corpus interimit; sed animam perdit. Ita graviter admonet S. Bonavent. in Diaeta, tit. 3. cap. 4. et in confessionali, cap. 2. particula 13.*

2 I ASSERT that it is not lawful to procure the abortion of a living fetus, even to save the mother's life.

> *ASSERO, non licere abortum foetus viventis procurare, etiam ad vitam matris salvandam.*

3 IT IS PROVED by Fagundez, because the offspring possesses life without injury to the mother: therefore a grave injury is done to it if it is destroyed in order to save the mother's life.

> *PROBATUR a Fagundez, quia proles sine iniuria matris possidet vitam: Ergo fit ei iniuria gravis, si ad salvandam vitam matris interimitur.*

4 FURTHERMORE, because we are bound to prefer spiritual life to bodily life: therefore, if the offspring is believed to be living and to be born, grave sin is committed when, deprived of Baptism, it is killed.

> *DEINDE, quia tenemur vitam spiritualem corporali praeferre: Ergo, si creditur proles viva nascitura, graviter delinquitur, dum privata Baptismo necatur.*

5 So with St. Bonaventure; Lessius, Tom. 1, L. 2, dub. 10, num. 67; St. Antoninus, part 3, tit. 7, cap. 2; Sayrus, lib. 7, cap. 12, num. 22; Petrus Navatus, Lib. 2 on restitution, cap. 3, num. 138 and 143; Aragon, 2. 2, question 64, art. 7; Fagundez, Lib. 5, cap. 12, num. 19; Bassaeus, V. Homicidium, 1, num. 58; Diana, tract. 5, miscel. Resol. 11, part 5.

> *Ita cum D. Bonavent. Lessius Tom. 1. L. 2. dub. 10. num. 67. S. Antonin. 3. part. tit. 7. cap. 2. Sayrus lib. 7. cap. 12. num. 22. Petrus Navat. Lib. 2. de restitut. cap. 3. num. 138. et 143. Aragon. 2. 2. quaest. 64. art. 7. Fagundez Lib. 5. cap. 12. num. 19. Bassaeus V. Homicidium, 1. num. 58. Diana tract. 5. miscel. Resol. 11. part. 5.*

6 Fagundez, moreover, ADDS that in doubt whether the offspring is living, remedies may be applied, because the condition of the possessor is better; but the mother is in possession of her certain life: this holds a fortiori if the offspring is not animated. So too Covarruvias on the Clementine *si furiosus*, part 2, §. 3; Sylvester, V. medicus, question 4; St. Antoninus, part 3, tit. 7, cap. 2, §. 2; Lessius, and Petrus Navarrus, cited above.

> *ADDIT vero Fagundez, in dubio, an proles sit viva, posse applicari remedia, quia melior est conditio possidentis; mater autem est in possessione certae suae vitae: hoc valet a fortiori, si proles non sit animata. Ita etiam Couar. in Clementina, si furiosus, 2. part. §. 3. Sylvester V. medicus, quaest. 4. D. Antonin. 3. part. tit. 7. cap. 2. §. 2. Lessius, et Petrus Nauarrus, allegati.*

7 But the FETUS, if it is a male, is animated on the fortieth day; if a female, on the eightieth. So Navarrus, Sum. Lat., cap. 15, num. 14; Covarruvias, cited place; Lessius, num. 67; Sà, V. homicid. But

in doubt whether it is a male or a female, it is to be believed a male, as Covarruvias and Sà say.

> *FOETUS autem, si masculus est, diebus quadraginta animatur: Si foemina, octuaginta. Ita Navar sum. Lat. cap. 15. num. 14. Couar. loco citato. Lessius num. 67. Sà V. homicid. In dubio autem an masculus sit, vel foemina, credendus est masculus, ut aiunt Couar. et Sà.*

[8] Certain ANATOMISTS give thirty days for the male and forty for the female. See the Hexaëmeron on Anatomy, disputation 4, question 22.

> *ANATOMICi aliqui masculo dant 30. dies foeminae 40. Vide Hexaëmer de Anatome, disput. 4. quaest. 22.*

[9] YOU WILL ASK: Whether it is lawful to cut open the belly of a pregnant mother, whose life is despaired of, so that the child may be drawn out alive.

> *QUAERES: An liceat secate alvum matris praegnantis, de cuius vita disperatur, ut puer extrahatur vivus.*

[10] IT IS ANSWERED: Negatively, with St. Thomas *in 4. dist. 6. quaest. 1. art. 1. quaestiuncula 1. ad 4, and 3. part. quaest. 68. art. 11*; Domitol. *lib. 1. quaest. 14*; Corduba *quaest. 38. dub. 2*; Lopez *p. p. Instruct. cap. 63*; Alensis *4. quaest. 8. memb. 7. art. 1*; Gabriel *in 4. dist. 4. q. 2. art. 3. dub. 2*; St. Antoninus *3. part. tit. 4. cap. 13. §. 1*; Sylvester *V. Baptismus, 4*; Soto *in 4. dist. 5. quaest. unic. art. 11*; Angelus *V. Baptismus, 6*; Tabien. *num. 5*; Armilla *num. 38*; Victoria *de sacer. quaest. 33*. The reason is, because that section is a killing: *Evils are not to be done that good may come of them.* But a dead body may be cut open, *L. Posth. ff. de inoffic. test.*

> *RESPONDETUR Respondetur, negative cum D. Thom.* in 4. dist. 6. quaest. 1. art. 1. quaestiuncula 1. ad 4. et 3. part. quaest. 68. art. 11. *Domitol.* lib. 1. quaest. 14. *Corduba* quaest. 38. dub. 2. *Lopez* p. p. Instruct. cap. 63. *Alens.* 4. quaest. 8. memb. 7. art. 1. *Gabriel* in 4. dist. 4. q. 2. art. 3. dub. 2. *D. Antonin.* 3. part. tit. 4. cap. 13. §. 1. *Sylvester* V. Baptismus, 4. *Sotus* in 4. dist. 5. quaest. unic. art. 11. *Angel.* V. Baptismus, 6. *Tabien.* num. 5. *Armil.* num. 38. *Victoria* de sacer. quaest. 33. *Ratio est, quia illa sectio est occisio:* Non sunt facienda mala, ut eveniant bona: *Secari vero mortua potest* L. Posth. ff. de inoffic. test.

[11] It is also illicit to give remedies for sterility. See Fagundez *L. 5. cap. 13*; Sanchez *l. 9. disput. 20*. Sixtus V forbids this *de abortu, §. 5, and cap. si aliquis, and homicid.* For it is against the end of generation. Nor should you say that abortion in the unanimated is closer against that end.

> *Illicitum est etiam dare remedia ad sterilitatem. Vide Fagundez* L. 5. cap. 13. *Sanchez* l. 9. disput. 20. *Id vetat Sixtus V.* de abortu, §. 5. et cap. si aliquis, et homicid. *Est enim contra finem generationis. Neque dicas, abortum inanimis esse propius contra eum finem.*

[12] For I say the fetus is an aggressor against the mother's life; but not fertility.

> *Dico enim foetum esse aggressorem vitae matris; non sic foecunditatem.*

[13] *You will object:* the emission of seed is never lawful. Therefore neither is that of the fetus, which is closer to generation.

> Obiicies *nunquam licita est eiectio seminis. Ergo nec foetus, qui vicinior est generationi.*

[14] I say neither is abortion directly intended. But if it be probable that the mother also would die together with her living child; whereas with the remedy given the mother can be saved; Bassaeus says a potion may be given to her.

Dico neque abortum directe intendi. Quod si probabile sit morituram etiam matrem cum filio vivo; at dato remedio salvari matrem; Bassaeus ait, posse ei dari potionem.

Question XI: On accidental homicide

1 Casual homicide is that which takes place beyond intention, as St. Bonaventure teaches *serm. 6. in Decal.*; St. Thomas *2. 2. quaest. 64. art. 8.*

Homicidium casuale est illud, quod praeter intentionem fit, ut docet D. Bonavent. serm. 6. in Decal. *D. Thom.* 2. 2. quaest. 64. art. 8.

2 For casual homicide, therefore, the Saintly Doctor gives this rule: if, while engaging in a licit undertaking, he applied sufficient diligence that homicide should not follow, and it should nevertheless follow, it will in no way be imputed to him, because that death was willed neither in itself nor in its cause; wherefore he will not be irregular. So with St. Bonaventure; Lessius *Tom. 1. Lib. 2. dub. 15. num. 703*; Suarez *de censur. disp. 45. sect. 5. and 6*; Farinac. *Tom. 4. quaest. 126. n. 74*; Ayrenius *Tract. de homic. casuali, part. 3. num. 10*; Tolet. *Lib. 5. sum. cap. 7*; Fagundez *L. 5. cap. 14. num. 10*; Bassaeus, *V. Homic. 2. num. 1*; with St. Thomas *quaest. 64. art. 8*, where see Sylvestrus and Cajetan *ad 1.*

Pro homicidio igitur casuali dat S. Doctor hanc regulam: si dans operam rei licitae adhibuit sufficientem diligentiam, ne homicidium sequeretur. Si sequatur, nulla ex parte illi imputabitur, quia illa mors neque in se, neque in causa fuit volita; Quare neque erit irregularis. Ita cum D. Bonaventura Lessius Tom. 1. Lib. 2. dub. 15. num. 703. *Suarez* de censur. disp. 45. sect. 5. et 6. *Farinac.* Tom. 4. quaest. 126. n. 74. *Ayrenius* Tract. de homic. casuali, part. 3. num. 10. *Tolet.* Lib. 5. sum. cap. 7. *Fagundez* L. 5. cap. 14. num. 10. *Bassaeus,* V. Homic. 2. num. 1. *cum D. Thom.* quaest. 64. art. 8. *ubi Sylveus, et Caiet.* ad 1.

3 They state the same even if he were engaging in an illicit undertaking; because, although in this there would be fault in order to the prohibition, say the exploding of a war engine, or hunting, yet there would not be fault in order to the homicide or mutilation; and this perhaps is what the Saintly Doctor means when he says that then the killer is excused from so much, not from all.

Idem afferunt, etiamsi daret operam rei illicitae; quia, licet in hoc esset culpa in ordine ad prohibitionem, puta explodendi bellicum tormentum, vel venandi; non esset tamen in ordine ad homicidium, vel mutilationem; et hoc forsan ait S. Doctor dicens, tunc taliter occidentem excusari a tanto, non a toto.

4 You will ask: whether one who kills another in a sudden and unexpected brawl can be dispensed from irregularity by the Bishop, who, according to the Council of Trent, *sess. 14. cap. 7*, can dispense from irregularities contracted through occult casual homicide.

Qvaeres: an occidens alium in subita, et repentina rixa, possit ab irregularitate dispensari per Episcopum, qui iuxta Concilium Trident. sess. 14. cap. 7. *potest dispensare super irregularitates, contractas ex homicidio casuali occulto.*

5 Molina denies it *Tom. 4. de iustitia, tract. 3. disp. 70*; so too Suarez *in 3. part. tit. 5. de censur. disput. 94. sect. 1.*

Negant Molina Tom. 4. de iustitia, tract. 3. disp. 70 *Suarez* in 3. part. tit. 5. de censur. disput. 94. sect. 1.

6 Diana maintains it *p. p. Tract. 1. Miscell. resol. 19*; so too Didacus Perez *Lib. 8. ordin. tit. 13. in Rubr. fol. 256*; Avila *Tract. de censur. part. 7. disp. 6. sect. 2. dub. 1. and sect. 5. dub. 5*; Coninchyus *de sacr. disp. 18. dub. 14. num. 11*; Rodriquez *in summa, p. p. cap. 177*; Henriquez, and Salzedo, as cited by Diana; Fagundez *L. 5. cap. 12. num. 11.*

Asservnt Diana p. p. Tract. 1. Miscell. resol. 19. *Didacus Perez* Lib. 8. ordin. tit. 13. in Rubr. fol. 256. *Avila* Tract. de censur. part. 7. disp. 6. sect. 2. dub. 1. et sect. 5. dub. 5. *Coninchyus* de sacr. disp. 18. dub. 14. num. 11. *Rodriquez* in summa, p. p. cap. 177. *Henriquez, et Salzedo apud Dianam, Fagundez* L. 5. cap. 12. num. 11.

7 In St. Bonaventure I find only *in confessionali, cap. 5. particula 49. casu 1* that the dispensation of casual homicide is referred to the Bishop, not of voluntary homicide; but this is voluntary.

In D. Bonaventura solum invenio in confessionali, cap. 5. particula 49. casu 1. *dispensationem casualis ad Episcopum deduci, non voluntarii homicidii; hoc autem est voluntarium.*

Question XII: Whether a judge can condemn to death an innocent man who has been proved guilty at the trial

1 Thus far we have dealt with homicide committed by private authority; now we must deal with homicide by public power.

Hucusque egimus de homicidio, privata authoritate facto; nunc de homicidio ex publica potestate agendum.

2 First, I suppose that a judge is bound by CHARITY under pain of mortal sin to deliver an innocent man from death, if he can by any means, even if he is proven guilty, whether he does so by terrifying or obstructing the accusers, or by examining the witnesses most rigorously, etc.

Primo suppono, teneri iudicem ex Charitate sub mortali liberare innocentem a morte, si potest via aliqua, etiamsi probetur nocens, siue id faciat, accusatores terrendo, vel impediendo, siue testes severissime examinando, etc.

3 Secondly, many admit that a judge, when he cannot deliver the innocent man, is bound to make his innocence manifest in the courtroom.

Deinde fatentur multi, Iudicem teneri, quando insontem nequit liberare, illius innocentiam in auditorio manifestare.

4 Thirdly, they say that an inferior judge, bound by the allegations and proofs made to condemn the innocent man, is bound to send to the superior with the information, proofs, and indications of his innocence.

Tertio dicunt, teneri iudicem inferiorem adstrictum allegatis, et probatis ad insontem damnandum, mittere ad superiorem cum informationibus, probationibus, atque indiciis illius innocentiae.

5 The whole difficulty is: whether, when none of these things can be done, it is lawful to condemn the innocent man to death or to another punishment.

Tota difficultas est: an, quando non potest aliquid horum fieri, liceat insontem morte damnare, vel alia poena.

[7] From this definition the Saintly Doctor gathers in the aforesaid places that the Friars Minors have no dominion over things, even consumptibles in their use, such as bread, wine, money, etc., which are conferred on them in alms; but only the bare use, as Nicholas III defines in *cap. exiit de verb. significatione, in 6.* for they cannot use those things independently of their owners; even if they have the use unto consumption, and although those things would not be given to the Friars absolutely by the will of the giver, yet they receive them with a continual dependence on him, until the things be

consumed. And in this sense the Friars understood it, and the Pontiff Nicholas declared it, and the Saintly Doctor expounds it, as Valentia notes *loc. cit.* Sotus *de Iust. l. IV. quaest. 1. art. 1.* Bannes *de dominio, quaest. 1.* Bellarminus *Tom. 1. l. IV. de summo Pontifice, cap. 14.* Azorius *lib. XII. cap. ult.* Sayrus *l. IX. cap. 7. dub. 9.* Sanctes on *cap. 6. regulae, cum Politio ibi*, Suarez *Tom. 2. disp. 28. sect. 2.* Lessius, *l. II. cap. 3. disp. 8.* Tanner. *disp. 4. quaest. 1. dub. 2.*

> *Ex hac definitione colligit S. Doctor praefatis locis, Fratres Minores non habere dominium rerum, etiam consumptibilium usu, ut panis, vini, pecuniae, etc. quae illis conferuntur in eleemosynam; sed tantummodo merum usum, ut definit Nicolaus III. in* cap. exiit de verb. significatione, in 6. *non enim possunt uti illis rebus independenter a dominis earum; etiamsi usum habeant ad consumptionem, quamvis non ex voluntate dantis illae res absolute darentur Fratribus, tamen illi eas accipiunt cum dependentia continua ab eo, usque dum res absumptae sint. Et hoc sensu intellexerunt Fratres, et Pontifex Nicolaus declaravit, ac S. Doctor edisserit, ut notat Valentia* loc. cit. *Sotus* de Iust. l. IV. quaest. 1. art. 1. *Bannes* de dominio, quaest. 1. *Bellarminus* Tom. 1. l. IV. de summo Pontifice, cap. 14. *Azorius* lib. XII. cap. ult. *Sayrus* l. IX. cap. 7. dub. 9. *Sanctes in* cap. 6. regulae, cum Politio ibi, *Suarez* Tom. 2. disp. 28. sect. 2. *Lessius,* l. II. cap. 3. disp. 8. *Tanner.* disp. 4. quaest. 1. dub. 2.

8 From which the dispute with others is easily settled — those who obstinately maintain that the dominion of these things is in the hands of the Friars, because in things consumed by use, use does not seem capable of being distinguished from dominion. For he who grants the faculty of using bread and wine — what dominion over them does he reserve to himself? So think D. Thom. *quaest. 78. art. 1.* D. Antonius *4. p. tit. 12. cap. 4. § 4.* Caietanus *ad loc. cit.* D. Thom. Sylvester *v. Dominium, quaest. 2.* Turrecremata *l. II. de potestate Ecclesiae, cap. 122. in fine*, where the definition of John XXII is relied upon, in *Extrauag. Ad Conditorem*, and in *Extrauag. Cum inter nonnullos*, and in *Extrauag. Quia quorundam*, where he declares (short of a definition of faith, however) and proves this opinion. He, then, is to be understood thus: that on the part of the givers, the things are given to the Friars entirely; yet he does not on that account want the Friars to be compelled to receive and hold those things independently of their owners, and so he does not attack our state; as Sanctes malignly murmurs *at the place cited*; for John did not intend to prove in that sense that our opinion is false, as Valentia warns *loc. cit.* Tannerus *disp. 4. quaest. 1. dub. 2.* Bellarm. *l. IV. de Pontifice, cap. 14.*

> *Ex quo facile dirimitur lis cum aliis, qui mordice sustinent, dominium harum rerum esse penes Fratres, quia in his rebus, quae usu consumuntur, non videtur posse distingui usus a dominio. Qui enim facultatem concedit pane, et vino utendi, ecquod sibi dominium eorum reservat? Ita sentiunt D. Thom.* quaest. 78. art. 1. *D. Antonius* 4. p. tit. 12. cap. 4. § 4. *Caietanus* ad loc. cit. *D. Thom. Sylvester* v. Dominium, quaest. 2. *Turrecremata* l. II. de potestate Ecclesiae, cap. 122. in fine*, ubi nititur definitio Ioan. XXII. in* Extrauag. Ad Conditorem*, et in* Extrauag. Cum inter nonnullos*, et in* Extrauag. Quia quorundam*, ubi declarat (citra tamen fidei definitionem) et probat hanc opinionem. Sic autem intelligendus est, ut ex parte quidem dantium, res omnino dentur Fratribus; attamen non propterea vult, Fratres cogi eas res recipere, et tenere independenter ab earum dominis, atque adeo non impugnat statum nostrum; ut male Sanctes mussitat* loco citato*; non enim hoc sensu voluit Ioannes probare, nostram sententiam esse falsam, ut monet Valentia* loc. cit. *Tannerus* disp. 4. quaest. 1. dub. 2. *Bellarm.* l. IV. de Pontifice, cap. 14.

9 NEITHER indeed does use suffice for dominion, but independence is required, and the power of using at will in all things, so that things can be sold, alienated, etc. Just as if someone invite some persons to dinner: those things are exhibited under the dominion of the inviter, as long as they last, until they are consumed. So the Saintly Doctor answers to the Rule of the Minors, and I shall say more in *question 2.*

NEQUE vero sufficit ad dominium usus, sed requiritur independentia, et usurpatio ad omnia, ut possint res vendi, alienari, etc. Veluti si aliquis invitet ad prandium aliquos, res illae exhibitae sunt sub dominio invitantis, quamdiu sunt, donec consumptae. Ita respondet S. Doctor ad regulam Minorum, et dicam quaestione 2.

10 But if use in these things does not differ from dominion, since Monks, by the chapter ad Monasterium, de statu Monachorum, have no proper particular property, they could not have use of consumptible things, for thus they would be proprietaries; as the saintly man discusses at the place cited.

Quod si usus in his non differt a dominio, cum Monachi ex cap. ad Monasterium, de statu Monachorum, non habeant proprium particulare, non possent habere usum rerum consumptibilium, quia essent sic proprietarii; ut disserit sanctus loco cit.

11 They have, therefore, use of fact as regards these things, not use of right, as D. Bonav. teaches, and with him Salonius de Iustitia, quaest. 1. art. 2.

Habent igitur usum facti quoad has res, non usum Iuris, ut docet D. Bonav. et cum eo Salonius de Iustitia, quaest. 1. art. 2.

12 Yet although those giving alms intended to transfer dominion, nevertheless since for dominion the will of the receiver is also necessary, and the Friars Minors do not receive them as owners, it follows that they have no dominion; and in this sense neither does D. Thom. nor the rest protest; nor does John XXII declare the opposite. Moreover this is the apparent controversy of those Pontiffs, which is reduced to concord; whence one would wrongly infer that they declared the opposite; but indeed they agree in our sense, nor had they disputed a matter of faith in the whole Church, but declared a practice for one family only of the Friars.

Quamvis autem dantes eleemosynas intenderent transferre dominium, tamen cum ad dominium necessaria sit etiam voluntas acceptantis, et Fratres Minores, eas non acceptent, ut domini; sequitur, eos non habere dominium, et hoc sensu neque D. Thom. aut caeteri reclamant; neque Ioannes XXII. oppositum declarat. Porro haec est apparens controversia istorum Pontificum, quae ad concordiam redigitur; ex quo male aliquis deducet, eos opposita declarasse; sed quidem in sensu nostro conveniunt, neque rem fidei in tota Ecclesia disputarant, sed praxim pro una tantum Fratrum familia declararunt.

13 That dominion is further distinct from use in things consumed by use, S. Bonav. proves on cap. 6. of the Rule, because, as he says with the Lex, ff. de pecul. The garment which the slave uses belongs to the peculium of the Master. And elsewhere he says that what is acquired for the slave is acquired for the master.

Dominium porro ab usu esse distinctum in rebus usu consumptibilibus, probat S. Bonav. ad cap. 6. regulae, quia ut ait Lex, ff. de pecul. Vestis, qua utitur servus, est de peculio Domini. Et alibi dicit, quod id, quod acquiritur servo, acquiritur domino.

14 In the little work, however, against the Unnamed one, he notes that although those giving alms materially intend to give absolutely to the Friars, yet implicitly they intend to give in such a way that they may licitly receive; for they do not will their perdition, and accordingly, since they themselves can have no dominion independently; neither do the givers intend thus to dispense alms.

In opusculo vero contra Innominatum, advertit, quod quamvis materialiter dantes eleemosynas cogitent dare absolute Fratribus, tamen implicite intendunt dare modo, quo licite recipiant; non enim volunt eorum perditionem, atque adeo,

cum ipsi nequeant habere dominium independenter; neque dantes intendunt sic erogate eleemosynas.

15 As to the use of certain things which are not consumed at first, such as Books, and the utensils of the Sacristy: thus the Saintly Doctor expounds in the little work cited. The Rule does not forbid us to have nothing; for those wishing to preach must have books; those wishing to celebrate, Missals, etc. But the ownership of these things is not ours, but the Pope's, and the Most Eminent Protector ought to have the care of them; the sign of which is that the Friars can neither sell, nor in any other way alienate all these things. But if you obstinately maintain that these things are not the Church's, at last S. Bonav. says: whosever the ownership of these things be, it is not mine, as I declare, and my protector's; But who would be so destitute of mind as to say that I can, against my will, retain possession of a thing, while others yearn with full will for the possessions?

Quoad usum quarumdam rerum, quae primo non consumuntur, quales sunt Libri, et utensilia Sacrarii; sic edisserit S. Doctor opusc. cit. Regulam non prohibere, ut nihil habeamus; oportet enim, volentes praedicare, habere libros; volentes celebrare, Missalia, etc. Proprietas vero harum rerum non est nostra, sed Papae, et harum curam habere debet Eminentissimus Protector, cuius signum est, quod nec vendere; nec alio modo valent Fratres haec omnia alienare. Quod si mordicus sustineas, neque esse haec Ecclesiae, tandem ait S. Bonav. cuiuscumque sit horum proprietas, non est mea, ut declaro, et protector; Ecquis autem adeo mentis erit impos, ut dicat, me invitum posse possessionem rei retinere, cum alii plenis voluntatibus ad possessiones inhient?

Question II: Whether it is lawful to have private dominion over things

1 Note, then, that Right in a thing, as I showed in disp. 23. quaest. 1. de Iustitia, is twofold: of Jurisdiction, and of Property. The dominion of jurisdiction is a certain power of superiority, or the force of governing subjects. The dominion of property is a certain right of disposing of some thing as one's own and for one's own advantage.

Nota, dominium, quod Ius in re dicitur, ut ostendi disp. 23. quaest. 1. de Iustitia, esse duplex, Iurisdictionis, et Proprietatis. Dominium iurisdictionis est potestas quaedam superioritatis, seu vis gubernandi subditos. Dominium proprietatis est ius quoddam disponendi de re aliqua, tanquam sua, et in suum commodum.

2 The Dominion of Jurisdiction is one thing Divine, or Uncreated; another human, or created. Created dominion is one thing Ecclesiastical proper, namely of the Prelates of the Church, for the spiritual good; another is Political, or temporal, for the public peace. Such is the power of Kings and of the Emperor.

Dominium Iurisdictionis aliud est Divinum, seu Increatum: Aliud humanum, seu creatum. Dominium creatum aliud est Ecclesiasticum proprium, scilicet Praelatorum Ecclesiae ad bonum spirituale; Aliud est Politicum, seu temporale ad publicam pacem. Talis est potestas Regum, et Imperatoris.

3 Temporal dominion is either pure or mixed. Pure is the power, or right of the sword, for punishing malefactors. Mixed imperium is a simple power of jurisdiction joined with a slight right of coercion, joined by law, as is seen in Bullonius, and in Tannerus disp. 4. quaest. 1. dub. 2.

Dominium temporale aut merum est, aut mixtum. Merum est potestas, seu ius gladii ad animadvertendum in facinorosos. Imperium mixtum, est simplex potestas iurisdictionis cum modico iure coërcendi, iure coniuncta, ut videre est apud Bullonium, et apud Tannerum disp. 4. quaest. 1. dub. 2.

4 Nor is far from this division that partition of dominion into High and Low. The High is divided, according to the variety of regimes, into Democracy, Aristocracy, and Monarchy.

Nec ab hac divisione longe abest illa dominii partitio in Altum, et Bassum. Altum dividitur pro regiminum varietate in Democtatiam, Aristocratiam, et Monarchiam.

5 Dominion of property, on the side of the object, is one thing perfect, or full, which embraces the thing and all its advantages; another imperfect, which is content either with the mere ownership of the thing without its advantages, or with the mere use, or advantages, of the thing. This is called the Useful dominion; that one, indeed, the Direct dominion.

Dominium proprietatis ex parte obiecti, aliud est perfectum, seu plenum, quod complectitur rem, et omnia commoda eius: Aliud imperfectum, quod vel sola proprietate sui absque commodis, vel solo usu, seu commodis rei contentum est. Hoc dicitur dominium Utile; illud vero Directum.

6 Some have asserted the dominion of things to be so lawful that they would altogether condemn Religious Expropriation; yet these the Seraphic Doctor refutes most elegantly and most forcefully in the Apology for Poverty.

Adeo licitum nonnulli asseruere rerum dominium, ut expropriationem penitus damnarent Religiosam, quos tamen elegantissime simul, ac validissime refellit Seraphicus Doctor in Apologia pauperitatis.

7 The dominion granted to all men in more universal fashion appears from Gen. 1: *Have dominion over the fishes of the sea, and the fowls of the air, and all living creatures.* And Deut. 15: *You shall be lord over many nations, and no one shall be lord over you*, as the Holy Doctor shows in p. 1 of the Ecclesiastical Hierarchy through three chapters.

Dominium universalius omnibus concessum hominibus constat ex Genes. primo: Dominamini piscibus maris, et volatilibus caeli, et universis animantibus. *Et Deuter. 15.* Dominaberis nationibus plurimis, et nullus tibi dominabitur, *ut ostendit S. Doctor p. 1. Ecclesiasticae Hierarchiae per tria capita.*

8 Thus he subjects women to the dominion of men, Gen. 3: *You shall be under the power of the husband, and he shall have dominion over you.* Thus also he subjected the nations to Kings, etc. See D. Bonav. loc. cit., where he treats of the dominion and subjection of men, which is nevertheless not proper dominion, according to the definition handed down, because subjects cannot use, sell, kill, etc. everything at their pleasure.

Sic mulieres virorum dominiis subiicit, Genes. 3. Sub viri potestate eris, et ipse dominabitur tui. *Sic et gentes Regibus subdidit, etc. Vide D. Bonav. loc. cit. ubi agit de dominio, et subiectione hominum, quae tamen non est proprium dominium, iuxta definitionem traditam, quia nequeunt subditis ad omnia uti, vendere, occidere, etc. ad libitum.*

9 Now, whether it is lawful for men, especially those professing the law of Christ, to hold peculiar dominion over external things, I shall weigh.

Iam vero, an liceat hominibus, maxime legem Christi profitentibus, peculiare dominium rerum externarum obtinere, expendam.

10 There were indeed divisions of goods from the time they were made by the law of nations, approved by all up to Christ; only Plato and Socrates stood against them, wanting all things to be common, even wives, against whom Aristotle argues in 2 Polit. from ch. 2.

Fuere divisiones quidem rerum a tempore, quo iure gentium factae sunt, ab omnibus usque ad Christum approbatae; soli tamen Plato, et Socrates obstiterunt, volentes, omnia esse communia, etiam uxores, contra quos agit Aristoteles 2. Polit. a cap. 2.

11 But in the time of grace there were certain heretics saying that all things ought to be common, even wives, as S. August. reports of heresy 40, and Epiph. of heresy 32, attributing it to Carpocrates.

> *Tempore vero gratiae fuere nonnulli haeretici dicentes, omnia esse debere communia, etiam uxores, ut refert S. August. haeresi 40. et Epiph. haeresi 32. tribuens eam Carpocrati.*

12 Soon, however, some of the Pelagians condemned the abundance of goods among Christians. S. August. reports them in lib. 2 de gratia Christi, cap. 15, and epist. 160. Moreover this error was condemned in the Palestinian Council, at which S. Augustine was present.

> *Mox vero aliqui e Pelagianis, copiam rerum in Christianis damnarunt. Eos refert S. August. lib. 2. de gratia Christi, cap. 15. et epist. 160. Fuit autem hic error damnatus in Concilio Palaestino, cui S. Augustinus interfuit.*

13 Afterwards other heretics called Vadiani, and Anthropomorphitae, by the testimony of August. heresy 50, denied that it was lawful, at least for Ecclesiastics, to have anything of their own. The Wicleffites and Anabaptists followed these; which error was condemned in the Council of Constance, session 8.

> *Postea alii haeretici dicti Vadiani, et Antropomorphitae, teste August. haeresi 50. negabant, licitum esse, saltem Ecclesiasticis, habere aliquid proprium. Hos secuti sunt Vuiclephistae, et Anabaptistae; qui error damnatus est in Concilio Constant. sess. 8.*

14 I assert, therefore, that dominion and the division of things is lawful for all, even Ecclesiastics and Religious, according to the institute of each order.

> *Assero igitur, licitum esse dominium, ac divisionem rerum, omnibus, etiam Ecclesiasticis, et Religiosis, iuxta cuiusque ordinis institutum.*

15 This assertion is infallible to all Catholics, and the Holy Doctor rather supposes it than proves it in the Apologies for Poverty, and he strove only to prove that even the religious renunciation of things is licit, which presupposes their dominion.

> *Assertum hoc omnibus Catholicis est infallibile, illudque potius supponit, quam probet S. Doctor in Apologiis paupertatis, solumque enixus est probare, licitam esse etiam rerum abrenuntiationem religiosam, quae praerequirit earum dominium.*

16 The assertion is proved, therefore, by the Holy Doctor from Jos. 10, where the Priests and Levites of the old Law had possessions and lands by God's constitution. S. Bonav. pursues this at length in cap. 3 of the third response in the Apology for the Poor. There, however, he strenuously shows that some have drawn badly, together with the heretic Vigilantius, from the old testament even the summity of Evangelical perfection requiring possessions and dominions; and consequently that expropriated religious orders are superstitious, inasmuch as they were not figured in the old testament, for those Levites were most distant shadows; for they had even wives and children, although in the Gospel Castity and Poverty are urged by Christ in *Matthew 19*. The former while it is said: *There are Eunuchs who have made themselves eunuchs for the kingdom of heaven. He who can take it, let him take it.* Poverty, however: *If you wish to be perfect, go, sell all that you have, and give to the poor.* Weighing which passage, D. Bonavent. in *cap. 3 of the first response* admonishes that there is a threefold state of perfection, which arises in charity.

Probatur ergo assertio a S. Doctore ex Iosue 10. ubi Sacerdotes, et Levitae veteris Legis habuere possessiones, et agros, ex Dei constitutione. Hoc late prosequitur S. Bonav. cap. 3. responsionis tertiae in Apologia pauperum. Ibi tamen enixe ostendit, male nonnullos cum Vigilantio haeretico deduxisse, etiam perfectionem summam Evangelicam requirere possessiones, et dominia; atque adeo religiones expropriatas, esse superstitiosas, quippe in veteri testamento non figuratas, nam Levitz illi fuere umbrae remotissimae; habuere enim etiam uxores et filios, cum tamen in Euangelio suadeatur a Christo Matthaei 19. *Castitas, et Paupertas. Illa dum dicitur:* Sunt Eunuchi, qui seipsos castraverunt propter regnum caelorum. Qui potest capere, capiat. *Paupertas vero:* Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quae habes, et da pauperibus. *Quem locum pensitans D. Bonavent.* cap. 3. primae responsionis, *admonet, triplicem esse statum perfectionis, quae in charitate exsurgit.*

17 The FIRST is of necessity, and consists in the observance of the precepts. The second is of counsel, and stands in fulfilling the evangelical counsels. Therefore Christ, when he had first opened that state: *If you wish to enter into life, keep the commandments.* Soon he urges the higher perfection: *If you wish to be perfect, go, sell all that you have; and give to the poor,* so that the expropriation of things is not a precept, although it is a proposal. The third state of perfection, the Holy Doctor says, is in the fatherland, of which Prov. 4: *The path of the just, as a shining light, goes forward and grows even to the perfect day.* Of this D. August. in the first Soliloquy cap. 6: *Truly perfect virtue is reason arriving at that end which blessed life attains; and then charity is consummated.*

PRIMUS est necessitatis, et consistit in observantia praeceptorum. Secundus consilii, et stat in adimplendis consiliis euangelicis. Ideo Christus, cum primum statum aperuisset: Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. *Mox perfectionem hortatur altiorem:* Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quae habes; et da pauperibus, *adeo ut expropriatio rerum non sit praecepta, licet proposita. Tertium statum perfectionis, ait S. Doctor, esse in patria, de qua Prouerb. 4.* Iustorum semita, quasi lux splendens, procedit, et crescit usque ad perfectam diem. *De hac D. August. primo soliloq. cap. 6.* Vere perfecta virtus est ratio perveniens usque ad finem, quem beata vita consequitur; et tunc est charitas consummata.

18 It is PROVED secondly by the Holy Doctor in *cap. 1 of the first response*; for even the Apostolic college had purses, in order to show condescension toward the imperfect, as Hugh says in *Psalm. 91. cap. 64.* The same Holy Doctor explains this also at that place *Ioan. 12.*, and on the poverty of Christ, against Guillelmus, *art. 1.*, from the Gloss on that Ps. 103: He bringeth forth hay for the cattle; and from D. Jerome at that place, *where he says they had purses for other poor men.*

PROBATUR secundo a S. Doctore cap. 1. primae responsionis; *nam et collegium Apostolicum loculos habuit ob condescensionem imperfectis exhibendam, ut ait Hugo in* Psalm. 91. cap. 64. *sic etiam explicat idem Sanctus Doctor ad eum locum* Ioan. 12. *et de paupertate Christi, contra Guillelmum* art. 1. *ex Glossa in id Psal. 103. Producens faenum iumentis, et ex D. Hieronymo ad eum locum,* ubi ait, habuisse loculos pro aliis pauperibus.

19 The same S. Bonav. proves in *cap. 1 of the second response of the Apol. of the poor,* from the immense riches given by God to Solomon, that he might enrich the Temple and the Priests.

IDEM probat S. Bonav. in cap. 1. respon. secundae, Apol. pauperum, *ex ingentibus opibus, quae datae sunt a Deo Salomoni, ut Templum ditaret, et Sacerdotes.*

20 The SAME he proves in *cap. 3 of the third response, from Genes. 12.*, where the Lord indeed commanded Abraham to go out of his land, but obeying God: *Abraham went out, as the Lord commanded him: He took Sara his wife, and Lot the son of his brother, and all the substance which they possessed in Haran.*

Behold, the dominion of Abraham's goods is left to him by God, even in the state of the old perfection.

> *IDEM probat* cap. 3. tertiae respon. ex Genes. 12. *ubi Dominus praecepit quidem Abrahae, ut exiret de terra sua, sed obediens Deo:* Egressus est Abraham, sicut praecepit ei Dominus: Tulit Saram uxorem suam, et Lot filium fratris sui, universamque substantiam, quam possederant in Haran. *En rerum dominium Abrahae relinquitur a Deo, etiam in statu veteris perfectionis.*

21 The Holy Doctor proves THE SAME THING by examples of the friends of God, Jacob, Joseph, David, Job, who possessed the most ample riches. Whence he observes that the goods of Job were restored multiplied.

> *IDIPSUM probat S. Doctor exemplis amicorum Dei, Iacob, Ioseph, David, Iob, qui possedere amplissimas opes. Unde observat, Iob restitutas esse opes multiplicatas.*

22 He ADDS, however, with D. Bernard, in the sermon on that: Behold we have left all things, that those rich men of old were not at the summit of perfection while they were most wealthy.

> *ADDIT tamen cum D. Bernardo, in sermone super id:* Ecce nos reliquimus omnia, *illos diuites antiquos non fuisse in apice perfectionis, dum erant ditissimi.*

23 It is PROVED secondly in the same Apologies from the Holy Fathers, asserting that it is perfection, not precept, to relinquish the dominion of things.

> *PROBATUR secundo in eisdem Apologiis ex SS. Patribus, asserentibus, esse perfectionem, non praeceptum, relinquere dominium rerum.*

24 S. AUGUST. de bono coniug. cap. 8: *They did good who ministered necessaries to Christ and his disciples from their substance; but better those who left all their substance, that they might follow the same Lord more unimpeded.*

> *S. AUGUST. de bono coniug. cap. 8.* Benefaciebant, qui de sua substantia Christo, ac discipulis eius, necessaria ministrabant; sed melius, qui omnem substantiam dimiserunt, ut expeditiores eundem Dominum sequerentur.

25 GREGORY, homil. 26. in Ezech.: *When one vows to God something of his own, and does not vow something, it is a sacrifice; but when he has vowed all to God, it is a holocaust.*

> *GREGORIUS, homil. 26. in Ezech.* Cum quis suum aliquid Deo vovet, et aliquid non vovet, sacrificium est; cum vero omne Deo voverit, holocaustum est.

26 The same is held by Ioan. Chrysostom in the book *Quod nemo laeditur, nisi a seipso.* And D. Bernard. *epist. 42.*

> *IDEM habent Ioan. Chrysostom. lib.* Quod nemo laeditur, nisi a seipso. *Et D. Bernard.* epist. 42.

27 D. PROSPER de vita contemplativa *lib. 2. cap. 9.* praises Paulinus and Hilarian, because of their own accord they bestowed on the poor, although by reason of the Episcopal office they afterwards dispensed the goods of the Church, as is had in dist. 12. *quaest. 1. Expedit*: It is fitting that the faculties of the Church be possessed, and one's own goods be contemned for love of perfection. The Holy Doctor reports the same also *ad cap. sextum Regulae.*

D. PROSPER de vita contemplatiua lib. 2. cap. 9. *laudat Paulinum, et Hilarium, quod sponte sua pauperibus erogarunt, licet ratione Episcopalis officii Ecclesiastica bona postea dispensarent, ut habetur dist. 12.* quaest. 1. Expedit facultates Ecclesiae possideri, et proprias perfectionis amore contemni. *Id refert S. Doctor etiam* ad cap. sextum Regulae.

28 The GLOSS on that 1 Timot. 6: *Habentes alimenta, etc.* Although we have brought nothing into this world, nevertheless these temporal things are not to be cast away. It adds, however, that it would be better that they be cast away for Christ's sake.

GLOSSA in id prima Timot. 6. Habentes alimenta, etc. etsi nihil intulerimus in hunc mundum, non tamen abiicienda haec temporalia. *Subdit tamen, melius fore, ut propter Christum abiicerentur.*

29 Likewise the Gloss on those words, 2 Cor. 8: *Let your abundance supply their want*, reports many other authorities of the Saints, in *the first response cap. 3, and of the third response cap. 1 and 2.*

ITIDEM Glossa ad ea verba, 2. Cor. 8. Vestra abundantia illorum inopiam suppleat*, multas alias authoritates Sanctorum refert* respon. prima cap. 3. et responsionis tertiae cap. 1. et 2.

30 It is PROVED thirdly by D. Bonav. from arguments taken from 2 *Polit. cap. 3.*, indeed from the Scriptures; for first violent poverty induces to sins; as is said Ecclus. 27: *Through poverty many have sinned.*

PROBATUR tertio a D. Bonav. rationibus, sumptis e 2. Polit. cap. 3. *imo e Scripturis, primo enim paupertas violenta inducit ad peccata; ut dicitur Eccles. 27.* Propter inopiam multi deliquerunt.

31 SALOMON indeed said *Prouerb. 30: Give me neither riches nor poverty; but grant only the necessaries to my sustenance, lest compelled by need I be mad, and swear by the name of my God.* These things, to be sure, were said in the time of the old law, as Chrysost. notes *homil. 18. in epist. ad Hebraeos.* Therefore it is said in Ecclus. 17: *Wisdom is more useful with riches.*

SALOMON vero Prouerb. 30. aiebat: Diuitias, et paupertatem ne dederis mihi; sed tantum tribue victui meo necessaria, ne egestate compulsus furer, et periurem nomen Dei mei. *Haec sane dicta sunt, tempore legis veteris, ut aduertit Chrysost.* homil. 18. in epist. ad Hebraeos. *Ideo Eccles. 17. dicitur:* Utilior est sapientia cum divitiis.

32 INDEED, if we look at the ordinary natural and civil life, we shall surely find that individuals need the particular helps of the family goods, that each one may not be anxious over many things, and may live peacefully.

PROFECTO, si vitam ordinariam naturalem, et ciuilem aspiciamus, illud profecto comperiemus, egere singulos singularibus rei familiaris praesidiis, ut sollicitus quisque de multis non sit, et pacifice vivat.

33 They OBJECT first from Luke 14: *Unless one renounce all that he possesses, he cannot be my disciple.* Now the disciple of Christ and the Christian are the same: Therefore a rich man cannot be a Christian.

OBIICIUNT primo, Lucae 14. Nisi quis renunciaverit omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus. *Idem autem est discipulus Christi, et Christianus: Ergo non potest esse Christianus dives.*

34 The Holy Doctor answers in *opusc. de paupertate Christi, cap. 1.* from the Gloss, that Christ wished his disciples to renounce, that is, in affection, so that they should so use the worldly things they possess, that nevertheless in mind they tend toward God; and this befits all the disciples of Christ, that is, Christians; but to leave all things befits only the perfect, *Matth. 19.* Therefore to the Apostles, who

had chosen the perfect state of the counsels, he urged: *Matth. 10. Do not possess gold. And that they carry nothing, Matth. 6.* Thus also Valentia *puncto secundo.*

> *RESPONDET S. Doctor* opusc. de paupertate Christi, cap. 1. *ex Glossa, Christum velle suos discipulos renunciare, idest affectu, ut ita utantur mundanis, quae possident, ut tamen mente tendant in Deum, et hoc omnibus discipulis Christi, idest Christianis convenit; at relinquere omnia, solis perfectis conuenit* Matth. 19. *Ideo Apostolis, qui perfectum statum consiliorum elegerant, suasit,* Matth. 10. Nolite possidere aurum. Et ne quid tollerent Matth. 6. *Ita etiam Valentia* puncto secundo.

35 They OBJECT also many holy Fathers who reprehend the ownership of things. Clemens I. *epist. 5. and it is reported 12. quaest. 1. C. dilectissimis.* Basilius *serm. ad diuites avaros, around that passage of Luke 12: I will gather together all things that are born to me.* Ambrosius *serm. 81. and it is reported cap. sicut II, dist. 47.* Hence Aristotle says 2. Polit. cap. 3: *All things ought to be common among friends.*

> *OBIICIUNT etiam multos Sanctos Patres, qui proprietatem rerum reprehendunt. Clemens I.* epist. 5. et refertur 12. quaest. 1. C. dilectissimis. *Basilius* serm. ad diuites avaros, circa id Lucae 12. Congregabo omnia, quae nata sunt mihi. *Ambrosius* serm. 81. et refertur cap. sicut II, dist. 47. *Ideo ait Aristoteles 2. Polit. cap. 3.* Amicorum omnia debent esse communia.

36 The Holy Doctor answers, *loc. citat. de paupertate Christi, art. 1.* from the Fathers Ambrosius *l. 2. offic.*, Chrysostomo *loc. cit. and others*, that the sense is that riches afford no aid toward the blessed life, which Christ openly testifies saying, *Matth. 5. Blessed are the poor in spirit, for theirs is the kingdom of heaven;* for they are occasions of sins; on which account they are called: *Mammona of iniquity*, because, as is said Ecclus. 11: *If you be rich, you will not be free from sin*, as S. Bonav. pursues at length at that place *Lucae 16.*

> *RESPONDET S. Doct.* loc. citat. de paupertate Christi, art. 1. *ex PP. Ambrosio* l. 2. offic. *Chrysostomo* loc. cit. et aliis*, sensum esse, diuitias nihil adiumenti praestare ad vitam beatam, quod aperte Christus testatur dicens,* Matth. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum; *sunt enim occasiones peccatorum; propterea dicuntur:* Mammona iniquitatis*, quia, ut dicitur Eccles. 11.* Si diues fueris, non eris immunis a delicto*, ut late prosequitur S. Bonav. ad eum locum* Lucae 16.

37 TO the same point about friends, I say with Valentia that all things ought to be common in necessity, except those things which induce turpitude, as wives, which were never common, as Tertullianus proves in the *Apologeticum contra gentes, cap. 39.*

> *A D id de amicis, dico cum Valentia, omnia debere esse communia in necessitate, exceptis his, quae turpitudinem inducunt, ut uxores, quae nunquam fuere communes, ut probat Tertullianus* Apologetico contra gentes, cap. 39.

38 But WHEN this division of things was made, it is easily dispatched that it was made from the nations united by the law of nations. But if it had been made by the law of nature, the communion of things would be against nature, which plainly appears false from the usage of the primitive Church, and of the diverse Religious orders now, among whom ownership is renounced. But now the division of all things, or jurisdiction, if it is made anew, is made by the civil, or positive law, as D. Thom. says *art. 2. ad 1.*, and it is plain in *ff. de legibus, et Constit. Principum, l. 1.* Whence rightly D. August. *tract. 6. in Ioan.*, and it is reported in *dist. 8. cap. Quo iure*: Take away (he says) the laws of the Emperors, and no one will dare to say: this villa is mine.

QUANDO autem facta sit haec diuisio rerum, facile expeditur factam esse ex adunatis nationibus iure gentium. Quod si facta esset iure naturae, contra naturam esset rerum communio, quod patet esse falsum ex usu primitiuae Ecclesiae, et diuersarum nunc Religionum, apud quas proprietas abdicatur. Nunc vero omnium rerum divisio, seu iurisdictio, si de novo fiat, fit iure civili, seu positivo, ut ait D. Thom. art. 2. ad 1. *et patet* ff. de legibus, et Constit. Principum, l. 1. *Unde recte D. August.* tract. 6. in Ioan. *et refertur* dist. 8. cap. Quo iure : Tolle (ait) iura Imperatorum, et nullus audebit dicere : haec Villa est mea.

39 Now all jurisdictions are so appropriated and divided that no private person is not the subject of someone, *dist. 99. C. Nullus, and 25. quaest. 2. C. de Ecclesiasticis.*

Omnes autem iurisdictiones ita sunt appropriatae, et divisae, ut nemo privatus non sit subditus alicui dist. 99. C. Nullus, et 25. quaest. 2. C. de Ecclesiasticis.

40 Now here, concerning the dominion of jurisdictions, it is to be noted by the certain and common opinion of all that Princes, whether Ecclesiastical or secular, are by no means lords of things, nor even of persons, but only of a certain power over subjects, which is called jurisdiction, as Valentia notes *disp. 5. quaest. 10. punct. 2. ad finem*, and it is called the High dominion, which however he can use only for the pressing public good.

Est autem hic circa dominium iurisdictionum ex certa, et omnium communi sententia adnotandum, Principes sive Ecclesiasticos, sive saeculares minime esse dominos rerum, aut etiam personarum, sed solum cuiusdam in subditos potestatis, quae iurisdictio vocatur, ut notat Valentia disp. 5. quaest. 10. punct. 2. ad finem*, et dicitur dominium Altum, quod tamen ad bonum tantum publicum urgens, uti potest.*

41 Nor does that stand in the way which is said in 1 Reg. 8: *This will be the right of the king: He will take your sons, and your fields, and your vineyards, and your olive yards, etc.* For "right" signifies also the usurped one, by which Samuel wished to terrify the Jews.

Neque obstat id, quod dicitur, primo Reg. 8. Hoc erit ius regis : Filios vestros tollet, et agros, et vineas, et oliveta, etc. *Nam ius significat etiam usurpatum, quo volebat Samuël terrere Iudaeos.*

42 As for other things, not all are divided, as is plain in the *Institutions on the division of things*, where it is had that rivers, hunting, fishing, and things of this kind remained common.

Quoad alias res, non omnes sunt divisae, ut patet in Institutionibus de rerum divisione*, ubi habetur, flumina, venationem, piscationem, et huiusmodi mansisse communia.*

43 It is disputed here: in how many ways are dominions acquired.

Disputant hic : quot modis acquirantur dominia.

44 Now they are acquired in two ways. First by Invention and occupation, without the dominion being transferred from another. Second by the legitimate translation of dominion from one into another.

Duobus autem modis acquiruntur. Primo Inventione, et occupatione, absque eo quod dominium ex alio transferatur. Secundo per legitimam dominii translationem ex uno in alium.

45 As for the acquisition of dominion by invention, I have discussed sufficiently in *disp. 24.*

Quoad acquisitionem dominii per inventionem, satis disserui disp. 24.

46 As for the translation of dominion, it can be made either by the Divine will, expounded by the natural law, or by positive divine law. Thus God transferred the dominion of the treasures of the Egyptians to the Jews, *Exodi 12.*, as S. Bonav. notes, *2. dist. 40. dub. 2.*

> *Quoad translationem dominii, potest fieri, vel a Divina voluntate, explicata iure naturali, vel iure divino positivo. Sic Deus transtulit dominium thesaurorum AEgyptiorum in Iudaeos,* Exodi 12. *ut advertit S. Bonav.* 2. dist. 40. dub. 2.

47 Secondly it can be made by the will of the possessor, provided he does it spontaneously, not deceived, nor hindered by any law.

> *Secundo potest fieri voluntate possidentis, dummodo id faciat sponte, non deceptus, neque a lege aliqua impeditus.*

48 Thirdly it can be made by human positive laws.

> *Tertio potest fieri legibus humanis positivis.*

49 Fourthly by the sentence of the Governor intervening: Now the voluntary renunciation can be made for the common good; for sometimes some transfer dominion perversely, squandering their goods.

> *Quarto sententia Gubernatoris interveniente : Potest autem voluntaria renunciatio fieri ob bonum commune ; aliquando enim aliqui perverse dominium transferunt, sua bona dilapidando.*

50 In what manner dominion is transferred through play, I have said in the *disp. de restit.* In what manner also through contracts, I shall say in *disputation 1 of the Treatise on Contracts.*

> *Quo pacto autem dominium transferatur per ludum, dixi* disp. de restit. *Quo pacto etiam per contractus, dicam* disputatione 1. Tract. de contract.

51 From these you have also the division of dominion into the dominion proper to individual persons, and the dominion of some community, of which the Holy Doctor treats in the *Apology of the Poor, of the third response cap. 1.* Whence it comes about that the renunciation of dominion is also twofold, especially in Religion. See the Seraphic Doctor *in the place cited.*

> *Ex his habes etiam, divisionem dominii in dominium singulatis personae proprium, et dominium alicuius communitatis, de quo S. Doctor in* Apologia Pauperum, responsionis tertia cap. 1. *Ex quo fit, ut duplex etiam sit renunciatio dominii, maxime in Religione. Vide Seraphicum Doctorem* loco citato.

52 Moreover there are as many kinds of Dominions as there are orders of Laws granting it, as the Natural, the Divine, etc.

> *Porro tot sunt genera Dominiorum, quot sunt ordines Iurium, concedentium illud, ut Naturale, Divinum, etc.*

Question III: What theft is

1 Theft is wont to be defined by Theologians: *Theft is the occult taking of another's thing.* Thus D. Thom. *quaest. 66. art. 3.* Covar. approves this definition, from the Jurists, *Relect. in Regulam Peccatum, p. 1. §. 1.*; for by the very fact that "occult taking" is said, Fraudulent taking, against the will of the owner, is signified. Therefore it is defined more clearly by D. Bonav. *p. 1. Centil. sect. 31.*, where he says: *Theft is the handling of another's thing, occult, and with the owner ignorant and unwilling.* And in the *speculo animae, chapter 2: Theft is the occult handling of another's thing, against the will of the owner.* And *serm. 6. decal: Theft is the touching of another's thing, against the will of the owner.*

Furtum definiri solet a Theologis : Furtum est occulta acceptio rei alienae. *Sic D. Thom.* quaest. 66. art. 3. *Hanc definitionem approbat, e Iuristis, Covar.* Relect. in Regulam Peccatum, p. 1. §. 1. *hoc enim ipso quod dicitur occulta acceptio, significatur Fraudulenta, invito domino. Ideo clarius definitur a D. Bonav.* p. 1. Centil. sect. 31. *ubi ait :* Furtum est occulta, et ignorante domino, et invito, alienae rei contrectatio. *Et in* speculo animae, capite 2. Furtum est occulta rei alienae contrectatio, invito domino. *Et* serm. 6. decal. Furtum est attrectatio rei alienae, invito domino.

2 He notes, however, that theft ought to be furtive, and through occult fraud; otherwise, if it is done through open violence, it will be rapine; or if through occult means, it is called robbery; whence also he elicits, with D. Thom., that under theft are contained all fraudulent contracts by which a neighbor is defrauded of his thing against his reasonable will. Whence also the unjust detention of another's thing is theft, as D. Thom. also says *ad 2.*, and Valentia *disp. 5. quaestion. 10. p. 4.*, and D. Bonav. *in speculo animae, cap. 2. in fine*, who also *in 3. dist. 37. dub. 7. litterali* uses the same definition.

Advertit autem, furtum debere esse furtivum, et per occultam fraudem ; alioqui si fit per apertam violentiam, erit rapina ; vel si per occultam, dicitur latrocinium; ex quo etiam elicit cum D. Thom. sub furto contineri omnes fraudulentos contractus, quibus proximus rationabiliter invitus fraudatur re sua. Unde etiam detentio iniusta rei alienae est furtum, ut ait etiam D. Thom. ad 2. *et Valentia* disp. 5. quaestion. 10. p. 4. *et D. Bonav.* in speculo animae, cap. 2. in fine, *qui etiam* in 3. dist. 37. dub. 7. litterali *eadem utitur definitione.*

3 Therefore the Holy Doctor everywhere holds constantly that theft is defined through *contrectation*, which does not signify mere material contact, as Sayrus, Valentia, and Fagundez think, who carp at this term; but a formal contrectation, which is the taking, or usurpation, or abstraction. Thus by the term *contrectation* it is defined by the Jurists, *ad Leg. 1. §. furtum, ff. de furtis, and Institut. de obligatione, quae ex debito etc. §. 1.*, which Iulius Clarus explains *l. 5. sent. §. Furtum.* And Navar. *in summa, cap. 17.*, and Sylvest. *v. Furtum.* At least that contrectation is a condition without which theft cannot exist, as he admits *lib. 1. §. 1.*, is granted by Sayrus *lib. 9. cap. 13.*, who however does not rest in it.

Constanter igitur ubique S. Doctor per contrectationem *definit furtum, quae non significat mere contactum materialem, ut putant Sayrus, Valentia, et Fagundez, carpentes hunc terminum ; sed contrectationem formalem, quae est acceptio, vel usurpatio, vel ablatio. Sic vocabulo* contrectationis *definitur a Iuristis* ad Leg. 1. §. furtum, ff. de furtis, et Institut. de obligatione, quae ex debito etc. §. 1. *quam explicant Iulius Clarus* l. 5. sent. §. Furtum. *Et Navar.* in summa, cap. 17. *et Sylvest.* v. Furtum. *Saltem contrectationem esse conditionem, sine qua furtum esse non potest, ut fatetur* lib. 1. §. 1. *concedit Sayrus* lib. 9. cap. 13. *qui tamen in ea non quiescit.*

4 From what has been said you have that Theft differs in species from Rapine, as D. Bonav. above, D. Thom. *quaest. 66. art. 4.*, Caietanus *there*, Lessius *lib. 2. cap. 12. dub. 1.*, and the Jurisconsults *ad Leg. 1. §. 1. et seq. ff. de vi bonorum raptorum*, Molina *Tract. 4. disp. 683. et 684.*, Fagundez *in septimum praeceptum, l. 7. cap. 1. num. 14.* teach. For rapine requires two things, knowledge, and violence inflicted on the owner: but theft requires neither of these; Therefore rapine is graver. Moreover theft is an enemy of the light, since it is wont to be done in secret, but not rapine, according to that verse.

Ex dictis habes, Furtum differre specie a Rapina, ut docent D. Bonav. supra, D. Thom. quaest. 66. art. 4. *Caietanus* ibi, *Lessius* lib. 2. cap. 12. dub. 1. *et Iurisconsulti* ad Leg. 1. §. 1. et seq. ff. de vi bonorum raptorum, *Molina* Tract. 4. disp. 683. et 684. *Fagundez* in septimum praeceptum, l. 7. cap. 1. num. 14. *Rapina enim duo requirit, scientiam, et violentiam illatam domino : furtum autem neutrum horum requirit; Ideo rapina gravior est. Insuper furtum est inimicum luci, cum in occulto soleat fieri, non item rapina, iuxta illum versum.*

[5] *Fur non est latro, quia tempore iur rapit atro : Tempore non atro rapit omnes res tibi latro.*

> Fur non est latro, quia tempore iur rapit atro : Tempore non atro rapit omnes res tibi latro.

Question IV: What quantity is required for mortal sin in theft

[1] Deservedly one may cite here the saying: *As many heads, so many opinions*, which Diana reports *p. 1. Tract. 17. resolut. 57. and Tract. de paupertate religiosa, resol. 36.*

> *Merito hic dici potest illud :* Quot capita, tot sententiae, *quas refert Diana* p. 1. Tract. 17. resolut. 57. et Tract. de paupertate religiosa, resol. 36.

[2] The first opinion is that of Navarro *in Manuali, cap. 17.*: one and a half regales is a notable quantity of money that constitutes mortal theft; or two, or at most two and a half. Thus also *Tolet. l. 5. cap. 16.* assigns two Iulii; for among the Italians the Iulius is the same as the Regalis among the Spaniards, *as Fagundez says l. 7. cap. 1. num. 15.*

> *Prima opinio est Navarri* in Manuali, cap. 17. *unum, et dimidium regalem esse quantitatem notabilem bilem, quae furtum mortale constituat; aut duos, vel ad summum duos, et dimidium. Ita etiam* Tolet. l. 5. cap. 16. *duos Iulios assignat; est enim apud Italos idem Iulius, ac apud Hispanos Regalis,* ut ait Fagundez l. 7. cap. 1. num. 15.

[3] The second opinion is that of *Corduba in summa, quaest. 109. and Salonii 2. 2. tom. 1. quaest. 66. art. 6. controu. 1.* who say absolutely that one silver coin is grave matter, that is, four or five regales stolen from the rich; but one or two from the poor.

> *Secvnda opinio est* Cordubae in summa, quaest. 109. et Salonii 2. 2. tom. 1. quaest. 66. art. 6. controu. 1. *qui dicunt absolute, unum argenteum esse materiam gravem, seu quatuor vel quinque regales divitibus surreptos; inopibus autem unum, vel duos.*

[4] Third, *Bartholomaeus Medina prima secundae, quaest. 88. art. 8.* with many others says that it is not mortal theft unless it rises to the sum of two silver coins.

> *Tertio* Bartholomaeus Medina prima secundae, quaest. 88. art. 8. *cum multis aliis dicit, non esse furtum mortale, nisi ad summam duorum argenteorum ascendat.*

[5] Fourth, *Gregorius de Valentia Tom. 3. disp. 6. quaest. 19. punct. 16. Rebellius p. 1. l. 3. quaest. 15. sect. 2. num. 22.* assert that it is absolutely lethal to steal three silver coins.

> *Qvarto* Gregorius de Valentia Tom. 3. disp. 6. quaest. 19. punct. 16. Rebellius p. 1. l. 3. quaest. 15. sect. 2. num. 22. *asserunt, absolute esse lethale furari tres argenteos.*

[6] Fifth, *Vega in summa tract. 1. cap. 129. casu 12.* teaches that four or five regales constitute notable matter of theft.

> *Qvinto* Vega in summa tract. 1. cap. 129. casu 12. *docet, quatuor, vel quinque regales constituere notabilem materiam furti.*

[7] Sixth, *Molina de Iust. t. 3. disp. 685.* says that as much value as the money given in one day to a digger of earth is seen to be mortal in regard to those who are not very rich.

> *Sexto* Molina de Iust. t. 3. disp. 685. *ait, tantum valoris, quantum pecuniae datur una die fossori terrae, videri mortale in ordine ad eos, qui non sunt valde divites.*

[8] Seventh, *Bartholomaeus a S. Fausto in speculo disp. 2. quaest. 18. num. 26. and Sayrus l. 9. cap. 15.* define the sum of three Iulii as grave even if taken from a most wealthy man; but two Iulii from one of moderate means; and finally, one silver coin or one Iulius taken from a poor man constitutes grave matter. Thus also *Sanctes noster in cap. 6. Regulae,* lays upon us poor wretches one single Iulius.

> *Septimo* Bartholomaeus a S. Fausto in speculo disp. 2. quaest. 18. num. 26. et Sayrus l. 9. cap. 15. *trium Iuliorum summam definiunt gravem, etiamsi a ditissimo auferatur; a mediocri autem duos Iulios; a paupere tandem unum argenteum, vel Iulium ablatos, constituere materiam gravem. Sic et* Sanctes noster in cap. 6. Regulae, *unum Iulium nobis pauperibus imponit miseris.*

[9] Eighth, *Bonacina de contract. disp. 2. quaest. 8. p. 1. num. 7.* distinguishes, saying that theft is grave according to the variety of persons from whom the thing is taken. For if the person is illustrious, opulent, splendid, a gold coin will be grave matter; but if he is an ordinary rich man, living on his revenues, four regales; if the person supports himself by a craft, two regales; fourth, ¶ if he is poor, one regale.

> *Octavo* Bonacina de contract. disp. 2. quaest. 8. p. 1. num. 7. *distinguit dicens, Furtum esse grave pro varietate personarum, quibus res aufertur. Si enim persona sit illustris, opulens, splendida, nummus aureus erit materia gravis; si vero sit dives ordinarius, vivens de suis redditibus, quatuor regales: Si sit persona se suo sustentans artificio, duo regales; quarto, ¶ pauper sit, unus regalis.*

Hoc praevaricationis genus contingere potest etiam in Iudice, acceptando scilicet falsas exceptiones, testimonia, et instrumenta, ut reum liberet, ut notat D. Bonan. in speculo animae, cap. 2. ad finem, et ultra peccatum, quod committit, tenetur etiam restitutioni, quia contra Iustitiam, et officium suum egit, quaerens accusatorem inique opprimere, et reum subtrahere.

16 It occurs also in Advocates, by showing to the adverse party the foundations of their client's case, or by not defending faithfully, or by opening to the adversaries the way to win the cause unjustly; all of which are iniquitous, against justice, as the Saintly Doctor teaches above, Sotus loc. cit. concl. 5., and Navarr. cap. 25. num. 10., Rodriquez num. 5., St. Thomas quaest. cit. art. 3. ad 2., Sayrus num. 14., Fagundez num. 13., who agree that they are bound to restitution.

CONTINGIT etiam in Advocatis ostendendo parti adversae fundamenta sui clientis, vel non fideliter defendendo, vel aperiendo adversariis viam ad causam inique vincendam, quae omnia iniqua sunt contra iustitiam, ut docet S. Doctor supra, Sotus loc. cit. concl. 5. et Navar. cap. 25. num. 10. Rodriquez num. 5. D. Thom. quaest. cit. art. 3. ad 2. Sayrus num. 14. Fagundez num. 13. qui consentiunt, cum teneri ad restitutionem.

17 TERGIVERSATION is, when without just cause he desists from the accusation, when he is bound to its prosecution for the common good.

TERGIVERSATIO est, quando sine iusta causa desistit ab accusatione, cum ad prosecutionem eius ob bonum commune tenetur.

18 CASES are nevertheless given in which he may desist. First, in crimes that do not conduce to the good of the Republic. Second, when he begins the case in good faith and soon sees his error. Third, on account of grave fear. Fourth, if he is repelled by the command of the Prince. See Sayrus lib. 12. at the end, Lessius l. 2. cap. 30. dub. 3. num. 15., Sotus loc. cit.

DANTUR tamen casus, in quibus potest desistere. Primo in criminibus, quae ad bonum Reipublicae non conducunt. Secundo, quando bona fide incipit causam, et mox suum videt errorem. Tertio propter metum gravem. Quarto, si imperio Principis repellatur. Vide Sayrum lib. 12. in fine, Less. l. 2. cap. 30. dub. 3. num. 15. Sotum loc. cit.

19 FAGUNDEZ num. 14, who at num. 16 raises the question: whether correction must always precede an accusation. And he answers negatively, if the offense can be proved, whether one intends vindication of one's own injury or the good of the Republic; and he says this is the common view of

the Doctors, citing Lessius l. 1. cap. 30., Filliuc. tome 2. tract. 40. cap. 7. num. 103., the Gloss on C. licet, de simonia, 2. quaest. 8., Sylvester v. accusatio, quaest. 3., Cajetan 2. 2. quaest. 33. art. 7., Navarr. Summa Lat. cap. 18. num. 30., Driedo de libertate Christiana cap. 10., Roder. de ord. iudic. cap. 6., and others; and in this he distinguishes denunciation, which is directed to amendment, from accusation, which tends to the vindication of the crime for the public good. But Rodriquez loc. cit., citing Corduba, adds that one is bound to correction, if he hopes for amendment. Sotus adds, loc. cit. concl. 4., Durandus 4. dist. 19. The reason is, because the principal end ought to be the amendment of the Accused. But Fagundez himself persists: if the offense is public and can be proved, the Accused is in the case; because his own offense made it public. I certainly do not refuse this, when the offense is public, according to what I said in the first doubt.

> *FAGUNDEZ num. 14. qui num. 16. instituit quaestionem: An ante accusationem semper sit praemittenda correptio. Et respondet negative, si possit delictum probari, sive intendat vindictam propriae iniuriae, sive bonum Reipublicae, et ait, esse communem Doctorum, et allegat Less. l. 1. cap. 30. Filliuc. tomo 2. tract. 40. cap. 7. num. 103. Gloss. in C. licet, de simonia, 2. quaest. 8. Sylvest. v. accusatio, quaest. 3. Caietanum 2. 2. quaest. 33. art. 7. Navar. Summa Lat. cap. 18. num. 30. Driedonem de libertate Christiana cap. 10. Roder. de ord. iudic. cap. 6. et alios, et in hoc distinguit denuntiationem, quae ad emendationem dirigitur, ab accusatione, quae tendit ad vindictam sceleris, ob publicum bonum. Sed Rodriquez loc. cit. adducto Corduba, addit, teneri quamvis ad correptionem, si emendationem sperat. Addit Sotus loc. cit. concl. 4. Durand. 4. dist. 19. Ratio est, quia finis principalis debet esse emendatio Rei. Sed ipse Fagundez persistit, si delictum est publicum, et possit probari, et in hoc esse Reum in causa; quia suum delictum fecit publicum. Non renuo sane, quando delictum est publicum, iuxta ea quae dixi dubitatione prima.*

20 NOTE that civil and canon law command Judges not to proceed in criminal causes without an accuser, C. si legitimus, de accusat. and Leg. Illicitus, ff. de officio Praesidis; and St. Thomas teaches this, 2. 2. quaest. 7. art. 3. in the body, Cajetan there, and other Thomists, Roderiq. de ordine iudic. cap. 5., Fagundez cap. 48. num. 3., and St. Bonaventure passim.

> *ADVERTE, ius Civile, et Canonicum Iudicibus praecipere, ne in causis criminalibus procedant absque accusatore C. si legitimus, de accusat. et Leg. Illicitus, ff. de officio Praesidis, et docent D. Thom. 2. 2. quaest. 7. art. 3. in corp. Caietanus ibi, et alii Thomistae Roderiq. de ordine iudic. cap. 5. Fagundez cap. 48. num. 3. et D. Bonaventura passim.*

21 IT IS PROVED by the Saintly Doctor on John 8, where he observes that the judgment was truncated, because the accusers withdrew. Therefore Christ says: *Where are they who accused you? No one has condemned you; nor will I condemn you.* And he warns that the accusers withdrew because they were unfit to accuse, since they themselves were criminals.

> *PROBATUR a S. Doctore ad 8. Ioannis, ubi observat, truncatum fuisse iudicium, quia illi accusatores recesserunt. Ideo ait Christus:* Ubi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnavit: Nec ego te condemnabo. *Accusatores autem recessisse admonet, quia inepti erant ad accusandum, cum ipsi essent criminosi.*

22 IT IS PROVED secondly by the Saintly Doctor on John 5, in the words *As I hear, so I judge*, where he discourses at length, bringing in St. Gregory in *Moral. cap. 14.* on Job 29: *The cause which I knew not, I searched out most diligently*, where he says: *Note concerning judgment, that we ought not to hasten to render an iniquitous sentence, that we judge not rashly without examination, that no evil report whatsoever should move us, that we believe not reports everywhere without proof, etc.*

> *PROBATUR secundo a S. Doctore ad 5. Ioan. in ea verba:* Sicut audio, sic iudico, *ubi late disserit, afferens D. Gregorium in* Moral. cap. 14. *in id Iob. 29.* Causam, quam nesciebam, diligentissime investigabam, *ubi ait:*

> Nota de Iudicio, ne ad proferendam sententiam iniquam praecipites esse debeamus, ne temerarie indiscussa iudicemus, ne qualibet mala audita nos moveant, ne passim dictis sine probatione credamus, etc.

23 GOD himself, to whom all things are naked and open, uses examinations in his judgments; as is plain in Joel 3: *I will bring them into the valley of Josaphat, and I will plead with them.* He repeats this in *Matth. 25.*

> *IPSE Deus, cui omnia nuda sunt, et aperta, in suis iudiciis examina adhibet; ut patet Ioelis 3.* Deducam eos in vallem Iosaphat, et disceptabo cum eis. *Id repetit* Matth. 25.

24 Whence it is read of the Lord in *Genesis 18: I will go down and see whether the cry that comes to me has been fulfilled in deed.* Then the Saintly Doctor continues the exposition of the same chapter thus: Second, it is figured that judgment ought to be just in its process. Whence he says: *My judgment is just.* And Deuteronomy 19: *You shall appoint Judges and Masters, that they may judge with just judgment*; for, as Tullius says in *de off. l. 1.*, it belongs to a judge in causes to follow the truth, neither to defend the guilty nor to condemn the innocent: *He who justifies the wicked, and he who condemns the just, both are alike abominable before God.* Likewise it is here intimated that judgment ought to be orderly in sentencing. He has the same on chapter seven.

> *Unde et de Domino legitur* Genesi. 18. Descendam, et videbo utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint. *Deinde sic prosequitur explicationem eiusdem capitis S. Doctor: Secundo figuratur, quod iudicium debet esse in processu iustum. Unde ait.* Iudicium meum iustum est. *Et Deuter. 19.* Iudices, et Magistros constitues, ut iudicent iusto iudicio*, ut enim ait Tullius de* off. l. 1. *Iudicis est in causis verum sequi, nec nocentem defendere, nec condemnare innocentem:* Qui iustificat impium, et qui condemnat iustum, abominabilis est uterque apud Deum. *Item insinuatur hic quod iudicium debet esse in sententiando ordinatum. Idem habet ad cap. septimum.*

25 From these you also have those cases in which judges may proceed without an accuser by the way of inquisition.

> *Ex quibus habes etiam illos casus, in quibus possunt iudices sine accusatore procedere via inquisitionis.*

26 THE FIRST is, if the Judge with others sees the crime being committed. The second, when there are public indications and clamorous fame. The third is, when a juridical denunciation precedes, to public vindication of the offenses, as is done in the tribunal of the Holy Inquisition; but it differs from an accusation, because he is not bound to prove. Here too it is intimated that in graver offenses, where there is no accuser, the Fiscal holds the place of the accuser; and he is bound to prove, and unless he can prove, the accuser sins, as Aragon says, 2. 2. quaest. 67. art. 3. at the end, Roder. de ord. iud. cap. 5. num. 3.

> *PRIMUS est, si Iudex cum aliis videat, crimen perpetrari. Secundus, quando sunt publica indicia, et fama clamorosa. Tertius est, cum praecedit denunciatio iuridica ad vindictam publicam delictorum, ut fit in tribunali Sanctae Inquisitionis: Differt autem ab accusatione, quia non tenetur probare. Ubi etiam indicatur, in delictis gravioribus, ubi non est accusator, Fiscalem habere locum accusatoris; et hic tenetur probare, et nisi possit probare, accusans peccat, ut aiunt Aragon. 2. 2. quaest. 67. art. 3. in fine, Roder. de ord. iud. cap. 5. num. 3.*

27 AS TO the obligation of accusing. First, he who sees some harm threatening the Republic, or even others who are innocent, and it cannot otherwise be prevented, is bound to accuse; he is bound from charity to denounce it to the Judge. Thus the Doctors commonly: St. Thomas 2. 2. quaest. 68. art. 1.,

Sotus loc. cit. quaest. 5., Sylvester v. *Accusat.* quaest. 2., Gomez Tom. 3. var. cap. 1. num. 9.; and it is proved by *C. sicut dignum, §. illis etiam, de homicidio.* Indeed in the external forum, one who knowingly conceals an offense about to be committed against the Prince or the Republic, and does not reveal it, is punished as an author of the offense, by Battol. in *Leg. virum, ff. ad Leg. Pomp. de parric.* and *Leg. 1. §. occisorum, ff. ad Syllan.*, Salicetus in *Leg. prima, Cod. ad legem Cornel. de sicar.*, Gomez loc. cit. num. 8.; and the French laws command this in the Kingdom of France.

> *QUOAD obligationem accusandi. Primo tenetur accusare, qui vident damnum aliquod Reipublicae imminere, vel etiam aliis insontibus, et alia via nequit impediri; tenetur ex charitate Iudici denunciare. Ita communiter Doctores. D. Thom. 2. 2. quaest. 68. art. 1. Sotus loc. cit. quaest. 5. Sylvester v.* Accusat. *quaest. 2. Gomez Tom. 3. var. cap. 1. num. 9. et probatur,* C. sicut dignum, §. illis etiam, de homicidio. *Imo in foro externo, sciens delictum committendum contra Principem, vel Rempublicam, et non revelans, punitur, ut auctor delicti, Batthol. in* Leg. virum, ff. ad Leg. Pomp. de parric. et Leg. 1. §. occisorum, ff. ad Syllan. *Salicetus in* Leg. prima, Cod. ad legem Cornel. de sicar. *Gomez loc. cit. num. 8. et Leges Gallicae in Regno Galliae id praecipiunt.*

28 YET he is not bound to accuse who cannot prove; for no one is bound to ward off another's evil at his own grave loss, which he incurs by accusing and not proving. Thus St. Thomas 2. 2. quaest. 68. in the place cited, and others in Fagundez cap. 49. num. 4.

> *NON tenetur tamen accusare is, qui probare non potest; nemo enim tenetur alterius malum arcere gravi suo damno, quod subit accusans, et non probans. Ita D. Thom. 2. 2. quaest. 68. loco citato, et alii apud Fagundez cap. 49. num. 4.*

29 BUT he sins only against charity who does not accuse when bound, unless he be an official of justice; for such a one sins against Justice, as Fagundez notes, num. 8.

> *PECCAT autem tantum contra charitatem, qui non accusat, cum tenetur, nisi sit officialis iustitiae; quia hic contra Iustitiam peccat, ut notat Fagundez num. 8.*

30 THERE arises also a doubt, because kinsmen are admitted to demand just vindication of their own up to the fourth degree, as is more probable in Fagundez *l. 8. cap. 48. num. 10.*, and it is gathered from *Leg. petitionum, Cod. de advocat.*: whether, when several kinsmen come together to accuse someone of some offense, all of them can be admitted by the Judge.

> *ORITUR etiam dubium, quia consanguinei admittuntur ad iustam vindictam petendam suorum usque ad quartum gradum, ut probabilius est apud Fagundez* l. 8. cap. 48. num. 10. *et colligitur ex* Leg. petitionum, Cod. de advocat. *An, quando plures consanguinei concurrunt ad accusandum reum de aliquo delicto, omnes possint a Iudice admitti.*

31 Motla asserts it in *Emporio iuris, titulo de Legibus, quaest. 14. num. 9.*, and the Senate of Lisbon in the year 1616, as Melchior Phoebus reports, *tit. 1. decis. decisione 9. num. 10.*; and the reason is, because the right of vindicating the death of the deceased is in each of the heirs in the whole, not by part, *Leg. portiones, ff. de his, quibus ut indign.*

> *ASSERUNT Motla in* Emporio iuris, titulo de Legibus, quaest. 14. num. 9. *et Senatus Ulyssiponae anno 1616. ut refert Melchior Phoebus* tit. 1. decis. decisione 9. num. 10. *et ratio est, quia ius vindicandi mortem defuncti, est penes quemcumque ex haeredibus in solidum, et non pro parte,* Leg. portiones, ff. de his, quibus ut indign.

32 OTHERS deny it, but hold that the judge ought to choose one kinsman, nearer and more suitable, *Leg. si plures, ff. de accusat.* and *Leg. si vero, §. haec autem, ff. de his qui occiderunt, vel effuderunt.* And Gomez

teaches, *t. 3. variarum, tit. de delict. cap. 1. num. 35.*, Vincentius Franchus in *1. p. decis. 382.*, Fagundez *l. 8. cap. 50.*

NEGANT alii; sed debere iudicem eligere unum propinquiorem magis idoneum, Leg. si plures, ff. de accusat. et Leg. si vero, §. haec autem, ff. de his qui occiderunt, vel effuderunt. *Et docent Gomez* t. 3. variarum, tit. de delict. cap. 1. num. 35. *Vincentius Franchus in* 1. p. decis. 382. *Fagundez* l. 8. cap. 50.

Doubt III: On the mode of proceeding by inquisition

1 INQUISITION is the third mode of proceeding, distinct from accusation and denunciation, while the two former are often exercised separately; often also they are, as it were, the handmaids of the latter, since they follow it in order better to inquire into the crime: That this mode of proceeding is lawful no one skilled in canon law doubts, since various texts there plainly intimate it, *as C. qualiter et quando 2. de accusat. C. inquisit. eodem*, as P. Elizzus has it, *tract. 2. de modo proced. quaest. 1. num. 3.*, where he also gathers the authors. The reason is public security, upon which the Judge has undertaken the burden of providing, which he cannot discharge unless he also inquire into offenses; and when an end is enjoined upon anyone, the means of attaining that end are commanded to him.

INQUISITIO est tertius procedendi modus, ab accusatione et denunciatione distinctus, cum duae priores saepe seorsim exerceantur; saepe etiam sunt velut posterioris Pedissequae, cum ipsam sequantur ad melius inquirendum de crimine: Hunc procedendi modum licitum esse nullus Iuris canonici gnarus ambigit, cum variis ibi textibus aperte insinuetur, ut C. qualiter et quando 2. de accusat. C. inquisit. eodem, *ut habet P. Elizzus* tract. 2. de modo proced. quaest. 1. num. 3. *ubi authores etiam aggregat. Ratio est publica securitas, cui Iudex subiit onus prospiciendi, quod nequit praestare, nisi etiam de delictis inquirat, cum autem alicui iniungitur finis, mandantur ei media talem finem attingendi.*

2 FURTHERMORE, it falls to the Judge by a stronger right to inquire than to the Plaintiff to act; for that concerns more the substance of the judgment; but the laws command the Plaintiff to put forward an action, as P. Elizzus has it, *tract. 2. ubi supra;* and he proves it in *tract. 1. quaest. 10. num. 14.*

PRAETEREA potiori iure incumbit Iudici inquirere, quam Actori agere; illud enim magis respicit iudicii substantiam; sed iura mandant Actori, ut actionem obtendat, ut habet P. Elizzus tract. 2. ubi supra; *et probat* tract. 1. quaest. 10. num. 14.

3 Whether however it is lawful also by civil law or by custom in the secular court is disputed before the same Elizzus *num. 4.*; see him.

An vero etiam Iure civili, vel consuetudine sit in Curia saeculari licitus, controvertitur apud eundem Elizzum num. 4. *ipsum vide.*

4 From these, Inquisition is defined as a certain lawful investigation, which the Judge carries out ex officio, inquiring into some crimes, or into some offender laboring under the infamy of a crime, intending primarily his amendment. Thus Iodoc in *pract. crim. tit. de Inquis. cap. 8.*, Clar. *§. fin. quaest. 3.*, Farinac. *quaest. 1. num. 3.*, Rodriquez *Tract. de Ordinario, cap. 2.*; and it is plain from *C. qualiter, et quando, 2. de accusat.*

Ex his Inquisitio definitur legitima quaedam investigatio, quam Iudex ex officio efficit inquirens de aliquibus criminibus, aut de aliquo delinquente, infamia delicti laborante, emendationem illius primario intendens. Ita Iodoc in pract. crim. tit. de Inquis. cap. 8. *Clar.* §. fin. quaest. 3. *Farinac.* quaest. 1. num. 3. *Rodriquez* Tract. de Ordinario, cap. 2. *et patet ex* C. qualiter, et quando, 2. de accusat.

5 INQUISITION, moreover, is twofold. The first is general, in which, the offender being uncertain, it is generally inquired, who committed the offense? Particular is that which is done specially against some person.

> *DUPLEX est autem Inquisitio. Prima est generalis, qua, incerto delinquente, generaliter inquiritur, quis delictum commiserit? Particularis est, quae fit specialiter contra aliquam personam.*

6 A GENERAL, or most general, inquisition, of which in *C. perniciosa, de off. Ord.* and *C. Trident. sess. 7. cap. 7. et sess. 24. cap. 3.*, can be made in Visitations without preceding infamy, according to *cap. Romana, §. sane, de censibus in 6.* and *C. Trident. cap. 8. et 20. de reform. sess. 7.*; and Bonac. notes this, citing others, *de praeceptis decal. disp. 10. quaest. 2. p. 5.*, Fagundez *in octavum Praeceptum decal. lib. 8. cap. 46. num. 7.*, where he says it is the common view of the Doctors, except Alciato *cap. 1. de off. ordin. num. 5.*

> *INQUISITIO generalis, seu generalissima, de qua in* C. perniciosa, de off. Ord. *et* C. Trident. sess. 7. cap. 7. et sess. 24. cap. 3. *nulla praecedente infamia fieri potest in Visitationibus, iuxta* cap. Romana, §. sane, de censibus in 6. *et* C. Trident. cap. 8. et 20. de reform. sess. 7. *et notant Bonac. alios adducens* de praeceptis decal. disp. 10. quaest. 2. p. 5. *Fagundez* in octavum Praeceptum decal. lib. 8. cap. 46. num. 7. *ubi ait, esse communem Doctorum, excepto Alciato* cap. 1. de off. ordin. num. 5.

7 IN this inquisition, however, one cannot inquire about Peter or Titius; or whether he committed such or such an offense, but only, who offended in such a matter, or in such. Thus Rodriquez *tract. de ord. iudic. cap. 2.*, Sayrus *l. 12. cap. 10. num. 19.*, Angel. *v. Inquis. §. 1.*, Sylvest. *ibi, quaest. 4.*, Sotus *l. 1. de Iust. quaest. 6. art. 5. concl. 5. et relect. de reg. secreto, quaest. 6. membr. 2.*, Salon. *2. 2. quaest. 69. art. 12. controv. 6.*, Aragon. and Bannes *ibidem.*, Navar. *Man. Lat. cap. 18. num. 38.*, Valentia *disp. 5. quaest. 14. p. 1.*, Tanner. *disp. 4. quaest. 4. num. 74.* It is gathered expressly from *C. qualiter, et quando, dist. 2. and C. cum oporteat. And C. Inquisitionis, de accusat. and C. Heli, de simonia, and C. Deus omnipotens, dist. 2. quaest. 1.*

> *IN hac autem inquisitione non potest inquiri de Petro, vel Titio; vel an tale, vel tale delictum commiserit, sed solum, quis in tali re deliquerit, vel tali. Ita Rodriquez* tract. de ord. iudic. cap. 2. *Sayrus* l. 12. cap. 10. num. 19. *Angel.* v. Inquis. §. 1. *Sylvest.* ibi, quaest. 4. *Sotus* l. 1. de Iust. quaest. 6. art. 5. concl. 5. et relect. de reg. secreto, quaest. 6. membr. 2. *Salon.* 2. 2. quaest. 69. art. 12. controv. 6. *Aragon. et Bannes* ibidem. *Navar.* Man. Lat. cap. 18. num. 38. *Valentia* disp. 5. quaest. 14. p. 1. *Tanner.* disp. 4. quaest. 4. num. 74. *Colligitur expresse ex* C. qualiter, et quando, dist. 2. et C. cum oporteat. Et C. Inquisitionis, de accusat. et C. Heli, de simonia, et C. Deus omnipotens, dist. 2. quaest. 1.

8 IT IS PROVED by these authorities in Fagundez *num. 9.*, many from St. Bonaventure, from that *Genesis 18.*, where the Lord awaited the cry of the Pentapolitans, and soon says: *I will go down and see whether the cry that comes to me has been fulfilled in deed.*

> *PROBATUR ab istis apud Fagundez* num. 9. *multis authoritatibus ex D. Bonav. ex illo* Genesis 18. *ubi Dominus expectavit clamorem Pentapolitanorum, et mox ait:* Descendam, et videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint.

9 IT IS PROVED secondly by St. Bonaventure *ad 16. Lucae*, that parable of the steward who was defamed, because he had wasted the goods; for he is not called to singular examination before a clamorous defamation. For this reason, because he neglected his reputation, he merited to be called to question by severe inquisition.

PROBATUR secundo a D. Bonav. ad 16. Lucae, *illa parabola Villici, qui diffamatus est, quia bona dissipasset; non enim vocatur ad singulare examen ante clamorosam diffamationem. Ideo enim famam negligens meruit inquisitione severa ad quaestionem vocari.*

10 IT IS PROVED thirdly by St. Bonaventure in *Diaeta, tit. 10. cap. 3.*; for the Lord did not proceed to the inquisition of fratricide against Cain until he heard the voice of his brother's blood crying out and invoking the justice of God. The Pontiff relies on this testimony in the said *cap. qualiter, et quando.*

PROBATUR tertio a D. Bonav. in Diaeta, tit. 10. cap. 3. *nam Dominus non processit ad inquisitionem fratricidii contra Caïn, quo usque non audivit vocem sanguinis fratris eius clamantem, et invocantem iustitiam Dei. Hoc testimonio nititur Pontifex in dicto* cap. qualiter, et quando.

11 IT IS PROVED fourthly by St. Bonaventure *ad 3. Ioan.*, from the act of Christ, who tolerated Judas as long as he could hope for his amendment; and because the crime was still secret, he corrected him so as if between himself alone; for none of the disciples understood. The Pontiff determines the same, *C. si quis potestatem 23. quaest. 4.*, where it is said: *It is not for a judge to condemn without an accuser, as neither did Christ cast off Judas.*

PROBATUR quarto a D. Bonav. ad 3. Ioan. *ex facto Christi, qui quousque valuit habere emendationis Iudae, eum toleravit, et quia crimen adhuc erat secretum, ita eum correxit, ac si inter ipsum solum; nemo enim discipulorum intellexerit; id ipsum determinat Pontifex,* C. si quis potestatem 23. quaest. 4. *ubi dicitur:* Iudicis non est sine accusatore damnare, sicut nec Christus Iudam abiecit.

12 HENCE, although a Judge may know of an offense of his subject, of which there is no public judgment, nor clamorous intimation, or scattered rumor; but it is still altogether hidden; and he even knows that three or four witnesses know of it; he cannot inquire into it specially by the way of particular inquisition in order to punish him. Thus Innocent III declares expressly, *C. Inquisitionis de accusat. §. Tertia dubitatio ibi*: It does not suffice for inquiring specially against someone not defamed, even if two or three sworn witnesses, even greater by exception, assert that they saw the man commit that offense; and this is the practice of the whole world, as Farinac. testifies, *quaest. 9.*, and others cited by him. For an accuser is necessarily required to punish anyone, or clamorous intimation, and such indications as take the place of an accuser and virtually accuse, as the Fiscal and the promoter of justice, who is bound ex officio to accuse, and who even in conscience cannot accuse unless what he can prove, and unless sufficient indications precede. This truth Cajetan hands down, *2. 2. quaest. 69. art. 1. et 2.*, Sotus *relect. de teg. secr. membr. 2. quaest. 6.*, Navar. in *C. inter verba, 11. quaest. 3. concl. 6. coroll. 48. num. 579.*, Salon. *2. 2. quaest. 69. art. 2. controv. 6.*, Aragon. *quaest. 67. art. 3.*, Valentia *disput. 5. quaest. 14. p. 1.*, Sayrus *l. 12. cap. 10. num. 200.*, Rodriquez *de ord. iud. cap. 3. num. 4.*, Fagundez *l. 8. cap. 46. num. 10.*, Tanner. *loc. cit.*

HINC, quamvis Iudex delictum sui subditi agnoscat, de quo nullum est iudicium publicum, nec clamorosa insinuatio, vel sparsus rumor; sed adhuc est omnino occultum; et sciat etiam, tres, vel quatuor testes id scire; nequeat via inquisitionis particularis de illo specialiter inquirere, ut eum puniat. Sic expresse declarat Innocentius III. C. Inquisitionis de accusat. §. Tertia dubitatio ibi. Non sufficere ad inquirendum specialiter contra aliquem, non infamatum, etiamfi duo, vel tres testes iurati, etiam exceptione maiores, asserant, se vidisse hominem aliquem delictum illud commisisse: *Et haec totius mundi praxis, ut testatur Farinac.* quaest. 9. *et alii apud illum. Nam accusator necessario requiritur ad puniendum aliquem, vel clamorosa insinuatio, et talia indicia, quae vicem accusatoris subeant et virtualiter accusent, ut Fiscalis, et iustitiae promotor, qui ex officio tenetur accusare, qui etiam in conscientia non potest accusare, nisi id, quod potest probare, et nisi praecedant indicia sufficientia. Hanc veritatem tradit Caietanus*

2. 2. quaest. 69. art. 1. et 2. *Sotus* relect. de teg. secr. membr. 2. quaest. 6. *Navar. in* C. inter verba, 11. quaest. 3. concl. 6. coroll. 48. num. 579. *Salon.* 2. 2. quaest. 69. art. 2. controv. 6. *Aragon.* quaest. 67. art. 3. *Valentia* disput. 5. quaest. 14. p. 1. *Sayrus* l. 12. cap. 10. num. 200. *Rodriquez* de ord. iud. cap. 3. num. 4. *Fagundez* l. 8. cap. 46. num. 10. *Tanner.* loc. cit.

[13] BUT if a general inquisition is made into crimes, a particular one cannot be made about Peter or Paul, unless they labor under infamy, as Cajetan teaches, *2. 2. quaest. 69. art. 1. et 2.*, Sayrus *l. 12. cap. 10. num. 22.*, Salon. *2. 2. quaest. 69. art. 2. controv. 7.*, Sotus *de seg. secr. membr. 2. quaest. 6.*, Palud. 4. dist. 19., Adrian. quodl. 11., Aragon. ibi disp. 2., Ioannes ibi disp. 10., Valentia, and Tanner. with Rodriguez above.

QUOD si inquisitio fit generalis de sceleribus; non potest fieri particularis de Petro, vel Paulo, nisi laborent infamia, ut docent Caietanus 2. 2. quaest. 69. art. 1. et 2. *Sayrus* l. 12. cap. 10. num. 22. *Salon.* 2. 2. quaest. 69. art. 2. controv. 7. *Sotus* de seg. secr. membr. 2. quaest. 6. *Palud. 4. dist. 19. Adrian. quodl. 11. Aragon. ibi disp. 2. Ioannes ibi disp. 10. Valentia, et Tanner. cum Rodriguez supra.*

[14] *It is proved*, because one is presumed good while he does not labor under infamy; and therefore a grave injury is inflicted upon him by inquiring whether he is a wrongdoer.

Probatur*, quia praesumitur quis bonus, dum non laborat infamia; et ideo gravis ei iniuria infertur inquirendo, an sit facinorosus.*

[15] *And* the same follows, if some crime has been perpetrated, and Peter does not labor under infamy, one cannot inquire in particular whether he is the perpetrator. Thus the Doctors cited; suppose, for instance, that the corpse of the slain lies in the road. And this alone the Doctors cited wish, Cajet. and Adrian., as cited by Diana *p. 1. tract. 13. resol. 63.* Sotus alone refuses it. Yet one may inquire in genus: Who committed it? and hunt for indications; *for example*, who passed through there at that time? whether armed? whether in haste and fleeing? and from those indications proceed to the person who has begun to be defamed. Thus the Doctors commonly, Rodriq. *num. 5.*, Sayrus *num. 21.*, Sotus *de teg. secr. membr. 2. quaest. 6.*, Nauarrus *C. inter verba, concl. 6. correl. 46. num. 214.*, Corduba *Summa, quaest. 64. p. 1.*, Petrus Nauar. *l. 1. de restit. cap. 4. num. 154.*, Aragon. *loc. cit.*, Fagundez *num. 18.*, Malderus *2. 2. Tract. 6. cap. 1. disp. 119.*, Villalob. *Tom. 2. tract. 14. diff. 7.*, Valentia, and Diana *loc. cit.*, Bannes *2. 2. quaest. 70. art. 1. disp 2.*, Sà under the word Iudiciales actus §. *de modo procedendi*, Salonius *controv. 7.*, Tabiena, *v. Inquisitio, §. 8.*; and of this opinion was also St. Thomas, as Sylvester reports, *v. corrept. quaest. 8.* St. Bonaventure seems to think the same, *serm. 3. in decem praecepta*, where he teaches that this is to be observed as to substance, in the purgation which was made by oath by the nearer population, when a corpse was found whose killer was unknown, after inquiry had been made about the killer and he had not been found.

Quod *idem sequitur, si crimen aliquod sit patratum, et non laboret Petrus infamia, non potest inquiri in particulari: an ille sit patrator. Ita Doctores citati; puta si cadavet occisi sit in via. Et hoc solum volunt Doctores citati, Caiet. et Adrianus, adducti a Diana* p. 1. tract. 13. resol. 63. *Solus Sotus renuit; potest tamen inquirere in genere: Quis commiserit? et venari indicia;* verbi gratia*, quis eo tempore illuc transierit? an armatus? an praeceps, et fugiens? et ex illis inditiis ad personam, quae caepit infamari, procedere. Ita communiter Doctores, Rodriq.* num. 5. *Sayrus* num. 21. *Sotus* de teg. secr. membr. 2. quaest. 6. *Nauarrus* C. inter verba, concl. 6. correl. 46. num. 214. *Corduba* Summa, quaest. 64. p. 1. *Petrus Nauar.* l. 1. de restit. cap. 4. num. 154. *Aragon.* loc. cit. *Fagundez* num. 18. *Malderus* 2. 2. Tract. 6. cap. 1. disp. 119. *Villalob.* Tom. 2. tract. 14. diff. 7. *Valentia, et Diana* loc. cit. *Bannes* 2. 2. quaest. 70. art. 1. disp 2. *Sà verbo Iudiciales actus §.* de modo procedendi*, Salonius* controv. 7. *Tabiena,* v.

> Inquisitio, §. 8. *et huius opinionis fuit etiam D. Thom. ut refert Sylvester,* v. correpт. quaest. 8. *Idipsum videtur sentire D. Bonavent.* serm. 3. in decem praecepta*, ubi hoc observandum accinit, quoad substantiam, ad purgationem, quae iuramento fiebat a populo viciniori, invento cadavere, cuius interfector ignorabatur, postquam inquisitum esset de interfectore, et non fuisset inventus.*

16 BUT this has been introduced by custom, that in such a case one proceeds without an accuser; yet a custom, lawfully prescribed, can take away or limit positive law, *C. ult. de consuetudine, et Leg. de quibus, ff. de Legibus*; and Innocent says this is observed in the whole world in *C. Bona memoriae*, and the Canonists in *C. Inquisitionis*, and Diana *p. 2. Tract. 15. resol. 63.*, where he cites many.

> *Hoc autem consuetudine invectum est, ut sine accusatore in tali casu procedatur; potest autem consuetudo, legitime praescripta, tollere, vel limitare ius positivum* C. ult. de consuetudine, et Leg. de quibus, ff. de Legibus*, et hoc in toto mundo servari ait Innocentius in* C. Bona memoriae *et Canonistae in* C. Inquisitionis*, et Diana* p. 2. Tract. 15. resol. 63. *ubi multos adducit.*

17 Yet neither will the accused be bound at once to betray himself; for, although the Judge has the right of interrogating witnesses, he does not yet have the right of interrogating the accused, whether he is the one, except after it has been sufficiently proved, as I shall say in the following question.

> *Neque tamen illico tenebitur reus se prodere; quia, licet Iudex habeat ius interrogandi testes, non tamen habet ius interrogandi reum: an sit ipse, nisi postquam satis probatum sit, ut dicam quaestione sequenti.*

18 *But* if only one knows the Offender, he is not bound to betray him, as Sayrus notes, *l. 12. cap. 10. num. 26.*, Fagundez *num. 20.*; then, however, they say he is bound to confess, when there are several who know the crime.

> Quod *si unus tantum sciat Reum, non tenetur eum prodere, ut notant Sayrus* l. 12. cap. 10. num. 26. *Fagundez* num. 20. *tunc autem aiunt teneri confiteri, quando sunt plures, qui crimen sciunt.*

19 I add, that if someone is defamed of one crime and not of another, one may inquire only about that of which there is infamy.

> *Addo, quod si aliquis de uno crimine sit infamatus, et de alio non; potest inquiri de illo tantum, de quo est infamia.*

20 BUT here it is necessary to explain what it is to be defamed of some crime, or clamorously defamed. *Infamy is the frequent voice of good and honest men, which renders a man suspect of such a crime.* It is said, *the voice of good men*, to exclude rumor even among the wicked. It is said, *of such a crime*, so that it is implied that one cannot inquire about another. Thus Cajet. *2. 2. quaest. 69. art. 1.*, Sotus *l. de iust. quaest. 6. art. 2.*, Sayrus *l. 12. cap. 10. num. 12.* Whence Sotus rightly inveighs against magicians or soothsayers, who by diabolical art inquire into the crimes of others, and he sharply reproaches those judges who, from their utterances, inquire into something in particular against anyone. The same the Pontiffs gravely rebuke in St. Bonaventure, *in confessionali, cap. 3. particula 37. et 38.*; and against proceeding with such, he notes *ex dist. 26. quaest. 5. Non oportet, si quis Episcopus.*

> *Oportet autem hic explicare, quid sit esse infamatum de aliquo crimine, vel clamosose infamatum.* Infamia est frequens vox bonorum, et proborum hominum, quae hominem de tali crimine suspectum reddit. *Dicitur:* vox bonorum*, ut excludatur rumor etiam inter malos. Dicitur:* de tali crimine*, ut inferatur, non posse de alio inquiri. Ita Caiet.* 2. 2. quaest. 69. art. 1. *Sotus* l. de iust. quaest. 6. art. 2. *Sayrus* l. 12. cap. 10. num. 12. *Unde Sotus merito invehitur in Magos, sive Ariolos, qui arte diabolica inquirunt aliorum scelera, eosque iudices acriter reprehendit, qui, ex illorum dictis, aliqua in particulari contra aliquem inquirunt. Eosdem graviter Pontifices apud D. Bonau.* in

confessionali, cap. 3. particula 37. et 38. *increpant, et contra huiusmodi procedendum notat* ex dist. 26. quaest. 5. Non oportet, si quis Episcopus.

21 THIS infamy, however, Beia says, *casu 32.*, with the experts of both laws, must be proved by at least two witnesses, who depose that they heard it so publicly, or that it is so said everywhere, as Lessius also says, *cap. 29. dub. 16.*

Hanc vero infamiam ait Beia casu 32. *ex iuris utriusque peritis, esse probandam duobus saltem testimoniis, qui deponant, se ita publice audivisse, vel ita passim dici, ut ait etiam Less.* cap. 29. dub. 16.

22 The other conditions required for proving fame Delrius recounts, *l. 5. sect. 5.*, citing many jurists who say they never saw a process in which fame was proved by statute.

Alias conditiones, ad probandam famam requisitas, recenset Delrius l. 5. sect. 5. *referens Iuristas multos, dicentes, nunquam, se vidisse processum, in quo fama esset statis probata.*

23 The Doctors, however, labor in assigning a necessary number of men for proving infamy; the Canonists in *C. Inquisitionis, de accusat.* teach that the number of ten is necessary. See Tannerus, saying from the common view *num. 76.* that the greater part of the people or parish is required.

Laborant autem Doctores in assignando numero hominum ad convincendam infamiam necessario; Canonistae in C. Inquisitionis, de accusat. *docent, denarium numerum esse necessarium. Tannerum vide, ex communi dicentem* num. 76. *requiri maiorem partem populi, vel parochiae.*

24 Truly nothing is defined by law, as Sotus notes, *l. 3. de Iustitia, quaest. 6. art. 2. concl. 6. et relect. de teg. secr. membr. 2. quaest. 6. disp. 3.*, Sayrus *l. 12. cap. 10. num. 13.*, Salon. *2. 2. quaest. 69. art. 2. controv. 1.*, Fagundez *l. 8. cap. 46. num. 26.* Thus it is left to the judgment of the prudent man. Clamorous intimation is the voice of the people, or public rumor among many about such a crime outside of court, as Baffaeus says, *v. Indicium publ. num. 4.*

Verum nihil de iure definitum est, ut advertunt Sotus l. 3. de Iustitia, quaest. 6. art. 2. concl. 6. et relect. de teg. secr. membr. 2. quaest. 6. disp. 3. *Sayrus* l. 12. cap. 10. num. 13. *Salon.* 2. 2. quaest. 69. art. 2. controv. 1. *Fagundez* l. 8. cap. 46. num. 26. *Ita relinquitur iudicio prudentis. Clamorosa insinuatio est vox populi, vel publicus rumor inter multos de tali crimine extra iudicium, ut ait Baffaeus,* v. Indicium publ. num. 4.

25 As to the indications, or circumstances, they must gravely indicate the fact, as St. Thomas notes, *quaest. 69. art. 2.*, Cajetan, and Salon. there, Sotus *l. 5. de Iustitia, quaest. 6. art. 2.*, Valentia *disp. 5. quaest. 13. p. 2.*, Sayrus *l. 12. cap. 10. num. 13.*; such as, if one is found naked in bed with a naked woman, they gravely indicate the crime of fornication. If someone is caught with a drawn, bloodstained sword beside the slain, and the like, they indicate homicide.

Quoad indicia, vel circumstantias, debent graviter indicare factum, ut notant D. Thom. quaest. 69. art. 2. *Caietanus, et Salon. ibi, Sotus* l. 5. de Iustitia, quaest. 6. art. 2. *Valentia* disp. 5. quaest. 13. p. 2. *Sayrus* l. 12. cap. 10. num. 13. *qualia sunt, si in lecto nudus cum nuda inveniatur, crimen fornicationis graviter indicant. Si quis districto ense cruentato iuxta occisum deprehenditur, et similia; homicidium indicant.*

26 Now if one begins to name someone as guilty of an offense, that naming will open the way to inquiring specially against the one named, that is, to taking against him other informations: Thus Farinac. *quaest. 1. num. 49.*, Innocent. above, who says the whole world observes this by custom, Bart. in *Leg. 2. §. si publico, num. 9. ff. de adult.*, Baldus in *Leg. edita Cod. de eden.* and others cited by Clatus, *§.*

fin. quaest. 5., Aretin. in *C. cum oportet, num. 44. de accusat.* and Nauar. *rubric. de Iudice, post numerum 88.*, where he says the opinion of Innocent has been received in theory and practice: Thus also Tannet *num. 79.*, Lessius *cap. 89. disp. 15. numero 124.*

> *Iam vero si unus incipiat nominare aliquem, ut reum delicti, ista nominatio viam aperiet ad inquirendum specialiter contra nominatum, idest ad assumendum contra eum alias informationes: Ita Farinac.* quaest. 1. num. 49. *Innocent. supra, qui ait, hoc de consuetudine servare totum mundum, Bart. in* Leg. 2. §. si publico, num. 9. ff. de adult. *Baldus in* Leg. edita Cod. de eden. et alii apud Clatum, §. fin. quaest. 5. *Aretin. in* C. cum oportet, num. 44. de accusat. *et Nauar.* rubric. de Iudice, post numerum 88. *ubi ait, opinionem Innocentii in Theorica, et praxi receptam esse: Ita etiam Tannet* num. 79. *Lessius* cap. 89. disp. 15. numero 124.

27 Yet Philippus de Bictis notes, *quaest. 11. primum testem*, that the one who names the offender is held as a denunciator, with Deciano *resp. 93. num. 125.*; therefore, since the denunciator does not prove, and against Judges acting to the contrary Dettas exclaims, *conf. 251. n. 103.*, and Guez follows, *defens. 29. cap. 2. num. 18.*

> *Notat vero Philippus de Bictis* quaest. 11. primum testem*, qui nominat delinquentem, haberi pro denunciante, cum Deciano* resp. 93. num. 125. *ideo, ut denunciator non probat, ac contra Iudices oppositum facientes exclamat Dettas* conf. 251. n. 103. *et sequitur Guez* defens. 29. cap. 2. num. 18.

28 Bictis adds, that if someone, juridically interrogated, unduly reveals a hidden author, the judge may nevertheless proceed to a special inquisition against the one detected, according to Nauar. *rubr. de ind. num. 87.*; Franciscus Arretinus does not object, in *pract. cap. 13.*, nor Less. *de iustitia, et iure lib. 2. cap. 29. dub. 15.*, where against Sotus he holds that the judge not only may, but is bound to proceed; Thomas a Iesu and Lezana concur, *tract. 1. cap. 27. num. 4.* The reason is, because the Judge uses his own right, since the crime is already public, even though impiously detected; provided, however, that the informer is not the cause of that impiety.

> *Addit Bictus, quod si quis interrogatus iuridice detegat indebite occultum auctorem, poterit tamen iudex ad inquisitionem specialem contra detectum procedere, secundum Nauar.* rubr. de ind. num. 87. *non obstat Franciscus Arretinus in* pract. cap. 13. *et Less.* de iustitia, et iure lib. 2. cap. 29. dub. 15. *ubi contra Sotum tenet, non modo posse, sed teneri procedere; subsistunt Thomas a Iesu, et Lezana* tract. 1. cap. 27. num. 4. *Ratio est, quia Iudex utitur iure suo; cum iam crimen sit publicum, esto impie detectum; si tamen index non est causa illius impietatis.*

29 Yet this opinion is false, as Bouerius notes in *Direct. p. 2. cap. 4. v. 3.*, who with Soto, Navarro, and Sayrus judges it better, in the proposed case, to abstain from proceeding.

> *Attamen haec opinio est falsa, ut notat Bouerius in* Direct. p. 2. cap. 4. v. 3. *qui cum Soto, Nauarro, et Sayro existimat, melius esse in proposito casu abstinere a procedendo.*

30 Hence I wish to examine the doctrine of Tannerus *disp. 4. quaest. 4. num. 73.* in the way of judicial denunciation; when no witness is produced, a general inquisition indeed can be instituted; but neither the Accused, nor others about the Accused, can be interrogated specifically, unless perhaps in place of an accusation there occur indications, or infamy, or something similar; but it is otherwise, he says, when one proceeds by the way of fraternal enunciation, for then, indeed, it suffices that the denouncer [act], and he brings in Valentia quaest. 13 p. 2., where he nevertheless says that regard must be had to the estimation owed to the brother.

Hinc libet examinare doctrinam Tanneri disp. 4. quaest. 4. num. 73. *in via Iudiciae denunciationis; quando nullus testis est productus, institui quidem posse generalem inquisitionem; sed neque Reum, vel alios de Reo speciatim interrogari posse, nisi forte loco accusationis fationis indicia, vel infamia, vel quid simile occurrat; at secus esse, ait, dum proceditur via enunciationis fraternae, tunc nempe sat esse denunciantem, et adducit Valentiam quaest. 13 p. 2. ubi tamen aestimationis fratri debitae rationem habendam ait.*

31 This last doctrine is certainly to be moderated with this caution, because even in a paternal inquisition a stain can be brought upon the fame and good estimation of the one about whom the inquiry is made.

Haec ultima doctrina hac sane cautione est moderanda, quia etiam in paterna inquisitione potest macula inferri famae, et bonae existimationi eius, de quo inquiritur.

32 HE ADDS at num. 81. that the practice of judges is to be approved, who proceed from denunciation to seeking indications, so as thus to form the libel of inquisition; and he thinks Lessius holds that infamy precedes, which from the common teaching of the Theologians is necessary, and from the canons; but this with Navarro in rubr. de Indiciis, num. 66., I think is false. For what infamy precedes here? They fear perhaps lest crimes remain unpunished; but let them be punished by the proper means.

ADDIT etiam num. 81. approbandam praxim iudicum, qui ex denunciatione procedunt ad quaerenda indicia, ut sic forment libellum inquisitionis, et putat Lessius, sic praecedere infamiam, quae ex communi Theologorum est necessaria, et ex canonibus, sed hoc cum Nauarro in rubr. de Indiciis, num. 66. falsum esse reor. Quae enim infamia hic praecedit? Timent forsan ne scelera impunita maneant; sed puniantur debitis modis.

33 THIS indeed I affirm with Tannerus: that a Judge, on account of a denunciation made to him not as Judge but as a private person, cannot proceed to a special inquisition; otherwise the whole process is null by law, as Clarus quaest. 5. num. 4. and Less. dub. 15. n. 136. also teach; for it can tend only to a general inquisition, as Tannerus notes, num. 84., with Cajetan and Salonius.

Hoc sane etiam cum Tannero affirmo, Iudicem ob delationem sibi, non ut Iudici, sed ut privato factam, non posse ad specialem inquisitionem procedere; alioqui totus processus est iure nullus, ut docent etiam Clarus quaest. 5. num. 4. Less. dub. 15. n. 136. solum enim ad generalem inquisitionem tendere potest, ut notat Tannerus num. 84. cum Caetano, et Salonio.

34 THIS, as a crown, is to be gravely noted, and underlies every inquisition, namely the body of the crime, without whose notice the Judge cannot proceed. Thus all the Doctors exclaim, in Farinac. quaest. 2. num. 1. and Clarus §. fin. quaest. 4., who at quaest. 66. says: *If the body of the crime is not established, the Accused cannot be condemned, even if he were convicted. Nay, neither can he be tortured, Leg. 1. §. Item illud, ff. ad Sillan. Nay, neither can the Accused be examined, as the Doctors say in Farinac. quaest. 2. Nor can he be seized, as Marsil. Bossius and others testify in the same Farinacius, among whom Bonacos attests it is of the common teaching of the Doctors; and if a Cleric is seized while the body of the crime is not established, the Judge is excommunicated, as Farinac. notes there after Ioan. Andr. and Cornerus, who attests it is common. Nor can one inquire specially against the Accused. Farinac. quaest. 7. per Leg. necessario, §. 1. ff. ad Sillan., and many other laws, citing Baldus, Angelus, Marsilius, Boss. and others, and he says it is common.* Finally, unless the offense is established, the Judge ought neither to inquire generally nor proceed to any act. Thus Clar. quaest. 4., Bouër. p. 2. cap. 7. §. primo modo, who cites many Doctors.

Hoc pro coronide graviter notandum, quod omni inquisitioni supponitur, nempe corpus delicti, sine cuius notitia non potest Iudex procedere. Ita omnes Doctores exclamant apud Farinac. quaest. 2. num. 1. et Clarum §. fin. quaest. 4. qui quaest. 66. ait: Si non constat de corpore delicti, non posse condemnari Reum, etiamsi esset convictus. Imo neque potest torqueri Leg. 1. §. Item illud, ff. ad Sillan. Imo neque potest examinari Reus, ut dicunt Doctores apud Farinac. quaest. 2. Neque potest capi, ut testantur apud eundem Farinacium Marsil. Bossius et alii, inter quos Bonacos testatur de communi Doctorum; et si capiatur Clericus, dum non constat de corpore delicti, Iudex est excommunicatus, ut notat Farinac. ibi post Ioan. Andr. et Cornerum, qui testatur, esse communem. Neque potest contra Reum specialiter inquiri. Farinac. quaest. 7. per Leg. necessario, §. 1. ff. ad Sillan. et plura alia iura, citans Baldum, Angelum, Marsilium, Boss. et alios, et ait, esse communem. *Tandem nisi constet de delicto, nec generaliter inquirere, nec ad aliquem actum procedere debet Iudex. Ita Clar. quaest. 4. Bouër. p. 2. cap. 7. §. primo modo, qui citat multos Doctores.*

35 THE REASON of these things is, because where the Law disposes about some matter, that matter must first be established, *Leg. Decime, ff. de testam. milit.*; and he who wishes to prove a quality must first prove the substance in which that quality is founded, *Gloss. in Leg. si arbiter, ff. de probat.*

RATIO horum est, quia ubi Lex disponit de aliqua re, debet prius de ea re constare, Leg. Decime, ff. de testam. milit. *et qui vult probare qualitatem, debet prius probare substantiam, in qua illa qualitas fundatur,* Gloss. in Leg. si arbiter, ff. de probat.

36 NOR must only the body of the crime be established, say a homicide; but also its qualities; and therefore the universal practice is that the Judge go, or send a notary, to visit the corpse of the slain, and reduce to the acts how many blows or wounds it has, by stabbing or cutting, and in what part of the body it has them, and the like. See Clarus quaest. 4., Farinacius quaest. 2.

NEQUE solum debet constare de corpore delicti, puta homicidio; sed etiam de illius qualitatibus; et ideo praxis universalis est, ut Iudex vadat, vel mittat notarium ad visitandum cadaver occisi, et in actis redigat, quot habeat percussiones, seu vulnera punctim, seu caesim, et in qua parte corporis ea habeat, et similia. Vide Clarum quaest. 4. Farinacium quaest. 2.

37 THE corpse must also be recognized by witnesses, if possible. This, however, it does not compel, if the corpse is proved to have been burned or cast into the sea, as Baiard. says, quaest. 4. ad Clarum, citing very many. See Biotus quaest. 12.

DEBET etiam cadaver cognosci per testes, si potest. Hoc tamen non cogit, si cadaver probetur combustum, vel iactum in mare, ut ait Baiard. quaest. 4. ad Clarum, plurimos adducens. Vide Biotum quaest. 12.

38 AFTER the body of the crime has been established, the Judge is bound to pursue the cause diligently, and if he neglects it he can be punished, Clar. quaest. 4., Bursat. and Guaz. tract. ad defens. cap. 1. num. 22. defens. 4., Baiard. ad Clarum quaest. 66. num. 7.; and St. Bonaventure presses this gravely, *in speculo animae, cap. 2. et in Apolog. Min. quaest. 2.*

POSTQUAM vero constiterit de corpore delicti, tenetur Iudex causam diligenter prosequi, et si neglexerit, puniri potest, Clar. quaest. 4. Bursat. et Guaz. tract. ad defens. cap. 1. num. 22. defens. 4. Baiard. ad Clarum quaest. 66. num. 7. et graviter premit S. Bonaventura in speculo animae, cap. 2. et in Apolog. Min. quaest. 2.

SECUNDA sententia est, infamare praecise seipsum non esse mortale. Ita D. Thom. 2. 2. quaest. 57. art. IV. et quaest. 58. art. II. Couar. lib. I. var. cap. II. Toletan. lib II. de restit. cap. IV. part. 2. lib. I. num. 123. et part. 3. disp. I. num. 366. Molina tract. IV. disp. 37. Lessius lib. II. cap. XI. disp. 6. Maldet. tract. VII. cap. I. disp. 10. Sayrus lib. XI. cap. III. num. 33. Filliucius tom. II. tract. 40. cap. IV. n. 123. Tolet. lib. V.

cap. 66. Sotus lib. V. quaest. X. art. II. Navar. sum. cap. XVIII. Adrian. in IV. de restit. famae, q. 35. Fagundez in VIII. praeceptum, lib. VIII. cap. VIII.

[3] *The SERAPHIC Doctor seems to me constant for the first opinion, lib. IV Pharetrae, cap. 47., where he shows the necessity of good fame from the Fathers.*

SERAPHICUS Doctor videtur mihi constans pro prima sententia, lib. IV Pharetrae, cap. 47. ubi necessitatem bonae famae ex Patribus ostendit.

[4] St. GREGORY in the Register, *lib. VII. Ind. II. cap. II., says: Whatever can weigh down either your opinion or your soul, refuse it altogether, and consent to commit yourself to it by no one's persuasion. The same, lib. XXVI. moral. cap. 23.: He tortures the just when his [honor] is wounded, exalts the wicked: but while he tortures the just, he purifies them.*

D. GREGORIUS in Registro, lib. VII. Ind. II. cap. II. ait: Quidquid gravare potest, aut opinionem tuam, aut animam, omnino refugias, et te committere illud, nullius suasione, consentias. Idem lib. XXVI. moral. cap. 23. Laeso sua iustos cruciat, iniquos exaltat: sed iustos dum cruciat, purgat.

[5] St. AUGUSTINE, de moribus, et vita clerici *serm 53.: With the help of the Lord our God we ought to guard both our life and our reputation, so that those who praise us do not blush before detractors. And de bono viduitatis, cap. XXII.: In all the spiritual delights which the unmarried enjoy, their holy conversation must also be cautious, lest perhaps, although their life is not evil through wantonness, their reputation be evil through negligence.*

S. AUGUSTINUS de moribus, et vita clerici serm 53. Nos adiuvante Domino Deo nostro, et vitam nostram, et famam sic custodire debemus, ut non erubescat detractoribus laudatores. Et de bono viduitatis, cap. XXII. In omnibus spiritualibus deliciis, quibus fruuntur innuptae, sancta earum conversatio cauta etiam debet esse, ne forte cum mala vita non sit per lasciviam, mala sit fama per negligentiam.

[6] And a little later: *Our life is necessary to us; our fame to others, and whatever we mercifully minister to others for salvation, redounds also to our own utility.*

Et paulo post: Nobis est necessaria vita nostra; aliis fama nostra, et quaeque quod aliis ministramus misericorditer ad salutem, ad nostram quoque redundat utilitatem.

[7] *See also what is related in C. Noli, 12. quaest. 1.: He who, trusting in his conscience, neglects his reputation, is cruel. And l. 1. de civit. cap. 10.: No less guilty is he who admits a false crime about himself than if about his neighbor.*

Videatur etiam relatus in C. Noli, 12. quaest. 1. Qui confidens conscientia, negligit famam, crudelis est. Et l. 1. de civit. cap. 10. Non minus reus est, qui de seipso falsum crimen fatetur, quam si de proximo.

[8] *St. Jerome, epist. 2. ad Nepotianum: Beware of all suspicions, and whatever can probably be feigned, avoid beforehand that it not be feigned. And epist. 11. ad Agetuch.: Flee persons in whom there can be suspicion of evil conversation: nor have ready that saying of the street-corner. My conscience suffices me: I care not what men say of me. And certainly the Apostle provided good things not only before God, but also before men, lest through him the name of God be blasphemed among the nations.*

D. Hieronymus epist. 2. ad Nepotianum: Caveto omnes suspiciones, et quidquid probabiliter fingi potest, ne fingatur, ante devita. Et epist. 11. ad Agetuch. Fuge personas, in quibus potest malae conversationis esse suspicio: nec paratum habeas illud de trivio. Sufficit mihi conscientia mea: non curo,

quid de me loquantur homines. Et certe Apostolus providebat bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus, ne per illum nomen Dei blasphemaretur in gentibus.

9 *And epist. 9. ad Salvian.: The fame of chastity in women is a tender thing, like a most beautiful flower, which quickly withers in a light breeze and is corrupted by a light gust.*

Et epist. 9. ad Salvian. Tenera res in foeminis fama pudicitiae, est quasi flos pulcherrimus, cito ad levem marcescit auram, levique flatu corrumpitur.

10 *St. Bernard, serm. 46. in Cant.: They who are placed over others must be strong and constant, who, spreading everywhere the good odor of their faith and conversation, can say with the Apostle: We are the good odor of Christ to God in every place.*

D. Bernardus serm. 46. in Cant. Validos, et constantes necesse est esse eos, qui super alios ordinantur, qui et bonum fidei suae, et conversationis ubique odorem spargentes, dicere cum Apostolo possint: Christi bonus odor sumus Deo in omni loco.

11 *And in sermon 71.: Virtue indeed will be joined with the whiteness of conscience, where the odor of fame cannot follow it; nor will it suffice to excuse the blemish of a discolored conscience; yet a man of good virtue will always provide, as far as in him lies, not only before God, but also before men.*

Et sermone 71. Erit quidem virtus comexta candore conscientiae, ubi sequi non poterit odor famae, nec excusare sufficiet vitium conscientiae decoloris, providebit tamen semper, quantum in se est, homo virtutis bona, non tantum coram Deo, sed coram hominibus.

12 *And de considet. l. 3.: It concerns your perfection to avoid both evil things and equally evil appearances: in the one you consult your conscience; in the other, your fame. Be strong in faith, comely in glory, and you have proved yourself an imitator of God. Your strength is the faith of your conscience: and your comeliness is the splendor of good opinion. Such is St. Bernard.*

Et de considet. l. 3. Interest tuae perfectionis, et malas res, et malas pariter species devitare: in altero conscientiae; in altero famae consulis. Esto fortis in fide, decorus in gloria, et probasti te imitatorem Dei. Fortitudo tua fides conscientiae est: Et decor tuus splendor bonae opinionis est. Haec D. Bernardus.

13 Nor indeed are these simple admonitions, as Fagundez thinks, num. 4., but precepts for guarding against grave evils. Indeed, from this an occasion of scandal is given, a way is opened to sins, when a man of good reputation is heard to fall most disgracefully; but the rules must be taken from what usually follows. Usually also fame is necessary, as in a Father of a family, a Lord, a Pastor, etc.; usually it redounds to others, as to a family. Therefore the adversaries are forced to give many exceptions.

Neque vero sunt hae simplices admonitiones, ut putat Fagundez num. 4. sed praecepta ad mala gravia cavenda. Sane hinc datur occasio scandali, aperitur via peccatis, dum vir bonae famae turpissime labi auditur; ab eo autem, quod plerumque sequitur sumendae sunt regulae. Plerumque etiam necessaria est fama, ut in Patrefamilias, Domino, Pastore, etc. plerumque redundat in alios, ut in familiam. Ideo multas coguntur adversarii dare exceptiones.

14 *They object.* Everyone is the Lord of his own reputation, as of his own goods.

Obiiciunt. *Unusquisque est Dominus propriae famae, sicuti et suarum opum.*

15 *It is answered with St. Bonaventure in the Speculum animae, cap. 1., by denying the parity; for, as is said in Proverbs 28., reputation is of a higher order.*

Respondetur cum D. Bonavent. in speculo animae, cap. 1. negando paritatem; nam, ut dicitur Proverb. 28. fama est ordinis superioris.

16 *They object secondly that of Matth. 23., where we are commanded not to seek the first places.*

Obiiciunt secundo id Matth. 23. ubi iubemur non appetere prima loca.

17 *I answer; It is one thing not to seek the first places, and another to defame oneself, as the holy Doctor deduces from the authorities cited.*

Respondeo; Diversum esse non appetere prima loca, et se infamare, ut ex authoritatibus allatis deducit S. Doctor.

18 *They ask here: Whether, in order to avoid tortures, someone can confess a grave crime that is false and imposed upon us, which they wish to extort by torments.*

Quaerunt hic: An ad vitandas torturas possit aliquis confiteri grave crimen falsum, nobis impositum, quod vellent tormentis extorquere.

19 Many say many things at Fagundez *l. 8. cap. 9., and Tanner num. 149.*

Multi multa dicunt apud Fagundez l. 8. cap. 9. et Tannernum num. 149.

20 First I say, that one cannot impose a false crime upon oneself. Cajet., *2. 2. quaest. 73. art. 2.*; Armill. and Sylvester, *v. detract. num. 4.*; St. Antonin., *3. p. tit. 8. cap. 4. §. 1.*; Valencia, *disp. 5. quaest. 17. punct. 2.* The same judge those who teach that he who has imposed a false crime upon himself is bound to retract it in the place of execution. Thus the Abbot, *in cap. ex parte 2. num. 2. de sepulturis.*; Felin., *C. causam, num 7.*; Archid., *2. p. tit. 11. cap. 21. §. 3.*; Socin., *in repetit. C. Ad audientiam*; Sanches, Tom. 1. Decal. l. 3. cap. 7. num. 12.

Primo dico, non posse sibi crimen falsum imponere, Caiet. 2. 2. quaest. 73. art. 2. *Armill. et Sylvest.* v. detract. num. 4. *D. Antonin.* 3. p. tit. 8. cap. 4. §. 1. *Valentia* disp. 5. quaest. 17. punct. 2. *Idem censent, qui docent, teneri eum, qui sibi crimen falsum imposuit, in loco supplicii retractare. Ita Abbas* in cap. ex parte 2. num. 2. de sepulturis. *Felin.* C. causam, num 7. *Archid.* 2. p. tit. 11. cap. 21. §. 3. *Socin.* in repetit. C. Ad audientiam, Sanches Tom. 1. Decal. l. 3. cap. 7. num. 12.

21 *It is proved, because no one is the Lord of his own life.*

Probatur, quia nullus est Dominus suae vitae.

22 *Wherefore the opinion of Fagundez does not seem proven to me, num 2., who cites other Doctors, num. 9.; nor that of Tanner, who cites Valencia, Soto, Navarrus, and Lessius for the opposite opinion, which he subscribes to, holding that one can impose upon oneself a false defaming crime.*

Quare mihi non probatur opinio Fagundez num 2. qui alios num. 9. Doctores allegat; neque Tanneri, qui citat Valentiam, Sotum, Navarrum, et Lessium pro sententia opposita, cui subscribit tenens, posse sibi falsum infamans imponere.

23 *He asks also in cap. 10.: Whether a man, in dispensations that are sought from the Supreme Pontiff, is bound to defame himself by manifesting an occult coupling with an affine or blood-relative.*

Quaerit etiam cap. 10. Virum in dispensationibus, quae petuntur a Summo Pontifice, teneatur quis se infamare, manifestando copulam occultam cum affine, vel consanguinea.

[24] *He answers that nowhere in the law is there a precept of explaining such a coupling and defaming oneself; but it is more probable that one is bound by the decree of the Congregation of the most Eminent Cardinals upon the Council of Trent, sess. 24. cap. 5., and this is the style of the Roman curia; for the style of the curia makes law, C. in causis, C. ex litteris de constitut., and C. quam gravi de crimine falsi. And for this he reports many Doctors. Mascard. vol. 3. de probat. consil. 1312. num. 21.*

> Respondet, nullibi in iure haberi praeceptum explicandi talem copulam, seque infamandi; sed probabilius est, teneri decreto Congregationis Eminentiss. Cardin. super Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 5. et iste est Romanae curiae stylus; stylus enim curiae facit legem, C. in causis, C. ex litteris de constitut. et C. quam gravi de crimine falsi. Et pro hoc plures refert Doctores Mascard. vol. 3. de probat. consil. 1312. num. 21.

Disputation XXXV: On Whispering, Mockery, and Cursing

1 To Contumely and Detraction, of which we have spoken, are akin Whispering, Mockery, and Cursing; all of these are most hostile to Charity; and they inflict no small loss upon our neighbor: while the first forces him to part from a friend; the second suffuses him with shame; the third, finally, imprecates evil upon him. These three I shall treat in as many questions.

> *Contumeliae, et Detractioni, de quibus dictum est, affines sunt Susurratio, Irrisio, et Maledictio; Charitati hae omnes sunt infensissimae; et Proximo non mediocre damnum inferunt; dum vel prima eum ab amico cogit discedere; vel secunda pudore suffundit; vel tertia denique malum ei imprecatur. Has tres totidem quaestionibus absolvam.*

Question I: On the malice of whispering

1 *The Whisperer is also called two-tongued (bilinguis), since he subverts his neighbors on both sides by whisperings, as it were with two tongues: Of this Ecclesiasticus 28.: The whisperer and the two-tongued is cursed; for he will trouble many who were at peace.*

> Susurro dicitur etiam bilinguis, quippe qui proximos utrinque susurrationibus, quasi duabus linguis subvertat: De hoc Eccles. 28. Susurro, et bilinguis maledictus; multos enim turbabit, pacem habentes.

2 *Whispering (susurratio) is occult detraction against one's neighbor, by which discord could arise among friends.* Thus it is taken from St. Thomas, *art. 1.*; Valencia, *disput. 5. quaest. 18.*; Soto, *l. 5. de Iust. quaest. 11. art. 3.*; Sayrus, *l. 12. cap. 5.*; Filliucius, *Tomo 2. tract. 40. cap. 5. num. 135.*; Fagundez, *l. 8. cap. 12.*. Most excellently the holy Doctor in the *Opusc. explicatio sermonum* Theology penetrates the formal element of whispering-detraction, defining it thus: *Whispering is the will of speaking, sowing discords among brothers.*

> Susurratio est occulta obloquutio contra proximum, qua possit oriti discordia inter amicos. *Ita sumitur ex D. Thom.* art. 1. *Valentia* disput. 5. quaest. 18. *Sotos* l. 5. de Iust. quaest. 11. art. 3. *Sayrus* l. 12. cap. 5. *Filliuc.* Tomo 2. tract. 40. cap. 5. num. 135. *Fagundez* l. 8. cap. 12. *Optime S. Doct. in* Opusc. explicatio sermonum *Theologia penetrat formale detractionis susurratoriae, sic eam definiens:* Susurratio est voluntas loquendi, seminans discordias inter fratres.

3 That formal whispering is a mortal sin the holy Doctor proves in the *Speculum animae, cap. 1. §. Machinatio, at the end*, from that Proverb 6.: *Six are the things which the Lord hates, and the seventh his soul detests. He who sows discords among brothers.*

> *Esse autem peccatum mortale formalem Susurrationem probat S. Doctor in* speculo animae, cap. 1. §. Machinatio ad finem, ex illo Proverb. 6. Sex sunt, quae odit Dominus, et septimum detestatur anima eius. Qui seminat discordias inter fratres.

4 That it is worse than theft, detraction, and contumely is proved by Tanner, *disp. 4. quaest. 8. num. 152.*, from St. Bonaventure, *serm. 10. de Apostolis*, and St. Thomas, *quaest. 74. art. 1.*, from that Ecclesiasticus 6.: *There is no comparison with a faithful friend, nor a weighing of gold worthy [of him], nor of silver, that could resist the goodness of his fidelity.* Hence this argument is drawn. A sin is the worse, the greater a good it takes away: but whispering takes away a greater good than theft, detraction, or contumely: Therefore. The minor is proved, for it takes away friendship, a most precious good above riches, reputation, and honor: Therefore also the vice destructive of friendship is the worst. The minor is proved secondly from St. Bonaventure, *serm. 9. de Sanctis Apostolis*: That is always better

which is more like the better, from Aristotle 3. *Top. cap. 2. loco 32., and l. 2. de caelo text. 66.* But Christian friendship makes one like God in an exquisite manner; whence *John 15.: In this shall they know that you are my disciples, if you have love one for another.*

Esse autem peiorem furto, detractione, et contumelia, probatur a Tannero disp. 4. quaest. 8. num. 152. *ex D. Bonau.* serm. 10. de Apostolis, *et D. Thom.* quaest. 74. art. 1. *ex illo* Eccles. 6. Amico fideli nulla est comparatio, nec auri digna ponderatio, nec argenti, qua possit resistere contra bonitatem fidei illius. *Hinc eruitur argumentum. Tanto peius est peccatum, quanto maius aufert bonum: Sed susurratio tollit maius bonum, quam furtum, detractio, vel contumelia: Ergo. Minor probatur, nam tollit amicitiam pretiosissimum bonum super diuitias, famam, et honorem: Ergo et vitium amicitiae destructiuum, est pessimum. Probatur secundo Minor a D. Bonau.* serm. 9. de Sanctis Apostolis *Id semper est melius, quod meliori similius ex Aristotele 3.* Top. cap. 2. loco 32. et l. 2. de caelo text. 66. *Sed amicitia Christiana facit similem Deo, modo exquisito; unde* Ioan. 15. In hoc cognoscent quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.

5 The minor is PROVED thirdly from St. Bonaventure, *ibid.*: The end is nobler than the things that are toward the end; but CHARITY is the end of human life: Therefore it is nobler than fame, honor, and riches, which are only means. St. Thomas confirms it with the Scriptures gathered together, *Rom. 13.: Owe nothing to anyone, except that you love one another; Therefore the fullness of the law is love. Psalm 81.: I have said: You are gods, and sons of the Most High.* St. John always insisted: *Little children, love one another, and if this be done, it suffices.*; many excellent things he adds also in the *sermon on Saints Philip and James.* The same he repeats on *Luke 11.: Which of you has a friend.*

PROBATUR tertio Minor a D. Bonau. ibi. *Finis est nobilior his, quae ad finem; sed Charitas est finis vitae humanae: Ergo nobilior fama, honore, et diuitiis, quae sunt media tantum. Id confirmat S. Doctor aggregatis Scripturis,* Rom. 13. Nemini quidquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis; Plenitudo ergo legis est dilectio. Psalm. 81. Ego dixi Dii estis, et filii excelsi. *D. Ioannes semper instabat:* Filioli diligite alterutrum, et si hoc fiat, sufficit. *praeclara multa addit etiam* serm. de Sanctis Philippo, et Iacobo. *Eadem refricat ad id* Lucae 11. Quis habet amicum.

6 In the first sermon on St. Bartholomew he adduces the saying of Tully in the Laelius de amicitia, and of Valerius Maximus, *l. 4. cap. 7.*, who say that friendship is to be preferred to kinship, and Tully concludes: *Friendship is to be preferred to all human things.*

SERMONE primo de S. Bartholomaeo, affert dictum Tullii in Lelio de amicitia, et Valerii maximi l. 4. cap. 7. *dicentium, amicitiam propinquitati praeferri, et concludit Tullius:* Omnibus rebus humanis amicitia praeferenda.

7 See the holy Doctor also in *collation 18. on cap. 3. of John.*

Vide S. Doctorem etiam collatione 18. in cap. 3. Ioannis.

8 He shows THE SAME on *Luke 16. in these words: I know what I shall do*, where the steward preferred friends to riches, because a friend is the light of life, he is a treasure. *Eccl. 6*, on the contrary enmity is like darkness and death. *1 John 2.: He who hates his brother is in darkness.* Therefore he who breaks friendship and introduces enmity is the worst. Therefore *Ecclesiasticus 29.: Lose your money for a friend.*

IDIPSUM ostendit ad 16. Lucae in ea verba: Scio quid faciam, *ubi Villicus amicos diuitiis praeferebat, quia amicus est lux vitae, est thesaurus.* Eccl. 6, *e contra inimicitia similis est tenebris, et morti prima* Ioan. 2. Qui odit fratrem suum, in tenebris est. *Igitur, qui rumpit amicitiam, et inuehit inimicitiam, est pessimus. Ideo* Eccles. 29. Perde pecuniam propter amicum.

9 This sin is against justice, at least if it is contracted by deceit, fraud, lies, or the revelation of secrets: The reason is, because everyone has a right to this good, which is to be preferred to others. Thus Fagundez, *cap. 12.*; Filliucius, *tract. 40. cap. 5. num. 137.*

> *Hoc peccatum est contra iustitiam, saltem si dolo, fraude, mendaciis, vel reuelatione occultorum contrahatur: Ratio est, quia habet quisque ius ad hoc bonum, quod caeteris est praeferendum. Ita Fagundez* cap. 12. Filliuc. tract. 40. cap. 5. num. 137.

10 You will ASK: Whether it is lawful to whisper to a Prince or Prelate, so that I may succeed him in friendship in place of another, of whom he speaks ill.

> *QUAERES: An liceat insusurrare Principi, vel Praelato, ut succedam ei in amicitiam loco alterius, de quo detrahat.*

11 It is ANSWERED that it cannot be done. Thus Soto, *l. 5. quaest. 11. art. 1.*; Salon., *2. 2. quaest. 74. art. 1.*; Sayrus, *l. 11. cap. 5. from num. 5.*; Fagundez, *l. 8. cap. 12. num. 6.*

> *RESPONDETUR, non posse fieri. Ita Sotus* l. 5. quaest. 11. art. 1. *Salon.* 2. 2. quaest. 74. art. 1. *Sayrus* l. 11. cap. 5. a num. 5. *Fagundez* l. 8. cap. 12. num. 6.

12 The REASON is, because one's own good is not a sufficient reason to deprive another of his right; otherwise it would be lawful to steal. Next it is against the natural precept, that we do not do to another what we would not want done to ourselves.

> *RATIO est, quia bonum proprium non est ratio sufficiens, ut priuem alium suo iure; alioqui liceret furari. Deinde est contra naturale praeceptum, ut non faciamus alteri quod nobis fieri noluimus.*

13 You will ASK: whether he who dissuades one who wishes to resign a benefice, or to bequeath goods to someone, so that he assign those goods to himself, is a Whisperer.

> *QUAERES: an qui volentem resignare beneficium, vel legare bona alicui, et dissuadet, ut sibi ea bona assignet, sit Susurro.*

14 It is ANSWERED that if he does not proclaim him unworthy, and only exhorts, he does not sin according to Fagundez, because the other does not yet have a right to those goods.

> *RESPONDETUR, si non proclamat indignum, et solum hortatur; non peccare secundum Fagundez, quia ille nondum habet ius ad ea bona.*

Question II: On the malice of mockery

1 MOCKERY (irrisio) is a vice of the tongue, which tends to the neighbor's blushing, and consequently deprives the neighbor of peace and serenity of conscience. Thus St. Thomas, *art. 1.*; Cajetan, and commonly the Thomists, and other interpreters: St. Bonaventure, *l. 3. Pharetrae cap. 3. §. de derisione*, where he adduces the charming saying of St. Gregory, *l. 25. Moral. cap. 8.*: *It must be feared, lest when we ourselves fall, he rise again whom we mocked while we stood, though he now knows not how to stand who knew how to mock one standing.* Where he seems to indicate that to mock gravely is a mortal sin.

> *IRRISIO est vitium linguae, quod tendit ad proximi erubescentiam, et per consequens proximum pace, ac serenitate conscientiae priuat. Ita D. Thom.* art. 1. *Caiet. et communiter Thomistae, aliique interpretes: D. Bonauentura* l. 3. Pharetrae cap. 3. §. de derisione*, ubi lepidam D. Gregorii* l. 25. Moral. cap. 8. *sententiam affert:* Timendum est, ne etiam nobis cadentibus surgat, qui a nobis stantibus irridetur, quamuis stare iam non nouerit, qui non stantem nouerit irridere. *Ubi videtur indicare, esse peccatum mortale grauiter deridere.*

2 He PROVES it in the Bible of the Poor, *cap. 70.*, from punishments. For thus *Judges 8.*: the men of Sochoth mocked Gedeon, and were condemned to a hard death. Michol, *2 Kings 6.*, because she mocked David, was made barren by God. The children who mocked Eliseus, *4 Kings 2.*, were by God's command torn by bears.

> *ID probat in Bibliis pauperum* cap. 70. *ex punitionibus. Sic enim* Iudic. 8. *Viri Sochot deridebant Gedeonem, et dura morte damnati sunt. Michol* 2. Reg. 6. *quia derisit Dauidem sterilis a Deo facta est. Pueri, qui deriserunt Eliseum* 4. Reg. 2. *iussu Dei fuerunt Ursis lacerati.*

3 But the holy Doctor ADMONSISHES in the *Speculum animae, cap. 1. §. second branch of pride, and cap. 4. §. ex contemptu proximi* that mockeries, ironies, and scoffings mostly arise from pride and contempt, and are mortal against charity; but with contempt excluded, it will not be mortal, because mockery is opposed to defects in the manner of light ones, so that it suffuses [the victim] with blushing. Thus also St. Thomas, *art. 2.*, where Cajetan, Soto, *l. 5. quaest. 11. art. 1.*; Filliucius, *Tract. 40. cap. 5. num. 143.*; Valencia, *quaest. 18. p. 2.*; Sayrus, *l. 12. cap. 5.*; Fagundez, *l. 8. cap. 12. num. 11.*; Tanner, *disp. 4. quaest. 8. num 159.*

> *ADMONET autem S. Doctor in* speculo animae, cap. 1. §. secundus ramus superbiae, et cap. 4. §. ex contemptu proximi *derisiones, ironias, et subsannationes plerumque oriri e superbia, et contemptu, esseque mortalia contra charitatem; secluso vero contemptu, non erit mortale, quia irrisio opponir defectus ad modum leuium, ut rubore suffundat. Ita etiam D. Thom.* art. 2. *ubi Caietanus, Sotus* l. 5. quaest. 11. art. 1. *Filliuc.* Tract. 40. cap. 5. num. 143. *Valentia* quaest. 18. p. 2. *Sayrus* l. 12. cap. 5. *Fagundez* l. 8. cap. 12. num. 11. *Tanner.* disp. 4. quaest. 8. num 159.

4 IF, however, you judge that he will be most gravely moved, it will be mortal, thus Soto, *loc. cit. art. 2. concl. 2.*; Filliucius, *loc. cit.*; St. Thomas with Cajetan and the others above.

> *SI tamen putes, grauissime commouendum, erit mortale, ita Sotus* loc. cit. art. 2. concl. 2. *Filliuc.* loc. cit. *D. Thom. cum Caietano, et alii supra.*

5 LIKEWISE, if someone should mark out a fool by irony or mockery, then he would sin more gravely than if he hurled an insult. The reason is, because it adds contempt, as St. Thomas argues.

> *ITIDEM, Si quis ironia, vel irrisione stultum notaret, tunc grauius peccaret, quam si contumeliam ferio iaceret. Ratio est, quia addit contemptum, ut arguit D. Thomas.*

6 But St. Bonaventure WARNS, *cap. 1. of the Speculum, loc. cit.*, that subsannatio is by gesture, but irrisio by voice. Thus also Tanner with St. Thomas, *quaest. 75. art. 1.*

> *MONET autem D. Bonau.* cap. 1. speculi, loc. cit. *subsannationem esse gestu; irrisionem autem voce. Ita etiam Tannerus cum D. Thom.* quaest. 75. art. 1.

7 But the mocking of Parents is a grave sin, whence *Genesis 7.[9:25]: Chanaan was cursed*, as St. Thomas, Cajetan, and Soto note. Therefore *Proverbs 30.: The eye that mocks a father, and despises the bearing of his mother, let the ravens of the torrents pick it out, and the sons of the eagle eat it.*

> *GRAVE autem peccatum est Parentum irrisio, unde* Genes. 7. *maledictus est Chanaan, ut notant D. Thom. Caietanus, et Sotus. Ideo* Prouerb. 30. Oculum qui subsannat Patrem, et despicit partum matris suae, effodiant Corui de torrentibus, et comedant eum filii Aquilae.

8 Tanner, *in 4.*, and Valencia ADD that sometimes it is not a sin, if done for correction, or for suitable recreation, but they enjoin diligent caution.

> *ADDUNT Tanner.* in 4. *et Valentia, aliquando non esse peccatum, si fiat ad correptionem, vel ob recreationem conuenientem, sed diligentem cautionem iniungunt.*

Question III: On curses

1 MALEDICTION is defined by St. Bonaventure in the *Declaratory Dictionary of Theological Terms: To curse is for anyone to wish that blows or punishments be impressed upon someone by word.* So also St. Thomas.

> *MALEDICTIO definitur a D. Bonauent. in* Declaratorio Terminorum Theologiae: Maledicere est alicui plagas, vel poenas, verbo optatino impressari. *Ita etiam D. Thom.*

2 St. Thomas, art. 1. Filliuc, Tract. 40, cap. 5, num. 146. Fagundez, l. 8, cap. 12, num. 18, and others cited by him, define cursing as: *An imprecation of evil, under the aspect of evil*, and they add that a curse can be made either imperatively or optatively; but I do not see that they can exercise a proper command unless they order someone killed or struck, which is not to curse.

> *D. Thom. art. 1. Filliuc. Tract. 40. cap. 5. num. 146. Fagundez l. 8. cap. 12. num. 18. et alii apud eum, qui definiunt maledictionem:* Imprecationem mali, sub ratione mali, *et addunt, posse fieri maledictionem, vel impetative, vel optative: Sed non video, quod imperium proprium exercere queant, nisi iubeant occidi, vel percuti, quod non est maledicere.*

3 THEY SAY, further, that "an imprecation of evil, under the aspect of evil," is added to the definition because someone can imprecate evil under the aspect of good, as when someone is justly punished for a fault.

> *DICUNT autem, addi in definitione esse imprecationem mali, sub ratione mali, quia potest aliquis imprecari malum, sub ratione boni; ut quod aliquis pro delicto iuste puniatur.*

4 THEY ADD that to curse with the mouth only is only a material cursing, such as certain Fathers usually commit, and who therefore do not sin gravely. So in Bassaeus, *v. maledictio*.

> *ADDUNT etiam, maledicere ore tantum, esse tantum materialem maledictionem, sicuti solent Patres, qui ideo graviter non peccant. Sic apud Bassaeum,* v. maledictio.

5 I ASSUME here that if we imprecate evil out of justice, it is not a sin. Thus Noah in *Genesis* 9 cursed his grandson; *Genesis* 27, Isaac: *Let him that curseth thee be cursed. Genesis* 49, Jacob against Simeon and Levi: *Cursed be their fury.* In *Deuteronomy* 27 Moses heaps up many curses against sinners. Joshua imprecated a curse on those who would rebuild Jericho, *cap.* 6; 4 *Kings* 2, Eliseus cursed the mocking boys.

> *SUPPONO hic, si ex iustitia imprecemur malum, non esse peccatum. Sic enim Noë* Genes. *9. maledixit Nepoti,* Genes. *27. Isaac.* Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus. Genes. *49. Iacob Simeoni, et Leui:* Maledictus furor eorum. Deuter. *27. multas congerit Moyses maledictiones contra peccatores. Iosue maledictionem imprecatus est eis, qui Hierico reaedificarent* cap. *6.* 4. Reg. 2. *Elisaeus maledixit pueris irrisoribus.*

6 THIS IS PROVED from St. Bonaventure, *loc. cit. of the Pharetra*, from the Fathers, from St. Gregory, *l.* 4, *Moral., cap.* 6: *A curse is uttered one way under the pretext of justice, another through the rancor of vengeance: when holy men pronounce a sentence of cursing, it bursts from them not from a desire of revenge, but from the justice*

of judgment. Therefore Gregory of Valencia, in the *place cited*, warns sons to fear the curses of their parents when they are just; but those who curse without cause sin most grievously.

> *PROBATUR id a D. Bonav.* loc. cit. Pharetrae, *ex Patribus, D. Gregorii* l. *4*. Moral. cap. *6*. Aliter maledictum profertur praetextu iustitiae: aliter livore vindictae: Cum sancti viri maledictionis sententiam proferunt, non ad hanc ex voto ultionis, sed ex iustitia examinis erumpunt. *Ideo monet filios Gregorius de Valentia* loco citando, *ut timeant parentum maledictiones, cum iustae sunt; sine causa autem maledicentes, gravissime peccant*.

7 MOREOVER, cursing is of itself a mortal sin.

> *CAETERUM maledictio est peccatum ex genere suo mortale.*

8 THIS IS PROVED first from St. Bonaventure, in the *Mirror of the Soul, cap.* 1, §. *Item solium discordiae*, and *l.* 3 of the *Pharetra, cap.* 3, §. 1, according to the exposition of Sts. Augustine, *de conflictu vitiorum, cap.* 9, and Gregory, *l.* 3, *Dial. cap.* 15, from that first verse to the *Corinthians* 6: *Nor shall cursers possess the kingdom of God.*

> *PROBATUR a D. Bonau. primo in* speculo animae, cap. *1. §.* Item solium discordiae, *et* l. *3*. Pharetrae, cap. *3. §. 1. iuxta expositionem SS. August*. de conflictu vitiorum, cap. *9. et Gregorii* l. *3*. dialog. cap. *15. ex illa prima ad* Corinth. *6*. Neque maledici regnum Dei possidebunt.

9 IT IS PROVED secondly from St. Bonaventure in the *Pharetra*, from the Fathers, from St. Gregory, *l.* 22, *Mor. cap.* 6: *They who assail an enemy with curses, what else do they wish God to do to him than what they themselves either cannot do, or blush to do?* And in the *Register*, book 2, *index* 10, *cap.* 34, to a certain Archbishop: *You show nothing of thinking on heavenly things, but you signify that you have an earthly thought: while for your own vengeance for an injury — which the sacred rules forbid — you have invaded with the curse of anathema.* And *lib.* 3, *Dial. cap.* 15, on the Apostle's words: *Nor shall cursers possess the kingdom of God. Consider how great is the guilt that separates from the kingdom of heavenly life.*

> *PROBATUR secundo a D. Bonau. in* Pharetra *ex Patribus, e D. Gregorio* l. *22*. Mor. cap. *6*. Qui maledictionibus inimicum impetunt, quid aliud in illo Deum facere volunt, nisi, quod ipsi aut facere nequeunt, aut erubescunt? *et in* Registro lib. *2*. indice *10*. cap. *34. apud quemdam Archiepiscopum:* Nil te ostendis de caelestibus cogitare, sed terrenam te cogitationem habere significas: dum pro vindicta propria iniuriae, quod Sacris regulis prohibetur, maledictum anathematis invexisti. *Et* lib. *3*. Dial. cap. *15. ad ea verba Apostoli:* Neque maledici regnum Dei possidebunt. Pensa quam grandis est culpa, quae separat a regno caelestis vitae.

10 ST. AUGUSTINE, *lib. de conflictu vitiorum et virtutum, cap.* 9: *What is to be said of those who, in the fury of blindness, burst forth even into words of cursing, except what the Apostle says: Nor shall cursers possess the kingdom of God?*

> *D. AUGUST.* lib. de conflictu vitiorum, et virtutum, cap. *9*. Quid de illis dicendum est, qui furore caecitatis, usque ad verba prorumpunt maledictionis, nisi hoc quod Apostolus ait: Neque maledici regnum Dei possidebunt?

11 And in *Proverbs* 26: *A curse uttered in vain against anyone shall come upon the one who utters it*, where the Interlinear gloss has: *Upon the one who utters it*.

> *Et in* Prouerb. *26*. Maledictum frustra prolatum in quempiam devolvetur, *ubi habet Interlinearis:* In proferentem.

12 NEVERTHELESS (as the Holy Doctor says above) the word of a curse can be venial, either because of the smallness of the evil desired, or because the words are spoken in jest, or by surprise, or out of zeal for justice, or without a wicked affection. And in this way St. Augustine, *sermon* 41 *on the Saints*, indicates it is venial.

> *CONTINGIT tamen (ait S. Doct. supra) verbum maledictionis esse veniale, vel propter parvitatem mali optati, vel quia ludo, vel subreptione, vel Zelo iustitiae, vel non malo affectu verba dicuntur. Et hoc modo D. Augustinus* sermone *41.* de Sanctis *indicat esse veniale.*

13 SOME DOUBT: whether it is lawful to imprecate an evil upon someone for a right end, that is, sickness upon a sinner, so that he may repent.

> *DUBITANT aliqui: An liceat imprecari alicui malum ad rectum finem, idest aegritudinem peccatori, ut resipiscat.*

14 SOME DENY it, because what is not lawful to do is not lawful to desire.

> *QUIDAM negant, quia quod non licet facere, non licet desiderare.*

15 THE TRUER opinion is affirmative. So St. Thomas, *quaest.* 76, *art.* 7; Sotus, *l.* 5, *quaest.* 12, *art.* 1; Filliuc, *tomo* 2, *tract.* 40, *cap.* 5, *numer.* 149; Fagundez, *lib.* 8, *cap.* 22, *num.* 21. The reason is that the end is more important, and therefore a good is wished to him when some penalty, ordered to a good end, is wished. And what is lawful to desire is lawful to pray for, as Bass. 4 and Sanci. *sel. disp.* 2 and 6 say.

> *VERIOR sententia est assertiva. Ita D. Thom.* quaest. *76.* art. *7. Sotus* l. *5.* quaest. *12.* art. *1. Filliuc.* tomo *2.* tract. *40.* cap. *5.* numer. *149. Fagundez* lib. *8.* cap. *22.* num. *21. Ratio est, quia finis est potior, et ideo optatur ei bonum, dum optatur aliqua poenalitas, ad finem bonum ordinata. Et quod licet desiderare, licet precari, ut ait Bass. 4. et Sanci.* sel. disp. *2. et 6.*

16 FINALLY THEY ASK: whether it is lawful to curse irrational creatures.

> *QUAERUNT tandem: An liceat maledicere creaturis irrationalibus.*

17 ST. BONAVENTURE ANSWERS, in his commentary on *Psalm* 39, universally that it is not lawful to curse these. He proves it from *Romans* 12: *Bless, and curse not:* and from that passage of *1 Corinthians* 6 cited above.

> *RESPONDET universaliter S. Bonau.* ad Psal. *39. non licere his maledicere. Probat* Rom. *12.* Benedicite, et nolite maledicere: *Et ex illo* prima Corinth. *6. supra allato.*

18 THEY OBJECT that David cursed the mountains of Gelboe, 2 *Kings* 1.

> *OBIICIUNT, Davidem maledixisse montibus Gelboe 2.* Reg. *1.*

19 IT IS ANSWERED with St. Bonaventure, *de gradibus virtutum, cap.* 16, that David was lamenting the ruin of Israel, and rather cursed the misfortune of the men. So also St. Thomas, *quaest.* 76, *article two*.

> *RESPONDETUR cum D. Bonau.* de gradibus virtutum, cap. *16. Davidem plorasse ruinam Israël, et potius maledixisse infortunio virorum. Ita etiam D. Thomas* quaest. *76.* articulo secundo.

20 THEY OBJECT secondly that Job cursed the day of his birth and the night of his conception.

> *OBIICIUNT secundo, Iobum maledixisse diei suae natiuitatis, et conceptionis nocti.*

21 ST. BONAVENTURE ANSWERS, in the *Mirror of the Blessed Virgin, lecture eleven*, that Job cursed the night of his conception not as it was a day or night, but as it was stained in it by original sin. So Fagundez also answers, *lib.* 8, *cap.* 13, *number* 24.

> *RESPONDET D. Bonauent.* in speculo Beatae Virginis, lectione undecima, *Iobum maledixisse, nocti suae conceptionis, non ut erat dies, vel nox, sed ut maculatus in ea est peccato originis. Sic respondet etiam Fagundez* lib. *8.* cap. *13.* numero *24.*

22 GREGORY OF VALENCIA ANSWERS, *quaest.* 19, *p.* 2, that the curses of things read in Scripture cannot be referred to things that are not capable of evil in order to the free attainment of the supernatural end, but only to the men themselves, as at *Job* 3 and *2 Kings* 1 cited above; *Matthew* 21: *Never shall fruit come forth from thee henceforward*; *Genesis* 3: *Cursed is the earth in thy work.*

> *RESPONDET Gregorius de Valentia* quaest. *19.* p. *2. maledictiones rerum, quae leguntur in Scriptura, non posse referri ad eas res, quae non sunt capaces mali in ordine ad liberam consecutionem finis superni, sed solum ad homines ipsos, ut id* Iob. *3. et* secundo Reg. primo *citatis.* Matth. *21.* Nunquam ex te fructus nascatur, Genes. *3.* Maledicta terra in opere tuo.

23 THEREFORE, says Tannetus, *number* 157, curses upon irrational creatures, as rustics do, are idle words; but to curse them as they are creatures of God is blasphemy, just as it is to curse the Saints insofar as God dwells in them. But to curse them as they are someone's goods is the same sin as cursing the Lords themselves: so also Bassaeus, *num.* 5.

> *MALEDICTIONES ergo in creaturas irrationales, ut a rusticis fit, esse verba otiosa ait Tannetus* numero *157. maledicere autem eis, ut sunt creaturae Dei, esse blasphemum; sicut etiam maledicere Sanctis, prout in eis Deus habitat. Maledicere vero illis, ut sunt res alicuius, est idem peccatum, ac maledicere ipsis Dominis: Sic et Bassaeus* num. *5.*

24 AGAIN, to curse creatures as they are related to human goods — for example, to curse the day on which one was born, because you wish he had never been born, as if he had been born unto evil — is a mortal sin; but to curse them as they are referred to evils, for example the day of one's birth because of the evils that followed from it, provided that this does not contradict the ordination of the absolute will of God, is not a sin, says Tanner, *number* 158; and thus Job cursed his day, *cap.* 3, and David the mountains of Gelboe, 2 *Kings* 1, as St. Thomas also teaches, *quaestion* 76, *artic.* 2, and Cajetan, *on the word maledictum.*

> *RURSUS maledicere creaturis, ut sunt relatae ad bona humana, puta maledicere diei, quo quis natus est, quia optas, ne natus esset, veluti ad malum natus esset, est peccatum mortale; maledicere vero illis, ut referuntur ad mala, puta diei natiuitatis, ob mala hinc secuta, modo tamen absoluta voluntate Dei ordinationi non repugnetur, non esse peccatum ait Tanner.* numero *158. et ita Iob diei suae* capite *3. maledixisse, et Davidem montibus Gelboe 2.* Regum *1. ut docet etiam D. Thom.* quaestione *76.* artic. *2. Caietanus,* verbo maledictum.

25 FURTHER, a curse does not belong to one single genus of sin; for if anyone wishes an evil to be inflicted on another not by an unjust way but through God, or the elements, or other creatures, without injustice, it will belong to the order of charity and will be opposed to charity, as St. Thomas indicates, *quaest.* 76, *art.* 3. But if he wishes evils of this kind to be inflicted unjustly, for instance by homicide, etc., then it is opposed to justice. See Tanner, *number* 159.

> *PORRO maledictum non ad unum peccati genus pertinet; nam si quis alteri malum via non iniusta, sed per Deum, vel elementa, seu alias creaturas citra iniustitiam inferendum optet, spectabit ad ordinem, et opponetur charitati, ut indicat*

S. Thom. quaest. *76.* art. *3. Si vero huiusmodi mala iniuste inferenda optet, puta homicidio, etc. tunc iustitiae adversabitur. Vide Tannerum* numer. *159.*

26 SOME TREAT here of Suspicion and Rash Judgment, of which we treated in *disput. 23, quaest. 7*; therefore nothing now occurs to be said of these, except what the Doctors assign as the rule for discerning one from the other, namely when you judge an evil of your neighbor with near certainty and the firmness of a judgment upon slight conjectures, so that if someone publicly questioned you about it, you would affirm the same.

AGUNT aliqui hic de Suspicione, et Iudicio temerario, de quibus egimus nos disput. 23. quaest. 7. *quare nihil de his iam occurrit dicendum, praeterquam, quod in eo Doctores assignant regulam discernendi unum ab altero, dum ea certitudine ac Iudicii firmitate malum de proximo ob leves coniecturas iudicas, ut si publica interrogatione a te aliquis id sciscitaretur, idem affirmares.*

27 OTHERS ADD that you would not fear to confirm it even by oath; and then indeed the sin is grave, against love of neighbor, who always stands in possession of his good character until he loses it by so open a prostitution that he cannot sustain it by any evasion. Understand this, however, of that neighbor who is of so entire a good reputation as to be commonly so regarded. For to judge of a soldier who is used to spending his time over cups that he is drunk, when he leaves the tavern with a flushed face, will not be a sin so grave, even if in fact he is not tipsy.

ALII addunt, quod etiam id iuramento confirmare non timeres: et tunc quidem grave est Peccatum contra proximi dilectionem, qui semper stat in possessione suae probitatis, donec eam tam aperta prostitutione perdat, ut nulla tergiversatione eam valeat sustinere: Hoc intellige tamen de eo proximo, qui adeo integrae est famae, ut communiter talis reputetur. Nam iudicare de milite, qui solet inter pocula versari, quod ebrius sit, dum e Caupona flagranti vultu egreditur; non erit peccatum adeo grave, etsi revera temulentus non sit.

28 IF, HOWEVER, the Judgment falls away from this firmness of asserting; then it will be only suspicion, which is for the most part venial, unless it happens concerning a very honorable person; as if you suspected theft or adultery of a man of noted sanctity because you saw him leaving the house where these were committed; for then upon a slight conjecture you inflict a grave injury on him. The Doctors are accustomed to interpose always: *Upon slight conjectures*; for if you formed a judgment of anyone with such evidence of reason that no defense to the contrary could be offered, then he is not judged rashly, nor consequently is there sin. Yet since judgments of this kind are accustomed to burst forth from some depraved affection or passion, one must strenuously guard lest anyone indulge himself too much while judging.

SI vero Iudicium ab hac asserendi firmitate desciscat; tunc erit suspicio tantum, quae ut plurimum venialis est, nisi contingat circa personam valde honorabilem; ut si de viro aliquo notae sanctitatis furtum, vel adulterium suspiceres, eo quod e domo, ubi haec patrata sunt, ipsum videris egredientem; tunc enim ob levem coniecturam; gravem ei infers iniuriam; solent Doctores semper interponere: Ob leves coniecturas*; nam si de quovis ea rationis evidentia iudicium ferres, ut nulla in contrarium defensio suppeteret; tunc non temere iudicatur, nec consequenter peccatur: Cum tamen a depravato aliquo affectu, vel passione istiusmodi iudicia soleant erumpere; cavendum est obnixe, ne quis sibi inter iudicandum nimis indulgeat.*